Actus exterior voluntatis, quia claudit in se dependentiam a voluntate, stat quòd bonitas prius secundum naturam insit ipsi actui humano exteriori quàm voluntati, & adhuc restet ambiguum, an etiam illa bonitas quæ prius ei conuenit, dependeat a voluntate. Licet enim prius non dependeat a posteriori, quod tamen prius inest alicui, potest dependere ab eo cui posterius inest. q. 20. art. 2. Ibidem. col. 3. G
Actus exterior in executione, licet habeat bonitatem ex fine, & materia & circũstantijs ex voluntate, & voluntas ab obiectis, dissimiliter tamen hoc fit, quia bonitas ex fine descendit in actum interiorem voluntatis per se & formaliter, in actum vero exteriorem executione denominatiue tantum, bonitas vero ex genere & circunstantia, ex obiecto derivatur in actum interiorem denominatiue tantum, & per eum in actum exteriorem formaliter. Ibidem. fol. 50. col. 1. A
Actus exterioris bonitas ex materia & circunstantijs, prius conuenit ipsi quàm voluntari. Primo, quia conuenit ipsi per se, & cõsequenter voluntari per ipsum, secundo, quia hęc bonitas pendet a ratione, & non a voluntate. q. 20. art. 1. fol. 49. col. 2. C
Bonitas ex fine inter actus, primo saluatur in volitatis actu, cuius finis est proprium obiectum, bonitas autem ex materia & circunstantijs primo saluatur in ipso actu exteriori. q. 20. art. 2. fol. 50. col. 1. B
Quia bonitas inuenta in actu exteriori ex fine pender non solum ex ratione, sed etiam per se ex voluntate interiori, bonitas autẽ ex genere & circunstantijs ex ratione solum, ideo illa in voluntatem vt proximam & per se causans, hæc in rationem reducitur. q. 20. art. 2. fol. 49. col. 4. H
Cum actus exterioris bonitas ex fine comparatur ad bonitatem eiusdem ex genere & circunstantijs, potest esse sermo de actu exteriori simpliciter, & vt est in executione. Ibidem. I
Et est dicta comparatio intelligenda de circunstantijs manentibus pure circunstantijs, qualis non est circunstantia finis, quia trahit in speciem, & consequenter habitualiter. fo. 50. col. 1. D
Actum interiorem voluntatis, finis formaliter qualificat, actus autem exterior denominatiue tantũ, formaliter intelligendo, idest inquantum finis, & inquantum actus, cum quo tamen fiat quòd actus exterior vt finis qualificet voluntatis actum interiorem formaliter, siue actus exterior habeat rationem finis principalis, siue secundarij. Ibidem. col. 3. H
Actus exterioris bonitas, sufficienter comparatur in litera ad bonitatem actus interioris per hęc duo membra, scilicet vt habens omnino eandem bonitatem, & vt habens omnino aliam secundum fecit a quòd quandocumque actus exterior est secundum se bonus, secundo membro comprehenditur. quæst. 20. art. 3. fol. 50. col. 4. H
Actus interioris & exterioris bonitas, vel malitia quandoque est eadem. q. 20. art. 3. Ibidem. I
Actus interioris bonitas est causa bonitatis actus exterioris, idest proportionis, seu attributionis actus exterioris ad bonitatem interiorem, & econtrario, & sic de alijs attributionibus secundum quas dicuntur denominatio. fol. 51. col. 1. E
Deriuatio bonitatis & malitiæ, & talis bonitatis & talis malitiæ in actu ab actu vt sic, non est formalis, sed denominatiua, seu nõ per modum vninocationis, sed attributionis, quia quando aliquid dicitur tale ex ordine ad aliud, dicitur denominatiue, & nõ oportet dici formaliter. Quod. n. habet aliquid in se formaliter, dicitur tale secundum se. Ipsum. q. 20 art. 3. fol. 50. col. 4. K

Actus humanus ex sua bonitate, vel malitia vt sic, habet rationem recti, laudabilis, meritorij etiam apud Deum, & similiter peccati culpabilis, demeritorij etiam apud Deum, & hoc intenditur, & determinatur in litera per totam. q. 21. ita, scilicet quòd in omnibus illius quæstionis reduplicationis nota determinat bonitatem, vel malitiam propriam, seu contractam ad actum humanum. fol. 52. col. 4. I. K

Actus exteriores dicuntur boni, vel mali moraliter, vt subsunt alicui actui immanenti, & non aliter. quæst. 74. art. 1. folio. 159. col. 4. I. K

Actus voluntatis est primo malus formaliter, actus autem aliarum virium formaliter mali, sed non primo, sed secundario. q. 74. art. 2. fol. 160. col. 2. E

Actus exterior non addit in bonitate & malitia ex fine actui interiori, bene tamen finis consecutus addit in bonitate & malitia voluntati bonæ, vel malæ ex fine. q. 20. art. 4. folio. 51, col. 3. K. & col. 4. G Intentio

Actus malus etiam ex circunstantia omnis finis, licet non possit ordinari in bonum finem: actus tamen malus etiam ex circunstantia finis, potest ordinari in bonum finem. q. 18. art. 4. ad tertium. fol. 90 col. 3. H.

Cum dicitur, quòd actus bonus ex genere & circunstantijs potest ordinari in malum finem, intelligitur de circunstantijs non transeuntibus respectu eiusdem actus in specificans, & similiter de malo, ibidem. col. 4. F

Actus a deliberatiua ratione procedens, si non sit ordinatus ad debitum finem, ex hoc ipso repugnat rationi, & habet rationem mali. fol. 43. col. 1. A

Actus iusti, ex quibus fit iustitia, sunt moraliter boni, quamuis non sint totaliter perfecti. q. 18. art. 8. fol. 43. col. 4. I

Actus neuter, ver. Voluntas

¶ Addere præsupponit id cui additur, ad augmentum spectat. q. 20. art. 5. fol. 52. col. 1. B

¶ Admirans in ipso admirationis actu videtur habere eria, scilicet nouæ, rareæ, vel arduæ rei intuitum desideratum, collationem ipsius cum occulta causa, & naturalem quandam concupiscentiam cognoscendi causam. q. 32. art. 8. fol. 73. col. 4. I

¶ Admiratio cur ab Arist. ponatur concupiscentia, a Dama. autem timor. q. 41. fol. 86. col. 2. D

¶ Agens non intendit priuationem boni, nisi quia intendit aliud bonum incompossibile illi priori, ac per hoc habens annexam priuationem alterius. q. 18. art. 8. fol. 43. col. 3. K

In agentibus, quia apprehensa distinctio naturarum patet cum cibus talis differens ab illo alio secundum speciem apprehensus mouet appetitum: distinctio autem secundum virtutem est, secundum diuersam rationem apprehensionis, ita quòd ex ipsa diuersa ratione qua apprehenditur, eadem res habet diuersam virtutem mouendi appetitum. q. 23. art. 4. fol 57. col. 1. D

In agentibus naturalibus est considerare duo, s. inquantum agunt & inquantum attrahunt. in agentibus vero quatenus apprehensa sunt, agere & attrahere simul concurrunt. ibidem.

Agere. Quomodo intelligatur in solis cognoscitiuis esse principiũ agendi propter finem. q. 6. art. 1. fol. 18. col. 1. D

Amare proprie est appetitus sensitiui. Cum enim amor sit prima passio appetitus sensitiui, si amare non conueniret proprie appetitiui sensitiuo, nec delectari, nec timere proprie eidem conueniret. q. 25. art. 2. fol. 59. col. 3. H

Amans quomodo sit in amato, & econuerso. q. 28. art. 2. fo. 63. c. 4. F

¶ Amor non distinguitur in amorem amicitiæ, & concupiscentiæ, tamquam in diuersos amores, sed tamquam in diuersos modos amandi: vnus enim & idem amor est amicitiæ respectu amici, & concupiscentię respectu boni illi voliti. q. 26. art. 4. fol. 61. col. 3. H

Amor potest esse perfectus cognitione existente imperfecta, quia perfectio cognitionis attenditur, secundum modum quo perficitur ratio, qui est distinguere etiam quæ sunt simplicia, ac per hoc ad perfectam cognitionem boni exigitur, & quòd bonum secundum se apprehendatur, & quòd distincte cognoscatur secundum partes, proprietates, &c. Perfectio autem appetitus moris non exigit tot cognitiones boni, sed prima sufficit ei, scilicet quòd bonum secundum se apprehendatur, quæst. 27. art. 2. folio. 62. col. 2. C

Amoris perfectio ex duplici capite oritur, s. ex parte amantis, & ex parte amati, cognitio autem est causa amoris tantum ex parte amati. Ibidem. D

Amor est fortior odio loquendo non de quocumque odio relato ad quemcumq; amorem, & econuerso, sed de coniugatis. q. 29. art. 3. fol. 65. col. 4. k

Amor & odium non formaliter, sed virtualiter congenerantur, coalescunt, & condesinunt. q. 23. art. 4. fol. 57. col. 1. C

Si considerentur omnes vnitates ad amorem concurrentes, sic amor magis vnit quàm intellectio, quoniam caustatiuus est vnionis realis, sed si comparetur amor, & intellectio secundum illam solam vnionem quam facit formaliter, sic intellectio magis vnit, quàm amor, quia intellectus in actu est intellectum in actu, amans autem non est amatum in actu, quæst. 28. articu. 1. fol. 63 col. 2. B

¶ Angeli essentiam per seipsam esse similitudinem omnium, & per adiunctas species, tantum distat, vt primum ponat perfectionem altissimam, secundum diminutam, quia primum ponit essentiam illam vnite habere species rerum, secundum vero diuisim. q. 51. art. 1. fol. 102. col. 2. B

Sicut essentiæ, & potentiæ angelicę sunt alterius rationis a nostris, ita & habitus. q. 58. art. 6. fol. 101. col. 3. F

Angelus per nullum habitum intelligit Deum naturaliter, sed propria substantia vtitur vt specie intelligibili ad intelligẽdum Deum. q. 50. art. 6. Ibidem. K

¶ Anxietas. Cum effectus tristitiæ consistat in appetitu fugitiuo, quando contingit deesse refugium aliquod, constituitur anxietas, & angustia: quando vero in tantum tristitia est, quòd nec appetibile aliquod ex illa relinquitur, sed solum contrarium contristans, constituitur accidia. q. 35. art. 8. fol. 79. col. 2. A

¶ Appetibilis, seu finis ratio vt tendatur in ipsum, & quiescatur in eo, est eadem secundum naturam, & diuersa secundum virtutem quod est esse eandem materialiter, & diuersam formaliter respectu passionum. q. 23 art. 4. fo. 57. col. 2. D

Appetitiua non coeditur in litera simpliciter magis actiua, quàm apprehensiua, sed quo ad principiandum actum exteriorem, apprehensiua enim cum mouear appetitiuam, est magis in actu simpliciter, & magis actiua quodammodo, appetitiua autem efficacior est ad actum exteriorem, quia ei obediunt vires executiuæ, & quia primum mouens est ad exercitium actus. q. 22. art. 2. 2^m. fol. 55. col. 1. B

In his quæ ad appetitum spectant, nihil differt esse, aut apparere. q. 32. art. 1. fol 72. col. 2. B

Appetitus sensitiuus distinctus per irascibilem, & cõcupiscibilem, est subiectum virtutis moralis propriæ, temperantiæ scilicet & fortitudinis, non inquantum communis est nobis & brutis, sed vt obedibilis rationi. q. 56. art. 4. fol. 113. col. 2. B

An omnia quę homo appetit, appetat propter beatitudinem. q. 1. art. 6. fol. 14. col. 2 & 3. Beatitudo

Appetitus intellectiuus & sensitiui differentia in hoc consistit, q̃ appetitus sensitiuus tendit in operationes propter delectationes, intellectiuus autem econuerso appetit delectationes propter operationes. q. 4. art. 2. fol. 11. col. 3. E Delectatio

Quomodo conuenit, quòd naturalis ordo appetibilium ab appetitu sensitiuo sit contrarius ordini statuto ab institutore naturæ in hoc, quòd naturæ institutor delectationes sensibiles instituit propter operationes vt finem, & appetitus sensitiuus appetit operationes propter delectationes. Ibidem. col 4. F

Quomodo ex hoc, quòd apprehensio sensitiua non attingit ad cõmunem rationem boni, sed particularis boni, quod est delectabile sequatur, & sicut effectus ex causa, quòd appetitus sensitiuus feratur in operationem propter delectationem. Ibidem. G

¶ Anima. Quomodo stent hæc simul, Anima inficitur ex carne quæ est principium geniti, & caro non inficit animam, nisi inquantum est principium actiuum in generatione. q. 81. art. 4. fo. 178. col. 4. F

Arduum comparatum ad bonum est ratio recessus, comparatum vero ad malum ratio accessus, & quia obiectum irascibilis est totum contractum, s. bonum arduum, & malum arduum, ideo in litera non simpliciter, sed comparatiue inter prætãdum est, quòd arduum non est ratio accessus. q. 25. art. 3. fol. 60. col. 2. B

¶ Artis propria veritas consistit in conformitate ad appetitum rectum, non in moralibus, sed in artificialibus, qui tunc est cum finem habet, a quo obliquando artificiale malum est, quia veritas intellectus practici consistit in adæquata dirigere. q. 57. art. 5. fol. 116. col. 4. F

Quamuis vsus & directo in arte coincidant, distinguuntur tamen saltem ratione, & arti conuenit directionis veritas, non ratione vsus, sed ratione propriæ naturæ, quę nata est dirigere non nisi determinata ad directionem ab appetitu recto. In virtutibus autem speculatiuis solus vsus inuenitur pendens ab appetitu. Ibidem. H

¶ Audacitæ obiectum quomodo sit malum, per se, an per accidens q. 45. fol. 90. col. 3. F

B

Beatitudo an essentialiter sit actus intellectus, an voluntatis. q. 3. art. 4. fol. 8. col. 3. K

Licet simpliciter beatius sit dare quàm accipere, in hominis tamẽ beatitudine, quia beatitudine indiget, substantia beatitudinis consistit in accipiendo, seu retinendo, & ex ipsa emanat erogatio

Cum enim tempus non aliter percipiatur sensu, nisi per immutationem, & futurum non sit, nec fuerit, ac per hoc non immutet, nec immutauerit sensum, futurum repugnat cognitioni sensitiuæ. q. 40. art. 3. fol. 84. col. 3. K

Spes & timor, & vniuersaliter quælibet passio irascibilis in brutis est motus animalis appetitus secundum substantiam: quia est actus secundus elicitus ex cognitione, seu obiecto ab appetente causatus, sed est secundum quid naturalis, pro quanto natura supplet, non obiectum cognitum. Ibidem. col. 4. I

Brutæ percipere possunt præteritionem, & futuritionem, & possibile, vel impossibile, vt sunt differentiæ potentiarũ. fol. 85. c. 2. E

Quomodo concedi debeat animalia bruta mouere se propter finem. q. 6. art 1. fol. 18. col. 2. A

C

Charitatis obiectum negatur esse Deum cognitum, & dicitur esse ipsum Deum absolute, non quòd possit diligi non cognitus: sed quia cognitio tenet se respectu istius habitus qui est charitas, non ex parte obiecti, sed subiecti. quæstione. 67, artic. 6. fol. 141. col. 1. B

Charitas viæ numquam potest peruenire ad æqualitatem charitatis patriæ. q. 67. art. 6. ad 3^m. fol. 142. col. 1. A

¶ Causæ sunt sibi inuicem causæ. q. 67. art. 3. fol. 140. col. 4. G

Causa deficiens, & causa per accidens sunt idem subiecto, & distinctæ formaliter in vno sensu, & sunt idem subiecto & formaliter in alio sensu. q. 75. art. 1. fol. 164. col. 1. D

Hæc literæ propositio, Esse causam directe alicuius actus non contingit nisi per hoc, quòd proprium principium illius actus mouet ad agendum, sic intelligitur, præsuppositio quòd actus sit alicuius principij principantis ipsum executiue, ad hoc q̃ aliquid sit idem, siue diuersum sit causa illius vltra illud principium non absolute, sed inquantum est causa executiua. oportet quòd moueat principium illud exequens ad agendum. quæstio. 80 art. 1. fol. 175. col. 3. G

Quia causalitas qua appetibile mouet appetitum, non est, nec potest esse pure effectiua, sed est effectiua & finalis, connumerata est contra finalem a S. Tho. in. 1. parte, & alibi: quia autem in veritate interuenit causalitas effectiua, ideo hic, & alibi quandoque ex primitur, quòd bonum apprehensum est actiuum, & appetitus est passiuus. q. 22. art. 3. fol. 55. col. 2. B

¶ Cæremonialia absolute, & simpliciter non potuerunt post Christum sine peccato mortali seruari. quæstio. 103. art. 4. folio. 234. col. 1. C

Circumstantia temporis sacri aggrauat peccatum, non tamen apponit speciem sacrilegij, nisi hæc in contemptum temporis sacri. q. 7. fol. 20. col. 3. G

Circunstantia loci sacri, quamuis omnia peccata aggrauet per accidens, illa tamen sola ad speciem sacrilegij trahit, quæ sanctitati loci directe opponitur, aut annexæ immunitati. Ibidem.

Circumstantia personæ non transfert in aliam speciem, nisi peccatum voto, vel statui eius aduersetur. Ibidem. H

Quid, idest, effectus, quando est præuisum & volitum, trahit in ipsius speciem. Ibidem.

Circa quid, idest, conditiones obiecti, vt paruum, & magnum in re oblata, & quomodo, quamuis actus multum aggrauent, in aliam tamen speciem actus non transferunt. Ibidem. K

Cur manifeste dat aliam speciem. Ibidem.

Quoties non computatur inter circunstantias, quia circunstantiæ circa eundem sunt actum, numerus autem operationum non circunstat vnam & eandem operationem, sed addit aliam & aliã operationem. Ibidem. col. 4. G

Circunstantiæ necessario cognoscendæ a spirituali iudice sunt, transferentes in aliam speciem, & aggrauantes in infinitum, idest, addentes secundum se rationem peccati mortalis. Ibidem.

Sicut in naturalibus quędam accidentia sunt secundum se formæ, quædam autem solummodo conditiones præsuppositarum formarum, ita in moralibus quædam circunstantiæ sunt secundum se bonitates, vel malitiæ, quædam conditiones tantum suppositarum virtutum, vel malitiarum. Primę faciunt actum bonum, vel malum, secundæ autem non. Item primæ sunt secundum se species quędam moralium, habentes propria obiecta, secundæ autem non. q. 18. art. 10. fol. 44. col. 2. E

Circumstantia quandocumque facit actum debono aut non bono malum, dat speciem. quæstio. 18. art. 10. & 11. Ibidem. columna. 3. K

Circunstantia quandocumq; respicit specialem, idest, secundum se proprium ordinem rationis, dat speciem. Ibidem. col. 4. H

Circunstantia vt sic, numquam dat speciem, sed oportet eum transire in differentiam, seu conditionem obiecti. q. 72. art. 9 fol. 155. col. 3. H

Nulla circunstantia mutat speciem, nisi habeat rationem alterius motus vt finis, non ita quòd fit aut apprehendatur vt finis præcedentis peccati, sed sufficit q̃ sit consinis. Ibiden. I
Circunstantia specificans, eo ipso quòd ingreditur latitudinem specificantium, oportet obiectiuum ordinem intrare, & differentiam seu conditionem obiectiuam ponere formaliter & directe intentam. fol. 156. col. 1. B
Circunstantia faciens actum de non malo malum, dat speciem. q. 72. art. 9. fol. 156. col. 1. K. & q. 76. art. 4. fol. 168. col. 2. C
¶ Conceptio. Quid de conceptione beatę Virginis tenendum. q. 81. art. 3. fol. 178. col. 2. E
¶ Cogitatio. Quomodo distinctio de cogitatione, vt est actio quædam, & vt est ad aliam actionem ordinata, sit ad propositum litteræ, volenti quòd inquantum primo modo consideratur, de ipsa habeat iudicium superior ratio, inquantum vero secundo modo accipitur, ad inferiorem rationem pertineat. q. 15. artic. 4. fol. 35. col. 4. I
¶ Conclusio & operatio sequuntur debiliorem partem. q. 62. art. 1. fol. 126. col. 4. I. & q. 63. art. 3. 129. col. 4 G
¶ Concupiscentia inter passiones concupiscibilis, vt se tenet ex parte animæ, est maxime sensibilis, absque corporali namque coniunctione experimur concupiscere magis sensibiliter quàm amare, odisse &c. & quia quod se tenet ex parte animę, est formale in passionibus, ideo de passionibus istis formaliter loquendo dicitur, quòd concupiscentia est magis sensibilis. quæstio. 25. artic. 2. ad 1^m. fol. 60. col. 1. 2
Concupiscentiam esse infinitam potest intelligi dupliciter, s. obiectiue, & subiectiue, seu ex parte obiecti, & ex parte actus. q. 30. art. 4. fol. 68. col. 1. A
Concupiscentia duplex, scilicet naturalis, & rationalis. Quæ absolute apprehensa delectant, naturaliter cõcupiscuntur, alia autem quæ ratiocinatione apprehensa delectant, naturaliter concupiscuntur. q. 30. art. 3 fol. 67. col. 4. G
Concupiscentia naturalis non est infinita. quæstio. 30. art. 4. fol. 68. col. 2. A
Concupiscentiæ rationalis obiectum & est finis, & habet totaliter rationem finis, concupiscentiæ vero naturalis obiectum, etsi est finis, non tamen habet totaliter rationem finis, tum quia habet rationem modificati ad naturam: tum quia ordinatur ad alium finem inditum, scilicet naturam. quæstio. 30. articu. 4. Ibidem. D
Concupiscibilis obiectum comparari ad obiectum irascibilis, vt commune ad proprium, & ad plura se extendere &c. non est ipsa se habere sicut vniuersale & particulare, sed sicut motus simpliciter, & motus ad vbi. q. 25. art. 1. fol. 50. col. 2. B
Conscientiæ erroneæ depositio fit non solum per oppositam rationem, aut veritatis dispositionem, sed etiam per exclusionem ab applicatione ad opus. quæstione. 19. articulo. 5. & 6. folio. 46. col. 3. F
¶ Consensus vterque, scilicet in delectationem, & in actum, secundum rem, quando sit secundum rationes temporales, est rationis inferioris, quando vero sit secundum rationes æternas, est rationis superioris: in hoc tamen est differentia, quòd quando est rationis inferioris, est etiam superioris, saltem negatiue, sed non econuerso: secundum appropriationem autem deliberatio, iudicium, ac consensus vnius, scilicet delectationis ad inferiorẽ: alterius vero, idest, actus, ad superiorem spectat. quæstio. 74. ar. 7. fol. 162. col. 2. D
Quomodo hæc duo stent simul, quamdiu incertum est, an secundum rationes diuinas resistatur, vel non, nullum iudicium rationis habet rationem finalis sententiæ, & consensus in delectationem cogitationis pertinet ad rationem inferiorem. quęstio. 15. art. 4. fol. 35. col. 4. G
¶ Consilium significat inquisitionem completam, idest, vsque ad iudicium inclusiue. q. 14. art. 1. fol. 33. H
Consilium licet absolute sit prius electione, & eius causa, ordo tamen doctrinæ habet, vt prius de ipsa electione secundum se, & deinde de consilio eius causa tractetur, & hoc vt prius tractetur quid est, & deinde causa extrinseca illius. q. 13. in principio. fol 31. col. 3. I
Consilij processus est simpliciter resolutiuus: quia enim cõsilium, finem & ad finem in materia agenda tantum, & propter agendum, & quomodo agendum a posterioribus secundum esse in priora considerat, resolutiue simpliciter dicitur. q. 15. art. 4. fol. 34. col. 3. F
¶ Consuetudinem legi derogantem non oportet ab actu illicito inchoare, si tamen ab illicitis tunc actibus inchoasset, ex quo inualuit, & tam consuetudinis vim habet, legi scriptæ derogat. q. 97. ar. 3. fol. 210. col. 4. G
¶ Cordis varius motus ex apprehensione & appetitu animali nascens, corpus mouet, & alterat secundum diuersas qualitates: alteratum autem corpus varie etiam afficit imaginationem & appetitum, & varie disponitur ipsum corpus ex hoc ad sanitatem, & ad habilitatem hanc, vel illam. quæst. 17. art. 7. ad 2^m. folio. 39. col. 2. A
Dispositio requisita ad motum cordis & membri pudendi, non est qualitas sequens passionem appetitus, mediante motu cordis, sed est qualitas naturalis soli naturæ subiectæ, per quam motus iste non voluntarius, sed naturalis est. q. 17. art. 9. Ibid. col. 4. K
Cor, & pudenda habent proprium motum naturalem, quia quodlibet eorum est quasi separatum animal, & quia quodlibet eorum est principium. fol. 40. col. 1. A
¶ Credere. Licet qui cito credit, leuis sit corde: non tamen qui cito credit Deo, leuis est corde. quæstio. 64. articulo. 4. folio. 132. col. 1. B
¶ Continentia deficit a ratione virtutis, quęst. 58. art. 3. ad 2^m. fol. 118 col. 2. C
¶ Contrarietas boni & mali difficilium, spectat ad irascibilem, vt totum hoc bonum arduum, vel malum arduum per se cõcurrit, sunt enim quædam boni & mali species, bonum difficile, & malum difficile. q. 23. art. 2. fol. 56. col. 2. B
¶ Contraria secundum se formaliter inuenta, in quocumque sint gradu, contraria sunt, & incompossibilia in eodem, & alterum contra alterum pugnat. quęstione. 52. articulo. 2. folio. 105. col. 3. K
Eadem ratione non formaliter, sed virtualiter, vnum contrariorum appetitur, & reliquum refutatur. quæstio. 23. artic. 4. fol. 57. col. 1. C
¶ Contumeliæ peccatum, licet perficiatur in ore vt communiter videtur in vsu, si contumeliæ tamen nomine intelligatur dehonorationis peccatum, certum est quòd non consummatur in ore, quamuis multa in peccato oris dehonorario sit. q. 72. art. 7. fol. 155. col. 2. A
Cupiditas est radix omnium malorum. Ad Duran q. 84. art. 1. fol. 182. col. 3. I

D

DAmnatus quilibet descendit ad inferos cum armis suis, idest, cum aliqua mala voluntate, in qua obstinatus perseuerat, & non solum cum auersione ab vltimo fine vero. q. 109. art. 8. fol. 251. col. 3. F
¶ Defectiua vt sic, quia penes maiorem elongationem a perfectione magis defectiua sunt, consequens est quòd maior defectus nõ sit a minore defectu vt a propria causa, sed ex ipsa elongatione interuenit. q. 22. art. 2. ad 1^m. fol. 54. col. 4. K
In defectiuis, causa defectiua non est propria causa effectus defectiui quo ad defectum, sed ex hoc ipso, quòd magis elongatus a perfectiori, magis defectiuus est. Ibidem.
Quia mensura debet esse certissima, nihil prohibet quo ad nos, defectus mensurari penes accessum ad aliquod positiuum summe deficiens, sicut infirmitates maiores & minores dicimus per accessum ad mortem, & similiter potentialia per accessum ad materiam primam, cum in rei veritate illæ per recessum a vita, & istæ per recessum ab actu maiores vel minores sint. Ibidem, fol. 55. col. 1. A
Defectus in voluntate, vnde voluntas est causa deficiens, est idem subiecto, & formaliter causa per accidens ex parte causæ, quia est ipsamet, & est idem subiecto tantum causæ per accidens ex parte effectus tantum, quia est idem subiecto voluntati, & dat voluntati esse causam deficientem, non dando causalitatem, sed deficientiam. q. 75. art. 1. fol. 164. col. 2. C
¶ Definitionis delectationis explanatio. quæstio. 31. art. 1. fol. 68. col. 4. F
¶ Delectatio quandoque exigit subiectum, obiectum, & tres actus, scilicet coniunctionis eorum, cognitionis tam obiecti quàm coniunctionis, & immutationis appetitus, quæ est formalis delectatio. Ibidem.
Delectatio secundum se est tota simul, & absque tempore, per accidens autem, scilicet ratione motus adiuncti, aliqua est non tota simul, & in tempore. q. 31. art. 4. fol. 40. col. 1. E
Delectatio est solum passio concupiscibilis, & quare. 22. art. 4. fol. 57. col. 4. F
electatio & tristitia in voluntate non sunt veræ passiones. q. 31. art 4. fol. 69. col. 4. K
Delectabile conuenienter distinguitur in delectabile naturale, & rationale, seu inconueniens secundum naturam, & secundum apprehensionem, vbi iy, secundum, denotat causam conuenientiæ ex parte subiecti, & non ex parte obiecti. q. 30. artic. 3. fol. 67. col. 3. k
Delectatio est in ratione subiectiue tamquam in imperante, in appetitu autem tamquam in eliciente. quæstio. 74. art. 6. fol. 162. col. 1. B

INDEX

An operatio sit propria causa delectationis, vt constitutio in connaturale bonum, an inditincte, quæst. 32. articulo. 1. fol. 71. col. 3. F
Delectationem sequi operationem, accidit ei in quantum est passio, non enim omnis passio sequitur sic operationem, q. 22. art. 3. fol. 55. col. 3. I
Quomodo saluetur veritas literæ dicentis, quòd delectatio causatur ex hoc, quòd appetitus requiescit in bono adepto, cum apud sanct. doct. delectatio sit quies appetitus. q. 4. ar. 1. fo. 11. col. 3. F
Relatio conuenientiæ, vel disconuenientiæ in actu exercito, concurrit ad causandam delectationem, vel tristitiã vt ratio agédi q. 32. ar. 1. fol. 72. col. 1. C
Delectatio & operatio consequens, eadem numero bonitate morali bonæ sunt, ac per hoc optimam operationem sequens delectatio optima est non minore bonitate, & non magis nec minus bona moraliter, quæstio. 34. articulo. 3. fol. 76. collunna. 1. B
Delectationis bonitas est causa bonitatis, in operatione, causalitate seu redundantia analoga, in qua saluatur identitas numeralis in causa, & causato. quæstio. 34. articulo. 4. fol. 76. col. 3. K
Delectationes propriæ in indiuiduo sunt duplices, quædam consonæ naturæ indiuiduali, & quædam çstimationi seu consuetudini ex æstimatione: primæ spectant ad concupiscentias naturales, alteræ ad rationales, quæstio. 30. articulo. 3. fol. 67. col. 4. F
Delectationes, & concupiscentiæ naturales dicuntur, quæcunque sunt, non per æstimare aliquid, quæst. 31. artic. 3. fol. 70. col. 3. K
Delectationes tactus esse ad quas ordinantur concupiscentiæ naturales triplicitèr potest intelligi. quæst. 31. Ibidem. I
Delectationes ab appetitu intellectiuo appetuntur propter operationes, econtrario autem appetitus sensitiuus tendit in operationes propter delectationes, quæstio. 4. articulo. 2. fol. 12. col. 1. C
Quomodo stent hæc simul, Delectatio propter se, & non propter aliud appetitur, si iy propter, dicat causam finalem, & delectationes sunt propter operationes. quæst. 4. art. 2. fol. 11. col. 3. K
Delectari in aliquo propter se formaliter, distinguitur in literã, non contra delectari propter se finaliter quomodo libet, sed finaliter vltimate. q. 70. fol. 145. col. 3. I
Delectatio morosa coniugati de actu matrimonii cogitato, non est peccatum mortale. quæstio. 74. articulo. 7. fol. 102. col. 4. H
Deliberatio. An per subtractionem deliberationis soluatur species actus moralis. q. 88. art. 6. fol. 194. col. 2. A
Non quàm citius potest deliberat, qui inter deliberandũ ad aliud diuertit, ac per hoc qui ad aliud aspicit vane, non quàm cito potest de seipso deliberat, & sic est reus omissionis præcepti diuertendo, non quàm cito potest deliberando. q. 89. ar. 6. fo. 196. col. 4. I
¶ Denominatiuum extrinsecum nihil formale addit super denominatiuum formale. quæstio. 20. articulo. 4. fol. 51. col. 3. K
¶ Derivatio. Actus
¶ Desiderium. Intellectum humanum non cognita prima causa nisi an est, habere naturale desiderium ad cognoscẽdam primam causam quid est, quomodo intelligatur, q. 3 art. 8. fol. 11. col. 1. E
¶ Desperatio ex parte obiecti est prior timore, & illius causa: timor vero ex parte modi attingendi obiectum, est desperationis causa. q. 45. art. 2. fol. 91. col. 1. B
¶ Dialectica. Tam dialectica quàm demonstratiua docens est vna, sed in vsu est differentia, quia dialectica etiam vrens est vna, demonstratiua vero multiplex, quæst. 57. art. 6. fol. 117. col. 2. E
¶ Dispensationi rectoris subiacet defectus in persona, vel casu, q. 97. artic. 4. fol. 211. col. 1. E
Secluſa consuetudine, ex hoc ipso quòd aliquis constitutus est rector multitudinis, commissa quoque est tibi authoritas dispensandi in lege superioris, scilicet quo ad leuia, quo ad frequentia, & quo ad propria. Ibidem. col. 2. B
¶ Dispersa inferius esse vnita superius verum est cæteris paribus, q. 23. ar. 4. fol. 57. col 3. F
¶ Dispositio. Hæc verba literæ, In oi ordinata dispositione unitas specifica sumitur ex parte causæ extrinsecæ, vel intrinsecæ, effectiuæ, vel formalis, de intrinseca vel quasi intrinseca causa propria verificantur, non materiali vt sic: quoniam nulla res ponitur in esse per materiam, sed ex qua ponitur in esse quæ est vt formalis, & actiua, & non solum materiæ rationem habens diuersimode, q. 82. art. 2. fol. 180. col. 1. B
¶ Distinctiua specifice per se sunt diuersificatiua rationis formalis eius quod distinguitur. q. 72. ar. 2. fol. 152 col. 1. D
¶ Doctrina tanto certior est quanto vniuersalior, & remotior ab opinionibus. q. 67. ar. 2. fol. 139. col. 4. K
¶ Dona sunt necessaria, & a virtutibus distincta. Ad Scotum q. 68. ar. 1. fol. 142. col. 1. C
Dona spectantia ad intellectum non distinguuntur penes speculatiuum & practicum. Ad Authorem. quæst. 68. art. 4. fol. 143. col. 4. H
Dona omnia licet se habeant vt exequentia in ordine ad instinctum Spiritus sancti, sicut morales virtutes in ordine ad rationem: si comparentur tamen dona inter se, aliqua dicuntur diligentia, & aliqua exequentia, quæstio. 69. fol. 145. col. 3. H

E

EBRIVS. In ebrio esse duo peccata, s. ebrietatem, & peccatum sequens, intelligendum est secundum subiectam materiam, idest, s m se duo peccata, non quòd in hoc retineat dualitatem, sed alterum transit in circunstantiam primi. q. 76. art. 4. fol. 168. col. 1. B
¶ Electio non conuenit brutis animalibus, quia cum appetitus electiuus sit liber ad eligendum, & non eligendum, & ad hoc vel illud eligẽdũ, appetitus sensitiuus est ad vtrumque natura liter determinatus, quæstio. 17. art. 2. fol. 32. col. 1. & 2
Electio quæ est actus interior voluntatis, in electiõibus prælati, vel principis, est electio nominationis talis personæ &c. quia electio est eorum quæ sunt in potestate eligentis, quæst. 13. ar. 4. fo. 32. col. 3. K
Electio semper est quo ad specificationem, & exercitium actus libera, simplex aũt actus volũtatis nõ est, vniuersaliter quo ad specificationem actus liber, quæstio. 13. articul. 6. fol. 33. col. 2. A
Supposito quòd voluntas velit eligere, duobus æqualibus propositis secundum aliquam conditionem, voluntas non arcetur ad neutralitatem, sed potest ad considerandum aliquam eminentiam in altero mouere, & inuenta, vel apposita, eligere alterum. q. 13. ar. 6. ad. 3. Ibidem. E
Electio licet sit partis superioris vt principaliter eligentis, est tamen partium obsequentium, vt exequentium, quæst. 76. ar. 4. fol. 113. col. 3. F
Electio includit intentionẽ finis, quoniam electio est eorum quæ sunt ad finem, propter finem, quæst. 58. ar. 4. & 5. fol. 19. col. 3. K. col. 4. 1. 7. Intentio
¶ Esse ens in ratione contingit dupliciter, quæst. 8. art. 1. fol. 22. col. 3. F
Esse immateriale rerum licet sit earum esse secundum quid, est tamen in se, & in ordine vniuersi esse simpliciter, & nobilius. q. 66. ar. 4. fol. 137. col. 2. B
¶ Aetatis defectus excusans a mortali, multo magis excusat a veniali. q. 89. ar. 6. fo. 196. col 3. G
¶ Euangelium dicitur tempore Apostolorum secundum veritatem in vniuerso orbe prædicatum secundum reputationem, de orbe enim secundum notitiam habitato, hæc & similia intelliguntur. q. 106. fo. 140. col. 2. B
¶ Euentus commune vocabulum ad effectum per se, & per accidẽs significat id quod quomodolibet ex actione prouenit. q. 20. ar. 5. fol. 52. col. 1. A
Euentus quicunque sequens siue per se, siue per accidens siue frequenter siue raro, modo sit præuisus, & volitus, siue directe siue indirecte addit ad bonitatem, vel malitiam actus quia hoc spectat ad voluntatem magis deordinatam in malis, & magis affectam in bonis ibid. E
¶ Exclusio non fit a concomitantibus, & præsuppositis, quæst. 22. artic. 3. fol. 55. col. 2. E. & fol. 182. col. 1. E
¶ Excommunicatus. Sciens Sortem sibi notum esse nominatim excommunicatum, & tamen communicans cum eo in diuinis ex hoc quòd non actualiter sibi occurrit hunc esse excommunicatum, excusatur a mortali, quæst. 68. ar 8. fo. 20. c. 1. E. Ignorantia.
¶ Exstasis. Pluries accidentia contigentia patientibus exstasim, & huiusmodi caũsantur ex sua apprehensione originaliter, quamuis forte consuetudo mutata in naturam, etiam inuitos postmodũ afficiat, q. 17. ar. 7. ad. 2. fo. 39. col. 2. B. ver. Cordis
¶ Extremo non solum extremum, sed medium opponitur. q. 22 art. 1. fol. 54. col. 2. E

F

FIDES, & spes acquisitæ tam respectu naturalium, quàm super naturalium, non sunt virtutes, quia non sunt obiectis proportionatæ. q. 62. ar. 3. fol. 127. col. 4. G
Fidei virtutis subiectum est intellectus a voluntate bene motus, spei autem subiectum est volũtas affecta meritis. Ad Scotum, q. 65. ar. 4. fol. 135. col. 1. C

Universidad de Navarra
Biblioteca

Fidei obiectum esse non visum, vel non apparens intelligitur de obiecto non ex parte rei, sed ex parte nostri: & in hoc sensu solet etiam obiectum fidei dici imperfectum, q.67. art.5. ad.3. f. 141.col.4.I
Fides infusa licet in quantum virtus non possit esse sine charitate. fides tamen inquantum fides, potest esse sine illa, quia potest habere sine illa opus suum: secus autem est de prudentia. q. 66.ar.4.f.136.col.3.G
Fides, opinio, & scientia de eodem sunt incompossibiles in eodē. q.69.ar.3.f.140.col.4.H
Fides dicitur imperfecta ex parte subiecti, quia constituit subiectum absolute in esse imperfecto, seu exigit subiectum absolute, & priuatiue imperfectum Ibidem.col.5.G
Fides ex parte nostri est in medio, non autem secundum se, quia secundum se est de Deo, cuius non sunt extremae ex parte autem nostri est de Deo per modum compositionis & diuisionis q.64.ar.4.f.132.col.1.E
Certitudine scientiæ nemo scit se habere fidem ex actu fidei, certitudine autem fidei quilibet scit certo se habere donum infusum fidei,q.112.ar.5.f.128.col.3.I
Fides & spes euacuantur in patria ratione superfluitatis & incompossibilitatis. Spei siquidem habitus euacuatur ex successione oppositæ formæ,s.luminis gloriæ per modū habitus,& ex efficacia oppositi actus,s.videre Deum non per modum transeuntis, & ex efficacia oppositi actus, scilicet habere Deum, & ex incompossibili statu suppositi, quæstio.67. artic.3. fol. 141. col.2. D
¶ Finis. An res sit finis secundum quod est in intentione, an secundum quod est in rerum natura, quæst.1.ar.1.ad.1. fol.2. col.3.K
An cum dicitur quòd actus voluntatis non potest esse vltimus finis, sit sermo de fine vltimo vt res dicitur finis, vel vt adeptio rei dicitur finis, q.1.ar.1.ad 2 f.2.col.1.D
Quid interfit inter apprehendere finem, & apprehendere rationem finis,q.1.ar.2.ibi col.2.E,& q.6.ar.2 fo.18.col.3.F
Finis tripliciter consideratur, & triplici actu voluntas fertur in finem vt sic, s.volitione,fruitione,& intentione,q.12.ar.1.f.30. col.2.C
Finis est obiectum formale omnis actus voluntatis, q.18. ar. 6. f. 42.col.2.
Finis adiunctus relatus ad actum interiorem, non est circunstantia, sed ad substantiam actus specificatiue concurrit: relatus autem ad actum exteriorem, habet rationem circunstantiæ.q. 18.ar.4.f.41.col.3.E
Finis vt finis licet adiunctus,quia est circunstantia actus exterioris moralis,& finis vt finis est obiectum voluntatis:ideo voluntas ex fine siue circunstante,siue specificante,media voluntate ad exteriorem actum pertinet,q.20 ar.2.f.50.col 1.D
Ⓒ Fomes est inclinatio partis sensitiuæ exeuntis a rationis ordine,q.91.ar.5.f.199.col.4.F
¶ Formæ perfectio & augmentum, aut oritur ex ipsa natura specifica formæ, aut ex participatione eius in subiecto, ita quòd vtraque perfectio,& vtrūque augmentum vbi inuenitur, commune est formæ & subiecto vt habet formam: differentia autem est in causa originis,quæst.51.artic.1.f.103.col.4.F
Formarum quædam habent suam differentiam sine ordine ad aliquod extraneum, quædam vero habent suas differentias cum ordine ad aliquod extraneum, ita quòd non sunt absolubiles ab illo extraneo.f.104 col.1.E
Licet in vtrisque specificans vt sic,consistat in indiuisibili, nec habeat latitudinem, & propterea commune est vtrisque quòd specificæ nihil potest addi, aut subtrahi quin varietur species: habentibus tamen differentiam mendicantem ab extraneo specificante, ex hoc ipso respectu conuenienti formæ secundum suam naturam specificam pure sumptam, annexus est motus accessus ad illud,maior & minor, secundum quem huiusmodi formæ secundum se dicuntur augeri,vel minui. Talis autem accessus non potest poni in aliis formis:quoniam nihil extra rem spiciunt specificans cui diuisibilis hic accessus annecti possit. fol.104 col.2.D
Formæ quædam vt respiciunt subiectum, non recipiunt magis & minus,seu non habent latitudinem, vel quia forma indiuisibiliter & specificatiue se habet ad subiectum, vel quia de ratione formæ est indiuisibilitas,non in partes quantitatiuas,sed in plura quorum aliquo adiuncto, vel adempto perfectior, vel minus perfecta sit. Ibidem,E. & sequenti
Quantitates continuæ quo ad hoc propter earum propinquitatem ad subsistentiam,& naturales potentiæ,quæ consequuntur immobiliter substantias, computatæ sunt in litera cum formis specificantibus.Ibid.col.4.E
An formis,si sit intensio,intelligitur per additionem,hoc non potest esse nisi vel ex parte ipsius formæ, vel ex parte subiecti, fo. 105.col.1.A
Formæ accidentales intensibiles,& remissibiles, quia non distinguuntur nisi aut formaliter,aut materialiter, & distinctio specifica ex forma est,materialis autē ex subiecto: ideo litera per hanc distinctionem in formis, si intensio intelligitur per additionem, hoc non potest esse nisi vel ex parte ipsius formæ, vel ex parte subiecti, non intendit aliam quam consuetam, scilicet aut additio est specificæ differētis,aut numeraliter. Nec datur alius modus,qm̄ additio gradus ad gradū,intelligitur gradᵘ numeraliter distincti,iō dicta distinctio est sufficiens,Ibi,C
Formarum intensionem non fieri per additionem gradus ad gradum,seu magis ad minus,vel formę ad formam in eadem specie,de additione formaliter loquendo, bene & efficaciter in litera osteaditur,Ibid.
Tribus modis tantum potest quis imaginari additionem gradus ad gradum in qualitatibus. Primo, vt gradus aliquis præexistens secundum rem in actu aliquo adiungatur formę existenti in aliquo gradu,non in summo. Secundo, vt gradus aliquis præexistens nō secundum rem,sed secundum intellectū & potentiam actiuam, deforis apponatur formæ non in summo. Tertio,vt gradus aliquis præexistens in potentia subiecti educatur de eius potentia, & addatur præexistenti. Sed primus modus est impossibilis,in secundo autem & tertio additionis, ratio non vere seruatur.Ibid.D
Formæ proprie intenduntur & remittuntur tantum secundum habitudinem ad subiectum,q.52 ar.2.fol.105.col.3.E
Ista maxima,In quemcumque actum potest forma aliqua, potest quilibet eiusdem speciei, licet non æque perferre, non est vera nisi in formis simplicibus secundum essentiam & potentias,q. 54.ar.4.fol.109.col.4.F
¶ Fruitionis vocabulum apud Thomistas & Scotistas æquiuocatur, apud primos siquidē significat formaliter delectationē, amorem autem connotatiue & causaliter, apud alios vero significat formaliter amorem amicitiæ,quæst.11. artic.1. fol.29. col.2.B
Futurum. Aliud est dicere,a,est futurum,& a,erit, quoniam cum veritate primi stat falsitas secundi, quæst.40.artic.3.fol. 85. col.2.B

G

GRATIA tam Dei quàm hominis ponit aliquid ingrato, licet differenter.q.110.ar.1.fol.253.col.2.D
Gratia,cum homo perdit eam, non annihilatur, quia, cum non sit res subsistens,nec fit,nec corrumpitur, nec creatur, nec annihilatur, sed secundum eam homo creatur in tali esse. Dicitur autem creari, quia non educitur de potentia subiecti, nec datur ex meritis,q.100.art.1.Ibidem.E &.q.112.1.1. fo.257. col.2.E
An gratia sit idem quod virtus,q.110.art.3.fol.254. col.2.A
An gratia sit in essentia animæ sicut in subiecto,q.110. ar.4. Ibi. col.3.K
An differentia inter gratiam operantem, & cooperantem pro gratuita Dei motione sumptam,in litera posita,sit conuenient,q. 111.ar.1.fol 255.col.3.I
Gratia cooperans dicitur tam confirmans voluntatem ad exterius opus facultatemque exterioris operis præbēs, quàm vt est principium interioris operis meritorii secundum habituale donum tam datum facultati libert arb.ad vtēdum cum vult. Gratia autem operans dicitur tam gratuita Dei motio ad actum interiorem meritorium, qui non procedit ex habitu, vel actu altero meritorio, quàm gratia ipsa habitualis vt dat esse.f.256. col.1.E
An actus idem interior possit esse a gratia operante, & cooperante.Ibid.col.2.B
An gratia donum habituale exigat in subiecto præparationem, q.111 ar.2 fol.257.col.3.K
Effectus diuinæ dilectionis in nobis qui per peccatum tollitur, est gratia, qua homo sit dignus vita æterna. Cum enim omne peccatum mortale includat in se cōtrarietatem ad charitatem, quia est transgressio illius præcepti charitatis negatiui,s. Nihil est præferendum amicitiæ diuinæ, ideo omne peccatum mortale priuans rectitudine naturali,priuat etiam rectitudine gratię,q.113.ar.2.fol.259.col.2.E
Gratia,& culpa licet absolute, & respectu hominis lapsi non sint opposita immediata, respectu tamen hominis lapsi sunt opposita immediata ex habitudine extremorum ad tale obiectum, quia homo lapsus se habet ad hæc vt ad priuationem & habitum, q.113.ar.2.ad 1.ibidem.col.4.H
An gratia gratum faciens ita exigatur ad iustificationem impii, quòd impossibile sit per quamcumque potentiam aliter iustificari impium,q.113.ar.2.ibidem.K
An gratia & culpa sint formaliter opposita priuatiue, sicut tenebra & lumen,q.113.ar.4.fol.261.col.2.A

An

An in litera bene probetur,quòd dispositio liberi arbit. sequitur gratiæ infusionem,quia dispositio subiecti sequitur dispositionem agentis,per quam etiam ipsum subiectum disponitur.q. 113.ar.8.ad 2.fol.263.col.3.I
An anima sit naturaliter capax gratiæ,quæst.113.artic.10.fol.264 col.1. D.
Gratiam non esse supernaturalem potentiam impii, sicut vita supra potentiam in corpore mortuo, quomodo intelligatur. Ibidem E
Cur non sit simile de illuminatione cæci, & iustificatione impii. Ibid.col.2.A
An gratiæ augmentum sit supra quantitatem,& non supra virtutem præexistentis gratiæ.q.114.ar.8.fol.26.col.4.G
Bonum gratiæ vnius,est melius quàm bonum naturæ totius vniuersi.q.113.ar.9.fol.263.col.4. k

H

HAbitus est dispositio qua bene, vel male disponitur dispositum secundum se, vel ad alterum. quæst.49. artic. 1. fol.69 col.4.I
Habitus sumitur dupliciter,primo proprie, & sic non inuenitur extra animam rationalem: secundo communiter pro habitudi dispositione siue ad naturam, siue ad opus in pluribus consistentem,& sic inuenitur etiam in inanimatis,q.49. ar.4. fol. 99. col.2.C
Habitus est inclinare ad propria & adæquata obiecta,sed hoc conuenire non potest habitui in appetitu, quia hoc conuenit ipsi appetitui,quoniam eius officiū, immo natura est inclinatio ad obtectum proprium, nihil enim aliud est appetitus quàm inclinatio. In appetitu tamen ponere habitum propter inclinationem ad propria,i.specialia obiecta sub communi obiecto cōtenta,inclinantem ad illa,prompte,faciliter &c.necessarium est. q.51.ar.1.fol.102.col.1.E
Habitus, licet primo sint qualitates, bene vel male disponentes animam,secundario tamen etiam disponentes sic corpus, habitus nomen obtinuerunt, quæstione. 50. articulo.1. folio. 99. col.3.F. G.
Vbi non inuenitur consuetudo,aut aliquid maius, ibi non inueniatur proprie habitus.Ibid.F
In membris corporeis & parte vegetatiua, & animalibus brutis, pro quanto sunt rationis imperio obedientia,habitus sunt secundario. Ibid. K
Habitus in intellectu est simpliciter necessarius, in voluntate vero solum ad bene esse,q.50.ar.5.fol.101. col. 1. E & q. 51. ar. 1. Ibi. col.4.I
Habitus quidam fluit naturaliter in intellectu præsentibus ab extra terminis principiorum, in voluntate autem non, sed sola promptitudo ipsius ad principia, scilicet et bonum prosequendū, & malum fugiendum,& huiusmodi inest a natura, q.51. ar. 1. fol.102.col.1.B
Habitus determinat potentiam non ad producendum actum talis speciei,sed ad hoc vt ipsa habitu perfecta,sit proprium principium perfecti operis, in quo sua consummatur perfectio.q.49 ar.3.fol.98.col.4.k
Habitus est causa actiua per se substantiæ, & modi actus triplicis, scilicet perfectionis,determinationis in esse naturæ,& determinationis in esse morali,quamuis facilitatem ex parte operantis tantum præbere videatur.ibid.col.1.A
Habitus perficiens potentiam,vt ejus propria perfectio,secundum id quod habet de actu,perficit & complet actuitatem potentiæ; secundum id autem quod est in potentia, appropriat potētiam ad susceptionem vltimæ perfectionis, id est, operationis perfectæ.ibid.col.2.A
Habitus & potentia concurrunt ad effectiue causandum actum non sicut causæ partiales & vniuocę,neque sicut intensum & remissum,sed sicut imperfectum differt a seipso perfecto. ibidē col.3.F
Habitus,quia & habitus & formæ sunt, vtraque sortiri possunt distinctiua,scilicet propria formarum,& propria habituū, & hoc intendit litera.q.54.ar.2.& non quòd cum dispositione harum fiet indispositio horum.f.107.col.K
Idem habitus potest transire de bono in malum, aut econuerso; sed quod idem sit bonus & malus est impossibile. q.54.ar.3.fol. 108.col.1.D
Idem numero habitus in se immutatus,non potest fieri de non virtute virtus.q.55.ar.1.f.110.col.2.A
Habitus moralis habet rationem virtutis humanę inquantum rationi conformatur, non conformitate superadditę relationis, sed conformitate essentiali, quæstione.48. arcuio. 2. fol.117. col.4.K
Habitus proprius alicuius operis non est virtus, si non sit in consummatiua potentia operis.quæst.58.articul.3.ad 2.fol. 118.

col.2.C
Habitum quorundam perficere, non se extendit ad vti ipso habitu,ideſt,quidam habitus sunt perfectiui & inclinatiui potentiarum absolute in ordine ad sua opera, sed non perficiunt eadem potentias vt stant sub voluntate vrente, & isti sunt artes & scientiæ. Quidam vero perficiunt & inclinant potentias nō solum absolute, sed etiam vt vsuales siue imperatiue, siue executiue,& hi sunt virtutes morales,quæ ex propria ratione inclinant voluntatem ad rectum sui vsum,q.56.articul.3.folio.112. col.4. F
Habitus dans solam facultatem bene operandi, dat bonitatem operationis in potentia. Habitus autem dans etiam rectum vsū eius,dat bonitatem operationis in actu, quia vsus constituit operationem in actu, quia est applicatio potentiæ ad ipsam, Ibidem. K
Per mihi & tibi,ideſt,in me & extra me, variatur ratio formalis & generica habitus, quæstion. 61. articulo.5. ad 1. fol. 126. colum.1. E
Habitus per se infusi sunt, qui sola infusione haberi possunt. Illi autem qui possunt ex nostris actibus, aut natura acquiri, sunt per accidens infusi,accidit enim eis infundi,quæst.51.ar.4.f.103 col.2.B.& q.63.ar.4.fol.130.col.1.B
Habitus infusi,ex vno actu contrario corrumpuntur, non autem acquisiti.q.67.ar.3.f.141.col.3.G
¶ Homicidium quantum ad malitiam actus exterioris secundum se,& quantum ad actum intentionis,est grauius peccatum fornicatione.q.73.ar.8.f.159.col.2. B.
¶ Homo. An homo in statu innocentiæ potuerit peccare venialiter absque peccato mortali, quæstion. 89. articul. 3. fol. 195. col. 3.A
Hæc literę verba, Primum quod homini occurrit cogitandum cū incœperit habere vsum rationis, est deliberare de seipso, intelliguntur non solum de debito,sed de facto,& de seipso quodammodo vt sine,& quodammodo vt ad finem, q. 89. ar. 6. fol. 196. col.3.H
Bonus homo est bonus ciuis,sed non econuerso.q.92.ar.1.fo.200. col.3.K.Ciuis
Homo in nullo statu potest ex solis naturalibus verum aliquod supernaturale cognoscere.quæstio.109.articul.1.folio.245. col. 4. H.
An per hominem in statu naturæ integræ intelligat author hominem precise in naturalibus,seclusō omni gratuito dono, & omni peccato præuio,an hominem habentem donum iustitię originalis.q.109.art.2.3.& 4.fol.246.col.1.D
An author intendat,quòd homo in statu naturæ corruptæ non possit moraliter bonum ex propriis naturalibus facere.q.109. art.2.f.246.col.4.G
Et quid tenendum sit de hac quæstione, scilicet,An homo in statu isto possit per sua naturalia facere actum moraliter bonum. ibidem.K
An homo possit diligere Deum super omnia ex solis naturalibus sine gratia.q.109.art.3.fol.247.col.3.H
Licet homo in statu naturæ corruptæ, quantum est ex sufficientia sua, possit ex puris naturalibus diligere Deum super omnia referibilia in ipsum, non tamen potest diligere Deum super omnia sua simpliciter: quia non potest non peccare, ac per hoc non potest non ponere impedimentum dilectioni Dei super omnia, sicut potest in statu naturæ corruptæ. Ibidem, col.4.K
Homini est naturale opus diligere Deum super omnia,si naturale sumatur pro eo quod est secundum naturam, non autem si sumatur pro eo quod fluit ex natura.fol.248.col.1.D
¶ Cum quæritur, an homo sine gratia per sua naturalia, legis præcepta implere possit, sermo est de omnibus præceptis diuinæ legis siue nouæ, siue veteris. quæstio.109.articu.4. Ibidem, col.2.B
An homo in statu naturæ integræ possit omnia diuina mandata implere,quantum ad substantiam operum.q 109.art.4.fol.248, col.2.B
An homo possit se ad Dei gratiam per seipsum præparare.q.109, art.6.fol.249.col.2.A
Hęc propositio quæ probatur, scilicet,Solius primi agentis est præparare ad vltimum finem, est verissima formaliter intellecta de tendentia in illum: quoniam nulla materia, nullum disponens, nullum adiuuans tendit in illum finem, nisi ex primi agentis motione, cui conuenit primo tendere in illum. Ibidem.B
Ista authoritas Ioan.16.Sine me nihil potestis facere,non est limitanda ad communem influxum tantum, sed est vniuersaliter vt sonat intelligenda, & proportionaliter distribuenda.q.109. art.6.ad 2.ibidem.col.4.H
An homo in statu naturę integrę potuerit vitare omnia peccata

ex suis naturalibus.q.109 art.8.fol.150.col.3.F
An homo in peccato mortali existens, antequam reparetur per gratiam iustificantem, possit diu manere absque peccato mortali Ibidem.I
Homo existens in peccato mortali, & non se disponens ad gratiam ex hac suppositione, quòd velit permanere in tali statu, necesse habet peccare mortaliter, & impossibile est ei non peccare mortaliter. Ad Scotum.quæstion.109.articul.8.ad 1.folio.252. col.2.B
Homo per solum donum gratiæ non potest operari bona operanda, & vitare mala vitanda, sed ad hoc eget speciali auxilio Dei vltra gratiam, quia gratia nó dat quicquid opus est ad hæc duo, q.109.art.9.Ibidem.col.3.I
Quomodo stent hæc duo simul, Homo habet donum gratiæ quo potest perseuerare, & Homo non potest ex sola gratia perseuerare.q.109.art.10.ibidem col.4.I
Humana natura sola in hac iacet miseria, vt malum habeat vt in pluribus, & bonum vt in paucioribus. Cuius exorbitantiæ causa est dualitas naturarum subordinatarum in homine, quarum vna contrariatur alteri,q.71.art.2 fol.149.col.1.C

I

IDem inquantum idem inconuenit multiplicari, & non multiplicari, sed inquantum aliquo modo differens est a seipso, potest multiplicari, & non multiplicari.q.113.art.6.ad 2.fol.262. col.3.F
Idem realiter & conuertibiliter, impossibile est separari, sed quæ sunt idem realiter, & non conuertibiliter, possunt separari ex parte qua non est conuertibilitas.ibidem
¶ Ignis cessante motu cœli non posset comburere stipulam, quia secundus motor a primo dependet.quæst.109.artic.1.folio.245. col.3.F
¶ Ignorantia duplex. Vna priuans vsu rationis, altera priuans sola scientia eius quod scire tenetur. Et hæc est duplex, scilicet, iuris, & facti,quæstione.76.articul.4.fol.167.col.3.G
Ignorantia ex parte rei scitæ, est secundum triplicem scientiam triplex.q.67.art.4.ad 1.fol.168.col.2.E
Sufficienter enumerantur duæ tantum ignorantiæ eius quod quis scire tenetur, scilicet, affectata vt liberius peccet, & per negligentia.q.76.art.2.fol.166.col.2.A
Ignorantia ex parte rei ignoratæ tantum, ideſt, non ex parte ignorantis, ideſt, non culpabilis, excusat totaliter ab inuoluntario id quod est effectus proprius ignorantiæ, siue det operam rei licitæ, siue illicitæ.fol.167.col.1.B
Ignorantia causans per accidens actum vt remotio prohibentis de se, ideſt, de sua propria ratione, sibi vendicat quòd actus ille sit inuoluntarius. Ignorantia siquidem vt remotio prohibentis, est causa non per se, sed per accidens inuoluntarij, ignorantia autem vt absentia scientiæ, est causa per se inuoluntarij.q. 76.art.3.fol.166.col.3.I
Ignorantia est causa per accidens peccati. Non ens enim non est causa per se entis, & ponitur causa vt remouens prohibens, seu remotio prohibentis, quæstione.76. articulo,1.folio.165. col.3.K
Quomodo intelligenda sint hæc literæ verba, Inquãtum remanet in ignorante de voluntario, intantum remanet de intensione peccati, & secundum hoc non erit per accidens peccatum,q.76. art 3.fol.167.col.2.B
Ignorantiã tollentem totaliter vsum rationis excusare a toto, est verum per se loquendo, sed per accidens contingit non excusari: cum enim ignorantiæ tal. coniungitur, quòd est voluntaria culpabiliter, tunc ratione istius accidentis non excusat a toto, q.76.art.4.fol.168.col.1.I
Ignorantia semper excusat a toto inuoluntario vt sic. Et quando dicitur,quòd aliquando excusat a tanto,sed non a toto,intelligitur de ipso inquantum habet rationem voluntarij,q.76.ar.3. fol.167.col.1.D
Ignorantia concomitans, seu quæ non est causa actus peccati, quia non causat inuoluntarium actum, ideo non excusat a per se spectantibus ad actum illum. Cum quo tamen stat, quòd excusat ab omnino per accidens, quia nullus fit ex illa ignorantia in eo actus volendi illa. Ibidem. folio. 166. col.4.K
Ignorantia non est secundum se peccatum, quia omne secundum se vitium morale opponitur secundum se alicui virtuti morali: ignorantia autem non opponitur alicui virtuti morali, sed scientiæ. Et quia non est secundum se peccatum, oportuit respondendo dicere secundum quid est peccatum, & dictum. est secundum negligentiam, quæstio,76.articulo.2.fol.eodem col. 1.B
Cum inter ignorantiam malæ electionis,& ignorantiam iuris differentia sit, quòd ignorantia electionis consistit in ipsa voluntaria actuali in considerarione, ignorantia vero iuris in voluntaria habituali priuatione scientiæ, quandocumque aliquis ex actuali obliuione eius quod scit, & habitualiter meminit, operatur,neutram ignorantiam incurrit, quoniam omnium reminiscí supra hominis est facultatem, quæst.6.art.8.f.20.col.1.C. ver.Excommunicatus.
Peccata quæ sunt secubdum se mala, & fiunt ex ignorantia iuris, sunt eiusdem speciei, cuius essent si fierent a sciente, quia sunt voluntarij in seipsis per se,& directe, non solum materialiter, sed formaliter secundum conuersionem ad obiectum, quamuis secundum contrarietatem ad virtutem indirecte & per accidens sint voluntarij, quæstione.76.articulo.4.fol.167. col.3.H
Peccata quæ fiunt ex culpabili propter negligentiam ignorantia facti, non sunt eiusdem speciei cuius essent facta a sciente, sed spectant ad species peccatorum directe volitorum, quia plus requiritur ad rationem speciei propriæ quàm ratio voluntarij, oportet enim esse per se intentum id vnde species sumitur, q. 76.art.4.fol.168.col.1.B
Peccata quæ fiunt ex ignorantia iuris positiui, quæ non sunt secundum se mala, sed iolum, quia prohibita, quia obiectum formale velatur,non sunt eiusdem speciei facta ab ignorante ius, & a sciente. ibidem.
Peccata facta ex ignorantia facti culpabiliter, siue sint secundum se mala,siue non,redeunt ad naturam suæ speciei, quoniam culpa impedit velamen ignorantiæ a locando actum extra intentum,ibidem.E
Ignorantia adiuncta sequenti peccato non auget, sed diminuit illud, quia plus adimit de grauitate illius quàm apponat de grauitate propria.ibidem.col.3.I
Quando ignorantia non aufert propriam & perfectam speciem deliberato peccato quod ex ea fit, non aufert per consequens id quod ex propria specie sibi vendicat, scilicet esse mortale, & esse mortale grauioris ordinis. Quando vero ignorantia distrahit sequens peccatum in speciem alterius peccati, pura, ebrietatis, vel venationis non discretissimæ, tunc quia peccatum sequens non sortitur propriam speciem,quantumcumque secundum se esset mortale, aut grauioris ordinis, non facit actum ex veniali mortalem, nec ex mortale leuioris ordinis, mortalem grauioris ordinis, quamuis aggrauet vt circumstantia, quia circumstantia non habens propriam speciem,numquam aggranat in infinitum, numquam transfert in proprium ordinem Ibidem.K
An maior sit ignorantia peccantis ex passione quàm ex malitia.q. 78.art.4.ad 1.fol.175.col.2.C
Ignotum non specificat quo ad reposita per se in specie,secus autem est de reductiue ad speciem pertinentibus,q.76.art.4.f.168. col.2.D
Imaginatio non quorumcumque, sed consideratorum a ratione, subest imperio rationis. quæstione.17.articulo.7.ad 3.folio.39. col.2.D.
Tam imaginari vel non imaginari, quàm imaginari hoc vel illud subesse intelligitur imperio nostro, quatenus pendet ex parte animæ.ibidem.E
¶ Imperium. Ad imperij rationẽ tria concurrunt, scilicet ordinatio alicuius ad aliquid, intimatio,& motio, quorum duo prima pertinent ad rationem,tertium autem ad voluntatem,q.17.art. 1.fol.37.col.3.F
Actus appetitiui pro quanto pendent ex parte animæ, vniuersaliter subsunt imperio rationis,& voluntatis, quæst.17.art.7.fol. 38.col.1.D
Quanto aliquis actus est immaterialior,tanto est nobilior,& magis subditur imperio rationis. Appetitus siquidem passionis licet ex naturæ nobilitate magis obediant rationi quàm corporis motus, propter contrarietatem tamen annexam bono proprio ad rationem, non plene rationi subduntur, propter cuius contrarietatis defectum, corporis membra plene subduntur rationis imperio ad suos animales motus. q.17.art.8.ad 1.fol.39. col.3.K.& col.4.H
¶ Infans. An infans baptizatus teneatur in principio suæ discretionis ad conuersionem in Deum, sicut & non baptizatus,q.89.ar. 6.fol.196.col.4 K
Et si teneatur, an quilibet baptizatus sit de hac præcepti obseruatione dubius, & teneatur consequenter confiteri tamquam de dubio.ibidem.
¶ Infirmitas corporis voluntaria non excusat a peccatis sequentibus,durante illius infirmitatis affectu, quæst.77.artic.7.fol.117. col.3.G
¶ Individuum vnum immaterialis ordinis, æquiualet non tãtum infinitis individuis materialibus sub vna specie, sed etiam sub vno genere,etiam analogo,q.10.art,1.ad 3.fo.27.col.4.G

¶ Intelle-

¶ Intellectus indiget habitu naturali: quoniam cum indigeat speciebus intelligibilibus ad hoc quòd intelligat, non est per seipsum in actu,ita quòd possit absque superaddita qualitate exire in actum intelligendi. In voluntate autem ipsa potentia vices naturalis habitus optime præbet: quia ex seipsa naturaliter inclinatur ad tendendum in finem naturalem, secus autem est respectu supernaturalis finis. quæstio.62.articu.3.folio.127. col.3.G.H
An intellectus humanus ex virtute suæ naturæ possit cognoscere omne verum non supernaturale, quæstio.109.art.1.fol.245. col.3.H
Quomodo teneat processus literæ probantis, quòd intellectus mouet voluntatem per modum principij formalis, præsentando ei suum obiectum.q.9.art.1.fol.24.col.3.H.I
An Deus sit obiectum intellectus practici.quæstio.3.art.5.folio.9. col.3.F
Intellectus practici actum non quæri propter seipsum,sed propter actionem,quomodo intelligatur. Ibidem.I
Intellectus practici perfectio, veritas, seu vera directio in agibilibus attenditur penes conformitatem ad appetitum rectum rectitudine finis moralium, quæ est bonitas moralis. In factibilibus autem attenditur penes conformitatem ad appetitum rectum rectitudine finis artificialium,quod non est appetitum esse bonum moraliter,sed esse rectum,ideſt,tendere in rectum finem. q.57.art 5.fol.116.col.3.k
Intellectus practici cognitio ac veritas in actu dirigendi consistit, quæ directio infallibiliter est vera circa contingentia,si consona sit appetitui recto precedenti. Et sic virtus intellectualis semper vera respectu contingentium taluatur non inquantum cognitorum, sed inquantum attingibilium ab humano opere propter conformitatem ad appetitum rectum.fol.117.col.2.B
Intellectus practici verum secundum se quidem a rebus pendet quo ad cognoscere, ex parte autem nostri ab appetitu recto, qui facit nobis apparere finẽ secundum ipsius appetitus dispositionem. Quo ad dirigere vero ipsa intellectualis virtus est regula, & nostro lumini rationis naturalis,& appetitu commensuratur q.64.art.3.fol.131.col.1.E. Mouere
¶ Intendere potest voluntas multa simul, non autem intellectus multa simul intelligere, quia intellectus non attingit plura nisi vt vnum, voluntas vero vt plura. quæstio.12.artic.3.folio.30. col.4.I
Intentio primo attingit terminum, & deinde terminabilia in ipsum,electio vero primo attingit terminabilia, & deinde terminum.quæst.12.articul.4.fol.31.col.1.B
Quantum mala est intentio, tantum mala est voluntas formaliter, ideſt, vt stat sub intentione. quæstio.19.articulo.8.folio.47. col.4.K
Quantitas bonitatis in intentione non constituit quantitatem bonitatis in actu, quia bonitas intentionis non constituit bonitatem actus.q.19.art.8.ad 3.fol.48.col.1.B
Quantitas ex obiecto & modo intentionis, redundat in actum voluntatis,& actum exteriorem vt stant sub intentione,seu forma liter,ideſt,vt tendunt in finem quem respicit intentio.q.19.art. 8.fol.47.col.4.K
¶ Intentio in perfectionibus est penes accessum ad causam, quia perfectio effectus est ex causa, in defectibus autem est penes elongationem a perfecto. quæstione. 22. articulo.2.folio.54. col.4.K
¶ Interpretatione non est opus in manifestis.q.89.artic.6.fol.209. col.4.I
¶ Ire diffinitionis explanatio. quæstione.47. folio.94. columna 2.D.
Ira non est ad mortuos secundum se, nec ad insensibilia.Ibidem. col.3.G
Ira non est nisi ad singulares personas. Ibidem.H
Ira non causatur ex sola tristitia, quia requiritur etiam spes vltionis.q.23.art.4.fol.57.col.4.K
Ira terminat omnes passiones irascibilis, quia in ipsa finiuntur tamquam in vltima passione, hoc est dicere, quòd ira est vltima passio, seu vltimus motus huius potentiæ & notior, & propterea denominat potentiam. quæstione.46. articulo.1.fol.92. col.1.A
Ira inquantum subest rationi nuntianti,est ab ea, inquantum vero subest rationi moderanti, sedatur ab ea.q.46.art.5.folio.93. col.1.D
Ira malum respicit indutum iusti vindicatiui rationem, odium autem malum nudum secundum se. quæstione.46.art.6.fol.93. col.3.F
Iræ proprium obiectum habet per se mensuram, & si in aliquo casu forte non habet,hoc est per accidens: odij autem obiectum non habet per se mensuram, & si habet, hoc est per accidens. Ibidem.col.4.F

Iræ species,scilicet fel,mania,& furor, non sunt veræ species ex parte obiecti, quamuis ex parte subiecti specifice distinguantur.q 46.art.8.fol.94.col.1.B
¶ Irascibilis obiectum secundum Sco.est offendens, ex quo sequitur, quòd apud ipsum irascibilis numquam est respectu boni.q. 23.art.1.fol.55.col.4.I
Irascibilis adequatum obiectum est difficile, seu arduum, sub quo comprehenditur offendens.fol.56.col.1.C
¶ Immo irascibilis obiectum est bonum æstimatum, concupiscibilis vero sensatum:illam mouent intentiones elicitæ,istam species sensibilium.Ibidem.col.2.A
¶ Irregularitas sequitur factum,& non requirit culpam.quæst.76. art.3.fol.197.col.1.D
¶ Iuris dispositioni standum est. quæstione.72.articulo.9 fol.156. col.2.B
¶ Iustitia præfertur fortitudini.Iustitia enim rectificãdo animum in omnibus operationibus,quæ sunt ad alterum,rectificat etiam respectu vitæ,& mortis,& sic iustitia est tanto nobilior, quanto vniuersalior, circa maiora scilicet & minora, rectificans in his, quæ sunt ad alterum.q.66.art.4.fol.138.col.1.E
¶ Iustificatio. Remissionem peccatorum esse consummationem, siue peruentionem ad terminum huius motus, qui est iustificatio impij, quomodo intelligatur. quæstio.113.articu.6.fol.261. col.4.H
Iustificationem impij esse ipsam remissionem peccatorum, secundum quod omnis motus speciem accipit a termino,quomodo intelligatur.Ibidem.K
An author intendat,quòd gratiæ infusio,& remissio culpæ sint idẽ secundum substantiam, & distinguantur secundum terminos, an vero intendat quòd sint, conueniant, & distinguantur sicut generatio & corruptio, cum generatio vnius sit corruptio alterius.quæst.113.art.6.ad 2m.fol.262.col.1.D
In iustificatione impij ordo naturalis est, quòd primo est infusio gratiæ,secundo motus liberi arbitrij in Deum,tertio motus liberi arbitrij in peccatum,quarto confectio iustitiæ,& quinto exclusio culpæ.q.113.art.8.fol.263.col.2.D
Omne iuuans statuit Iupiter esse pium. quæst.94.art.2.folio.203. col.4.I

L

LAetitia, exultatio, & iucunditas proprie non dicuntur, nisi in naturis rationalibus, quæstione.31. articulo,1.folio.68. col.4.I
¶ Legibus tribus eget homo ad sui rectitudinem moralem, seclusa rectitudine requisita pro cælesti patria. quæstio.91.art.1.2. & 3.fol.198.col.4.G
¶ Lex diuina non dicitur diuina a subiecto, tamquam sit aliquid in Deo,sed dicitur diuina ab authoritate, a modo, & a fine, est namque a Deo super, naturaliter data ad ducendum in Deum supernaturalem finem. quæstione.93.articulo.3, folio.202.columna.1.B
Ista propositio,Rationes inferiorum gubernantium sunt quædam quæ aliæ leges præter æternam,est vera.quæstione.93.articulo.3. Ibidem.C
Omnia præcepta legis naturæ radicantur in vno primo, ratione cuius dicitur lex vna. quæstione. 94. articulo. 1. folio. 203. col.3.K
Aliqua deriuari a lege naturæ per modum determinationis, quo ars formam communem ad specialem determinat,quomodo intelligatur.q.95.art.1.fol.205.col.4.G
An lex humana ita obliget in foro conscientiæ, quòd homo teneatur mori pro eius obseruatione. quæst.96.articu.4.fol.208. col.1.D
Quomodo stent hæc duo simul, quòd princeps obligetur quo ad Deum, ita quòd peccat non seruando legem, & quòd lex non habet vim coactiuam super eum.quæstio.96.articulo.5.Ibidem, col.3.K
Quomodo stent hæc duo simul, quòd princeps potest legem tollere, mutare, & in ea dispensare. & quòd ipse in foro conscientiæ subditur legi.fol.209.col.2.D
Quadrupliciter occurrere potest casus agendi contra legis verba pro seruanda eius intentione.quæstio.96.articulo.6.Ibidem, col.4.G
Leges humanæ fiunt secundum id, quod vt in pluribus agendum est,& non dearticulantur omnia in omni euentu. Et hoc tribus de causis. Prima est ex defectu ingenij humani, secunda ex parte confusionis vitandæ, tertia ex variabilitate rerum, de quibus fit lex humana. quæstione. 96. articulo. 6. folio.210. col.1.B
An lex diuina & humana differant penes hoc, quòd diuina intendit principaliter amicitiam ad Deum,humana aũt intendit principaliter amicitiã hominum inter se.q.99.art.2.& 3.f.214.c.1.A

Universidad de Navarra
Biblioteca

An examiare, & consulere sint actus legis. q.99. art.5. & 6. fol.215. col.1.C
Cur tempus veteris legis omnia fuerint figuralia. q.104. artic.2. ad 2m. fol.234. col.3.I
Libertatis ratio formaliter est voluntas, causaliter vero ratio. q.17. art.1. ad 1m. f.38. col.1.A & q.74. art.1. fol.161. col.3.K
Liberalitas, & magnificentia, fortitudo, & veritas cum non respiciant operationes secundum se, vt respicit iustitia, & partes eius, sed vt aliqualiter se habent ad passiones, sunt subiectiue in appetitu sensitiuo, in voluntate autem & Deo non nisi metaphorice, & secundum quid. q.60. art.5. fol.124. col.1. C. D
¶ Locum facere, ver. Circunstantia.
¶ Lumen gloriæ in patria ponere necessarium est ad eleuandum animam ad videndum Deum, & eo beate fruendum. q.67. art.3. fol.141. col.2.B
Et est subiectiue in intellectu. quæstio.67. articul.5. ad 1m. Ibidem. col.4.H

M

MAcula, an sit priuatio, vel relatio rationis, Ad Scotum. q.86. fol.186. col.4.G
¶ Magis & minus per se non variant speciem. q.60. art.5. & 6. fo.124. col.3.H
¶ Malum absolute loquendo, significat priuationem boni secundum rationem debiti, quando, sicut, &c. quæstio.18. art.5. ad 2m. fol.42. col.1.B
Malum in moralibus quandoque significat priuationem boni secundum rationem debiti, quando, sicut, &c. actui humano, vel habitui, quandoque autem significat ens contrarium, actui, vel habitui humano bono. Ibidem
Malum, species, genus, & differentia in moralibus formaliter est ens positiuum, & bonum in se, quamuis sit malum homini secundum rationem. q.18. art 5. fol.41. col.4.K
Malum est æquinocum ad malum vere, & proprie, & ad malum genus, differentias, & species moralium. q.18. art 5. ad secundum. fol.42. col.1.B
Malum æquiuoce dicitur de malo absolute, & de malo moraliquoniam malum absolute est formaliter nullius naturæ, sed priuatio & nihil, malum autem morale est multarum naturarum. q.71. art.6. fol.150. col.3.I
Mali culpæ ratio non consistit in malitia contrarie, sed in malitia priuatiue. q.18. art.9. fol.43. col.3.K
Malum morale tollere totum bonum morale sibi oppositum, potest permissiue & positiue intelligi. q.18. art.8. ad 1m. fol.60. & q.75. art.4. fol.44. col.1.I
Mali causa cum assignatur, aut assignatur causa deficiens, aut assignatur causa per accidens: quia causam efficientem per se habere non potest, neque policium, neque negatiuam. q.75. articu.1. fol.164. col.1.C
Malum causa depulsiue, quia cum apprehensio ad bonum animalis ordinetur, malum apprehensum non causat in animali bonum ad se, sed a se: hoc enim est causare conueniens animali in proportione ad tale obiectum. quæstione.23. art.4. fol.57. col.1.D. & col.3.I.
Quia malum non est obiectum appetitus vt prosequendum, sed vt fugiendum, & eadem ratione qua bonum appetitur, malum refutatur. ideo verumque verificatur, scilicet & quod verumque est obiectum diuersimode, & quòd bonum communiter assignatur. & diuulgatur: quia bonum per se, malum vero per accidens, ideſt, per aliud, scilicet bonum, est obiectum. q.25. art.2. folio.59. col.4.F
¶ Meritorium præsupponit laudabile, & laudabile rectum, & rectum bonum. q.21 art.1. fol.53. col.1.A
Omnis actus humanus dupliciter potest habere rationem meritorij, vel demeritorij: primo ex ipsa ratione actus, secundo ex statu personæ agentis. q.21. art.2. Ibidem. col.3.G
Non omnis actus humanus est meritorius vel demeritorius vitæ æternæ secundo modo, sed existentis in statu gratiæ. primo vero modo omnis actus humanus est meritorius, vel demeritorius vitæ æternæ. Ibidem. H
In communi loquendo, in merito concurrunt quatuor, scilicet persona merens seu merita, ipsum meritum, merces, & persona reddens mercedem. q.114. art.1. fo.264. col.4.H
Quare his author quærat, an aliquis sine gratia possit mereri vitam æternam. q.114. art.2. fol.265. col.2.E
Hominem non posse mereri ab alio homine quem prius offendit, nisi ei satisfaciens reconcilietur, quomodo intelligitur. q.114. art.2. Ibidem
An actus elicitus a gratia, sit meritorius simpliciter vitæ æternæ. q.113. art.3. fol.266 col.1.C
Quo pacto possit homo per gratiam mereri ex condigno vitam æternam, cum inter Deum & creaturam quamcumque multo minus quàm inter patrem & filium, possit esse iustum simpliciter. q.114. art.1 Ibidem col.2.D
An ratio, quare nullus potest mereri ex condigno sibi reparationē post lapsum, quia scilicet motio diuinæ gratiæ interrumpitur post lapsum, sit valida. q.114. art.7. fol.267. col.2.A
An ratio, quare perseuerantia dicitur non cadere sub merito, quia scilicet dependet solum ex motione diuina, sit valida. q.114. art.9. fol.268. col.2.A
¶ Motus ab extrinseco ex parte actiui est fortior in principio ex ratione contrarietatis, quia vnumquodque & seipsum imprimere, & opposito contrarianti obsistere nititur, ex parte autem patientis, motus ab extrinseco debet esse minor in principio, quia magis contrariatur in principio. quæstio.55. art.6. ad 2m. fol.78. col.3.G
Quomodo intelligatur hæc propositio, Quod nullam habet notitiam finis, etsi in eo est principium actionis, vel motus, non tamen eius quod est agere, vel moueri propter finem est principium in ipso, sed in alio. q.6. art.1. fol.17. col.3.I Agere. Finis.
Quomodo intelligatur hæc, Quodcumque sic agit, vel mouetur a principio intrinseco, quod habet aliquam notitiam finis, habet in se ipso principium sui actus, non solum vt agat, sed etiam vt agat propter finem. Ibidem. col.4.G
¶ Mouere est reducere de potentia ad actum. q.9. principio. fol.23. col.4. K. Intellectus. Obiectum
Differentia inter intellectum & voluntatem in mouendo sit in hoc, quòd voluntas mouet effectiue intellectum, & alias animæ vires quo ad exercitium actus, intellectus autem mouet illam finaliter, & cum hoc effectiue ad specificationem actus, & illa efficientia quæ necessario coniungitur fini. quæstio.22. art.3. fo.55. col.2.C
Non solum aptitudo ad motum, & operationem ineſt subiecto per se, sed motus ipse, & operatio. quæstio.10. art.1. ad 2m. fol.10. col.4.F

N

NAturæ determinatio non est minus efficax quàm determinatio habitus, est tamen minus faciens, & explicans opus suum quàm determinatio habitus acquisiti: quia habitus acquisitus in ipsa acquisitione expulit insurgentia contraria, naturalis autem determinatio non, vnde assimilatur habitui infuso potius quàm acquisito. q.56. art.6. fol.114. col.3.K
In naturalibus, quia sunt determinata ad vnum, sufficit inclinatio ad conueniens ad dissonandum ab inconuenienti, in animalibus autem, quia tendunt in contraria secundum seipsa, non sufficit animali amor conuenientis pro odio disconuenientis, sed vtrèque seorsum. q 23. art.4. fol.57. col.1.A
Naturæ corruptę appellatione quid intelligendum sit. q.109. art.2.3.& 4. fol.246. col.1.D
An naturæ ordo reparari non possit, nisi Deo voluntatem hominis ad se trahente per gratiam. quæst.109. articulo 7. folio.150. col.1.A
Quomodo vulnera humanæ naturæ consistant in destitutione virium animæ a proprio ordine naturali ad virtutem, cum peccatum nullum bonum naturæ tollat. quæstio.85. artic.3. fol.185. col.1.E
¶ Negligentia est nomen æquiuocum, vel quasi æquiuocum ad peccatum oppositum prudentiæ, & ad peccatum oppositum studio sitati, & illa est in intellectu, & ista in voluntate. quæst.76. art.2. fol.166. col.2.A
¶ Numerus. Quomodo possit esse verum, quòd inter species numerorum est ordo per accidens, & processus in infinitum, quia accidit numero præexistenti, quòd ei addatur vnitas. q.1. art.4. ad 2m. fol.3. col.3.H

O

OBedientia oritur ex propinquitate, sed propinquitas est duplex, scilicet similitudinis, & proportionis. Et secundum similitudinem quidem quanto actus est nobilior, tāto propior secundum naturam suam est rationi, & aptior vt sequatur eam: secundum proportionem vero quanto bonum proprium, ad quod aliud infra latitudinem obsequentium ordinatur, est magis consonum rationi, tanto magis subditur eius Imperio, ver. Imperium.
¶ Odium diuiditur in odium inimicitiæ, & abhominationis, sicut amor in amorē amicitiæ, & concupiscentiæ. q.29. ar.1. f.65. c.1.B
Vniuersaliter odium est dissonantia a malo obiecto & causa, quia oportet malum obiectum esse odio habitum, sed quia diuersum in vtroque odio constituitur obiectum, quia vnius persona, alterius res, varietas apparet, & non est, quoniam vtrobique id quod habet rationem mali obiecti, & causæ odij abnegatur ab affectu, & dissonat. Ibidem. col.2.C
Odij obiectum, & causa non est malum simpliciter, sed malū huic. q.29. art.1. fol.65. col.1.B
Aliud est odio haberi, & aliud non amari. q.29. art.4. f.66. col.1.C
¶ Obiectum

¶ Obiectum vt obiectum non dicit causam effectiuam, & propterea potest distinguere aliter quàm effectiue, scilicet formaliter. q.54. art.2. fol.108. col.1.A
Obiectum ad hoc quòd specificet actum voluntatis exigitur quòd sit formaliter per se & directe intentum: non exigitur autem quòd sit primo intentum. quæstione.72. articulo.9. fol.156. col.1.E
Quę sit differentia inter obiectum potentiæ, & secundum se obiectum potentiæ. q.8. art.2. fol.22. col.4.F
Obiectum potentiæ passiuæ comparatur ad ipsam vt causa motus, vel actus ipsius. Et sic cum vis appetitiua sit passiua, vniuersaliter obiectum proprium cuiusque actus appetitus est causa actiua illius. q.27. art.1. fol.61. col.4.I
Per hanc propositionem, Obiectum mouet determinando actum ad modum principij formalis, a quo in rebus naturalibus actio specificatur, intendit litera, quòd obiectum mouet in genere causæ formalis. Non dixit autem absolute, quòd mouet vt principium formale, vt insinuaret quòd non est principium formale intrinsecum, sed extrinsecum, non tamen separatum vt idæa, sed coniunctum. q.9 art.1. fol.24. col.2.C
¶ Operationis actiuę nobilitas pensatur ex forma, quę est actionis principium. q.51. art.2. fol.102. col.4.G
Operationes distinctę contra passiones, sunt operationes ad alterum. q.60. art.2. f.61.122. col.4.I
Vnumquodque esse propter suam operationem, quomodo intelligatur. q.3. art.2. fol.8. col.3.G
¶ Optimum simpliciter, nullo adiecto sit melius. q.34. art.3. fol.76. col.2.B
¶ Ordinare & conferre, rationis propria opera sunt, conueniunt autem voluntati, vt intellectum participat. q.17. artic.3. fol.37. col.4.K
Ordinare aliquid in bonum commune, est totius multitudinis vel alicuius vicem gerentis totius multitudinis. q 90. art.3. fol, 197. col.4.K
Ordinari in summum bonum contingit tripliciter, primo in commune, secundo in speciali, coniuse tamen, tertio in speciali, & distincte. q.20. art.9. dol.48. col.1.E

P

PAssio. Ratio obiecti passionis appetitus sensitiui integratur ex bonitate vel malitia, præsentia vel absentia, vel in differentia & apprehensione. q.30. art.1. fol.67. col.1.B
Passionum quædam sunt quarum obiecta consistunt explicite in applicatione huius ad hoc, quędam autem non. q.46. art.2. fol. 92. col.2.C
Passionum genera sunt quatuor, scilicet motus in bonum, motus a malo, quies in bono, & inquietudo in malo. Vltima in primo genere est spes, in secundo timor, in tertio delectatio, in quarto tristitia, & omnes sunt per se tam in se, quàm in suis causis. q.25. art.4. fol.60. col.3.G
Passiones primariæ exigunt duas conditiones, scilicet quòd sint per se, ideſt, nihil per accidens habentes ad mistum, tam in se quàm in suis causis, & quòd sint vltimæ in singulis generibus. Ibidem. F
Non omnis, sed aliqua naturæ obiecti diuersitas, illa scilicet quę redundat in diuersam rationem delectabilis, diuersificat speciem passionis. q.31. art.7. fol.71. col.2.C
Passiones se habent ad bonum & malum morale sicut exteriores actus. q.24. art.2. fol.59. col.1.A
Ad delectationem & tristitiam terminantur omnes aliæ passiones, & ab eis quodammodo regulantur, quæstio.34. folio.73. col.2.A
Amor, desiderium, delectatio, & tristitia, & liquid est eiusmodi, si sumantur pro naturalibus dissonantiis, vel consonantijs potentiarum, vel actuum, & huiusmodi, æquiuoce dicuntur de eisdem vt sunt animales passiones. quæstio.23. articulo.4. fol.57. col.4.F
Licet omnis passio exeat limites naturalis motus, non tamen omnis passio nocet, aut habet aliquid præter naturam, quia hoc consonat naturæ vt quandoque motus cordis varietur. Item, licet omnis passio sit cum præternaturalitate motus cordis, & noceat naturę, non tamen omnis passio est mala moraliter quando est voluntaria, quia recta ratio dictat quòd propter aliquod bonum corpori etiam nocumentum inferatur. quæstio.24. art.2. fol.58. col.2.B
Quòd in omni passione fit transmutatio aliqua præternaturalis in corde, est neminem in passione eadem actualiter diutius perdurare sine corporali lęsione, aut curatione. q.22. artic.1. fol.54. col.3.F
Passio omnis animę absolute loquendo, est cum præternaturali transmutatione, quia cordis motus aut intenditur, aut remittitur a suo naturali motu, quia tamen inter præternaturales passiones datur latitudo, & minus male respectu magis male habet rationem melioris, ideo passiones illæ quæ ad peius declinant magis proprie passiones dicuntur, quę 22. artic.1. fol. 54. col.1. E
An omnis passio sit cum transmutatione in deterius, & nulla sit in melius. q.22. ar.1. ibid.
Mutationes quæ sunt materia passionum consistentium in fuga, seu retractione, declinant in peius, quàm quæ sunt materia passionum consistentium in extensione, seu prosecutione: quia vita humana consistit in vitali extensione cordis ad totum corpus. Ibid. col.2.B
Motus animi, qui passiões vocantur, habent rationem passionis ex adiuncta transmutatione corporali, habent autem rationem appetitiui motus, & talis, puta iræ, vel timoris, secundum se. q.22. ar.1, ad 2. & 3. ibid. col.3.F
Passionis communiter dictæ magis habet rationem pars appetitiua quàm apprehensiua, seclusa enim corpore pati consistit in recipere ab agente, & trahi in illud. Pars autem apprehensiua trahitur ab agente ad hoc vt sit ipsum secundum esse intentionale, pars vero appetitiua trahitur ab agente, vt iungatur ibi secundum esse essentiale, ergo. Et est sermo de passione vere & communiter siue ab agente, siue a fine. q. 22. artic. 2. Ibidem, k
Passiones in appetitu sunt ? eræ operationes, causatę tamen ab appetibili, & habentes pro obiecto appetibile. Sed in appetitu sensitiuo sunt per se mistæ cum passione corporali, in appetitu vero intellectiuo non: & per exclusionem huius compositionis dicuntur in eo simplices actus, similes tamen passionibus sensitiui appetitus. q.22. ar.3. fol.55. col.4.G
Litera, vt distinctionem passionum in anima doceret, vtens similitudine agentis naturalis inquantum attrahit, & inquantum triplex effectus in patiente fit, non est digressa. q.23. ar.5. fol.57. col.2.D
Peccatum est actus humanus malus, & est quid incomplexe significabile, significatur namque infinitis nominibus incomplexis, vt fornicationis, blasphemiæ, & aliis huiusmodi nominibus, Ad Gregorium Arim. quæstione 71. articulo 6. folio 150. col.3.F
Peccatum est actus malus dupliciter, s. contrarie, & priuatiue. q. 71. ar.6. Ibid. I
Peccatum non est actus, nec deordinatio, sed actus contrarius virtuti. q.76. ar.1. fol.165 col.3.H
Peccatum est vnum per se, & est ens contrarium virtuti, & inordinatio priuatiua, & necessario concomitans ipsum vt informans illud, & propterea Doctores peccati nomine sæpe vtuntur ad significandum illam adiacentem priuationem, sicut vtuntur etiam nomine beatitudinis ad significandum summam delectationem. q.72. ar.1. fol.151. col.4.K
Peccatorum contrarium, & specifica distinctio est ex contrariis obiectis in esse morali, & non ex priuationibus inordinationis & auersionis, Ad Scotum, fol.152. col.1.D
Peccati mortalis actus stat cum virtute acquisita. q.63. ar.2. fol.129 col.2.D
Peccato inquantum voluntarium, intimius est inordinatio contrarie, quàm priuatiue, & conuersio quàm auersio: inquantum vero malum simpliciter, intimius est inordinatio priuatiue, & auersio, quàm conuersio. fol.150. col.4.K
Peccato, simpliciter & absolute loquendo, magis essentialis, & intimior est inordinatio contrarię, seu conuersio, quàm inordinatio priuatiue, seu auersio, quia peccatum est magis voluntatiū quàm malum: secundo quia conuersio dat peccato veram speciem, auersio autem dat priuationem speciei: magis autem conuenit peccato differentia vere specifica, quam priuatio speciei, Ibid. & fol.151. col.1.A
Peccatum in moralibus ex hoc ipso quòd est peccatum, est offensiuum Dei, & auersiuum a Deo, quia istę duæ rationes in peccato distinguuntur non vt disparatæ, sed vt subordinatæ, ita quòd peccatum contra rationem, subordinatur ad esse contra Deum, & illud infert hoc quasi vt inferius suum superius, Item, cum bonum rationis sit Deo fini naturali connexum, oportet vt peccatum quod est malum rationis ex eo ipso quòd contrariatur bono rationis, abducat a Deo fine naturali, & consequenter supernaturali, quęstion. 71. articul. 6. ad vltimum. fol.151. col.1.B
Peccatum ex hoc ipso quòd est contrarium rationi formaliter, habet quòd est contrarium Deo obiectiue, non efficaciter, sed obiectiue. i. non quòd Deo ipsi aliquid ex tali contrarietate admatur, sed quantum est ex effectu peccantis. ibid.
Literæ processus a peccato in ordine ad peccantem ad peccatum secundum se: est bonus, quæstione. 72. articulo .1. Ibidem. columna. 4. F
Peccatum in ordine ad peccantem, & ad intentionem peccantis, & vt voluntarium, & secūdum se, idem sunt: quia secundū se sum-

Universidad de Navarra
Biblioteca

pium claudit in sua ratione esse a peccante sic, q̃ ex hoc sortiens peccati rationem, & peccatum est a peccante ex hoc, quòd eius voluntate est voluntarium, quod per intentionem quæ est respectu finis, qui est proprium obiectum voluntatis, exprimitur.fol.153.col.2.B

Si peccata distinguerentur secundum oppositas virtutes, in idem rediret, si distinguerentur secundum obiecta, quia virtutes distinguuntur per obiecta: sed non idem redit ex quo ad hoc, q̃ habeantur distinctiua propria vsque ad species specialissimas vitiorum, & peccatorum q.72.art.1.2m.fol.152.col.2.E

Id quod occurrit per accidens, quamuis necessario, non dat speciē peccato, sic enim concurrit mordinatio, auersio, reatus, & huiusmodi. Ibidem.

Peccata non distinguuntur specie secundum reatus pœnarum.q. 72.art.5.fol.153.col.3.G

Peccatum veniale & mortale non distinguuntur ex parte conuersionis, vnde peccata habent speciem, sed ex parte auersionis, vnde peccata non habent speciem, & inxta duos modos deordinationis auersiuæ constituuntur hęc duo peccata. Cum enim peccando auersio non sit simpliciter, sed quædam sit citra tamen postergationem finis, tunc sit peccatum veniale, circa quodcumque obiectū hæc accidant, quæst.72.art.5.Ibi.col.4.F

Peccatum veniale & mortale non distinguuntur penes hoc, quòd mortale est contra præceptum, veniale contra consilium, vtrum quæ lapidem sub præcepto cadit, ad Scot. Ibidem.I

Peccati commissio, & omissio virtutis oppositæ, non distinguuntur specie morali.q.72.art.6.fol.154.col.1.B

Peccata non distinguuntur specie secundum diuersitatem præceptorum: esse enim contra legem, seu legis præceptum spectat ad auersionem: peccati peccatum autem non habet speciem ex parte auersionis.ergo. Ibidem.& col.2.A

Peccati diuisio in peccatum cordis, oris, & operis potest intelligi dupliciter.primo per modum diuisionis in partes subiectiuas: secundo per modum quasi totius integralis in suas partes consequenter se habentes,& hoc modo tractatur.q.72.art.7.Ibi.c.3.H

Peccata quæ perfectionem non habent, nisi in opere, se habent ad peccata cordis, oris, & operis, quasi vt totum integrale ad suas partes: quædam vero perficiuntur solo corde, vel ore, & sic peccatum diuiditur in peccatum cordis, oris, & operis vt in veras & perfectas peccati species. Ibidem.K

Distinctio secundum gradus in peccato cordis oris, & operis, non est distinctio specifica secundum species imperfectas, siue peccatum cordis & oris ordinentur ad peccatum operis, vt imperfectum ad perfectum per modum simplicis profecutionis, siue per modum cuiusdam intermedij termini, quia vnicum tantum est motiuum obiectiue.q.72.art.7.Ibidem.col.4.G.

Peccata reponenda sunt in solis speciebus suorum per se obiectorum, formaliter & directe volitorum.q.72.fo.156.co.2.D

Peccati gratuita est duplex, quędam substantialis, & ista attenditur penes per se primo obiectum, & quædam accidentalis, & hęc est multiplex: nam quædam consequitur directe ad peccatum, quædam indirecte, quædam superuenit, quædam comitatur, & multis breuiter modis accidens gratuitas variatur, sicut cætera consequentia.q.73.art.8.fol.158.col.4.G

Sit quòd peccatum inferat maius nocumentum non substantialiter, & sit minus graue substantialiter. Ibidem.I

Omne peccatum est subiectiue in voluntate, quoniam in omni peccato concurrit actio voluntatis positiue, vel priuatiue.q.74. art.1.fo.160.col.1.B

Idem peccatum potest secundum diuersa esse in pluribus subiectiue, sicut potest diuersimode esse a pluribus, paria nąque in actionibus immanentibus sunt esse in, & esse ab operante. Ibid.c.1.A

In moribus præcedentibus actus voluntatis est peccatum cōmissionis: quia quando committitur aliquis actus inordinatus voluntarie, siue voluntarius sit positiue, siue negatiue est peccatum commissionis, vt patet in delectationibus malis non imperatis, sed nec exclusis.q.74.art.3.Ibidem.col.4.F

Peccare quia consistit in agere, & propterea ad hoc, quòd aliqua potentia peccet mortaliter, non sufficit quòd sit mota a voluntate, sed oportet vt secundum se libere agat. oportet quòd secundum modum proprię libertatis potentię, attribuamus ei peccare.q. 74.art.4.fol.161.col.2.E

Peccati cause ex parte peccantis sunt quatuor, s. ratio, voluntas, sensus, & eius appetitus. ex parte vero obiecti, vna, iuxta vnitatem complexi obiecti, plura tamen complexientis respondentia prædictis potentijs.q.75.art.2.fol.164.col.3.G

Peccati obiectum est bonum apparens dissonum rationi. ibidem.I

Peccati causæ extrinsecæ ex parte obiecti sunt duæ, scilicet persuasor, & sensibilia: ex parte autē subiecti nulla est, quia solus Deus hinc est extra.q.75.art.3.Ibidem.col.4.K

Peccata facta ex ignorantia priuante totaliter vsum rationis, non

sunt extra genus moris, nec secundum se peccata, sed sunt circunstantiæ peccatorum pertinentes ad circunstantiam, quid, significantem effectum: & propterea obseruandę sunt in illis regulæ datæ de cuentibus, & nocumentis peccatorum datis, quæstione.20.articulo.5.& quęstione.63.articulo.8.folio.167.col.4.H

Peccatorum grauitas attenditur secundum obiecta causaliter, secundum autem auersionem formaliter, quia grauitas conditio est malitiæ, quæ in auersione consistit. quæst.77.art.6.folio.171.col.2.A

¶ Augmentata conuersione ad obiectum non oportet augeri auersionem: quia conuersio ex intensione mensuratur, quæ per accidens respicit obiectum vt causæ auersionem. Ibidem.B

Peccata sequentia amentiam, ebrietatem, & similia, quando fuerunt voluntaria, imputantur non vt peccata illarum specierum, sed vt circunstantiæ primorum peccatorum.q.77.art.7.Ibidem col.3.F

Licet enim peccatum humanum reducatur in hæc tria principia, ignorantiam, passionem, & malitiam: in omni tamen peccato inuenitur mala voluntas, & ignorantia.quæst.78.articu.1.fo.172.col.1.C

Peccata ex certa malitia, & ex passione non specie, sed gradu perfectionis & imperfectionis differunt. quæstione.78.articulo.1. Ibidem.B

Quomodo stent hęc simul, peccare ex malitia nihil aliud est, q̃ voluntatem ex seipsa moueri ad malum, & peccat ex malitia qui ex ægritudinali habitudine ad malum mouetur.quæst.87.art.3. Ibidem.col.4.I

Quomodo possint hæc stare simul, Actus peccati est a Deo, & defectus concomitans nullo modo est a Deo, sed a causa creata sola. q.79.art.1.fol.173.col.4.F

Deus est causa actus, qui est peccatum tam secundum esse naturæ, quam motis: non tamen est causa peccati, quia non est causa, quòd actus sit cum defectu, idest, non est causa concomitantię, seu contractionis defectus cum actu: coniunctio namque ista non vndecumque prouenit, sed ex deficiente libero arbitrio nec conuenit actui quomodolibet sumpto, sed vt a deficiente pendet.q.79.art.2.fol.174.col.4.I

Quo pacto fiet declaratio authoris de modo quo originale peccatum traducitur.q.81.art.1.fol.176.col.4.K

Peccatum originale dicitur remanere actu, & transire reatu, quia vere actu remanet priuatio iustitiæ originalis, non tamen sub ratione culpæ: non enim imputatur amplius ad culpam, nec reseruatur punienda.q.81.art.3.fol.178.col.3.G

Necessarium est secundum fidem catholicam credere, quòd omnis vtriusque sexus ab Adam secundum rationem seminalem proueniens, ex ipsa sua generatione sit obnoxius peccato originali. An autem aliquis actualiter non habuerit ex speciali gratia originale peccatum ad fidem tamquam necessario credendum, non spectat, quamuis tamquam probabile spectare possit propter authoritates sanctorum. quæst.81.articulo.3. Ibidē. col.1.D

Peccatum originale, cum dicitur in litera esse inordinata dispositio &c. sumitur inordinatio contrarie, & fundatur super pronitate ad ea quæ sunt contra harmoniam conformem naturæ nostræ rationali. quæstione.82.articulo.1.folio.179.col.1.B & 2.B

Peccatum originale est habitus in ordine ad naturam, sicut ægritudo, non autem in ordine ad opus, nisi indirecte per remotionem prohibentis. Ibidem.col.3.H

Peccatum originale est languor naturę etiam absolute, quoniam consistit in contraria dispositione non solum iustitiæ originali, sed naturali sanitati ipsius hominis inquantum rationalis. Ibid. col.4.F

Peccatum originale est habitus corruptus, idest, in corruptione consistens, sicut enim ægritudo est habitus consistens in corruptione humorum, ita peccatum originale est habitus consistens in corruptione partium animæ. quæstione.82.articulo.2. Ibidem.I

Quia priuatio originalis iustitię est prima intrinseca radix originalis peccati, causa eius ponitur non qualitercumque, sed formalis, quæstione.82.articulo.2.fol.180.columna.1.E. Dispositio.

Quomodo se habeat inordinatio voluntatis ad peccatum originale materialiter, & ad priuationem originalis iustitiæ.q.82. art.3. Ibidem

An formale in peccato originali sit priuatio iustitiæ originalis totius, an in hoc, puta, in voluntate. Ibidem.col.2.B

Cur author qui posuit peccatum originale esse habitū, & concupiscentiam, & compont ex materiali & formali, in corpore.ar.4.q. 82.sola quo distinguit in peccato originali, quorum vtrumque spectat

spectat ad formale, nullam de aliis faciens mentionem, Ibidem col.4.k

Peccatum originale fuit in Adam peiori modo inductum, & prius: quia per actum proprium, & in actu proprio, quæst. 83.ar.1.fol. 181.col.2.A

Peccatum originale est per prius in essentia animæ, quàm in potentiis, Ad Scotum q.83.ar.2.Ibid.col.3.F

Peccatum, an sit pœna præcedentis peccati, Ad Scotum, q.87.art.2 fol.188.col.1.B

An ratio quare peccato non debeatur pœna infinita intensiue, quia est conuersio ad commutabile bonum, sic bona.q.87.ar.4.f. 189.col.1.C

Peccatum veniale & mortale, an distinguantur ex eo quòd mortale inordinationem circa finem, veniale autem, circa ea quæ sunt ad finem importat.q.88.ar.1.f.191.col.2.C.

Peccati diuisio in veniale & mortale, an sit diuisio analogi in ea de quibus secundum prius & posterius prędicatur.q.88.ar.1 ad 1m ibid.col.3.I

Peccatum veniale & mortale, quomodo.q.88.ar.3.ad 2.dicatur cō uenire in genere, cum in articulo præcedenti dictum sit, q̃ distinguuntur genere, f.192.col.2.C

Quomodo veniale per se disponit ad mortale, cum nō nisi per quādam consequentiam, vel remouendo prohibens concurrat.q.88 ar.3.ad 3m.f.193.col.1.B

Quomodo dictum sit quòd de veniali ex genere sit mortale ex parte agentis, dum constituitur in eo finis: cum ar.5.q. 88. dicatur quòd circunstantia non facit de veniali mortale, nisi mutando speciem.fol.193.col.3.H

¶ Pœna. An pœna peccato veniali respondens, in inferno finietur q.87.ar.5.f.189.col.3.B

An ratio adducta, quare pœnę spirituales, non sunt medicinales tum, scilicet quia bonum animę non ordinatur in aliud maius bonum, sit efficax.q.87.ar.8.f.190.col.4.I

Perseuerantia, Meritum, vltr.

Plantas inata, & ea quæ sunt in parte sensitiua, non sunt causa, sed materia causæ ad ea quę sunt intellectus.q.85 ar.1.f.106.c. 1.E

¶ Pessimum optimo contrarium esse, intelligitur in rebus habentibus contrarium: in carentibus autem contrarietate non habet locum.q.72.ar.9.f.156.col.2.E

Potentiarum diuersitatem constituit aliqua, sed non omnis obiectorum diuersitas.q.54.ar.1.fol.107.col.2.D

¶ Prauus ad meliores exercitationes deductus proficiet.q.109.ar. 7 fol.250.col.1.B

¶ Præcipere & eligere actus intellectus & voluntatis non solum simul fiunt, sed vnus & idem numero actus est actus vtriusque diuersimode tamen. Præcipere enim est actus intellectus formaliter, appetitus vero virtualiter, & similiter electio est actus appetitus formaliter, intellectus vero virtualiter.q.53. ar.4. & 5. f. 119.col.4.G

Sub præcepto cadit aliquid dupliciter. primo sic quòd eius oppositum sit contra præceptum, & hoc est mortale, secundo sic quòd eius oppositum sit præter præceptum, & hoc est veniale.q.72.a. 5.f.154.col.1.A

Non est idem finis præcepti, & id de quo præceptum datur, quia illud finis, hoc ad finem, qui finis præcepti nō cadit sub præcepto, vt id quod præcipitur, sed vt intentum a legislatore.q.100.ar.9. fol.120.col 3.G

Quia sub præcepto charitatis cadit dilectio dei ex toto corde, q̃ comprehendit directionem omnium ad Deum, ac per hoc modificationem omnium præceptorum a charitate, consequens est quòd pro quocunque tempore obligat præceptum charitatis, pro eodem modus charitatis in aliis obseruandis obligee, non ex vi aliorum præceptorum, sed ex vi præcepti charitatis: ad quæ non solum spectat proprius actus secundum se, sed vt modus cę terorum.q.100.ar.10.ibid.K

Ad rationem præceptorum decalogi, quia sunt prima elementa legis communia, omnibus de populo exigitur communitas, i. q̃ sint de illis quæ communius singulis conueniunt, q.100. ar.11. f.221.col.1.B

Præcepta secundæ tabulæ, an sint de iure naturæ, Ad Scotum, q. 100.ar.1.f.218.col.4.K

¶ Præsumptio nō est vitium, quia nimis speret in Deum, sed quia sperat bonum excedens propriam conditionem, q.64. ar.4. fol. 132.col.1.E

¶ Primo alicui conuenit, quod sibi non propter aliud, & aliis quibusque propter ipsum conuenit.q.109 ar.6.f.249.col.2.B

¶ Princeps, Eadem est virtus boni viri, & boni principis, q.92. ar. 2.fol.100.col.3.K

Principium. Sicut in speculatiuis præter prima principia communissima inueniuntur propria principia per se nota, ita in practicis præter communissima præcepta, prima sunt propria præcepta, etiam prima in illo ordine, ita quod secundum vnumquęq; inclinationis naturalis gradum sunt aliqua præcepta prima, vt principia propria per se nota, & reliqua præcepta secunda, vt conclusiones ex eis dependentes, quæst. 94. artic. 1. fol. 203 columna 2.C

Priuationis & defectus ratio consistit in recessu a perfecto.q.22.ar. 2.fol.54.col.4.I

Quædam priuatiue opposita habent medium: quia priuatio consistit in priuari, ac per hoc non tollit totum oppositum.q.18.ar. 8.ad 1m.fol.44.col.1.I

Proprium. Alia est distinctio proprii a proprio, & proprii a communi: commune enim non distinguitur contra proprium per aliquid positiuum in se, quod non sit in proprio: duo autem disparata distinguuntur ab inuicem sua positiua distinctiua, quorum alterum vnum, alterum reliquum constituit.q.25.ar.1.f. 59.col.2.A

Prosecutio per se sibi vendicat bonum, & econuerso, & similiter fuga per se sibi vendicat malum, & econuerso.q.42.ar.1.fol.87. col.2.B

Prudētia est in intellectu vt se extendit ad singularia. Vbi intellectus dicit scipsum, & connotat cogitatiuam, quæ est ratio particularis. Vel prudentia est in intellectu principaliter, & in cogitatiua & memoratiua secundario.q.57.artic. 4.folio. 116. columna.1.E

Prudentia est recta ratio agibilium, appetitu recto particularis finis facta & firmata.q.58.ar.5.fol.118.col.4.K

Prudentia essentialiter pendet ab appetitu recto, quia proprius actus prudentiæ est recte præcipere circa agibilia, conuenit enim vt distinguitur a suis partibus, & est consummatio exterorum actuum. Sicut autem præcipere non est intellectuale quin dependeat ab appetitu, præcipit enim quilibet volens, ita recte præcipere sibipsi in moralibus non est nisi a recto appetitu. fol. 119.col.1.B

Prudentia, quia est in ratione vt subsitat appetitui, ideo appetitus affectio corrumpit æstimationem prudentię redundando in rationem vt eius subiectum, & non corrumpit æstimationem artis & geometriæ.q.58.ar.5.ibid.col.4.I

Prudentia directiua in omnibus moralibus virtutum actibus est vna secundum speciem specialissimam: recta siquidem ratio agibilium iudicat inter agibilia diuersarum virtutum moralium: ergo est vna respectu omnium virtutum moralium.q.60.ar.1.f. 122.col.1.E

Vnitas specifica rationis formalis veri obiecti prudentiæ, ex parte obiecti, attenditur penes vnitatem rationis formalis, quod est contingens agibile: ex parte vero subiecti vnitas ista attenditur pœnes vnitatem modi iudicandi, s. pœnes dispositionem appetitus. Ibid.col.2.B

Prudentia infusa nec inquantum virtus, nec inquantum prudentia potest esse sine charitate: quia inquantum prudentia dependet magis ab vltimo, quam a finibus proximis, & propterea sicut non potest esse sine moralibus infusis, a fortiori non potest esse sine charitate. quæstione. 65. artic. 4. folio. 138. columna. 3. H

Prudentiam dirigere virtutes morales etiam in præsituendo sibi, quomodo intelligatur.q.66.ar.3.fol.137.col.3.K

Pulchrum est quædam boni species. quæst. 27 articul. 1. folio. 62. col.1. A

Q

QValis vnusquisque est secundum appetitum, talis ei videtur finis quo ad prosecutionem, quæ consistit in præcepto. q.58.ar.5.fol.174.& q.59.ar.5.& fol.119.col.4 H.& q.77. ar.1. fol.169.col.1.B

¶ Quantitati conuenit esse maiorem & minorem in eadem specie, non ex hoc quòd est participabilis a subiecto, sed ex hoc ipso quòd participat naturam materię quæstio.5 & art.2.fol. 105. col.4.I

Quęstio, an est. Rem aliquam esse dupliciter quęritur, primo vt sciatur ipsum esse, & sic oportet primo post quid nominis, quærere an sit, secundo vt sciatur quare est, & hæc quæstio est posterior quæstione quid est: quoniam prius oportet scire quidditatem in se, quam vt causam esse rei.q.49.ar.4.fol.99.col.1.B

Quolibet proferente contraria, solicitum esse stultum est, q.23.in principio.f.55.col.1.I

Quoties, Circunstantia.7.

R

RAtio in moralibus est sicut imperans & mouens, vis autem appetitiua sicut imperata & mota.q.60.ar.1.fol. 121.col.4.k

Mouere regulatiue appetitum proprium est rationi respectu moralium: in ratione enim oportet esse legem regulatiuam appetitus, & habet mouere, & imperare eo modo quo lex mouet & imperat

Universidad de Deusto
Biblioteca

& imperare: in moralibus autem oportet legem principari, & ei appetitum omnem obedire f.121.col.1.D

Ratio erronea non habet in se vnde liget, sed quatenus acceptatur. Vndeex quacunque causa non acceptetur, vel in se, vel in applicatione, non ligat q.19.ar.5.& 6.f.46.col.3.F

Ratio recta est duplex, quædā respectu propriifinis ipsius virtutis moralis, sicut medium in cibo & potu est finis abstinentiæ proprius, quidam vero respectu finis extrinseci, prout vita æterna est finis, ad quem fides formata ordinat abstinentiam.

Ratio est nobilior appetitu, quia ea se apprehendit in vniuersali. ideſt, quia ex se respicit res secundum esse eleuatum in quo vniuntur omnia particularia quę in re diuisa sunt: appetitus vero tendit in res quę habent esse particulare, vnum tale autem altioris est ordinis &c.q.66.ar.3.f.137.col.1.C

Rationis superioris duę sunt operationes, scilicet intuitus, & consulatio, & ad hanc secundam spectat deliberatio & consensus, & secundum hanc dirigit inferiora, & reflectitur super seipsam.q.74.ar.9.& 10.f.163.col.3.K

Relationes sunt in genere formarum actiuarum vt apprehensæ, quāmuis non sint in genere formarum actiuarum vt existentes, q.32.ar.1.f.72.col.2.B

Relationem non habere causam actiuam propriam intelligitur de causalitate propria, sic quòd terminetur ad ipsam solam, q.55. ar.1.f.111.col.1.D

Regimen vnius est optimum respectu aliorum regiminum simplicium, non autem commistorum &c. q.95.artic.4.folio.206. col.3.K

S

SAcerdotium ante legem non diuina, sed humana determinatione dignitas erat primogeniti, q.103.ar.1.fol.232.col.3.H

¶ Sapientia continet intellectum & scientiam non vt partes integrales, sed quasi partes potestiales: habet enim se sapientia ad intellectum & scientiam sic, quòd ipsa continet quicquid illæ, & eminentiori modo.q.57.2.f.115.col.2.B

Sapientia rationes terminorum maxime vniuersalium considerat, quia esse est pro prius effectus primæ causæ. Iudicat autem de principiis, quia eorum causa considerat rationem terminorum: iudicium enim rei per illius causas fit.q.66.artic.5.f.138. col.3.k

¶ Scientiæ habitus in nobis non est species intelligibiles: illæ.n. & singulæ.& omnes carent contrariis, scientia autem non, q.53 ar.1.f.106.col.1.E

Scientię habitus est simplex qualitas extendens se ad omnes conclusiones spectantes ad eandem rationem specialissimā sub hoc genere quod est scibile, quæst.54.ar.4.fol.108.col.4.H

Scientiæ vnitas specifica attenditur penes vnitatem specificam scibilis, non quantum est in hoc, vel illo genere substantiæ, vel qualitatis, sed inquantum est in genere scibilis, Ibid.I

Scientiæ habitus non est essentialiter plures species intelligibiles ordinatæ, sed simplex qualitas: quia habitus scientificus est essentialiter in prima specie qualitatis, vt vna eius species specialissima, nulla autem species qualitatis est composita ex pluribus qualitatibus diuersarum specierum, quales sunt species intelligibiles.fol.109.col.1.A

Scientia, & virtutes intelligibiles nullo modo nec formaliter scilicet, nec materialiter remanerent actu, si species intelligibiles in intellectu possibili non conseruarentur.quæst.67.ar.2.f.139. col.4.G

¶ Secundum quod sumitur dupliciter, primo vt denotat rem de nominatam tantum: secundo vt denotat causam, seu radicem, q.52.ar.1.f.103.col.3.K

Sensualitas, quia secundum se habet tantum libertatis vt sufficiat ad peccatum veniale; ideo peccatum veniale ei attribuitur, quia vero non habet tantum rationalitatis vt ponit in peccatum mortale, quia non est eius respicere bonum rationis & finem, ideo ei non attribuitur peccatum mortale.q.74.ar.4.fol. 161.col.3.F

Sensualitatis omnes motus quos voluntas potest, & debet præuenire, si non præuenit quando, sicut &c. sunt peccata, q.74.ar.3.f. 160.col.4.H

Sensualitatis singulos motus voluntas potest & debet præuenire. Ibidem. K

Sensualitas, ideſt, pars appetitiua sensus tripliciter sumitur, primo vt sensitiua est absolute, & sic nullum habet in se peccatum, secundo vt est volentis, & sic est principium, & consequenter subiectum peccati venialis: tertio vt est mota a deliberatione, & sic est principium, & subiectum virtutis & vitii, actus virtuosi, & peccati mortalis.q.74.ar.1.f.161.col.1.A

Similitudo ex parte subiecti est propria causa amoris, quicquid sit ex parte obiecti.fol.63.col.1.A

Quinque modis potest intelligi quòd similitudo est causa amoris. Primo, vt quoddam speciale bonum, secundo, vt ratio determinans formaliter boni rationem ad hoc quòd sit amoris causa: tertio, vt determinas formaliter bonum ad hoc quòd sit amoris causa in hoc, quarto, vt conditio boni ad hoc quòd sit causa amoris, quinto vt dispositio ex parte subiecti, ita quòd bonum inquantum bonum sit propria causa amoris ex parte obiecti, & similitudo ad bonum sit propria causa amoris vt propria dispositio ex parte subiecti.q.27.art.3.fol.62.col.3.H

Apprehendi vt similes in actu exercito, quid sit.ibid.col 4.H

Syndieresis est vitus, quia est intellectus principiorum, & est primo omnium in mente nostra.q.66.art.3.fol.137 col.4.F

Et est habitus legis naturalis, non lex ipsa proprie loquendo.q.94. art.1.fol.103.col.3.K

¶ Specificans, inquantum specificans, fiat in indiuisibili, ideſt, caret latitudine, ideſt, non habet in se aliqua plura. quæst.52.art.1 fol. 104.col.1.A

Spes differt a desperatione: primo per simplicem accessum & recessum, & a bono arduo per possibilitatem autem & impossibilitatem secundario.q.40.art.1.fol.84.col.1.D

¶ Subditus. Quomodo sit ista propositio intelligenda, Virtus cuiuslibet subditi est vt bene subiiciatur principanti.q.92.artic.1. fol.200.col.2.D

¶ Superbia dicitur initium omnis peccati secundum ordinem intentionis, ex parte scilicet finis, quia obiectum suum est finis omnium bonorum commutabilium, ad quæ alia vitia conuertuntur.q.84.art.2.fol.183.col.1.C

T

TEntatio carnis, si ratio ei resistat, non est peccatum. q.80.art. 3.fol.186.col.2.B

Tempus sacrum. Circunstantia.

Timoris obiectum includit in se tria, scilicet malum, arduum, futurum, ex quibus redditur ratio timendorum, & non timendorum, & magis & minus timendi.q.42.fol.87.col.3.H

In timore semper fit contractio ad intus: sed quia non semper fit vsque ad frigus ingrossans, ideo in litera negatur contractio naturæ corporeæ, non quia non fiat, sed quia non fit consumata vsque ad frigus,q.44.art.1.fol.89.col.1.I

¶ Tristitiæ passio est in sola concupiscibili, Ad Scot.q.23.art.4.fo. 57.col.3 K

Malum coniunctum est per se primo causans tristitiam, bonum autem amissum, per se secundo ex parte obiecti. q.36.art.1.fol. 79.col.4.I

Tristitia solitarie sumpta, est mala moraliter, quia importat aliquid solitarie sumptum dissonans rationi, scilicet priuationem boni, inquietudinemque appetitus.quęstio.39 artic.1.folio.82. col.4.I

V

VEri ratio nobilior est quàm ratio boni, quia absolutior est.q. 66.art.3.fol.137.col.3.I

¶ Veritas intellectus speculatiui consistit in hoc, quòd cognoscere adæquatur rei cognitę, veritas autem intellectus practici consistit in hoc, quòd dirigere adæquatur principio directiuo.q.57. art.5.fol.116.col.3.I

Vegetabilia an moueant seipsa.quæst.6.art.1.cor.folio.18.col.2.D Mouere.

Vires inferiores apprehensiuæ dupliciter sumuntur, primo secundum naturam, & sic a natura, & non a virtute nec habitu determinantur. Alio modo vt subsunt rationi, & sic ordinantur ad intellectus perfectionem, quęstione.56.articulo.5.folio.114. col.1.B

¶ Virginitas, & paupertas non habent specialem rationem virtutis, & consequenter nec specialia extrema, inter quæ medient infra propias materias in ordine ad regulam tam diuinā quām humanam, sed ex extrinseco fine, & religionis actu, f.voto.q.64. art.1.fol.130.col.3.H

¶ Virtutis distinctio secundum rationem speciei in ordine ad obiectum, & secundum ordinem ad actum, seu secundum specificam differentiam, & rationem vt sic, & secundum hanc conditionem, f esse principium actus recti, est bona.q.66.art.4.fol. 136.col.4.K

Omnia obiecta virtutum sumpta secundum actus, quibus homo attingit illa, possunt reteri ad bonum priuatum alicuius personæ, vel bonum commune multitudinis. q.96.art.3.folio.207. col.4.H

An modum istum virturis, scilicet volens & eligens, bene probetur in litera non cadere sub lege humana. q.100.art.9.fol.220. col.1.B

¶ Virtutum consummatio non est natura, quia natura est determinata ad vnum, consumatio autem virtutum non est secundum vnum modum actionis, sed diuersimode secundum diuersas materias, in quibus virtutes operantur, & secundum diuersas circumstantias, quæstione.63.articulo.1.fol.o.148. col.3.F

Sicut lumen naturale est quoddam præsuppositum principium, vt origo virtutum in nobis naturaliter præexistens, ita in esse supernaturali oportet ponere lumen supernaturale principium, & originem omnium infusarū virtutū.q.110.ar.3.&214.co.1.D

Principia naturaliter cognita secundum naturalem ensum incho at onem in anima, sunt seminaria omnium virtutum,q.63.ar.1 fol.128.col.2.D

Virtutum intellectus & scientię actus in compositione consistit, & compositio secundum diuersas materias diuersimode a recto fit intellectu, ideo consummatio harum virtutum non est secundum vnum modum actionis, sed diuersimode secundum diuersas materias.ibid.col.3.K

In virtutum omnium genere nobilius semper est generans. Licet enim actus præcedentes habitum virtutis sint secundum se imperfecti, vt tamen ex altiori oriuntur principio, generatiui sunt virtutis.q.63.ar.2.f.129.col.2.B

Virtute nullus male vtitur vt principio mali actus: quamuis male vtatur ipsa principiante bonū actum, ordinando ad extraneū malum finem, quod tamen impossibile est in virtutibus quæ nō possunt esse informes.q.55.ar.4.f.111 col.3.F

Virtus inquantum huiusmodi, est operatiua: facit enim operationem ordinatam, siue ordinationem in actu tanquam effectū proprium, nec relationem habere sic effectiuam per se causam inconuenit, sed oportet quandoq; fol.110.col.4.G

Omnis virtus humana, non moralis, est intellectualis, q.58. ar.1.f. 117.col.3.G

Virtus moralis sicut quælibet alia est essentialiter habitus: sed moralis est habituatiua appetitus ad eliciendum actus quando, vbi, sicut, quantum oportet, propter bonum rationis, q.55. ar.1. fol. 110.col.3 F

Virtus moralis addit super habitum differentiam specificam, sicut homo super animal, q.55.ar.1.f.110.col.2.& in col.1.C

Virtutis moralis proprius finis est attingere medium. f.110.c.2.C

Virtutis moralis formalis effectus dupliciter intelligitur. Primo, vt ex sua essentia habitus ille reddat appetitum habituatum ad actum, & non plus: secundo, vt reddat appetitum habituatum ad actum eum omnibus eius conditionibus suæ latitudinis, ibidem. D

Virtus moralis dat facultatem, & rectum vsum per modum inclinantis, & non cum hac, vel illa limitatione, quod non facit ars. q.56.ar.3.f.112.col.4.& 113.col.2.A

Virtutes in irascibili & concupiscibili, scilicet temperantia, & fortitudo rectificant vtr: quia stabiliunt fines prudentiæ regulatinę ipsius vtr ex illius finibus vt principiis, & sic extendunt se ad voluntatem mediate.f.113.col.1.E

Virtutes morales acquisitæ, vt imperantur a charitate, non ordinantur ad vltimum finem supernaturalem vt ad proportionatum secundū se, sed ex parte ordinantis tantum. Virtutes autē morales infusę ordinantur, vt secundum se proportionatę ad talem finem supernaturalem.f.129.col.4.K. Infusio, Habitus.

Virtutes morales infusas præter tres theologicas, & quatuor cardinales ponere necesse est, Ad Scotum, quæst.63. artic.3. ibidem. col.3.I

Virtes theologicæ acquisitę non dantur: quia improportionata sunt acquisita omnia ad actus infallibiliter rectos, & proportionatos supernaturalibus, q.62.ar.3.f.127.col 4.G

Virtutes morales omnes sunt circa passiones, & operationes: sed aliquę principaliter operationes, aliquæ principaliter passiones bonificant, q.60.ar.2.f.123.col.1.A

Virtutes morales circa passiones non possunt poni in angelis, vel Deo.q.61.ar.5.ad 1m.f.126.col.1.D

Virtutes cardinales dicuntur principales, vel vt genera, vel gratia præcipue materiæ, q.61.ar.3.f.125.col.2.C

Virtutes cardinales dicuntur quæ virtuosam vitam sustinent, & suplet, q.61.in principio.f.124.col.4.G

Virtutum moralium distinctio, in politicas, purgatorias, & purgati animi, non est distinctio virtutum secundum essentiam, sed secundum statum & actus perfectionem, q. 61. artic.5. folio. 126. col.1. A

Ex concursu actionis & passionis circa idem, plures virtutes politicæ fiunt.q.60 ar.2.f.122.col.4.k

Virtutes morales acquisitæ, si secundum humanas causas iudicium fiat, dicuntur & sunt inter maxima bona hominis, & simpliciter virtutes, & hoc spectat ad moralem. Si autem de eisdem iudicandum sit secundum supernaturales, & diuinas causas, sic sunt & dicuntur virtutes secundum quid, & hoc spectat ad theologum. ibid.

Virtutes morales imperfectæ, quo ad statum, sicut se habēt ad prudentiam, ita fides & spes ad charitatem: vtrobique enim contingit defectus status ex subtractione principii, & indispositione subiecti. Virtutes enim morales habent pro subiecto appetitum vt subest rectæ rationi perfecte, quæ est prudentia simpliciter, & fides, & spes intellectum motum a voluntate perfecta, & voluntatem affectam meritis præsentibus, quorum vtrumque sola charitate habetur, quæst. 65. articulo. 4. folio. 135. columna. 2. E

Virtutes intellectuales imperfectæ secundum statum dicuntur virtutes: morales autem nisi sint secundum statum perfectæ, non dicuntur virtutes.q.66.ar.1.f.136.col.1.C

Virtutes intellectuales sunt nobiliores simpliciter quām morales, quia habent nobilius obiectum: morales autem sunt nobiliores secundum quid, scilicet secundum communem rationē virtutis, quia dant non solum facultatem actus recti, sed facultatem recte vtendi ipsa facultate, quæst.66.ar.3.col.1. folio.137.columna.2.C

Virtutum intellectualium post hanc vitam remansio concluditur potius ex tali causa, scilicet speciebus intelligibilibus, quam ex iure essentiæ natura propter maiorem doctrinæ certitudinem, vel hoc fit per species intelligibiles intelligendo ipsas, & quicquid se tenet ex parte ipsarum, q.66.ar.2.folio.139.col.4.& f. 140.col.1.A

Virtutes in eodem existentes, vt perficiunt subiecta, vt mota a prudentia, vel charitate sunt æquales proportionaliter: vt vero perficiunt eadem vt tendentia in propias materias, sunt inæquales q.66.ar.2.fol.136.col.4.F

Augmenti intensiui virtutum quatuor causæ, scilicet consuetudo, naturalis inclinatio, iudicium perspicacius, & gratia, q.66.ar. 1.fol.136.col.1.E

Virtutes morales infusæ perficiunt in ordine ad vltimum finem simpliciter: acquisitę vero in ordine ad vltimum finem in genere, ideſt, boni humani, puta sollicitatis positæ, 10. Ethic. Et ideo primæ sunt virtutes simpliciter, secundæ secundum quid. q.65. ar.2.fol.134.col.2.D

Virtutes omnes morales sunt connexæ: quia virtus moralis exigit prudentiam, & prudentia omnes res virtutes morales, q.65 ar.1.f.132.col.4.F

Solę virtutes perfectę sunt connexæ, ibid. H

Virtus perfecta quid importet, & quid itidem imperfecta.fol.132. col.1.E

Virtus intellectualis, puta, prudentia, includitur in morali, & cōuerso moralis in intellectuali, scilicet prudentia. Cū enim prudentia proprie attendatur secundum suum proprium & præcipuum actum, qui est recte præcipere, & ipse sit principium rectę electionis, virtus moralis cui attribuitur electio pro proprio actu, pendet necessario ex prudentia: & rursus quia ipsum recte præcipere pendet ab appetitu recto, consequēs est quod prudentia pendeat ab appetitu recto.q.58.art.4.& 5.fol.119. col.2. B & col.3.H

Consistere in medio computatur inter proprietates virtutis: ponitur autem in diffinitione virtutis, sicut sæpe proprietates nominis admittuntur in diffinitionibus, vt latentes differentiæ innuentur, q.64.in princ.f.130.col.2.C

Virtus secundum essentiam est in medio, quæ est in medio duorū vitiorum. Secundum effectum vero dicitur virtus esse in medio quę in propria materia circa quam est, medium facit inter plus & minus illius, seu in illa, ad illam, illi &c. quæst.64. articul. 1. Ibidem. E

Virtus moralis non secundum essentiam, sed secundum effectum media inter passiones dicitur, quia scilicet inter passiones constituit medium, eligendo eas in illa quantitate &c. qua in medio secundum rationem constituuntur: hoc enim efficius virturis moralis est, q.59.f.120.col.2.B

In virtutibus medium rationis consistit in affirmatione propriæ materiæ, & omnium conditionum spectantium ad rationem rectam: medium autem rei consistit in æqualitatem rei ad rem, seu personam alteram, q.64.ar.2.f.130.col.4.H

Virtutis intellectualis secundum se mensura nec practice, nec speculatiue est aliquod virtutis genus, quia procederetur in infinitum, q.64.ar.3.f.131.col.3.F

Virtus intellectualis quæ vocat intellectus, siue cognitio principiorum, secundū se est in medio duorū contrariorum. Ibid.col.2.C

Virtus theologica non consistit in medio nec ex parte obiecti, nec ex parte actus, Ad Scot.q.64.ar.4.f.132.col.1.B

¶ Vim aliquam animæ existentem in potentia ad agere, vel non agere, & ad agere hoc, vel illud, indigere duobus motoribus, quo modo intelligatur, q.9.ar.1.f.24.col.1.A

Vitii nomine significatur habitus vitii, peccati autem nomine actus ipse vitii, q.71.in princ.fol.148.col.3.H

Vbicunque est virtus in medio, contingit & per excessum, & per defectum peccare siue simul, siue separatim, siue vno, siue pluribus vitiis, non est cura, q.64.ar.4.fol.131.col.4.G.& fol.132.columna 1. A

Vnum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnumquodque est magis & minus tale secundum sui constitutiui propriam latitudinem.q.22.ar.2.ad 1^m.
Vnumquodque sicut agitur,ita aptum natum est agi, & econuerso.q.49.ar.3.q.2.col.2.C
Volitio omnis exigit quid,& cur.q.18.ar.9.f.43.col.4.I
Non quicunque vult præmissas,seu antecedens, vult conclusionē, seu consequens in se ipso, in sua autem causa quicunque vult antecedens, vult consequens simpliciter, vel vt in pluribus, qu. 13.ar.6.ad 4^m.f.33.col.2.B
Ad rationem voluntarii indirecte,non sufficit potestas in voluntate,& negatio prouisionis,sed oportet tria concurrere,s. posse. debere,& non velle,vel non imperare.q.6.ar.3.f. 18.col.4. G
Ad rationem voluntarii indirecte non sufficit potestas,& negatio, sed adesse oportet obligationem & debitum.q.18.artic.9. fo.44. col. 2.I
Cum voluntarium dicatur dupliciter, scilicet vel quia volitum, vel quia in potestate voluntatis, quomodo licuit in littera ex hoc quòd primus actus voluntatis non potest esse voluntarius primo modo,inferri quòd nullo modo est voluntarius. qu.9.ar. 4.f.25.col 3.G
Vota,& contractus,etcętera facta ex metu ēt cadente in constantē virum,sunt voluntaria,quamuis aliquid habeant inuoluntarii admistum,ac per hoc si mala sunt ardua,peccata sunt mortalia, q.6.ar.3.f.18.col.4.I
¶ Voluntatis actuum tres ordines, primus secundum lineam rectam,& respectu eiusdem obiecti. Secundus secundum reflexionem super hunc,vel illum. Tertius secundum ipsos actus reflexos inter se.fol.37.col.1.C
Duplex est habitudo voluntatis ad volitum tam finem, quàm id quod est ad finem. Prima secundum quod volitum est in voluntate:secunda,secundum quod voluntas ad volitum in se realiter tendit,q.16.ar.4.f.36.col.4.K
Quamuis primus actus voluntatis sit ex instinctu dato ab exteriori,non obiecto,sed ex causa effectiua Deo,ipsa tamen iam ex hac finis volitione seipsam mouet ad volendum alia propter finem, quod brutis non conuenit: quia ad omnia mouentur ex instinctu.q 9.ar.4.f.26.col.1.B
Voluntas respectu primi actus se habet vt mota tantum, & Deus vt mouens. Et nomine primi actus non intelligitur solus ille quem voluntas in principio omnium operationum suarum habet,sed quicunque primus absque consilio,& prquio motiuo ad bonum.q.3.ar.2.f.225.col.4.H
Voluntas dicitur moueri non solum a bono vniuersali apprehenso per rationem, sed etiam a bono apprehenso per sensum, in quantum bonum apprehensum per sensum permittitur concurrere cum apprehenso per rationem in idem motiuum,ita quòd motiuum voluntatis non solum est bonum vniuersale apprehensum per rationem in sua puritate,sed etiam coniunctum cū bono apprehenso per sensum,q.10.ar.3.f.28.c 3.k
Ad volendum sufficit voluntas cum obiecto,sed ad volendum a se, ita quòd ly a se,dicat causalitatem applicandi seipsum ad volendum,non sufficit voluntas cum obiecto,sed exigitur voluntas præuolens finem.q.9.ar 4.f.26.col.1.A
Voluntatis obiectum esse vniuersale bonum,quomodo intelligatur,q.1.ar.7.& 8.f.7.col.1.A
In hac litera propositione, Voluntatis obiectum est finis, sermo est de primo & formali obiecto voluntatis.q.1.ar.1.f.1. col.3.F.
Quomodo ista literę consequentia valeat, Voluntatis obiectum formale est finis,ergo omnes actiones humanæ sunt propter finem.q.1.ar.1.Ibid.H
Voluntas reducitur ad actum per præcedentes actus ex parte subiecti.q.75.ar.2.f.164.col.4.F
Quia res immaterialis est formalioris & vniuersalioris virtutis, quàm corpus,secundum veritatem non potest a corpore moueri neq; vt ab obiecto,neq; vt a motore ad exercitium: conceditur tamen in litera,& alibi quòd voluntas, seu intellectus mouetur ab exteriori tamquam obiecto,non autē tamquam a motore ad exercitium: quia ad mouendum obiectiue exteriora cōcurrunt,etsi non sufficienter,tamen inchoatiue, mediate, & vt materia obiecti: ad mouendum autem ad exercitium nullo mō do concurrunt ex parte motoris ad exercitiū.est enim talis motor solus Deus cum ipsa voluntate.q.9.ar.5.f.26.col. 2.D
Aliud est voluntatem necessario moueri ab obiecto ad exercitium actus,& voluntatem sic dispositam necessario moueri ad exercitium actus. primum enim falsum est,& denotat quòd obiectū est talis,& sic efficacis naturę,quòd potest voluntatem ad exercitium actus necessario ducere, secundum vero verum est,& denotat naturam voluntatis quæ habet quendam motum naturalem non semper actu,sed quando est in certa dispositione, q.10. ar.2.f.28.col.1.C
Obiectum vndiq; bonum necessario mouet voluntatem ad specificationem actus,ibid.D.& col.2.A

Cum quæritur,an voluntas moueatur de necessitate a suo obiecto, sumitur necessarium vere & proprie, quòd scilicet impossibile est aliter se habere,& est sermo de necessitate naturali,q.10.ar.2 f.27.col.4.k
Voluntatis determinatio quo ad exercitium, vehementior ac naturalior est sui determinatione ad speciem & obiectum, includit enim illam,& addit,q.10.ar.2.f.28.col.2.E
Esse,viuere,& huiusmodi,dupliciter sumi possunt, primo vt sunt quędam particularia bona secundum seipsa, & sic possunt, licet raro,repudiari,eo quòd defectum habent alicuius boni quod appetitur. Alio modo vt sunt necessario connexa beatitudini, & sic quantum est ex parte sui,non possunt repudiari.ibid.c.3.F
Voluntas,quia ad tertium volitorum genus,puta esse, viuere, &c. determinata est naturaliter quo ad specificationem vt in pluribus,& a causa vt in pluribus non necessario prouenit effectus: ideo quælibet particularia bona,etiam esse, viuere, intelligere, non necessario mouent voluntatem ad specificationem actus, ibid.col.2.E
Quomodo stet quòd appetitus sensitiuus mouet voluntatem ex parte obiecti,si ratio quare moueat voluntatem sit ex parte dispositionis subiecti,vt in litera dicit,q.9.artic.2.fol.24.col.4. K. Mouere.
Quomodo voluntas moueatur a passione,q.77.articul.1. fol.168. col.4. I
An voluntas quantum ex se est parata, sed propter impotentiam cessans ab opere,sit perfecta ac si operaretur, q.20.ar.4.folio 51. col.3. H
Voluntas parata,quamuis non operans propter impotentiam, nihil de præmio, vel pœna perdit essentiali,quamuis careat aliqua accidentali remuneratione,vel pœna, respondenti ipsi exercitio actus exterioris,f.52.col.1.A
Voluntas potest dici,& esse completa dupliciter. Vno modo,secundum illam habitudinem qua volitum est in voluntate: alio modo,secundum illam qua voluntas tendit in realem assecutionē voliti,fol.51.col.4.I
Voluntatis completio & incompletio attenditur secundum modū motus voluntatis,q.13.ar.5.f.32 col.4.K
Cum quęritur,an voluntas sit tantum finis, an etiam eorum quæ sunt ad finem,sumitur voluntas pro volitione, non pro ipsa potentia volitiua,q.8.ar.1.in ti.f.22.col.2.k
Quomodo valeat probatio huius conclusionis, Voluntas secundū quod nominat actum, proprie loquendo, est finis tantum,ibid. col.4.k
An in hoc quæsito, Vtrum voluntas eodem actu feratur in finem, & in id quod est ad finem,quæratur de ipsa volitione, aut vniuersaliter de actu voluntatis.q.8.ar.3.ti.f.23.col.2.A
Quomodo intelligatur,quòd voluntas quando mouetur in finē, inquantum huiusmodi,moueatur quoq; necessario eodē motu in finem,cor. f.23.col.2.E
Voluntas non eget continentia,vt inclinetur quantum in se est in bonum rationis propium volentis, sed vt resistat insurgentibus passionibus appetitus sensitiui.q.56.ar.6.f.114.col.3.I
In voluntate nostra quantū est ex parte voluntatis,est sufficiens determinatio ipsius ad proprium bonum,ac per hoc ad bonum secundum rationem ipsius volentis,& cum hoc ex coniunctione ad partem sensitiuam sortitur necessitatem habitus ad resistendum contrariis,quibus iungitur. Ibid.col.4.F
An in voluntate detur actus neuter,ideſt,qui nec sit finis,nec eorū quæ sunt ast finem, Ad Sco.q.8.in princip. & q.47.fol.21.col.4. I.& f.94.col.3.K & col.4.K
Quia naturale distinguitur contra liberum,sequitur ad naturale, ideſt, substantiale: omne enim naturale est substantiale, ex hoc quòd author declarauit in voluntate inueniri motum naturalem,ideſt substantialem,optime satisfecit quæsito, an sit talis motus naturalis vt distinguitur contra liberum,quęst.10.ar.1.f. 27.col.1.B
An præter bonum & beatitudinem omne conueniens alicui secundum suam naturam,sit naturaliter ab eo volitum, ibid.E
An in voluntate sit aliqua passio.q.22.ar.3.f.55.col.2.B
Voluntas actus similes passionibus appetitus sensitiui,metaphorice consueuimus vocare passiones,vt velle vindictam vocamus iram:& velle malum alicui,odium.q.22.ar.3.Ibid.col.3.H
Voluntas simpliciter & absolute a toto genere eligibilium libera est,q.13.ar.6.ad 3^m.f.33.col.3.I Eligere.
Voluntas quantum ad propositum,potest dupliciter considerari, scilicet vt res est, & vt causa est,& in ratione causæ voluntas & natura secundum proprias causandi differentias distinguuntur. Et quia ratio causę in natura ad causam spectat inquantum res est, hinc apparet quòd voluntas vtriusque causæ rationem habet.
Quia vlterius natura est causa essentialiter prior causa volūtaria, apparet ęp voluntas non solum natura quędam est, sed prius habet

habet naturæ rationem causalitatemque propriam. Quia de unum in causis e essentialiter ordinatis coniunctis in vnum, id quod est prioris causæ proprium participatur a posteriori,vt supremum infimi attingat infimum supremi, apparet ęp voluntatis prima opera oportet esse naturalia, & prius ipsam velle aliquid naturaliter quàm libere, quęstion.10.articul. 1. ad 1. fol. 27.col.1.F.
Impossibile est voluntatem peccare absque ignorantia, vel errore intellectus, quia voluntas est solum boni, vel apparentis boni. Sed ignorantiæ nomine in proposito intelligitur etiam ipsa actualis inconsideratio .q.77.ar.2.fol.169.col.2.C

Voluntas simpliciter diuinæ voluntatis in volito formaliter conformis,illa sola est,quæ sub ratione boni non apparentis, sed veri exercetur.q.19.ar.10.fol.48.col.2.E
Vulnera humanæ naturæ,quomodo ponantur effectus peccati, cū superius dictum sit,quòd concupiscentia quæ importat hęc vulnera,est ipsum peccatum originale,nihil enim est sui ipsius effectus,q.85.ar.3.fol.185.col.4.G

ZElus sumitur dupliciter, s. causaliter pro feruenti dilectione, & formaliter pro tristitia deficientium sibi, vel amicis, q.28. ar.4.fol.64.col.2.D

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIMA SECVNDAE SVMMAE THEOLOGIAE ANGELICI DOCTORIS

S. THOMAE AQVINATIS

Cum commentariis.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

Ordinis Prædicatorum S. R. E. tituli S. Xysti Presbyteri Cardinalis, artium, & sacræ Theologiæ, Doctoris celeberrimi,

QVANQVAM propositum meum fuerit, super libros de anima cepta perficere, antequam nouũ hoc opus aggrederer: magis tamen debitum arbitratus sum prosequi commentationes super Summam diui Thomæ. Tum quia hoc est directe ea, quæ ad salutis viam spectant, docere: Tum quia doctrina hęc in Italia satis dormit, & tamen opportuna est valde. Non intendo autẽ singulos articulos in sequentibus formare: sed iuxta subiectam materiã, vbi opus fuerit, immorari: ita tamen ꝙ nullus prætermittetur articulus etiã clarissimus, cuius memoria non fiet, quatenus & discussa, & omissa industriæ tribuantur. Suscipiantur autẽ velim hæc, sicut & cætera nostra, si, & inquãtum rationi consonant. Neque enim eis fidẽ dari maiorẽ posco, quàm ea sit, quæ exrõne gigni nata est. Veruntamen memores sint, ꝙ acribologia mathematica nõ est experenda in moralibus, vt dicitur in 1. Met. Diui igitur Thomæ intercessione fretus ad textũ propero.

Lib. 2. Ortho. fidei ca pi. 12.

¶ *Super Quæstionis primæ Articulum primum.*

IN titulo primi articuli quæstionis primæ scito, quòd hic non quæritur de hoc, vel de illo agere sed vniuersaliter, Vtrum agere hominis sit propter finem: hunc enim sensum, & argumenta, & conclusio responsiua manifestant.

¶ In corpore eiusdem articuli dubium occurrit circa discursum, quo ponitur differentia inter actiones hominis & humanas. Et concluditur, solas illas esse humanas, quarũ homo est dominus. Procedit enim littera ab homine, inquãtum homo, ad hominem, inquantum est dominus suorum actuum: & tamen cõstat quòd communius est, quod conuenit homini inquãtum homo, quam quod conuenit ei, inquantum dominus suorum actuum. Quicquid enim habet homo inquantum dominus, habet inquantum homo, sed non econuerso. vt patet de actu intellectus præuenien te actum voluntatis. Hic enì cõuenit homini, inquantum a cæteris animantibus differt: & tamen illius nõ est homo dominus, quia præuenit voluntatem. Et sic totus litteræ processus recte videtur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ decisio, quæ sit ĩ corpore, intelligẽda est proprie & formaliter de actione, & nõ exrenso vocabulo actionis ad omnẽ operationem. Vocatur autem proprie actio hominis, quam exercendo dicitur agere: & non penes quam magis dicitur agi, ꝙ agere. Modo cõstat, quod prima operatio intellectus, quæ facit dubium in proposito, est mere naturalis etiam antecedenter, & propterea non est computanda inter actiones: secundum ipsam enim homo non dicitur agere, sed agi potius, vt in 2. artic. vniuersaliter de naturalibus actionibus littera dicit. Negandum est ergo, quòd aliqua actio conueniat homini, vt homo, ꝙ nõ conueniat ei, vt dominũ, & ecõuerso. Et licet per illam primam operationem homo differat ab eis per illam tanquàm per actionem. Differt enim horum actium quamuis in essendo & operando, de quibus non est præsens negotiũ, per aliud differat. & sic stat solida littera & quo ad processum, & quo distinctionem.

Infra art. 2. cor. & q. 6. art. 1 cor. & q. 28. art. 6. cor. & q. 94 ar. 2. cor. & q. 109. ar. 6. cor. fit 3. cõtr. cap. 2. Et opusc. 3. 6. 100.

PROLOGVS.

QVIA, sicut Dam. dicit, Hõ fact' ad imaginẽ Dei dicit, secundũ quòd p imaginẽ significat intellectuale, & arbitrio liberum, & per se potestatiuum: postquàm prædictum est de exemplari, scilicet de Deo, & de his, quæ processerunt ex diuina potestate secundum eius voluntatem, restat vt consideremus de eius imagine, idest, de homine, secundũ quod & ipse est suorũ operum principium, quasi liberũ arbitrium habens, & suorum operum potestatẽ.

QVAESTIO PRIMA.

De vltimo fine hominis, in octo articulos diuisa.

VBI primo considerandum occurrit de vltimo fine humanæ vitæ, & deinde de his, per quæ homo ad hunc finem peruenire potest, vel ab eo deuiare. Ex fine enim oportet accipere rationes eorum, quę ordinantur ad finẽ. Et quia vltimus finis humanæ vitæ ponitur esse beatitudo, oportet primum considerare de vltimo fine in communi, deinde de beatitudine.

Circa primũ quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum hominis sit agere propter finem.

¶ Secũdo, Vtrum hoc sit proprium rationalis naturæ.

¶ Tertio, Vtrum actus hominis recipiant speciem a fine.

¶ Quarto, Vtrũ sit aliquis vltimus finis humanæ uitæ.

¶ Quinto, Vtrum unius hois possint esse plures vltimi fines.

¶ Sexto, Vtrum homo ordinet omnia in vltimum finem.

¶ Septimo, Vtrum idem sit finis vltimus omnium hominum.

¶ Octauo, Vtrum in illo vltimo fine omnes aliæ creaturæ conueniãt.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homini conueniat agere propter finem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homini non cõueniat agere propter finem. Causa. n. naturaliter prior est: sed finis habet rationẽ vltimi, vt ipsum nomen sonat. ergo finis non habet rationem causæ: sed propter illud agit homo, quod est causa actionis, cum hæc præpositio, propter, designet habitudinem causæ. ergo hoi non conuenit agere propter finem.

¶ 2 Præt. Illud quod est vltimus finis, non est propter finem: sed in quibusdã actiones sunt vltimus finis, vt patet per Philosophum in 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In corpore eiusdem artic. circa illam propositionem, Obiectum voluntatis est finis, dubium est: quia aut est sermo de formali ac primo obiecto, aut non. Si sic, falsum est. nã finis est pars subiectiua obiecti voluntatis: quia voluntas extenditur ad finem, & ad ea quæ sunt ad finem. si non, tunc probatio conclusionis inualida est: nam constat quòd in reliquis præmissa sit. Actiones omnes procedentes ab aliqua potentia, procedunt secundum rationẽ sui obiecti, aperte loquitur de obiecto primo & formali.

¶ Ad hæc dicitur, q̃ litera loquitur de primo & formali obiecto voluntatis, vt patet in responsione ad 3ũm, & de fine in actu exercito: & propterea addidit finis bonum, dicẽdo, finis & bonum: hoc enim exercet finale causalitatem. Nec obstant ea quæ sunt ad finem, quã ea quæ sunt ad finẽ, vt sic, non appetuntur nisi ratione finis. vnde ratio eadem semper est oĩum volitorũ. s. finis, diuersimode tñ. in se, vel in alio participata: & hoc formaliter vel virtualiter: quod dico propter volita, vel nolita naturaliter, seu absolutè, de quibus in. 1. libro tractatum est.

¶ In calce eiusdẽ articuli, dubiũ Nonnullorũ occurrit, Quomõ ex hoc, quòd voluntatis obiectum formale est finis, cõcluditur, q̃ oẽs actiones humanæ sunt p̃ finem debebat ratiocinando concludi. ergo omnes actiones humanæ tendunt in finem: sicut ex hoc q̃ color est obiectum visus, concluditur. ergo omnis operatio visus tendit in colorem. Et in proposito, ex hoc quod bonum est obiectum voluntatis. ergo omnis operatio voluntaria tendit in bonum.

¶ Ad hoc dr, q̃ quia tendere in aliquid, cõmune est omni tendẽti in terminũ: heri autem, vel esse propter aliquid, specialiter est appropriatum causalitatis finis expressionis, & doctrina ex propriis tradenda est: ideo licet potuisset concludi, Ergo oẽs actiones humanæ tendunt in finem, quia si sunt propter finem, tendunt in finem: oportuit tñ specificare proprium modum tendendi in causam finalem, & dicere, ergo sunt propter finem. Et sciendum, q̃ id quod in actu signato significat esse, fieri, agere propter finem, significat in actu exercito tendere in bonum vt sic, quia bonum exercet rationem finis. Et propterea idem etiam est tendere in bonum vt sic, & propter finem. Sed authoritas propter finem: vsus est ad claritatem doctrinæ de fine in actu signato: vocabulis vtens, vt cõmuniter philosophi faciunt: sicut etiam de agere & tendere, & aliis huiusmodi est sermo. Agere enim duce belli propter hoc, q̃ conficat hoc, qd exercet dirigere acie exercitus ad consequendam victoriã & gloriã. Et similiter esse propter finem exercetur per hoc, quod est esse melius, vtilius, conuenientius, & alia huiusmodi bonitatem importantia.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli circa illa verba, Finis vt est primus in intentione, habet rationem causæ: dubiũ occurrit. An res per finis secundum quod est in intentione, an secundum quod est in rerũ natura. Difficultant enim hoc diuersæ conditiones finis: dicitur enim de fine, quòd est prima causa, quòd causa causarum, quòd mouet agens, quòd mouet non motum. Et rursus de eodem dicitur, quòd est vltimum, quòd optimum, quòd penes defectum assecutionis ipsius dicitur agens, frustra egisse. Ex his enim videtur, quòd esse finem conuenit rei secundum esse in rerum natura: nam illud est vltimum, optimum, & quo non proueniente dicitur frustra. Ex prioribus autem apparet, quòd esse finem conuenit rei ſm esse in intentione: nam secundum illud est primum, & causat omnem causalitatẽ cæterorum, & est mouens non motum. Verba quoque sancti Tho. hic, & Auer. in 12. Met. commen. 36. nõ consonare videntur, dum hic dicitur quòd res, prout est prior secundum intentionem, habet rationem finis: ibi vero dicitur, quòd balneum secundum quod est in anima, est agens desiderium: secundum verò esse extra, est finis. Vt igitur res non remaneat ambigua, primo ponam tres propositiones, declarando illas: deinde probabo illas, & sic tertio patebit veritas. Prima propositio est, Esse in intentione, non est ratio finis, sed eius conditio. Secunda est, Esse in executione, nec ratio, nec conditio finis est, sed coincidens illi. Tertia est, Esse in rerum natura, est ratio finis.

¶ Ad quarum euidentiam scito primo, q̃ sicut in causalitate efficiente distinguendum est de ratione efficiendi, & conditione efficientis (dicimus enim cum medicus medetur, quòd ratio medendi est ars medicinæ: conditio vero medicantis est existere esse singulare, quoddam subsistens &c.) ita in causalitate finali distinguendum est inter rationem finalizandi, & conditionẽ finalizantis. & vt ex periẽtia in nobilibus testatur, inter agens & finem quo ad hoc tantum interest, q̃ vniuersaliter loquendo, ratio agendi est forma, iuxta illud tertii phy. cex 17. Sẽper existimabit species aliqua mouere. Cõditio vero agẽtis est subsistere, vel in subsistente esse: iuxta illud primi Me. Actiones sunt subsistentium. Ratio autem finalizandi est esse rei, quæ finis dicitur. Conditio vero finalizantis est esse sic in intentione. Scito secundo, q̃ esse in natura ab esse in executione, licet non distinguatur sicut vnum esse ab alio esse, distinguitur tamen adeo ab eo, vt esse in executione, vt sic, significet esse vt pendens ab agente: esse vero in rerum natura, hoc nec includit, nec excludit, immo fundare potest causalitatem, ex qua dependet agens & eius executio. Et sic patet sensus propositionum positarum. Probantur autem sic. Finis, bonum & appetibile, eiusdem sunt rationis & conditionis: vt patet ex 2. Phy. & 1. Ethic. ergo ratio appetibilis est ratio finis: & conditio appetibilis est conditio finis, & econuerso. Et similiter, Quòd non est ratio vnius, non est ratio alterius. modo constat quòd ratio, quòd sanitas appetatur, est esse non in anima (nam non appetit infirmus sanitatem in anima) sed in rerum natura. ergo esse sanitatis in rerum natura, est ratio finalizandi. Et rursus constat, quòd sanitas nunquam appeteretur, nisi obiecta & cognita. ergo esse in intentione, est conditio finalizantis. Et rursus constat, quòd appetibile mouet non motum. ergo esse in executione, quod est esse in dependẽtia ad agens, non est ratio nec conditio finis: sed quia finis generationis, & forma geniti coincidunt in idem numero ex 2. phy. ideo esse in executione, coincidens quoddam est. Et si quæras de esse sanitatis in rerum natura, an finalizandi ratio sit quando est, aut quando futurũ est: respondeo quòd vtroq; tempore respectu diuersorum actuũ appetitus, cuius proprium est obiectum finis & bonum. Nam esse in rerũ natura sanitatis futurum, mouet finaliter appetitum secundum actum desiderii. Et idem esse postmodũ præsens, mouet appetitum etiam finaliter secũdum actum delectationis. Habet .n. hoc singulare genus causæ finalis, vt causalitatem suam actu exerceat etiam habens tantum esse in anima tanquam cõditionem causæ: nec hoc est magis mirũ, quàm mirabilis sit diuersa natura causandi. Verũ aduerte hic duo. Primum est, q̃ ratio desiderabilis non excludit esse in rerum natura præsentialiter: qm̃ esse sanitatis desideratur non solũ dũ non est, sed vsq; quo habetur inclusiue, proportionaliter tñ, idest, q̃ sicut agens agit donec sanitas habeatur inclusiue: ita sanitas semper finalizat. Et sicut illud agit vt in via, & vt in termino: ita finis proportionaliter. Aequale .n. oportet esse tempus finalizandi tempori agendi: alioquin agens ageret non propter finem. Secundum est, q̃ ratio delectabilis non excludit esse in intentione vt conditionẽ, vt patet in animalibus. Vnde ex hoc q̃ ratio finalizãdi est quandoque esse in rerum natura præsentialiter, non excluditur vniuersaliter dictum huius literæ, scilicet q̃ secundũ q̃ est in intentione, habet rationem finis. semper enim exigitur ista conditio, & si in pure naturalibus illam quæris, memento q̃ opus naturæ est opus intelligentiæ, & cessabit quæstio. Ex his autem facile patet cõsonantia ac ratio dictorum de fine. De fine .n. dicitur, q̃ est finis secundum q̃ est in intentione. Et verum est, prout, & secundum, seu inquantum, denotat conditionem finis. Et quòd est vltimus, optimus, & ſm esse extra, & perfectũ &c. & verũ est prout denotatur ratio finis. Sed esto cautus, q̃ aliud est dicere, Finis tũ est vltimus, optimus, pfectus, esse extra &c. & aliud è dicere, finis tũ est in statu optimo, vltimo, perfecto extra animũ &c. In primo denotatur q̃ ratio finalizãdi sit talis secundũ se formaliter. In secundo vero, q̃ habeat tale statũ quasi conditionẽ requisitã ad finalizandum. Vnde prima concedatur: secũda autem, vpote falsa, neganda est. Sanctas enim desideratur secundum esse perfectissimum quo ad rationem desiderabilis: sed cum desideratur, non habet statum perfectissimũ: immo ille desideratur vt habeat. Quod autem obiicitur de frustra, nihil officit: nam frustra non dicitur per priationem causalitatis finalis: sed per priationem affectionis ex parte efficientis, præsupposita causalitate finali. Quod enim agit propter finẽ, si nõ assequatur illum, frustra laborasse dicitur. Et si instetur, qa in ipsa affectione finis causalitas est finalis, iam patet responsio, q̃ est tũc cõsummatio finalizandi, sicut & agẽdi. Et sic ex ratione ipsius frustra, nihil aliud habetur, nisi q̃ ratio finalizãdi est esse in rerum natura: & quòd esse in rerum natura, futurum quidem finalizat: nouiter autem præsens consummat finalizationem desiderii. quod totum & veritati, & doctrinæ huic consonat. Auer. quoque verba, quantum ad propositum spectat, scilicet de finis ratione, nobis attestantur: pam de fine quo ad rationem finis, dicit, quòd est esse extra: quod nos docuimus, quantum vero ad esse intra, quòd sit vel non sit conditio, nihil dicit. Quòd vero dicit, quod secundum esse intra est agens, alterius negotii est, & tractatum primo libro. quare &c.

¶ In responsione ad 3m circa rationem qua ostenditur, quòd actus voluntatis non potest esse vltimus finis: dubium occurrit, An intendat de vltimo fine, vt res dicitur finis: aut de vltimo fine primo modo, cõstat, q̃ non solum actus voluntatis, sed nullus actus cuiuscunque potentiæ potest esse finis vltimus: sic enim solus Deus est finis vltimus. si autem intendit de fine secundo modo, tunc maior, scilicet: Finis est obiectum voluntatis; hoc modo intellecta, esset probanda. Negatur enim de facto, a potentibus felicitatem in actu voluntatis. ponunt enim actũ amãdi deum vltimum finem, vt adeptionem: ipsum vero deum vt esse adeptum. & sic secundum illos diceretur ad hanc rationem literæ, quòd finis vt res, est obiectum voluntatis: finis vero vt adeptio, est actus elicitus voluntatis.

¶ Ad hoc responderi potest, quantum ad propositum spectat, primo q̃ litera loquitur de vltimo fine integraliter, & non pro hac, vel illa eius parte, vel quasi parte, scilicet re vel adeptione: ita q̃ maior est, Finis vltimus simpliciter, & non secundum aliquid eius, est obiectum voluntatis: & est ista propositio inducti ue nota. nam nunquam in numerum inuenitur ponere finem vt res, contra finem, vt adeptio. Auarus enim pro obiecto codẽ respicit habere pecuniam: & infirmus habere corpus sanum &c. Sub hac autem propositione non potest subsumi de actu intellectus, sicut de actu voluntatis, q̃ non est obiectum primum voluntatis verissimum: de actu vero intellectus est faltum, qm̃ nõ solũ bonũ, sed bonum cognitum, est obiectum primũ voluntatis. Et sic ratio literæ de fine simpliciter intellecta, inferr intẽtũ. s. q̃ actus voluntatis nõ pot esse vltimus finis: quia nõ potest esse obiectũ primũ voluntatis. Secundo põt dici, q̃ ille sermo põt intelligi de fine, eo modo quo res dicitur finis. sed non est sermo de fine vltimo cõmunissimo, qualis est de*, sed ꝓprio hominis, de quo hoc occultat litera pdit, q̃ si est aliqua actio hois, q̃ illa nõ pot esse actus elicitus voluntatis. Nec ẽ eadẽ ratio de actibus alterius potentiæ, puta intellectus*: quia ille ex quo pot esse obiectũ voluntatis, non prohibet ex hoc, quin sit finis vt res. Et propterea forte litera non affirmatiue, sed conditionaliter dicit, si aliqua actio hominis est vltimus finis. Sat .n. est huic literæ saluare, quòd etiã si homo ageret actionem, quæ esset vltimus finis, vt res est vltimus finis, adhuc verificaretur, q̃ tunc ageret etiam propter finem, quia uellet illam actionẽ: & sic ipsum velle esset propter finẽ. Nec subeat hæc dubitatio, quomõ actio illa vltima, in qua cõsistit felicitas vltima, sit impata apud doctrinam S. Tho. qm̃ ponit voluntatem & intellectum naturali motu ferri in deũ oblatum cũ lumine gloriæ. Hæc enim solues intuendo, q̃ loquitur de homine inquatum homo, & nõ quatenus diuinæ consors est naturæ p̃ gloriã. Et si hãc literæ rñsionẽ notaueris, pspicies interpretationẽ principalis cõclusionis rñsiuæ positæ in corpore huius ar. scilicet, Oẽs actiones humanæ sunt propter finẽ. ly .n. omnes, non distribuit pro omnibus actionibus seorsum sumptis, sed pro singulis perfecte, seu integraliter sumptis. Si enim aliqua actio intellectus est vltimus finis, illa secundũ se sola non potest esse propter finẽ: sed ipsa ratione eius velle, a quo pendet. quod in se participatiue claudit, est propter finem: & sic omnes actiones humanæ sunt propter finem.

¶ *Super Quæstionis primæ Articulum secundum.*

IN art. 2. dubium occurrit, quid interfit inter apprehendere finem, & apprehendere rationem finis. Hanc enim differentiam constituit litera radicem differentiæ inter rationalia, & irrationalia sensitiua in agendo propter finem. Non enim potest dici, quòd per finem intelligitur hic finis, & per rationem finis intelligitur quidditas finis: quoniam mulier præparans cibos, vt comedat hora prandii, quiddit atem comestionis nec in vniuersali, nec in particulari nouit: sed ad hunc finem, qui est tunc comedere, apprehensum, ordinat præparationem suam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum ratio finis consistat in hoc, quod est esse, cuius causa, seu propter quid cognoscere rationem finis, est cognoscere habitudinem finis ad id quod est ad finem. Qui enim proportionem horum cognoscit, ad finem se mouere potest: & qui non nouit, non potest. Cuius signum est, quòd apprehenso aliquo fine, puta sanitate, nihil agimus propter ipsam, donec cognoscamus habitudinem eius ad exercitium,

cap. 1. to. 5.

Ethic.* ergo non omnia homo agit propter finem.

¶ 3 Præt. Tunc videtur homo agere propter finem, quãdo deliberat: sed multa hõ agit absque deliberatione, de quibus ẽt quandoque nihil cogitat, sicut cum aliquis mouet pedem vel manum aliquo intentus, vel fricat barbam. non ergo homo omnia agit propter finem.

SED CONTRA. Omnia quæ sunt in aliquo genere, deriuatur a principio illius generis: sed finis est principium in operabilibus ab homine, vt patet per Philosophum in * secundo Phys. ergo homini conuenit omnia agere propter finem.

RESPON. Dicendum, quòd actionum quæ ab homine aguntur, illæ solæ proprie dicuntur humanæ, quæ sunt propriæ hominis inquantum est homo. Differt autem homo ab aliis irrationalibus creaturis in hoc, quòd est suorũ actuũ dominus. Vnde illæ solæ actiones vocantur proprie humanæ, quarum homo est dominus. Est autem homo dominus suorum actuum per rationem & voluntatem: unde & liberum arbitrium esse dicitur facultas voluntatis & rationis. Illæ ergo actiones proprie humanæ dicuntur, quæ ex voluntate deliberata procedunt: si quæ autem aliæ actiones homini conueniant, possunt dici quidem hominis actiones, sed non proprie humanæ, cum non sint hominis, inquantum est homo. Manifestum est autem, quòd omnes actiones, quæ procedunt ab aliqua potentia, causantur ab ea secundũ rationem sui obiecti. Obiectum autem voluntatis est finis & bonum: vnde oportet quòd omnes actiones humanæ propter finem sint,

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd finis etsi sit postremus in executione, est tamen primus in intentione agentis: & hoc modo habet rationem causæ.

AD 2m dicendum, quòd si qua actio humana sit vltimus finis, oporter eam esse voluntariam: aliàs non esset humana, vt dictum est*. Actio autem aliqua dupliciter dicitur voluntaria. Vno modo, quia imperatur a voluntate, sicut ambulare, vel loqui: alio modo, quia elicitur a voluntate, sicut ipsum uelle. Impossibile autem est quòd ipse actus a voluntate elicitus sit ultimus finis: nam obiectum uoluntatis est finis, sicut obiectum uisus est color. Vnde sicut impossibile est, quòd primum uisibile sit ipsum uidere, quia omne uidere est alicuius obiecti uisibilis: ita impossibile est, quòd primum appetibile, quod est finis, sit ipsum uelle. Vnde relinquitur, quòd si qua actio humana sit ultimus finis, quòd ipsa sit imperata a uoluntate: & ita ibi aliqua actio hominis, ad minus ipsum uelle, est propter finem. Quicquid ergo homo faciat, uerum est dicere, quòd homo agat propter finem, etiam agẽdo actionem quæ est ultimus finis.

AD 3m dicendum, quòd huiusmodi actiones non sunt proprie humanæ: quia non procedunt ex deliberatione rationis, quæ est proprium principium humanorum actuum. & ideo habent quasi finem imaginarum, non autem per rationem præstitutum.

in cor. art.

D. 359

ARTICVLVS II.

Vtrum agere propter finem sit proprium rationalis naturæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd agere propter finem sit proprium rationalis naturæ: homo enim cuius est agere propter finem, nunquam agit propter finem ignotum: sed multa sunt, quæ non cognoscunt finem, uel quia omnino carent cognitione, sicut creaturæ insensibiles, uel quia non apprehendunt rationem finis, sicut bruta animalia. uidetur ergo proprium esse rationalis creaturæ agere propter finem.

12. q. 50. art. 2. co. & 2. contra. c. 46. Et li. 3. c. 1. fin. 16. 24. 109. 110. fin. & 111. Et vni. ar. 5. cor. & 2. phy. le. 4. c. 2. prin. & le. 10. prin.

tium, vel dictam, vel portionem &c.
In cognitione ergo partis, seu rationis rei quę est finis, ad id quòd est ad finem vt hoc, consistit cognoscere rationem finis. Et hinc oritur differentia in mouendo se ad finē cognitum, & non mouere se: vt in litera dicitur.
¶ In eodem 2. ar. in respon. ad tertium, nota ſonē optimā, quare opus naturæ est opus intelligētię.

¶ *Super Quæstionis primæ Articulum tertium.*

IN tertio art. dubium occurrit circa processum literę. Nam digredi videtur a principio actiuo ad principium finale: dum assumit vniuersaliter, quòd actio specificatur ab actu, qui est principium agēdi, vt calor calefactionis: & subsumit, q̄ finis est obiectum voluntatis, ac per hoc principium actus deliberati a voluntate: & sic concludit finem vt principium specificare actionem humanam. Constat .n. q̄ finis nō est actus q̄ sit principium agendi: sed est finis pp quē agens principio agēdi agit, malus igitur videtur processus literæ.
¶ Ad hoc dicitur, q̄ finis est non solū finis, sed obiectū voluntatis: ac per hoc loco formæ quæ est principiū agēdi. Baltesi .n. inquit Auer. in anima est agens desiderium. Etsi contra hoc instetur, qa nō saluaſ iuxta hāc rñsionem sermo formaliter. s. q̄ finis specificet actionem humanam, & nulla digressio in processu commissa est. Sed diuersus modus habendi rationem agē

tex. 42. tom. 2.

tex. 49. tom. 2.

p.p.q.22.a.2.& q.105 a.5.

¶ 2 Præt. Agere propter finem, est ordinare suam actionem ad finem: sed hoc est rationis opus. ergo non conuenit his, quæ ratione carent.
¶ 3 Præt. Bonum & finis est obiectum voluntatis: sed voluntas in ratione est, ut * dicitur in 3. de anima. ergo agere propter finem non est nisi rationalis naturæ.

SED CONTRA est, quod philosophus * probat in 2. Phys. quòd non solum intellectus, sed etiam natura agit propter finem.

RESPON. Dicendum, quòd omnia agentia necesse est agere propter finem. Causarum enim adinuicem ordinatarum, si prima subtrahatur, necesse est alias subtrahi. Prima autem inter omnes causas est causa finalis, cuius ratio est: quia materia non sequitur formam, nisi secundum quod mouetur ab agente. Nihil enim reducit se de potentia in actum: agens autem non mouet nisi ex intentione finis. Si enim agens non esset determinatum ad aliquem effectum, non magis ageret hoc quàm illud. Ad hoc ergo quod determinatum effectum producat, necesse est quòd determinetur ad aliquid certum, quod habet rationem finis. Hæc autem determinatio sicut in rationali natura per rationalem fit appetitum, qui dicitur uoluntas: ita in aliis fit per inclinationem naturalem, quæ dicitur appetitus naturalis. Tamen considerandum est, quòd aliquid sua actione, uel motu tendit ad finem dupliciter. Vno modo, sicut seipsum ad finem mouens ut hōmo: Alio modo, sicut ab alio motum ad finem. sicut sagitta tendit ad determinatum finem ex hoc, quòd mouetur a sagittante, qui suam actionem dirigit in finem. Illa ergo quæ rationem habent, seipsa mouent ad finem, quia habēt dominium suorum actuum per liberum arbitrium, quod est facultas uoluntatis & rationis. Illa uero quæ ratione carent, tendunt in finem propter naturalem inclinationem, quasi ab alio mota, non autem a seipsis, cum non cognoscant rationem finis: & ideo nihil in finem ordinare possunt, sed solum in finem ab alio ordinantur. Nam tota irrationalis natura comparatur ad Deum, sicut instrumentum ad agens principale, ut * supra habitum est. Et ideo propriū est naturæ rationalis, ut tēdat in finē, quasi se agens, uel ducēs ad finem. Naturæ uero irrationalis quasi ab alio acta uel ducta, siue in finē apprehensum, sicut bruta animalia: siue in finē nō apprehensum, sicut ea quę oino cognitione carēt.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd quando homo per seipsum agit propter finem, cognoscit finē: sed quando ab alio agitur uel ducitur, puta cum agit ad imperium alterius, uel cum mouetur altero impellente, non est necessarium quod cognoscat finem: & ita est in creaturis irrationalibus.

AD 2^m dicendum, quòd ordinare in finem, est eius quòd seipsum agit in finem. Eius uero quod ab alio agitur in finem, est ordinari in finem, quod potest esse irrationalis naturæ, sed ab aliquo rationem habente.

AD 3^m dicendum, quòd obiectum uoluntatis est finis & bonum in uniuersali. Vnde non potest esse uoluntas in his, quæ carent ratione & intellectu, cum non possint apprehendere uniuersale, sed est i eis appetitus naturalis, uel sensitiuus, determinatus ad aliquod bonum particulare. Manifestum autem est, quòd particulares causæ mouentur a causa uniuersali: sicut cum rector ciuitatis, qui intendit bonum commune, mouet suo imperio omnia sua particularia officia ciuitatis. & ideo necesse est quòd omnia, quæ carent ratione, moueantur in fines particulares ab aliqua uoluntate rationali, quę se extendit in bonū uniuersale, scilicet a uoluntate diuina.

ARTICVLVS III.

Vtrum actus hominis recipiant speciem ex fine.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd actus humani non recipiant speciem a fine. Finis enim est causa extrinseca: sed unumquodque habet speciem ab aliquo principio intrinseco. ergo actus humani non recipiunt speciem a fine.
¶ 2 Præt. Illud quod dat speciem, oportet esse prius: sed finis est posterior in esse. ergo actus humanus non habet speciem a fine.
¶ 3 Præt. Idem non potest esse nisi in una specie: sed eundem numero actum contingit ordinari ad diuersos fines. ergo finis non dat speciem actibus humanis.

SED CONTRA est, quod dicit * Augustinus in li. de moribus Eccl. & Manichæorum. Secundum quod dicitur inclusus in minorem, apparentiam dat dubio. Ipsum enim esse propter q̄ voluntas agit, est esse quo voluntas agit, nec sibi debetur alio modo quo agit, seu ratio agendi.
¶ In eo. arti. nolo repetere scripta supra primam partem: sed in responsione ad primum nota illa verba, Vt hoc ipsum est de ratione actus. Ex his enim pater, quàm conformis S. Tho. sit doctrina superius tradita de distinctione intrinseca quarundam rerum, scilicet potentiarum, actuum, motuum, & huiusmodi, per extrinseca, a quibus rationes earum absolui nequeunt.
¶ In eo. 3. arti. in responsione ad tertium aduerte, quòd author non negat pluralitatem finium etiam proximorum absolute, sed specificantium actum. Vnius enī numero actus prout semel egreditur ab operante, quòd dicitur propter accidentes intentiones in continuando actum, vnus solus est finis proprius, a quo est species velut substantialis: a cæteris autem accidentales species sunt, vt inferius clarificabitur de circumstantiis.



* In præfatione in Lucam nō procul a fine tomo. 5.

Artic. 1. huius quæst.

¶ *Super Quæstionis primæ Articuli quartum.*

IN arti. 4. eiusdem quæstio. dubium est circa responsionē ad primum, cum dicitur, quòd de ratione boni est, quòd aliquid ab ipso effluat. Nā si hoc est verū, sequit primo quòd de ratiōe boni, quod est essentia diuina, est quòd aliquid ab ipsa effluat. Et cum illud quod est de ratione alicuius, necesse sario conueniat illi, sequitur quòd necessario ab essentia diuina aliquid effluat. Et sic non libere, sed necessario res effluxerunt in esse a deo. Sequitur secūdo, q̄ intellectus diuinus moderādo effluxum bonorū a primo bono, auferat a bono id quod est de ratione eius: quod & impossibile est, & non est fas tribuere diuinæ sapientię, quæ disponit omnia suauiter. Probat sequela: quia constituēdo vltimū bonum inferi*, cum illud, quia bonū est, habeat de ratiōe sua quod aliquid ab eo effluat: & quia vltimum nihil ab eo effluit, oportet q̄ sit ablatū ab eo id, qđ est de ratione eius.
¶ Ad hoc dicitur, q̄ inter finē & bonum hoc interest, q̄ cum finis habeat duo, scilicet, esse obiectum appetitus (habet .n. rationem appetibilis) & esse causam finalē: Finis enim alicuius est finis: Et secundum horum ordinem ortum ex primo: nam finis ex eo quòd appetibilis, causat finaliter bonum, exercet rationē finis quo ad primum. propterea & in 1. Ethi. dicitur, Bonum est quod omnia appetunt. Et diuina essentia habet rationem boni respectu suæ naturalis voluntatis, vtpote proprium obiectum illius, cuius cōstat nō esse finem positiue, sicut nec aliam causam. secundum autē exprimitur nomine finis, & propterea bonum exercet finē in seipso, & in his quæ sunt ad finem, finis est culpabilis vel laudabilis, secundum hoc sunt opera nostra culpabilia, vel laudabilia.

RESPON. Dicendum, quòd vnumquodque sortitur speciem secundum actum, & non secundum potentiam: vnde ea quæ sunt composita ex materia & forma, constituuntur in suis speciebus per proprias formas. Et hoc etiam considerandum est in motibus proprijs. Cum enim motus quodammodo distinguatur per actionem, & passionem, vtrumque * horum ab actu speciem sortitur. Actio quidem ab actu, qui est principium agendi: passio vero ab actu, qui est terminus motus nostri. Vnde calefactio actio, nihil aliud est, quàm motio quædam à calore procedens: calefactio vero passio, nihil aliud est quàm motus ad calorem. Dissimilitio autem manifestat rationem speciei. & vtroque modo actus humani, siue considerentur per modum actionum, siue per modum passionum, speciem a fine sortiuntur. vtroque enim modo possunt considerari actus humani, eo quòd homo mouet seipsum, & mouetur a seipso. Dictum est autem * supra, quòd actus dicuntur humani, inquantum procedunt a voluntate deliberata. Obiectum autem voluntatis est bonum & finis: & ideo manifestum est, quòd principium humanorum actuum, inquantum sunt humani, est finis: & similiter est terminus eorumdem. Nam id ad quod terminatur actus humanus, est id quod voluntas intendit tanquàm finem: sicut in agentibus naturalibus, forma generati est conformis formæ generantis. Et quia vt * Ambrosius dicit super Lucam, Mores proprie dicuntur humani, actus morales proprie species sortiuntur ex fine. nam idem sunt actus morales, & actus humani.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd finis non est omnino aliquid extrinsecum ab actu, quia comparatur ad actum, vt principium, uel terminus: & hoc idem ipsum est de ratione actus, vt scilicet sit ab aliquo quantum ad actionem, & vt sit ad aliquid, quantum ad passionem.

AD 2^m dicendum, quòd finis secundum quod est prior in intentione, vt * dictum est, secundum hoc pertinet ad voluntatem: & hoc modo dat speciem actui humano, siue morali.

AD 3^m dicendum, quòd idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad vnum finem proximū, a quo habet speciem: sed potest ordinari ad plures fines remotos, quorum vnus est finis alterius. Possibile tamē est, quòd vnus actus secundum speciem naturæ ordinetur ad diuersos fines voluntatis: sicut hoc ipsum quod est occidere hominem, quod est idem secundum speciem naturæ, potest ordinari sicut in finem ad conseruationem iustitiæ, & ad satisfaciendum iræ: & ex hoc erunt diuersi actus secundum speciem moris, quia vno modo erit actus virtutis, alio modo erit actus vitij. Non enim motus recipit speciem ab eo quod est terminus per accidens, sed solum ab eo quod est terminus per se. Fines autem mortales accidunt rei naturali: & econuerso, ratio naturalis finis accidit morali. & ideo nihil prohibet act^s, qui sunt ijdem secundum speciem naturæ, esse diuersos secundum speciem moris, & econuerso.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sit aliquis ultimus finis humanæ uitæ.

AD QVARTVM sic procedi-
tur. Videtur quòd non sit aliquis vltimus finis humanæ vitæ, sed procedatur in finibus in infinitum. Bonum enim secundum suam rationem, est diffusiuum sui, vt patet per * Dionys. 4. cap. de diuinis nom. Si ergo quod procedit ex bono, ipsum etiam est bonum: oportet quòd illud bonum diffundat aliud bonum, & sic processus boni est in infinitum: sed bonum habet rationem finis. ergo in finibus est processus in infinitum.
¶ 2 Præterea. Ea quæ sunt rationis, in infinitum multiplicari possunt: unde & mathematicæ quantitates in infinitum augentur. Species etiam numerorum propter hoc possunt esse infinitæ, quia dato quolibet numero, alium maiorem excogitare potes: sed desiderium finis sequitur apprehensionem rationis. ergo uidetur quòd in finibus procedatur in infinitum.
¶ 3 Præterea. Bonum, & finis est obiectum uoluntatis: sed uoluntas infinities potest reflecti supra se ipsam. possum enim uelle aliquid, & uelle me uelle illud, & sic in infinitum. ergo in finibus humanæ uolūtatis proceditur in infinitum.

3.d.3. q.2. artic.2.c.

* cap. 4. de diui. nomi. in princip.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusmodi. Et dicendum, quòd vnumquodque eo mõ quo est bonum, est diffusiuum sui in appetitu: & similiter vnũquodque eo mõ quo est bonum, est effusiuum sui in re, ideſt, cõmunicatiuum sui, vel vt principiũ, vel vt terminus, vel vt subiectũ, vel vt passio &c. Et sic diuina sapientia & finẽ constituit processui bonorũ a primo bono, dum finita ea constituit in numero, pondere, & mensura, & nullum bonum eo, quod est de ratione sua, priuauit: sed vnicuique non eodẽ modo distribuit modos communionis, vt simul communio omnium & status daretur bonis. Ab vltimo nãque bono, etsi non emanet aliquid in re vlterius, est tamen hoc bonum, qꝑ é terminare effluxũ boni, & perficere ac consummare rem in esse perfecto: qđ non parum boni est.

*Text.2.to mo.5.

*Tex.34.to mo.2.

¶ In eodem 4.artic. dubium occurrit circa responsionem ad secundum, quo pacto pót esse verum, qꝑ inter species numerorum sit ordo p accidẽs, & processus in infinitum: quia accidit numero præexistenti, qꝑ ei addatur vnitas. Videtur.n. in primis cõtra communem animi conceptionem, scilicet, qꝑ inter ſpes est ordo per se. & probatur ratione: quia vna species, puta trinitas, est per se prior quaternitate, & quaternitas est per se posterior trinitate, & similẽ est de trigono & tetragono.

¶ Ad hoc dicit breuiter, quia extra moralia é materia hęc, quòd aliud est loqui de ordine entium, & aliud de ordine eorũ vt causæ & causati: sermo præsens est de ordine finium. ideſt, causarum finalium, & propterea de ordine causãdi loquendo, dicitur quòd numerus præcedens est causa p accidens numeri sequentis: quia accidit numero præexistenti, puta octonario vt sic, quod ad

& non est aliquis vltimus finis humanæ voluntatis.

SED CONTRA est, quod Philosophus * dicit 2.Meta. quòd qui infinitum faciunt, auferunt naturam boni: sed bonum est quod habet rationem finis. ergo contra rationem finis est quòd procedatur in infinitum. necesse est ergo ponere vnum vltimum finem.

RESPON. Dicendum, quòd per se loquendo, impossibile est in finibus procedere in infinitum ex qua cunq; parte. In omnibus enim quę per se habent ordinem adinuicem, oportet quòd remoto primo, remoueantur ea quæ sunt ad primum. Vnde Philosophus * probat in 8. Phys. quòd non est possibile in causis mouentibus procedere in infinitum, quia non esset primum mouens, quo subtracto alia mouere nõ possunt, cum non moueant nisi per hoc, quòd mouentur a primo mouente. In finibus autem inuenitur duplex ordo, scilicet, ordo intentionis, & ordo executionis: & in vtroque ordine oportet esse aliquid primum. Id enim, quod est primum in ordine intentionis, est quasi principium mouens appetitum, vnde subtracto principio, appetitus a nullo moueretur. Id autem quod est principium in executione, est vnde incipit operatio: vnde isto principio subtracto nullus inciperet aliquid operari. Principium autem intentionis est vltimus finis: principium autem executionis est primum eorum, quæ sunt ad finem. Sic ergo ex neutra parte possibile est in infinitũ procedere: quia si non esset vltimus finis, nihil appeteretur, nec aliqua actio terminaretur, nec etiam quiesceret intentio agentis. Si autem non esset primum in his quæ sunt ad finem, nullus inciperet aliquid operari, nec terminaretur cõsilium, sed in infinitum procederet. Ea vero quę non habent ordinem per se, sed per accidens sibijnuicem coniungũtur, nihil prohibet infinitatẽ habere: causę enim per accidens indeterminatæ sunt. Et hoc etiam modo contingit esse infinitatem per accidens in finibus, & his quæ sunt ad finem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de ratione boni est, quòd aliquid ab ipso effluat, non tamen quòd ipsum ab alio procedat. & ideo cum bonum habeat rationem finis, & primum bonum sit vltimus finis, ratio ista non probat quòd non sit vltimus finis: sed qꝫ a fine primo suppoſito procedatur in infinitum inferius versus ea, quæ sunt ad finem. & hoc quidem competeret, si consideraretur sola virtus primi boni, quæ est infinita. Sed quia primum bonum habet diffusionem secũdum intellectum, cuius est secundum aliquam causam certam profluere in causata, ali quis certus modus adhibetur bonorum effluxui a primo bono, a quo omnia alia bona participant virtutem diffusiuam: & ideo diffusio bonorum non procedit in infinitum, sed sicut dicitur Sapien. 11. Deus omnia disposuit in numero, pondere, & mensura.

AD 2m dicendum, quòd in his quæ sunt per se, ratio incipit a principijs naturaliter notis, & ad aliquem terminum progreditur. vnde Philosophus probat in primo * Posteriorum, quòd in demonstrationibus non est processus in infinitum: quia in demonstrationibus attenditur ordo aliquorum per se adinuicem connexorum, & non per accidens. In his autem quæ per accidens connectuntur, nihil prohibet rationem in infinitum procedere. Accidit autem quantitati, aut numero præexistenti inquantum huiusmodi, quòd ei addatur quantitas, aut vnitas: vnde in huiusmodi nihil prohibet rationem procedere in infinitum.

AD 3m dicendum, quòd illa multiplicatio actuũ voluntatis reflexæ supra seipsam per accidens, se habet ad ordinem finium: quod patet ex hoc, quòd circa vnum & eũdem actum indifferenter semel, vel pluries, supra seipsam volũtas reflectit.

ARTICVLVS V.

Vtrum vnius hominis possint esse plures vltimi fines.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd possibile sit voluntatem vnius hominis in plura ferri simul, sicut in vltimos fines. Dicit enim * Augustinus 19. de Ciuitate Dei, quòd quidam vltimum hominis finem posuerunt in quatuor, scilicet, in voluptate, in quiete, in bonis naturæ, & in virtute: hæc autem manifeste sunt plura. ergo vnus homo potest constituere vltimum finem suæ voluntatis in multis.

¶ 2 Præterea. Quæ non opponuntur adinuicem, seinuicem non excludunt: sed multa inueniuntur in rebus, quæ sibijnuicem non opponuntur. ergo si vnum ponatur vltimus finis voluntatis, non propter hoc alia excluduntur.

¶ 3 Præt. Voluntas per hoc quòd cõstituit vltimum finem in aliquo, suam liberam potentiam non amittit: sed antequàm constitueret vltimum finem suum in illo, puta in voluptate, poterat constituere finẽ suum vltimum in alio, puta in diuitijs. ergo etiam postquàm constituit aliquis vltimum finem suę voluntatis in voluptate, potest simul constituere vltimum finem in diuitijs. ergo possibile est vnius hominis voluntatem simul ferri in diuersa, sicut in vltimos fines.

SED CONTRA. Illud in quo quiescit aliquis sicut i vltimo fine, hominis affectui dominatur, quia ex eo totius vitæ suæ regulas accipit: vnde de gulosis dicitur Phil. 3 Quorum deus venter est, quia scilicet constituunt vltimum finem in delicijs ventris: sed sicut dicitur Matthæi. 7. Nemo potest duobus dominis seruire, ad inuicem scilicet non ordinatis. ergo impossibile est esse plures vltimos fines vni* hominis ad inuicem nõ ordinatos.

RESPON. Dicendum, quòd * impossibile est, quòd voluntas vnius hominis simul se habeat ad diuersa sicut ad vltimos fines, cuius ratio potest triplex assignari.

PRIMA est, quia cũ vnũquodque appetat suam perfectionem, illud appetit aliquis vt vltimum finem, quod appetit vt bonum perfectum, & completiuũ sui ipsius. Vnde * Augustinus dicit 19. de ciuitate Dei: Finem hominum nunc dicimus, non quòd consumitur vt non sit, sed quòd perficitur vt plene sit. Oportet igitur quòd vltimus finis ita impleat totum hominis appetitum, quòd nihil extra ipsum appetendum relinquatur: quod esse non potest, si aliquid extraneum ad ipsius perfectionem requiratur. vnde non potest esse quòd in duo sic tendat appetitus, ac si vtrumque sit bonum perfectiuum ipsius.

¶ 2ª ratio est, Quia sicut in processu rationis, principiũ est id, quod naturaliter cognoscitur: ita in processu rationalis appetitus, qui est voluntas, oportet esse principium id quod naturaliter desideratur. hoc autem oportet esse vnum: quia natura non tendit nisi ad vnum. Principium autem in processu rationalis appetitus est vltimus finis, vnde oportet id, in quod tendit voluntas sub ratione vltimi finis, esse vnum.

¶ 3ª ratio est, Quia cum actiones vo

datur vnitas, & fiat nouenarius. Obiectio autem militat de ordine ipsarum specierum absolute, nõ in ratione causæ & causati: sed si studiose inquirit, quomodo in speciebus numerorum, figurarum, & proportionum datur processus i infinitum, & tamen communiter dicit, quòd in p se ordinatis entibus non datur processus in infinitum: dicendum est, quòd illud commune dictum intelligendum est de entibus simpliciter, non de entibus secundum quid. Huiusmodi autem species, cũ nõ sint, nec esse possint in actu, * sed semp sint in actu permisto potentiæ, vt patet in 9. Meta. nõ sunt inter entia, nisi secundum quid, vt est infinitum: & propterea non de eis intelligitur cum dicitur, quòd in entib⁹ habentibus per se ordinem, non est processus in infinitum.

¶ *Super quæstionis primæ Articulum quintum.*

IN art. eiusdem primæ. q. aduerte primo titulũ, quòd intelligo ipsum de simul fieri tam actu, quàm effectu, seu habitu: deinde vim rationum in corpore. procedunt enim ex diuersis capitib⁹: nã prima ex eo quòd vltimus finis habet rationem boni perfecti respectu illius: secunda ex eo, quòd habet rationem primi boni naturalis: tertia ex eo, quòd habet rationem primi specificantis. Et licet prima ratio clarius conuincat, & propterea illa vtitur author in responsionibus argumentorum: eodem tamen modo omnes clarificant. Nã sicut repugnat, diuitias, verbi gratia, ex vna parte, & voluptatem ex altera parte, constituere simul duo bona complera vnius, quia sequitur quòd neutrũ seorsum est sufficies, ac per hoc vtrigi aliqd deficit, & vtrũq; eſt incõpletum: ita repugnat hæc eadẽ cõstituere simul duo prima bona naturalia: quia neutrum esset primum quo inciperet motus voluntatis. Et similiter repugnat eadem constituere duo prima specificantia: quia neutrum eorum esset specificas primo. vnde hæ rationes dicerete cõcludẽtes vnitatem formalem vltimi finis in vnoquoque (quia habet rationem completi naturalis & specificantis) primo simul concludunt, quòd impossibile est simul poni huiusmodi rationem formalem in diuersis e regione cõdistãs: ita vt distinguatur ipsa ratio formalis in eis, & fiant simul duo vltimi fines vnius hominis: cum quo tamẽ stat, vt in litera dicitur, qꝑ ratio ista ponatur in pluribus tãquam partibus integrantib⁹ vnum subiectum adæquatum illius.

D.6.2.4.

¶ Sed vnum hic occurrit nouitiorũ duabiũ, Quo stant hæc duo simul, qꝑ quilibet peccator constituat sibi vltimum finem in illo commutabili bono, ad quod intendit, cum auertitur a deo peccando mortaliter: & qꝑ non habeat simul in habitu diuersa vt vltimos fines, cum contingat eũdem hominem simul esse in diuersis capitib⁹: puta gulam, & iniustitiam: ita qꝑ neutri per alterum afficitur, sed ebrietas cũ secundũ se delectat, & similiter iniustitia.

Cap.1.non lõge a prin. tom.5.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, qꝑ oẽs fines proximi peccatorũ mortalium vniũtur in vno vltimo fine, qui est ipsemet peccator: qm̃ amor sui vsque in contemptũ dei cõstituit ciuitatẽ Babilõis, sicut amor dei vsq; ad cõtẽptũ sui, Ierusalem. Vnde huiusmodi peccatores nec in gulæ, nec in iniustitiæ apparenti bono, seorsum constituunt vltimũ finem, cui⁹ signum est, quia neutrũ sibi sufficit: sed omnia commutabilia bona, ad quæ

A luntariæ ex fine speciem sortiantur, sicut * supra habitum est, oportet quòd a fine ultimo, qui est communis, sortiantur rationem generis: sicut & naturalia ponuntur in genere secundum formalem rationem communem. Cum igitur omnia appetibilia uoluntatis, inquãtum huiusmodi, sint unius generis, oportet ultimum finem esse unum: & præcipue, quia in quolibet genere est unum primum principium: ultimus autem finis habet rationem primi principij, ut * dictum est. Sicut autem se habet ultimus finis hominis simpliciter ad totum humanũ genus: ita se habet ultimus finis huius hominis ad hunc hominem. vnde oportet, quòd sicut omnium hominũ est naturaliter unus finis ultimus, ita huius hominis uoluntas in uno ultimo fine statuatur.

B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia illa plura accipiebantur in ratione unius boni perfecti ex his constituti ab his, qui in eis ultimum finem ponebant.

AD 2m dicendum, quòd etsi plura accipi possint, quæ adinuicem oppositionem non habeant: tamen bono perfecto opponitur, quòd sit aliquid de perfectione rei extra ipsam.

AD 3m dicendum, quòd potestas uoluntatis non habet, ut faciat, opposita esse simul: quod cõtingeret, si tenderet in plura disparata, sicut in ultimos fines, ut ex * dictis patet.

C

D

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo omnia quæ uult, uelit propter ultimum finem.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non omnia quæcunque uult homo, propter ultimum finẽ uelit. Ea.n. quæ ad finem ultimum ordinantur, seriosa dicuntur, quasi utilia: sed iocosa a seriis distinguuntur. ergo ea quæ homo iocose agit, non ordinat in ultimum finem.

E

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in principio * Metaphysic. quòd scientiæ speculatiuæ propter seipsas quæruntur: nec tamen potest dici quòd quælibet earum sit ultimus finis. ergo non omnia quæ homo appetit, appetit propter vltimum finem.

¶ 3 Præterea. Quicunque ordinat aliquid in finem, cogitat de illo fi-

peccator cõuertitur, referuntur ad vnum cõem finem, qui est simpliciter vltimus sibi. ſi psummet, qui omnia appetit vt cõferentia ad bonum proprium: ita qꝑ huiusmodi bona nõ appetuntur vt fines vltimi simpliciter, sed vt fines vltimi partiales, vt. ſ. partes boni proprii, qđ est simpliciter finis vltim⁹ illius, & intentũ in oi pẽtõ mortali. Littera aũt docet impossibile esse, qꝑ vnius simul sint plures fines vltimi simpliciter. Et ppea nulla é cõtrarietas inter ppoſita.

Articu.3.

Art. præce.

¶ *Super Quæstionis primæ Articulum sextum.*

IN 6.articu. Vnum oportet præ oculis semp habere, vt non falla mur. ſ. distinctionem inter vltimũ finẽ hois formaliter, vel materialiter, quę in art. 7. exprimuntur. Vltimus.n. finis formaliter, nihil aliud est q̃ bonum perfectũ cuiusq; , vt in 5. dicitur. ar. Et de vltimo fine formaliter hic 6.art. verificatur primo: de vltimo autẽ fine materialiter verificatur secundario, vt. ſ. induit illius rationem formalem: oportet.n. quæcũq; hõ vult, qꝑ velit propter suam perfectionem: quã, vt in octauo dicit Eth. Amabile quidem bonum, vnicuiq; autem proprium. Et ſi hæc auctor ſſet Scotus, non dixisset forte qđ fieri pſit in 4. dist. 49. illa q. Vtrum oĩa quę appetit hõ, appetat pp beatitudinẽ. Tenet .n. partem negatiuã: quia homo pót libero appetitu velle nõ propter beatitudinẽ tam negatiue, q̃ contrarie. Negatiue quidem, tũ quia intellectus pót aliud q̃ beatitudinẽ cogitare, & consequenter voluntas velle: tum quia intellectus potest aliquod bonum considerare vt bonum in ſe, non considerando vt bonum ad finem: ergo & volũtas pót velle illud. Cõtrarie vero, quia stante certitudine de beatitudine in deo &c. & malitia

In corp. ar.

Infra.q.60. art.2.cor.& 4.d.49.q.1. artic.3.q.4. Et 1.contra cap.100.

* Cap.2.nõ lõge a prin. tom.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fornicationis, potest homo velle fornicari. Sed hæc facillime cedunt, si beatitudo, (de qua hic sermo nō esset, nisi rō vltimi finis hominis & beatitudinis formaliter esset eadē quo ad hanc difficultatem) rectè considerētur. Nos enim loquimur de vltimo fine formaliter: & dicimus quòd nihil potest appeti nisi ipse, aut propter ipsum. Et quòd nec negatiue, nec contrarie potest aliter appeti. Et ad primum motiuū Scoti, patet solutio in litera in responsione ad tertium in hoc articu. vbi dicitur quòd intellectu aliud cogitante voluntas vult propter vltimum finem virtualiter, & si non actualiter. & hoc sufficit. Ad secundum vero patet responsio ex dictis in eo artic. ad primum & ad secundum. Inde enim habetur, quòd quodcunque partiale bonum appetatur, appetitur saltem vt bonum appetentis: & consequēter propter vltimum finem. Nā vt in eodem corpore dicitur, inchoatio alicuius ordinatur ad consummationē ei⁹. Ad motiuum autem de contrarie appetibili, manifesta est resp̄ōsio: quoniam nullus potest appetere contrarium suæ plenæ perfectionis. quoniam quicquid appetit, appetit vt perfectionem habeat aliquam, q̄uis appetat cōtra talē rē q̄ est vltimus finis, vt patet in peccante mortaliter: & præter illam, vt patet in peccāte venialiter. Nec te moueat, quòd etiā actus speculatiuos diligimus propter finem, quoniā vt hic, & inferius in quæstio. 13. artic. 3. ad primū, dicere potes, dicuntur nō propter aliud, non per negationē vltimi finis, sed per negationem alterius proximi & proprii finis. Et similiter dicuntur fines aliorum nō per affirmationem vltimi finis, sed in illo ordine &c.

Cap. 1. non finitum a princi. to. 5.

ne: sed nō semper homo cogitat de F vltimo fine in omni eo quod appetit, aut facit. non ergo omnia homo appetit, aut facit propter vltimum finem.

SED CONTRA est, quod dicit * Augustinus. 19. de Ciuit. Dei. Illud est finis boni nostri, propter quod amantur cætera, illud autem propter seipsum.

RESPONDEO. Dicendum, quòd necesse est quòd omnia quæ homo appetit, appetat propter vltimum finem. & hoc apparet duplici ratione. Primo quidem, quia quicquid homo appetit, appetit sub ratione boni: quod quidem si non appetitur ut bonum perfectum, quod est vltimus finis, necesse est ut appetatur ut tendens in bonum perfectum: quia semper inchoatio alicuius ordinatur ad consummationem ipsius: sicut patet tam in his quæ fiunt a natura, quàm in his quæ fiunt ab arte, & ita omnis inchoatio perfectionis ordinatur in perfectionem consummatam, quæ est propter vltimum finem. Secundo, quia vltimus finis hoc modo se habet in mouendo appetitum, sicut se habet in aliis motionibus primum mouens. Manifestum est autem quòd causæ secundæ mouentes, non mouent, secundum quod mouentur a primo mouente: unde secunda appetibilia non mouent appetitum nisi in ordine ad primum appetibile, quod est vltimus finis. I

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actiones ludicræ non ordinantur ad aliquem finem extrinsecum: sed tantum ordinantur ad bonum ipsius ludentis, prout sunt delectantes, uel requiem præstantes. bonum autem consummatum hominis, est vltimus finis eius.

ET similiter dicendum ad secundum de scientia speculatiua, quę appetitur ut bonum quoddam speculantis, quod comprehenditur sub bono completo & perfecto, quod est vltimus finis. K

AD 3^m dicendum, quòd non oportet ut semper aliquis cogitet de vltimo fine, quandocunque aliquid appetit uel operatur: sed uirtus primæ intentionis quæ est respectu vltimi finis, manet in quolibet appetitu cuiuscunque rei, etiam si de vltimo fine actu non cogitetur: sicut nō oportet, quòd quiuadit per uiam, in quolibet passu cogitet de fine.

ARTICVLVS VII.

Vtrum sit unus ultimus finis omnium hominum.

IN articulum 7. & 8. nihil occurrit scribendum.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd Supra 5. con. Ethi. fin. nō omnium hominum sit unus finis ultimus. Maxime enim uidetur ultimus finis esse hominis incōmutabile bonum: sed quidam auertuntur ab incommutabili bono peccando. non ergo omnium hominum unus est ultimus finis.

† 19. de ciui. Dei c. 1. & 13. de trini. cap. 3. & 4. * lib. 83. q. q. 5. tom. 4. * tex. 22. tomo. 3.

¶ 2 Præt. Secundum ultimum finem tota uita hominis regulatur. Si igitur esset unus ultimus finis omniū hominum, sequeretur quòd in hominibus non essent G diuersa studia uiuendi: quod patet esse falsum.

¶ 3 Præt. Finis est actionis terminus: actiones autem sunt singularium. Homines autem etsi conueniant in natura speciei, tamen differunt secundum ea quæ ad individua pertinent. non ergo omnium hominum est unus ultimus finis.

D. 707. 1113.

SED CONTRA est, quod * Augustinus dicit 13. de Trinit. quòd omnes homines conueniunt in appetendo ultimum finem, qui est beatitudo. Ca. 5 tomo

RESPONDEO. Dicendum, quòd de ultimo fine possumus loqui dupliciter. Vno modo secundum rationē ultimi finis: Alio modo secundum id, in quo finis ultimi ratio inuenitur. Quantum igitur ad rationem ultimi finis, omnes conueniunt in appetitu finis ultimi: quia omnes appetunt suam perfectionem adimpleri, quæ est ratio ultimi finis, ut dictum est. * Sed quantum ad id, in quo ista ratio inuenitur, non omnes homines conueniunt in ultimo fine. nam quidam appetunt diuitias, tanquam consummatum bonum: quidam uero uoluptatem: quidam uero quodcunque aliud, sicut & omni gustui delectabile est dulce. Sed quibusdam maxime delectabilis est dulcedo uini, quibusdā dulcedo mellis, aut alicuius talium. Illud tamen dulce oportet simpliciter esse melius delectabile, in quo maxime delectatur, qui habet optimum gustum: & similiter illud bonum oportet esse completissimum, quod tanquàm ultimum finem appetit habens affectum bene dispositū. Arist. 1. Ethic.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi qui peccant, auertuntur ab eo, in quo uere inuenitur ratio ultimi finis: non autem ab ipsa ultimi finis intentione, quam quærunt falso in aliis rebus.

AD 2^m dicendum, quòd diuersa studia uiuendi contingunt in hominibus propter diuersas res, in quibus quæritur ratio summi boni.

AD 3^m dicendum, quòd etsi actiones sint singularium, tamen primum principium agendi in eis est natura, quæ tendit ad unum, ut dictum est. *

ARTICVLVS VIII.

Vtrum in illo ultimo fine aliæ creaturæ conueniant.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd in ultimo fine hominis etiam oīa alia conueniant. Finis enim respōdet principio: sed illud quod est principium hominum, scilicet, Deus, est etiam principium omnium aliorum. ergo in ultimo fine hominis omnia alia communicant.

¶ 2 Præt. Dio. dicit in lib. de diui. no. * quòd Deus conuertit omnia ad seipsum, tāquàm ad ultimum finem: sed

sed ipse est ultimus finis hominis, quia solo ipso fruēdū est. ergo in fine ultimo hominis ēt alia conueniunt.

¶ 3 Præt. Finis ultimus hominis est obiectum uoluntatis: sed bonū uoluntatis est bonum uniuersale, quod est finis omnium. ergo necesse est, quòd in vltimo fine hominis omnia conueniant.

SED CONTRA est, quòd ultimus finis hominum est beatitudo, quā omnes appetunt, ut Augustinus dicit: † sed nō cadit in animalia expertia rationis, ut beata sint, sicut * Augustinus dicit in lib. 83. quæstionum. non ergo in ultimo fine hominis alia conueniant.

RESPON. Dicendum, quòd sicut philosophus dicit 5.* Meta. Finis dupliciter dicitur, scilicet cuius, & quo, idest, ipsa res, i qua ratio boni inuenitur, & usus, siue adeptio illius rei: sicut si dicamus, q̄ motus corporis grauis finis est uel locus inferior, ut res, uel hoc qd B est esse i loco inferiori, ut usus: & finis auari est, uel pecunia, ut res: uel possessio pecuniæ, ut usus. Si ergo loquamur de ultimo fine hominis quātū ad ipsam rem, quæ est finis, sic in ultimo fine * hominis omnia alia conueniunt, quia Deus est ultimus finis hoīs, & oīum aliarum rerū. Si aūt loquamur de ultimo fine hominis quantū ad consecutionem finis, sic in hoc fine hominis nō communicāt creaturæ irrationales. Nam homo, & aliæ rationales creaturæ consequuntur ultimum finē cognoscendo, & amando Deum, quod non competit aliis creaturis, quæ adipiscuntur ultimum finem, inquantum participant aliquā similitudinem Dei, secundum quod sunt, uel uiuunt, uel etiam cognoscunt.

Et per hoc patet responsio ad obiecta: nam beatitudo nominat adeptionem ultimi finis.

QVAESTIO II.

De his, in quibus hominis beatitudo consistit, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de beatitudine. Primo quidem in quibus sit. Secundo, quid sit. Tertio, qualiter eam consequi possumus.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum beatitudo consistat in diuitijs.
¶ Secūdo, Vtrum in honoribus.
¶ Tertio, Vtrum in fama, siue in gloria.
¶ Quarto, Vtrum in potestate.
¶ Quinto, Vtrum in aliquo corporis bono.
¶ Sexto, Vtrum in uoluptate.
¶ Septimo, Vtrum in aliquo bono animæ.
¶ Octauo, Vtrum in aliquo bono creato.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beatitudo hominis consistat in diuitijs.

3. contra c. 30. Et op. 3. cap. 108. 261. & 264 Et opus. 20 lib. 1. ca. 8. Et Math. 5. ca. 3. 4. & 5 Et 1. Ethic. lec. 5. fin. * prosa 2. circa princip.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo hominis in diuitijs consistat. Cum enim beatitudo sit ultimus finis hominis, in eo cōsistit, qd maxime in hominis affectu dominatur: huiusmodi autem sunt proprie diuitiæ. dicitur enim Eccl. 10. Pecuniæ obediunt omnia. ergo in diuitijs beatitudo hominis consistit.

¶ 2 Præt. Secundum Boetium in 3. de consol*. Beatitudo est status omnium bonorū aggregatione perfectus: sed in pecuniis omnia possideri uidentur, quia ut philosophus dicit in 5. Ethic*. Ad hoc numus est inuētus, ut sit quasi fideiussor habendi pro eo, quodcunq; homo uoluerit. ergo in diuitijs beatitudo consistit.

¶ 3 Præt. Desiderium summi boni cum nunquam deficiat, uidetur esse infinitum: sed hoc maxime in diuitijs inuenitur, quia auarus nō implebitur pecunia, ut dicitur Eccle. 5. ergo in diuitijs beatitudo consistit.

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum primum.* c. 5. & 1 politicorū ca. 6. & 7. tom. 5.

SED CONTRA. Bonum hominis in retinendo beatitudinem magis consistit, quàm in emittendo ipsam: sed sicut Boet.* in 5. de cōsol. dicit. Diuitiæ effundendo, magis q̄ coaceruando melius nitent: siquidē auaritia semper odiosos, claros facit largitas. ergo in diuitijs beatitudo non consistit. lib. 2. prosa 5. circa pri.

RESPON. Dicendum, quòd impossibile est beatitudinem hominis in diuitijs consistere. Sunt enim duplices diuitiæ, ut philosophus dicit in 1. Poli*. scilicet naturales & artificiales. Naturales quidē diuitiæ sunt, quibus homini subuenitur ad defectus naturales tollendos: sicut cibus & potus, uestimēta, uehicula, & habitacula, & alia huiusmodi. Diuitiæ artificiales sunt, C quibus secundū se natura non iuuatur, ut denarii: sed ars humana eos adinuenit propter facilitatem commutationis, ut sint quasi mensura rerū uenalium. Manifestum est aūt, q̄ in diuitijs naturalibus beatitudo hominis esse non potest. Quærūtur. n. huiusmodi diuitiæ ad sustentandam naturam hominis: & ideo non possunt esse ultimus finis, sed magis ordinantur ad hominem, sicut ad finē. vnde in ordine naturæ omnia huiusmodi sunt infra hominem, & propter hominem facta, secundum illud Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Diuitiæ autem artificiales nō quæruntur, nisi propter naturales. Nō. n. quærerentur, nisi quia per eas emuntur res ad vsum uitæ necessariæ: vnde multo minus habent rationem ultimi finis. Impossibile est igitur beatitudinē, quæ est ultimus finis hominis, in diuitiis esse. D cap. 6. a medio. tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ omnia corporalia obediūt pecuniæ quantum ad multitudinem stultorū, qui sola corporalia bona cognoscunt, quæ pecunia acquiri possunt. Iudicium autem de bonis humanis non debet sumi a stultis, sed a sapientibus: sicut & iudiciū de saporibus ab his, qui habent gustū bene moderatū.

AD 2^m dicendum, quòd pecunia possunt haberi omnia uenalia, non autem spiritualia, quæ uendi non possunt: vnde dicitur Prouerb. 17. Quid prodest stulto diuitias habere, cum sapientiam emere non possit?

AD 3^m dicendum, q̄ appetitus naturalium diuitiarum non est infinitus, quia secundum certam mēsuram sufficiunt naturæ: sed appetitus diuitiarum artificialiū est infinitus, quia deseruit concupiscentiæ inordinatæ, quæ nō modificatur, ut patet per Philosophū in 1. Polit.* Aliter tn est infinitū desideriū diuitiarum, & desiderium summi boni. nam summum bonū quanto perfectius possidetur, tāto ipsum magis amatur, & alia contemnuntur: quia quāto magis habetur, magis cognoscitur. & ideo dicitur Eccl. 24. Qui edunt me, ad huc esurient. Sed in appetitu diuitiarum, & quorumcunq; temporalium bonorū, est econuerso: nam quando iam habētur, ipsa cōtemnuntur, & alia appetuntur, secundum quod significatur Ioan. 4. cum dominus di- cap. 6. a medio. tom. 5.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum secundum.*

IN artic.2. in corpore nota, quòd ipsa felicitas cõstituit excellentiam, vt per hoc videas, quòd angeli appetendo beatitudinem, appetierunt excellentiam, quæ est obiectum superbiæ.

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum tertium.*

IN articulo 3. aduerte, quòd author non affirmat beatitudinem nostrã consistere in gloria etiam apud Deũ: sed dicit dependere illam ex cognitione diuina, quam habet de nobis, in qua consistit gloria nostra apud Deum, & merito, quia, vt patebit beatitudo nostra nõ cõsistit in cognosci, sed in cognoscere, quamuis dependeat a cognosci a Deo, quia scientia Dei est causa rerum, & perficiatur seu decoretur per cognosci ab angelis, & sanctis.

3.cont.cap. 28. Et opu. 3. cap. 108. 264. & Mathi. 5. Et 1. Ethi. lec. 5. ✱ c. 9. 10. 5.

†c.3.tom.5

*4.Eth. c.3 tom.5. & libro 8. c.14.

cit. Qui bibit ex hac aqua, per quã temporalia significantur, sitiet iterum: & hoc ideo, quia eorum insufficiẽtia magis cognoscitur cum habentur. & ideo hoc ipsum ostendit eorum imperfectionẽ, & quod in eis summum bonũ non cõsistit.

ARTICVLVS II.

Vtrum beatitudo hominis consistat in honoribus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo hominis in honoribus cõsistat. Beatitudo enim, siue felicitas, est præmium virtutis, vt philosophus dicit in 1. Ethic. ✱ sed honor maxime uidetur esse id, qđ est virtutis præmium, vt philosophus dicit in 4 Ethic. † ergo in honore maxime consistit beatitudo.

¶ 2 Præt. Illud quod cõuenit Deo, & excellẽtissimis, maxime uidetur esse beatitudo, quæ est bonum perfectum: sed huiusmodi est honor, vt philosophus dicit in 8. Ethi. ✱ & 1. Tim. 2. dicit Apostolus Soli Deo honor & gloria. ergo in honore consistit beatitudo.

¶ 3 Præt. Illud quod est maxime desideratũ ab hominibus, est beatitudo: sed nihil uidetur esse magis desiderabile ab hominibus, q̃ honor: quia homines patiuntur iacturam in omnibus aliis rebus, ne patiantur aliquod detrimentum sui honoris. ergo in honore beatitudo consistit.

SED CONTRA. Beatitudo est in beato: honor autẽ non est in eo qui honoratur, sed magis in honorante, qui reuerentiã exhibet honorato, vt philosophus dicit in 1. Ethic. ✱ ergo in honore beatitudo non consistit.

*c.5.tom.5

RESPON. Dicendum, quòd impossibile est beatitudinem consistere in honore. Honor enim exhibetur alicui propter aliquam eius excellentiam, & ita est signum & testimonium quoddam illius excellẽtiæ, quæ est in honorato: excellentia autem hominis maxime attẽditur circa beatitudinem, quæ est hominis bonum perfectum, & secundum partes eius, idest, secundum illa bona, quibus aliquid beatitudinis participatur: & ideo honor potest quidem cõsequi beatitudinem: sed principaliter in eo beatitudo consistere non potest.

D.710.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd honor non est præmiũ uirtutis, propter quod uirtuosi operantur: sed accipiunt honorẽ ab hominibus loco præmii, quasi a non habentibus ad dandum maius. Verum autem præmium uirtutis est ipsa beatitudo, propter quã uirtuosi operantur: si autem propter honorem operarentur, iam non esset uirtus, sed magis ambitio.

AD 2ᵐ dicendum, quòd honor debetur Deo, & excellentissimis, in signum uel testimonium excellentiæ præexistentis, non ꝙ ipse honor faciat eos excellentes.

AD 3ᵐ dicendum, quòd ex naturali desiderio beatitudinis, quam consequitur honor, vt dictum est ✱, contingit quòd homines maxime honorem desiderãt. vnde quærũt homines maxime honorari a sapientibus,

*in cor.art.

F quorum iudicio credunt se esse excellẽtes, uel felices.

ARTICVLVS III.

Vtrum beatitudo hominis consistat in fama, siue gloria.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo hominis cõsistat in gloria. In eo enim uidetur beatitudo cõsistere, quod redditur sanctis pro tribulationibus, quas in mundo patiuntur: huiusmodi autem est gloria. dicit enim Apostol. Roma. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ergo beatitudo consistit in gloria.

3.cõt.c.3 Et opus. cap.108. 264. Et 20.li.c. & 8.

¶ 2 Præt. Bonum est diffusiuum sui, vt patet per Dionysium 4. cap. de diui. nomi. ✱ Sed per gloriam bonum hominis maxime diffunditur in notitiam aliorũ, quia gloria, vt Amb. † dicit, nihil aliud est, quàm clara cum laude notitia. ergo beatitudo hois consistit in gloria.

*cap.4.c. ca prin.

† id Aug. li.83.q.31.cir nem.

¶ 3 Præt. Beatitudo est stabilissimum bonorum: hoc autem esse uidetur fama, uel gloria, quia per hãc quodãmodo homines æternitatem sortiuntur. unde Boet. dicit in lib. de consol. ✱ Vos immortalitatem uobis propagare uidemini, cum futuri famam temporis cogitatis. ergo beatitudo consistit in fama, seu gloria.

Lib. 2. 7. poſi

H SED CONTRA. Beatitudo est uerum hominis bonum: sed famam, seu gloriam contingit esse falsam. ut enim dicit Boet. in lib. 3. de consol. ✱ Plures magnum fæpe nomen falsis uulgi opinionibus attulerunt, quo qđ turpius excogitari potest? Nam qui falso prædicantur, suis ipsi necesse est laudibus erubescant. non ergo beatitudo hominis consistit in fama, seu gloria.

Libr.3 cons. pro 6.circ. cipiam

RESPON. Dicendum, quòd impossibile est beatitudinem hominis in fama, seu gloria humana consistere: nam gloria nihil aliud est, quàm clara notitia cum laude, ut Amb. dicit. ✱ Res autem cognita aliter comparatur ad cognitionem diuinam, & aliter ad cognitionẽ humanã. Humana enim cognitio a rebus cognitis capitur: sed diuina cognitiõ est causa rerum cognitarum. unde perfectio humani boni, quæ beatitudo dicitur, non potest causari a notitia humana: sed magis notitia humana de beatitudine alicuius, procedit, & quodam modo causat ab ipsa humana beatitudine, uel inchoata, uel perfecta. Et ideo in fama, uel in gloria nõ potest consistere hominis beatitudo: sed bonum hominis dependet sicut ex causa ex cognitione Dei: & ideo ex gloria, quæ est apud Deum, dependet beatitudo hominis, sicut ex causa sua, secundum illud Psal. 90. Eripiam eũ, & glorificabo eum: longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum. Est etiam aliud considerandum, quòd humana notitia sæpe fallitur, & præcipue in singularibus contingentibus, cuiusmodi sunt actus humani: & ideo frequenter humana gloria fallax est. sed quia Deus falli non potest, eius gloria semper uera est, propter quod dicitur 2. ad corinth. 10. Ille probatus est, quem Deus commendat.

Id hẽ guſt. 83. q. 31. finem 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus non loquitur ibi de gloria, quæ est ab hominibus: sed de gloria, quæ est a Deo coram angelis eius. vnde dicitur Mar. 8. Filius hominis confitebitur eum in gloria Patris sui coram angelis eius.

AD 2ᵐ dicendum, quòd bonum alicuius hominis, quod per famam, uel gloriam est in cognitione multorum, si cognitio quidem uera sit, oportet quòd deriuetur a bono existente in ipso homine: & sic præsupponit perfectam beatitudinem, uel inchoatam.

¶ Super

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum 4.5.6.*

IN artic. quarto nihil occurrit.

¶ In quinto autem, speculabilia in prima parte declarata sunt.

¶ In sexto vero in responsione ad primum huius quæstionis, quæ in q.4. artic.2. tractabitur.

Si autem cognitio falsa sit, non concordat rei, & sic bonum non inuenitur in eo, cuius fama celebris habetur: vnde patet, quòd fama nullo modo potest facere hominem bonum.

AD 3ᵐ dicendum, quòd fama nõ habet stabilitatem: immo falso rumore de facili perditur. & si stabilis aliquãdo perseueret, hoc est per accidens: sed beatitudo habet per se stabilitatem, & semper.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beatitudo hominis consistat in potestate.

3. contra c. 31. Et opus. 3. c. 108. & 264.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo cõsistat in potestate. Omnia enim appetunt assimilari Deo, tanquàm ultimo fini, & primo principio: sed homines qui in potestatibus sunt, propter similitudinem potestatis maxime uidentur esse Deo conformes, vnde in Scriptura, Dij uocantur, ut patet Exod. 13. Dijs non detrahes. ergo in potestate beatitudo consistit.

¶ 2 Præt. Beatitudo est bonum perfectum: sed perfectissimum est, quòd homo etiam alios congrue possit regere, quod cõuenit his qui in potestatibus sunt constituti. ergo beatitudo consistit in potestate.

¶ 3 Præt. Beatitudo cum sit maxime appetibilis, opponitur ei, quod maxime est fugiendum: sed homines maxime fugiunt seruitutem, cui contraponitur potestas. ergo in potestate beatitudo consistit.

* Prosa 5. circa med.

SED CONTRA. Beatitudo est perfectum bonum: sed potestas est maxime imperfecta. ut enim dicit Boe. 3. de consol. ✱ Potestas humana solicitudinum morsus expellere, formidinum aculeos uitare nequit. & postea: Potẽtem censes, cui satellites latus ambiunt? qui quos terret, ipse plus metuit? nõ igitur beatitudo consistit in potestate.

RESPON. Dicendum, quòd impossibile est beatitudinẽ in potestate consistere propter duo. Primo quidem, quia potestas habet rationem principij, ut patet in 3. Meta. ✱ beatitudo autem habet rationem ultimi finis. Secundo, quia potestas se habet ad bonum, & ad malum: beatitudo autem est proprium, & perfectum hominis bonum: vnde magis posset consistere beatitudo aliqua in bono usu potestatis, qui est per uirtutem, q̃ in ipsa potestate. Possunt autem quatuor generales rationes induci ad ostendum, ꝙ in nullo præmissorum exteriorum bonorum beatitudo consistat, quarum prima est, Quòd cum beatitudo sit summum hominis bonum, non compatitur secum aliquod malum, omnia autem prædicta possunt inueniri & in bonis & in malis. Secunda ratio est, quia cum de ratione beatitudinis sit, quòd sit per se sufficiẽs, ut patet in 1. Eth. ✱ hoc necesse est, ꝙ beatitudine adepta, nullum bonum necessarium homini desit. adepto autem singulis premissorũ, possunt adhuc multa bona homini necessaria deesse, puta sapientia, sanitas corporis, & huiusmodi. Tertia, quia cum beatitudo sit bonũ perfectum, ex beatitudine non potest aliquod malum alicui prouenire, quod non conuenit præmissis. Dicitur enim Eccl. 5. ꝙ diuitiæ interdum conseruantur in malum domini sui: & simile patet in aliis tribus. Quarta ratio est, quia ad beatitudinem homo ordinatur per principia interiora, cũ ad

*tex.17. to mo 3.

*c.7. tom. 1.

A ipsam naturaliter ordinetur. Præmissa autem quatuor bona magis sunt a causis exterioribus, & ut plurimũ a fortuna: vnde & bona fortunæ dicũntur. vnde patet, quòd in præmissis nullo modo beatitudo consistit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuina potestas est sua bonitas: vnde vti sua potestate non potest nisi bene, sed hoc in hominibus non inuenitur: vnde non sufficit ad beatitudinem, quòd homo assimiletur Deo quantum ad potestatem, nisi assimiletur ei quantum ad bonitatem.

AD 2ᵐ dicendum, quòd sicut optimum est, quòd aliquis uratur bene potestate in regimine multorum: ita pessimum est, si male uratur. & ita potestas se habet ad bonum, & ad malum.

B

AD 3ᵐ dicendũ, ꝙ seruitus est impedimentũ boni usus potestatis: & ideo naturaliter homines eã fugiunt, & nõ quasi in potestate hois sit summũ bonũ.

ARTICVLVS V.

Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo corporis bono.

Infr. q.3.ar ti.3.cor. Et 4.di.49.q.1 ar.1.q.1.Et 3.cõtr.c.32 & 37.prin. Et opusc.3. c.264.a. Et Pl.32.Et 1. Eth.lec.10. *cap.5. non lõge a prin cip.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo hominis cõsistat in bonis corporis. dicitur enim Eccle. 30. Non est census supra censum C salutis corporis: sed in eo quod est optimum, cõsistit beatitudo. ergo consistit in corporis salute.

¶ 2 Præt. Diony. dicit 5. c. de diui. no. ✱ quòd esse est melius quàm uiuere, & uiuere melius q̃ alia quæ consequuntur: sed ad esse uel uiuere hominis requiritur salus corporis. cum ergo beatitudo sit summum bonum hominis, uidetur quòd salus corporis maxime pertineat ad beatitudinem.

¶ 3 Præt. Quanto aliquid est communius, tanto ab altiori principio dependet, quia quanto est causa superior, tãto eius uirtus ad plura se extendit: sed sicut causalitas causæ efficientis consideratur secundũ influentiam, ita causalitas finis attenditur secundũ appetitũ. ergo sicut prima causa efficiens, est quæ in omnia influit, ita vltimus finis est quod ab omnibus desideratur: sed ipsum esse est quod maxime desideratur ab omnibus. ergo in his quæ pertinent ad esse hominis, sicut est salꝰ corporis, maxime cõsistit beatitudo.

D

SED CONTRA est, ꝙ fm beatitudinẽ homo excellit omnia alia animalia: sed fm bona corporis a multis animalibus superatur, sicut ab elephante, in diuturnitate uitæ: a leone, in fortitudine: a ceruo, in cursu. ergo beatitudo hominis nõ cõsistit in bonis corporis.

RESPON. Dicendum, ꝙ impossibile est beatitudinem hominis in bonis corporis consistere propter duo. Primo quidem, quia impossibile est, ꝙ illius rei, quæ ordinatur ad aliud sicut ad finẽ, vltimus finis sit eiusdem conseruatio in esse. vnde gubernator nõ intẽdit, sicut vltimũ finẽ, conseruationẽ nauis sibi commissæ, eo ꝙ nauis ad aliud ordinatur sicut in finem. s. ad nauigandũ. Sicut autẽ nauis cõmittitur gubernatori ad dirigendũ, ita homo est suæ uoluntati & rationi cõmissus, secundũ illud qđ dicitur Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit eũ in manu consilij sui. Manifestũ est autẽ, ꝙ hõ ordinatur ad aliquid, sicut ad finem: non. n. homo est summũ bonũ. vnde impossibile est, ꝙ vltimus finis rationis & uoluntatis humanæ, sit cõseruatio humani esse. Secũdo, quia dato ꝙ finis rationis & uoluntatis humanæ esset conseruatio humani esse: non tamen posset dici, quòd fi-

E

nis

Universidad de Navarra Biblioteca

* p.p.q.75. & 90. D.641.

nis hominis esset aliquod corporis bonũ. Esse enim F hominis cõsistit in anima, & in corpore: & quamuis esse corporis dependeat ab anima, esse tamen humanę animæ non dependet a corpore, * vt supra ostensum est, ipsumq; corpus est propter animam, sicut materia * propter formam, & instrumenta propter motorẽ, vt per ea suas actiones exerceat: vnde omnia bona corporis ordinantur ad bona animę, sicut ad finẽ. Vnde impossibile est, quòd in bonis corporis beatitudo consistat, quæ est vltimus finis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut corpus ordinatur ad animam, sicut ad finem, ita bona exteriora ad ipsum corpus: & ideo rationabiliter bonũ corporis præfertur bonis exterioribus, quæ per sensum significantur, sicut & bonum animæ præfertur omnibus bonis corporis.

D.559. AD 2^um dicendũ, quòd esse simpliciter acceptum, secundum quod includit in se omnem perfectionem essendi, præeminet vitæ, & omnibus perfectionibus subsequentibus. Sic igitur ipsum esse præhabet in se oĩa bona subsequentia: & hoc modo Dion. loquitur. Sed si cõsideret ipsum esse prout participatur in hac re, vel in illa, quæ non capiunt totã perfectionẽ essendi, sed habent esse imperfectum, sicut est esse cuiuslibet creaturę, sic manifestum est, quòd ipsum esse cum

Eodem loco citato. perfectione superaddita, est eminentius. vnde & Dion. y. ibidem dicit, quòd viuentia sunt meliora existentibus, & intelligentia viuentibus.

AD 3^um dicendum, q̃ quia finis respondet principio, ex illa ratione ꝓbatur, ꝙ vltimus finis est primũ principiũ essendi, in quo est omnis essendi perfectio: cuius similitudinem appetunt, secundum suam perfectionem, quædam quidem secundũ esse tantum, quędam secundum esse viuens, quædam secundum esse viuens, & intelligens, & beatum. & hoc paucorũ est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum beatitudo hominis consistat in voluptate.

4. distin. 44 q. 1. ar. 3. q. 4. ad 3. & 4 Et 3. cõtr. c. 27. & 33. hic lib. 4. ca. 83. Et opusc. 3. ca. 108. Et Matt. 5. Et 1. Eth. le. 5. & lec. 10. *2. 2. tom. 1. † Proposit. 1. tom. 3.

AD SEXTVM, sic procedit videꝛ ꝙ beatitudo hoĩs in voluptate cõsistat. Beatitudo enim cũ sit vltimus finis, non appetitur propter aliud, sed alia propter ipsam: sed hoc maxime conuenit delectationi (ridiculum est enim ab aliquo quærere, propter quid velit delectari, vt dicitur in 10. Ethic.) * ergo beatitudo maxime in voluptate & delectatione consistit.

¶ 2 Præt. Cauta prima vehemẽtius imprimit quàm secunda, vt dicitur in lib. de causis. Influentia autem finis attenditur secundum eius appetitum. Illud ergo videtur habere rationẽ finis vltimi, quod maxime mouet appetitum: hoc autem est voluptas, cuius signum est, quòd delectatio intantum absorbet hominis voluntatem & rationem, ꝙ alia bona contemnere facit. ergo videtur ꝙ vltimus finis hominis, qui est beatitudo, maxime in voluptate consistat.

¶ 3 Præt. Cum appetitus sit boni, illud quod omnia appetunt, videtur esse bonum optimum: sed delectationẽ omnia appetunt, & sapientes, & insipientes, & ẽt ratione carẽtia. ergo delectatio est optimũ. Cõsistit ergo in voluptate beatitudo, quę est summum bonũ.

* Prosa 7. SED CONTRA est, qd * Boet. dicit in 3. de consol. Tristes exitus esse voluptatum, quisquis reminisci libidinum suarum volet, intelliget: quæ si beatos efficere possent, nihil causæ esset, quin pecudes quoque beatæ esse dicantur.

RESPON. Dicendum, ꝙ quia delectationes corporales pluribus notæ sunt, ideo pserunt sibi nomẽ voluptatum, vt dicitur 7. Eth. * in quibus tũ beatitudo principaliter non consistit: quia in vnaquaq; re, cap. 14. & mo 5. aliud est quod pertinet ad essentiã eius, aliud est proprium accidẽs ipsius: sicut in homine, aliud est quod est animal rationale mortale, aliud qd̃ est risibile. Est igitur considerandũ, qd omnis delectatio * est quoddam propriũ accidens, quod consequitur beatitudinẽ, vel aliquã beatitudinis partem. Ex hoc. n. aliquis delectatur, quia habet bonũ aliquod sibi conueniens vel in re, vel in spe, vel saltem in memoria. Bonũ aũt conueniens, siquidem sit perfectum, est ipsa hominis G beatitudo: si aũt sit imperfectũ, beatitudo est quædã participata, vel propinqua, vel remota, vel saltẽ apparens. Vnde manifestum est, ꝙ nec ipsa delectatio, quæ sequitur bonũ perfectum, est ipsa essentia beatitudinis, sed quoddã consequens ad ipsam, sicut per se accidens. Voluptas aũt corporalis non potest ẽt modo prædicto sequi bonum perfectũ: nam sequitur bonũ quod apprehendit sensus, qui est virtus animę corpore vtens. Bonum aũt quod pertinet ad corpus, qd̃ apprehenditur fm sensum, non potest esse perfectũ hominis bonum. Cum. n. anima rationalis excedat proportionem materiæ corporalis, pars animę quę est ab organo corporeo absoluta, quãdam habet infinitatẽ H respectu ipsius corporis, & partiũ animę corpori conCreatarũ: sicut intuibilia sunt quodammodo infinita respectu materialiũ, eo ꝙ forma per materiã quodam modo contrahit, & finitur: vnde forma a materia absoluta, est quodãmodo infinita. Et ideo sensus, qui est vis corporalis, cognoscit singulare, quod est determinatũ per materiã: intellectus vero qui est vis a materia absoluta, cognoscit vniuersale, quod est abstractũ a materia, & continet sub se infinita singularia. Vnde patet, quòd bonũ conueniens corpori, quod per apprehensionẽ sensus delectationẽ corporalẽ causat, nõ est perfectũ bonũ hominis, sed est minimũ quiddam I in cõparatione ad bonũ animæ. vnde Sap. 7. dicitur, quod omne aurum in comparatione sapientiæ, arena est exigua. Sic igitur neq; voluptas corporalis est ipsa beatitudo, nec est per se accidens beatitudinis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ eiusdẽ rationis est, qd̃ appetatur bonũ, & qd̃ appetatur delectatio, quæ nihil est aliud q̃ quietatio appetitus in bono: sicut ex eadẽ virtute naturæ est, ꝙ graue feratur deorsum, & ꝙ ibi quiescat. Vnde sicut bonũ per seipsum appetit, ita & delectatio propter se, & non propter aliud appetitur, si ly propter, dicat causam finalem. Si verò dicat causam formalẽ, vel potius causam motiuã, sic delectatio est appetibilis pp aliud, id est, propter bonum K quod est delectationis obiectũ, & per consequens est principiũ eius, & dat ei formam. Ex hoc. n. delectatio hẽt qd̃ appetatur, quia est quies in bono desiderato.

AD 2^um dicendum, quòd vehemens appetitus delectationis sensibilis contingit ex hoc, ꝙ operationes sensuum, quia sunt principia nostrę cognitionis, sunt magis perceptibiles: vnde etiam a pluribus delectationes sensibiles appetuntur.

AD 3^um dicendũ, ꝙ eo modo omnes appetunt delectationes, sicut & appetunt bonum: & tamen delectationem appetunt ratione boni, & non econuerso, vt dictum est. * vnde non sequitur, ꝙ delectatio sit maximum, & per se bonum: sed ꝙ vnaquæq; delectatio consequatur aliquod bonũ, & aliqua delectatio consequatur id, quod est per se, & maximum bonum.

* In eor. art.

ARTI-

¶ *Super Quæstionis facilis Articulum 7. & 8.*

IN artic. 7. & 8. dubium occurrit de fundamento virtusque, scilicet, Obiectũ voluntatis nostræ est vniuersale bonum: quoniam aut intendit ꝓ vniuersale bonum, totum; seu omne bonum, aut bonũ in vniuersali. Si secũdo modo, verũ est, & bene probat, Quòd sicut obiectum intellectus est verũ, non tamen in hoc particulari, sed in vniuersalitate obiectum voluntatis est bonum vniuersale in hoc particulari, sed in vniuersali: sed ex hoc sensu non sequitur. ergo obiectum voluntatis est bonum vniuersale in essendo, quòd est deus. Si primo mõ, tunc non probatur per hoc, ꝙ obiectum intellectus est verum vniuersale: quoniam hoc verificatur de vero vniuersali in prædicando, & non de omni vero, nec ipsa veritate diuina, quę est omne verum: quoniam nec hoc verum, Deus est trinus, cadit sub obiecto intellectus: nec ea, quę non licet hoi loqui, & in cor hominis non ascendunt, nec ascendere possent. ¶ Ad hoc dicitur, quòd propriè loquẽdo, neutro modo intelligitur fundamentum illud: sed sensus est, quòd sicut obiectum intellectus est verum vniuersale, id est, nõ contractum ad tale, vel tale verum, sed absolute: ita obiectum voluntatis est bonum vniuersale, idest, nõ contractum ad tale, vel tale bonum, sed absolute: & si huic fuerit adiuncta subintellecta differentia inter bonum & verum ex 6. Metaphy. scilicet, quòd verum & falsum sunt in anima, bonum autem & malum in rebus: sequitur quòd in illa re sola erit beatitudo nostra, q̃ est obiectum voluntatis humanæ, in qua est bonum absolute: ac per hoc in solo deo est, quia in cæteris non est bonum nisi con-

*art. 5. & 6. huius quæs.

*Artic. 5.

*Lib. 1. c. 3. & 22. to. 3.

*q. præced. articu. 8.

ARTICVLVS VII.

Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono animæ.

AD SEPTIMVM sic procedi tur. Videtur quòd beatitudo cõsistat in aliquo bono animę. Beatitudo enim est quoddam hominis bonum. hoc autem per tria diuiditur, quæ sunt, bona exteriora, bona corporis, & bona animæ: sed beatitudo non consistit in bonis exterioribus, neque in bonis corporis, sicut supra ostensum * est. ergo consistit in bonis animæ. D

¶ 2 Præt. Illud cui appetimus aliquod bonũ, magis amamus quàm bonum quod ei appetimus: sicut magis amamus amicum, cui appetimus pecuniam, quàm pecuniam: sed vnusquisque, quodcunque bonum sibi apperit, amat. ergo seipsum amat magis quàm omnia alia bona: sed beatitudo est quod maxime amat. quod patet ex hoc, quòd propter ipsam omnia amantur, & desiderantur. ergo beatitudo consistit in aliquo bono ipsius hominis: sed non in bonis corporis. ergo in bonis animæ. E

¶ 3 Præt. Perfectio est aliquid eius quod perficitur: sed beatitudo est quædam perfectio hominis. ergo beatitudo est aliquid hominis: sed non est aliquid corporis, vt ostensum est. * ergo beatitudo est aliquid animæ: & ita consistit in bonis aĩę.

SED CONTRA est, quòd sicut Aug. dicit in lib. * de doctrina Christiana. Id, in quo constituitur beata vita, propter se diligendum est: sed homo non est propter seipsum diligendus, sed quicquid est in homine, est diligendum propter Deum. ergo in nullo bono animæ beatitudo consistit. D

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, * Finis dupliciter dicitur, scilicet, ipsa res, quam adipisci desideramus, & vsus seu adeptio, vel possessio illius rei. Si ergo loquamur de vltimo fine hominis quantum ad ipsam rem, quam appetimus sicut vltimum finem, impossibile est quòd vltimus finis hominis sit ipsa anima, vel aliquid eius. Ipsa enim anima in se cõsiderata, ẽ vt in potentia existens. fit enim de potentia sciente, actu sciens: & de potentia virtuosa, actu virtuosa. Cum aũt potẽtia sit propter actum, sicut propter complementum, impossibile est, quòd id quod est secũdum se in potentia existens, habeat rationẽ vltimi finis: vnde impossi-

A bile est quòd ipsa anima sit vltimus finis suipsius: similiter etiam neque aliquid eius, siue sit potentia, siue actus, siue habitus. Bonum enim quod est vltimus finis, est bonum perfectum complens boni appetitum. Appetitus autem humanus, qui est voluntas, est boni vniuersalis: quodlibet bonum autem inhærens ipsi animæ, est bonum participatum, & per consequens particulatũ. vnde impossibile est: quòd aliquod eorum sit vltimus finis hominis. Sed si loquamur de vltimo fine hominis quãtum ad ipsam adeptionem, uel possessionem, seu quencunque usum ipsius rei, quæ appetitur ut finis, sic ad ultimum finem pertinet aliquid hominis ex parte animæ, quia homo per animam beatitudinem consequitur. Res ergo ipsa quę appetitur ut finis, est id, in quo beatitudo consistit, & quod beatum facit: sed huius rei adeptio uocatur beatitudo. unde dicendum est, quòd beatitudo est aliquid animæ: sed in quo consistit C beatitudo, est aliquid extra animã.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum quod sub illa diuisione comprehenduntur omnia bona, quæ homini sunt appetibilia, sic bonum animæ dicitur non solum potentia, aut habitus, aut actus: sed & obiectum quod est extrinsecum. & hoc modo nihil prohibet dicere id, in quo beatitudo consistit, esse quoddam bonum animæ.

AD 2^um dicendum, quantum ad propositum pertinet, quòd beatitudo maxime amatur tanquàm bonum concupitum: amicus autem amatur tanquam id, cui concupiscitur bonũ, & sic etiam homo amat seipsum: unde non est eadem ratio amoris utrobique. Vtrum autem amore amicitię aliquid homo supra se amet, erit locus cõsiderandi cum de charitate agetur. *

AD 3^um dicendum, quòd beatitudo ipsa, cum sit perfectio animæ, est quoddam animæ bonum inhærens: sed id, in quo beatitudo consistit, quod scilicet beatum facit, est aliquid extra animam, ut dictum est. *

ARTICVLVS VIII.

Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono creato.

AD OCTAVVM sic procedi tur. Videtur quòd beatitudo hoĩs consistat in aliquo bono crea-

tractum. & hæc est manifesta intentio literæ. Quę cõtra obiectũ intellectus obiiciuntur, de limitatione veri, facillime soluuntur, dicendo ꝙ sicut nullũ est ens, ad qd̃ nõ possit actus intellectꝰ terminari aliquo modo: ita nullũ est verum quod ipsum omnino subterfugiat: Deum namq; & omnia attingere potest. Sed quia non potest nostec intellectus tali modo deum cognoscere &c. ideo committitur fallacia figuræ dictionis, mutãdo Quid in Quomodo. Ex impotentia siquidem modi cognoscendi proueniꝛ, quòd oportet ali quid latere omnem intellectum creatũ, & non ex limitatione veri obiecti intellectus, quasi tale verum debeat esse obiectum. Cuius signum infallibile est, quia quibuscunque veris oblatis intellectui, adhuc posset intellectus aliud nouum verum oblatum cognoscere, vel credere. Intellectus enim nõ fit minor ex cognitione præcedentium, vt dicitur 3. de anima. qđ impossibile esset, si verum limitatum esset adequatum obiectum intellectus.

¶ In responsione ad primum in arti. 8. vi de Nomitie, authoris intentum de illa propositione, Supremũ infimi attingit infimum supremi: quòd intelligitur de attingere secũdum proximitatẽ naturę, quę in similitudine earũ propinqua consistit, & non deordinati in finem attingere ad finem vltimum.

*In cor. art.

10. Dicit

1. q. 12. art. 1. c. & q. 82. ar. 2. cor. lit 2. 2. q. 6. 85. ar. 2. corol.

to. Dicit enim Diony. 4. c. de di. no. * q̃ diuina sapien- F
tia coniungit fines primorum, principijs secundorũ: et quo potest accipi, q̃ summum inferioris naturæ sit attingere infimum naturæ superioris: sed summum hominis bonum est beatitudo. cum ergo angelus natura ordine sit supra hominem, vt in primo habitum est, † videt quòd beatitudo hominis cõsistat in hoc, quòd aliquo modo attingit ad angelum.

¶ 2 Præt. Vltimus finis cuiuslibet rei est in suo opere perfecto, vnde pars est propter totum, sicut propter finem: sed tota vniuersitas creaturarum quæ dicitur maior mundus, comparatur ad hominem, qui in 8. Phys. * dicitur minor mundus, sicut perfectum ad imperfectum. ergo beatitudo hominis consistit in tota G
vniuersitate creaturarum.

¶ 3 Præt. Per hoc homo efficitur beatus, q̃ eius naturale desiderium quietatur: sed desiderium hominis non extenditur ad maius bonũ, quàm ipse capere potest. cum ergo homo nõ sit capax boni, quod excedit limites totius creaturæ, videtur quòd per aliquod bonum creatum homo beatus fieri possit, & ita beatitudo hominis in aliquo bono creato consistit.

SED CONTRA est quod Aug. dicit 19. de ciui. Dei. † Vt vita carnis, anima est: ita beata vita hominis, Deus est, de quo dicitur, Ps. 143. Beatus populus cuius Dominus, Deus eius est.

RESPON. Dicendum, quòd impossibile est beatitudinem hominis esse in aliquo bono creato. Beatitudo enim est bonum perfectum, quod totaliter quietat appetitum, alioquin non esset vltimus finis, si adhuc restaret aliquid appetendum. Obiectum autẽ voluntatis quæ est appetitus humanus, est vniuersale bonum, sicut * obiectũ intellectus est vniuersale verũ: ex quo patet, q̃ nihil potest quietare voluntatem hominis nisi bonũ vniuersale, quod non inuenitur in * aliquo creato, sed solũ in Deo: quia omnis creatura habet bonitatem participatam. vnde solus Deus voluntatem hominis implere potest, secundum quod dicitur in Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium &c. I
In solo igitur Deo beatitudo hominis consistit.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ superius hominis attingit quidẽ infimũ angelicæ naturæ per quandam similitudinẽ, non tñ ibi fixit, sicut in vltimo fine, sed procedit vsq; ad ipsum vniuersalem fontẽ boni, qui est vniuersale subiectũ beatitudinis omnium bonorum, tanquam infinitum & perfectum bonũ existens.

AD 2^m dicendum, q̃ si totum aliquod non sit vltimus finis, sed ordinetur ad finem vlteriorem: vltimus finis partis nõ est ipsum totũ, sed aliquid aliud. Vniuersitas autem creaturarũ, ad quam comparatur homo, vt pars ad totum, non est vltimus finis: sed ordinatur in Deum, sicut in vltimũ finem. vnde bonũ vniuersi nõ est vltimus finis hominis, sed ipse Deus. K

AD 3^m dicendum, quòd bonum creatum non est minus quàm bonum, cuius est homo capax vt rei intrinsecæ & inhærentis: est tamen minus quàm bonũ, cuius est capax vt obiecti, quod est infinitũ: bonum autem quod participatur ab angelo, & a toto vniuerso, est bonum finitum & contractum.

QVAESTIO III.

Quid sit beatitudo, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est quid sit beatitudo, & quæ requirantur ad ipsam.

Et 4. c. 63. cap. 7. 9. 17 & c. 54. Et op. 3. c. 108 & 264. Et opu. 20. lib. 2. c. 8. & 9. Pl. 32. cap. 4 par. 1. aliquatulum ante finem. 1. 75. c. 89 & 108. art. 8. & q. 111 * li. 8. Phys. text. 17. tomo 2.

* cap. 26. In princ. tom. 5.

D. 752.

D. 282. 293

ARTIC. I.

Circa primum quæruntur octo:

¶ Primo, Vtrum beatitudo sit aliquid increatum.
¶ Secũdo, Si est aliquid creatum, vtrum sit operatio.
¶ Tertio, Vtrum sit operatio sensitiuæ partis, an intellectiuæ tantum.
¶ Quarto, Si est operatio intellectiuæ partis, vtrũ sit operatio intellectus, an voluntatis.
¶ Quinto, Si est operatio speculatiui intellectus, aut practici.
¶ Sexto, Si est operatio intellectus speculatiui, vtrũ consistat in speculatione scientiarũ speculatiuarũ.
¶ Septimo, Vtrũ consistat in speculatione substantiarum separatarum, scilicet angelorum.
¶ Octauo, Vtrum in sola speculatione Dei, qua per essentiam videtur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beatitudo sit aliquid increatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo sit aliquid increatum. Dicit. n. Boet. in 3. de consol. * Esse Deum ipsam beatitudinem, necesse est consiteri. Infi. art. 3. di. 49 art. 1. cor. * Prosa circa

¶ 2 Præt. Beatitudo est summum bonum: sed esse summum bonũ conuenit Deo. cũ ergo non sint plura summa bona, videtur q̃ beatitudo sit idem qđ Deus. H

¶ 3 Præt. Beatitudo est vltimus finis, in quem naturaliter humana voluntas tanquàm in finem tẽdit: sed in nullum aliud voluntas tanquàm in finem tendere debet nisi in Deum, quo solo fruẽdum est, vt Aug. dicit. † ergo beatitudo est idem quod Deus.

SED CONTRA. Nullum factum est increatum: sed beatitudo hominis est aliquid factum, quia secundum August. 1. de doct. Christ. * illis rebus fruendum est, quæ nos beatos faciunt. ergo beatitudo non est aliquid increatum. * li. 1. Chri. ca. 22. * li. 3. tom.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, * finis dicitur dupliciter. Vno modo ipsa res, quã cupimus adipisci, sicut auaro est finis pecunia: Alio modo, ipsa adeptio vel possessio, seu vsus, aut fruitio eius rei quę desideratur: sicut si dicatur, quòd possessio pecuniæ est finis auari, & frui re voluptuosa est finis intemperati. Primo ergo modo, vltimus hominis finis est bonum increatũ, scilicet Deus, qui solus sua infinita bonitate potest volũtatem hominis perfecte implere. Secũdo autem modo, vltimus finis hominis est creatum aliquid in ipso existens, qd nihil est aliud q̃ adeptio, vel fruitio finis vltimi: vltim^e aũt finis vocat beatitudo. Si ergo beatitudo hominis cõsideretur quantũ ad causam, vel obiectũ, sic est aliquid increatum: si autem consideretur quantum ad ipsam essentiam beatitudinis, sic est aliquid creatum. * q. 1. & q. 2. ar. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Deus est beatitudo per essentiam suam: non. n. per adeptionẽ aut participationẽ alicuius alterius beatus est, sed per essentiam suam. Homines aũt sunt beati, sicut ibidẽ dicit Boet. * per participationem: sicut & dij per participationem dicũtur. ipsa autem participatio beatitudinis fm quam homo dicitur beatus, aliquid creatum est. * ca. 10. de consi.

AD 2^m dicendum, quòd beatitudo dicitur esse summum hominis bonum, quia est adeptio vel fruitio summi boni.

AD 3^m dicendũ, quòd beatitudo dicitur vltimus finis per modum, quo adeptio finis dicitur finis.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Vtrum beatitudo sit operatio.

* 1. di. 1. q. 1. art. 1. Et 3. di. 34 q. 1. art. 5. cor. Et 4. di. 49 q. 1. art. 2. q. 1. & q. 4. ar. 1. Et quol. 8. ar. 19. co. Et 1. Ethic. lec. 1. Et 9. Metap. lec. 9. fi. † Prosa 2. circa princ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo non sit operatio. Dicit enim Apostol. Ro. 6. Habetis fructum uestrum in sanctificationẽ, finem uero uitam æternam: sed uita nõ est operatio, sed est ipsum esse uiuentiũ. ergo ultimus finis, qui est beatitudo, non est operatio.

¶ 2 Præt. Boetius dicit in 3. de consol. † quòd beatitudo est status omnium, bonorum aggregatione perfectus: sed status non nominat operationem. ergo beatitudo non est operatio. B

¶ 3 Præt. Beatitudo significat aliquid in bono existẽs, cum sit ultima perfectio hominis: sed operatio non significat ut aliquid existens in operante, sed magis ut ab ipso procedens. ergo beatitudo non est operatio.

¶ 4 Præt. Beatitudo permanet in beato: operatio aũt non pmanet, sed trãsit. ergo beatitudo nõ est operatio.

¶ 5 Præt. Vnius hominis est una beatitudo: operationes autem sunt multæ. ergo beatitudo nõ est operatio.

¶ 6 Præt. Beatitudo inest beato absque interruptione: sed operatio humana frequenter interrumpitur, puta somno, uel aliqua alia occupatiõe, uel quiete. ergo beatitudo non est operatio.

SED CONTRA est, quod philosophus dicit in primo Ethic. * quòd felicitas est operatio secundum uirtutem perfectam. C

* cap. 7. post medium. tomo 5.

RESPON. Dicendum, quòd secundum quod beatitudo hominis est aliquid creatum in ipso existens, necesse est dicere, quòd beatitudo hominis sit operatio. Est enim beatitudo ultima hominis perfectio, unumquodq; autem intantum perfectum est, inquantum est actu, nam potentia sine actu imperfecta est. oportet ergo beatitudinem in ultimo actu hominis consistere. Manifestũ est autem, quòd operatio est ultimus actus operantis: unde & actus secundus a philosopho nominatur in 2. de anima. * Nam habens formam, potest esse in potentia operans: sicut sciens, est in potentia considerans. Et inde est quòd in aliis rebus, res unaquæque dicitur esse propter suam operationem, ut dicitur in 2. de cælo. † necesse est ergo beatitudinem hominis operationem esse. D

* li. 2. de anima. com. 67.

† tex. 2. ad iunctũ 3. & 6. tom. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uita dicitur dupliciter. Vno modo, ipsum esse uiuentis, & sic beatitudo non est uita. * Ostẽsum est enim quòd esse unius hominis qualecunque sit, non est hominis beatitudo: solius enim Dei beatitudo est suum esse. Alio modo dicitur uita, ipsa operatio uiuentis, secũdum quam principium uitæ in actũ reducitur: & sic nominamus uitã actiuam, uel cõtemplatiuam, uel uoluptuosam: & hoc modo uita æterna dicitur ultimus finis, quod patet p hoc quod dicitur Ioan. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te Deum uerum & unum. D. 270. * q. 2. art. 5.

AD 2^m dicendum, quòd Boet. * diffiniendo beatitudinem, considerauit ipsam communem beatitudinis rationem. Est enim communis beatitudinis ratio, quòd sit bonum commune perfectum, & hoc significauit cum dixit, Quod est status omnium bonorũ aggregatione perfectus, per quod nihil aliud significatur, nisi, q̃ beatus est in statu boni perfecti. Sed Arist. * expressit ipsam essentiam beatitudinis, ostendens per quid homo fit in huiusmodi statu: quia per operationẽ quã dam. & ideo in 1. Ethic. * ipse etiam ostendit, quòd beatitudo est bonum perfectum. * loco ī arg. citato. * loco ī arg. citato. c. 7. tom. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum beatitudo sit operatio sensitiuæ partis, aut intellectiuæ tantum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ beatitudo consistat etiã in operatione sensus. Nulla. n. operatio inuenitur in homine nobilior operatione sensitiua, nisi intellectiua. Sed operatio intellectiua dependet in nobis ab operatione sensitiua, quia non possumus intelligere sine phantasmate, ut dicitur in 3. de anima. * ergo beatitudo consistit etiam in operatione sensitiua. 3. c. contra. 33. & 37. princip. Et opuſ. 3. cap. 264. & 1. Ethi. lec. 10 * te. 30. to. 2

¶ 2 Præt. Boe. dicit in 3. † de cõsol. Quòd beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: sed quædam bona sunt sensitiua, quæ attingimus per sensus operationem. ergo uidetur quòd operatio sensus requiratur ad beatitudinem. † Prosa 2. circa princ.

¶ 3 Præt. Beatitudo est bonum perfectum, ut probatur in 1. Ethic. * quod non esset, nisi homo perficeretur per * ca. 7. to. 5

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum quartum.*

IN hac tertia quæstione visoad quartum articulū, nihil occurrit scribēdum, nisi quòd in secundo articulo tria notanda specialiter sunt. Primum in corpore, q̄ cū dicitur, Vnūquodque est propter suā operationem, potest dupliciter intelligi. Primo sicut propter rem, quæ est eius finis: & sic falsissimum est. Alio modo sicut propriū complementum: & sic est verum, ita q̄ vnumquodque habens operationē esse propter suam operationem, nihil aliud est quam esse ppter seipsum in actu cōpleto & perfecto.

¶ Secundum, in responsione ad secundum, scilicet quòd cū dicitur, Beatitudo est status omniū bonorum aggregatione perfectus, non est prædicatio essentialis, sed causalis: ita quòd intelligatur beatitudo, vt causa est status talis vt effectus: quoniam ipsa beatitudinis essentia est, per quam est talis status*: vt in litera dicitur.

¶ Tertium, in responsione ad tertium, q̄ memor sis ambiguitatis tā simpliciter, quām apud authorē de subiecto actionis transeuntis: propter quòd forte litera apposuit ly magis, dicendo quòd est magis perfectio patientis. Nam secundum veritatem actio immanens principaliter est propter perficiendum agens ipsum, actio vero trāsiēs principaliter est propter perficiendū aliud. Vtrum autē sicut actio immanēs redundat in alterū, ita quoq; actio trāsiens perficiat agēs: non est moralis negotii, sed alibi discutietur, si Deus dederit.

¶ In isto 4. ar. disputatio illa consueta occurrit de beatitudine, Vtrum essentialiter sit actus intellectus, vel voluntatis. Scotus enim per ipsam secundum omnes partes suas: sed per operationes sensitiuas quædam partes animæ perficiuntur. ergo operatio sensitiua requiritur ad beatitudinem.

SED CONTRA. In operatione sensitiua communicant nobis bruta animalia, non autem in beatitudine. ergo beatitudo non consistit in operatione sensitiua.

RESPON. Dicendum, quòd ad beatitudinem potest aliquid pertinere tripliciter. Vno modo essentialiter: Alio modo antecedenter: Tertio modo consequenter. Essentialiter quidem non potest pertinere operatio sensus ad beatitudinem: nam beatitudo hominis consistit essentialiter in coniunctione ipsius ad bonum increatum, quod est vltimus finis, vt supra ostensum est*, cui homo coniungi non potest per sensus operationem. Similiter etiam, quia sicut ostensum est*, in corporalibus bonis beatitudo hominis non consistit, quæ tamen sola per sensus operationem attingimus. Possunt autem operationes sensus pertinere ad beatitudinem antecedenter, & consequenter. Antecedenter quidem secundum beatitudinem imperfectam, qualis in præsenti vita haberi potest: nam operatio intellectus præexigit operationem sensus. Consequenter autem in illa perfecta beatitudine, quæ expectatur in cælo: quia post resurrectionem ex ipsa beatitudine animæ, vt Augustinus dicit in epistola ad Dioscorum*, fiet quædam refluentia in corpus, & in sensus corporeos, vt in suis operationibus perficiantur: vt infra magis patebit cū de* resurrectione agetur. Non autem tunc operatio, qua mens humana Deo cōiungitur, a sensu dependebit.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd obiectio illa probat, q̄ operatio sensus requiritur antecedenter ad beatitudinem imperfectam, qualis in hac vita haberi potest.

AD 2^m dicendum, quòd beatitudo perfecta, qualem angeli habent, habet congregationem omnium bonorum per coniunctionē ad vniuersalē fontem totius boni, non quòd indigeat singulis particularibus bonis: sed in hac beatitudine imperfecta requiritur congregatio bonorum sufficientiū ad perfectissimam operationem huius vitę.

AD 3^m dicendum, quòd in perfecta beatitudine perficitur totus homo, sed in inferiori parte redundantiam a superiori: in beatitudine autem imperfecta præsentis vitæ ecōuerso, a perfectione inferioris partis proceditur ad perfectionem superioris.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum si beatitudo est intellectiuæ partis, sit operatio intellectus, an uoluntatis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo consistat in actu voluntatis. Dicit enim* Aug. 19. de ciuitat. Dei, quod beatitudo hominis in pace consistit. vnde in Psalm. 147. Qui posuit fines tuos pacem: sed pax ad voluntatem pertinet. ergo beatitudo hominis in voluntate consistit.

¶ 2 Præt. Beatitudo est summum bonum: sed bonum est obiectum voluntatis. ergo beatitudo in uoluntatis operatione consistit.

¶ 3 Præt. Primo mouenti respondet ultimus finis: sicut ultimus finis totius exercitus est victoria, quę est finis ducis, qui omnes mouet: sed primum mouens ad operandum est uoluntas, quia mouet alias uires, ut infra dicetur. ergo beatitudo ad uoluntatem pertinet.

¶ 4 Præt. Si beatitudo est aliqua operatio, oportet quòd sit nobilissima operatio hominis: sed nobilior est Dei dilectio, quæ est actus uoluntatis, quām cognitio, quæ est operatio intellectus, ut patet per Apostolum 1. ad Corinth. 13. ergo uidetur quòd beatitudo consistat in actu uoluntatis.

¶ 5 Præt. *Augustinus dicit in 13. de Trinit. quòd beatus est qui habet omnia quæ uult, & nihil uult male. & post† pauca subdit. Et appropinquat beato, qui bene uult quodcunque uult: bona enim beatum faciunt, quorum bonorū iam habet aliquid, ipsam scilicet bonā uoluntatē. ergo beatitudo in actu uoluntatis consistit.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te Deum uerum unum: uita autem æterna est ultimus finis, ut dictum est. ergo beatitudo hominis in cognitione Dei cōsistit, quæ est actus intellect⁹.

RESPON. Dicendum, quòd ad beatitudinem, sicut supra dictū est*, duo requiruntur. Vnum, quod est esse beatitudinis: aliud, quod est quasi per se accidens eius, scilicet delectatio ei adiuncta. Dico ergo, q̄ quantum ad id, quod est

quia finis vltimus vt sic, est proprium obiectum actus voluntatis: Ex quo potest sic argui. Actus tendens ex se in finem vt sic, est ei propinquior illo, qui non ex se vt sic, in ipsum tendit. Talis est actus voluntatis respectu actus intellectus. Probatur, quia finis est proprium obiectum appetitus, vt in 1. q. didicimus. Sed bo sic. Amare & intelligere, ordinate se habēt. Aut igit amare est pp intelligere vt finē: & hoc nō, quia ſm Ansel. li. 2. Cur deus hō, peruersus esset ordo, amare vt intelligeret. ergo intelligere est pp amare vt finē. ergo amor est finis vltimus formalis. Tertio sic. Actus* volūtatis inter intrinseca, ē summe volēdus. ergo in eo cōsistit beatitudo formalis seu intrinseca. Cōsequētia nota: & antecedēs probatur. Volūtas plus appetit pfectionē sui vltimo fine, q̄ intellectus. ergo actus illę suus ē summe inter intrinseca volēdus. hoc antecedēs probatur. Volūtas natura liter plus appetit appetitu naturali sui perfectionē, q̄ intellectus. ergo ex appetitu libero, recto tn: q̄a liber rectus cōsonat nāli. Arguitur quoq; ab aliis, quæ vide li vis in Capreolo 49. distin. 4.

¶ Ad euidentiā obiectorū contra rōnē literæ, scito, q̄ persp̄icaciter aduerrēdū*, nihil q̄d distinguendū esset, p̄termissum in litera est: Cōsecutionem in primis duplicē esse, nisi æquiuocatio cōcedaf, fictio est: quoniā nominibus vtendo vt plures, cōsecutio nō vocatur rei cōsecutę amor. vnde argues, quia illā propositionē, Beatitudo ē cōsecutio finis, euitare nō potuit, æquinocauit cōsecutionis vocabulū, vt suā prosequeret opinionē. Q.d' autē amor nō habeat rationem cōsecutionis, ex eo probatur: quia amor est rei habitæ, & amor quidē rei nō habitæ. Patet, q̄ nō est cōsecutio ex hoc ipso q̄ est rei non habitæ: amor autē rei habitæ ex hoc ipso nō est cōsecutio, q̄ consecutionē supponit, quia ē rei habitæ. vnde prima Scoti obiectio sup æquiuocatione fundatur: & ideo nihil valet. Quāuis ēt assumat falsum .s. q̄ amor dei sit perfectior eius visione, vt in litera dicitur. Ex his aūt apparet solutio alterius obiectionis. Litera. n. nō prætermisit amorē, sed dupliciter iliū excluſit. Primo excludendo delectationē, qm̄ in ea clauditur amor: nō. n. delectamur præsentibus cōiunctis, nisi amatis. Secūdo excludendo desideriū & delectationē. Cū. n. illud sit nō habiti, hoc vero habiti, & amor sit nō habiti & habiti: inquātū est nō habiti, excluditur eadē rōne qua desideriū, quia .s. hoc quod amat, nō habet præsens: inquantū vero est habiti, excluditur eadē rōne, qua delectatio: quia .s. amor rei habitæ aduenit volūtati ex hoc, q̄ est habita, & nō ecōuerso. Et in nullo diminuta est litera: sed rōne solita intentū cōclusit. Et contra opinionē oppositā militat, si sciat ea quis vti sic, Amor abstrahit ab habito, & nō habito obiecto, quia est vtriusque, vt patet de amore amicitię

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ pax ptiner ad ultimū hominis finē, nō quasi essentialiter sit ipa beatitudo: sed quia antecedēter & cōsequēter hēt se ad ipsā. Antecedēter q̄dē, inquantū iā sunt remota oīa prurbātia: & ipedietia ab ultimo fine. Cōsequēter uero, inquātū iā hō adepto ultimo fine, remanet pacatus desiderio quietato.

AD 2^m dicēdū, q̄ primū obiectū uolūtatis nō ē actus eius: sicut nec primū obiectū uisus est uisio, sed uisibile. uñ ex hoc ipso q̄ beatitudo pertinet ad uolūtatē, tāquām primum obiectum eius, sequitur quòd non pertineat ad ipsam tanquam actus ipsius.

AD 3^m dicendum, quòd finem primo apprehendit intellectus quām uoluntas, tamen motus ad finem incipit in uoluntate: & ideo uoluntati debetur id, quod ultimo consequitur consecutionem finis, scilicet delectatio, uel fruitio.

AD 4^m dicendum, quòd dilectio præeminet cognitioni in mouendo: sed cognitio præuia est dilectioni in attingendo. Non enim diligitur nisi cognitum: ut dicit Augustinus in 10. de Trinit*. Et ideo intelligibilem finem primo attingimus per actionem intellectus, sicut & finem sensibilem primo attingimus per actionem sensus.

AD 5^m dicendū, q̄ ille qui hēt omnia quæ uult, ex hoc est beatus, quòd habet ea quæ uult: quod quidem est per aliud quām per actum uoluntatis. Sed nihil male uelle requiritur ad beatitudinē, si- & cōcupiscentiæ, & de actu charitatis, qui etiāsi est speciei in via & in patria. ergo nō est cōsecutio obiecti beatis. ergo nō est beatitudo formalis. Et probat hic ratio de quacūq; cōsecutione: quia abstrahēs nō est ex propria ratione vlla consecutio. & hoc est directe intentū literæ huius. ¶ Ad rationē autē primam Scoti pro intento suo, trādē negādo sequelā, Et ad probationē dicitur, q̄ maior ē vera cæteris paribus, sicut cæterę cōparati uæ sunt intelligēdę. In proposito autē ęa tera non sunt paria: qm̄ actus visionis est quasi pars ipsi⁹ finis: & est finis, nō ponēs in numerū cum fine extrinsece. Deus. n. visus est finis, & nō sunt duo fines. ſ. de* & visio: sicut inductione patet in aliis finibus &c. vnde act⁹ volūtatis est ppinquior inter actus tē dētes i finē integrū: sed propinquior illo est, qui est qua pars finis. Amamus. n. non solū bonū, sed bonū cognitū, & pp illud &c. ¶ Ad 5m dicitur, q̄ verbū Anselmi saluat in via, in qua melior est dei dilectio, quām intellectio. Sed in patria, quāquā deus amat⁹ non ametur propter videre ipsum, sed pp ipsum deum amore amicitiæ, quia tñ amatur visus, ita q̄ visio non concurrit ibi per accidens, sed per se, ipse amor beatificus ordinat in visionē vt finē. Amat enim beatus visionem illā, vt adeptionem finis: quod est amare illā vt finem. & amor vt est cōcupiscentiæ, ordinatur in visionē vt finem, & amare est propter visionē. Nec in hoc est puersitas aliqua, sed peruersitas esset de amore, vt est amicitiæ: quia sic deus ordinaret ad visionē a tali amore. Nunc aūt ponitur summū cōcupiscibile ipsa adeptio dei, quæ est per visionē: qd est verum.

¶ Ad tertiū aūt negatur antecedēs. & ad probationē dicit. q̄ volūtas, cū sit appetitus animalis, q̄ datus est a natura animalibus primo pp totū suppositū, & non propter seipsum appetitū (quia ad hoc sufficit appetitus naturalis) non summe vult actu elicit perfectionē suā, neque intellectus vt sic, sed suppositi, quæ est cōsecutio vltimi finis. Vnde probatio illa ab appetitu naturali volūtatis, ad appetitū qui est actus elicitus cuiusde, nō valet propter rōnē dictā, quia scilicet inclinatio naturalis est primo propter ipsam potentiā appetentē: actus aūt elicitus animalis est primo propter suppositū appetēs. Et ideo rēdendo primo in bonū intellectus non quatenus intellectus, sed quatenus est suppositi, maxime cōsonat naturæ suæ potentiæ, inquantum animalis est: quia vt dictum est, propter animal ipsum data est primo. Multa quoque scripta sunt superius in q. 82. ar. 3. facientia ad materiam hanc. quare transeundum puto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum quintum.*

IN artic. 5. circa illa verba, Diuinũ bonum non est obiectum intellectus practici, Scotus occurrit dubitatio ex prologo primi sent. vbi ex eo quòd Deus est obiectum practificatiũ intellectus, creati ad rectam operationem voluntatis, puta amoris ipsius dei, & ex ipso sumũt prima principia praxis, vtpote ex vltimo fine, vult Deum esse obiectum intellectus practici, cuius oppositũ hic dicitur. Sed ad hoc, & similia facile patet responsio ex dictis in 1. lib. Ad obiectum siquidem practici intellectus, seu habitus exigitur, quòd hæc & similia habeat pure. ti. n. habet hæc eleuate in re superioris ordinis, supra practicum est. R i diculum aũt puto dicere, ep etiã Trinitatis mysteria visa, practicam im cognitionem pariũt, oportet hic seruare illud philosophi, Quolibet p ferente contraria, solicitum esse, fi ultimum est &c.

¶ In eodem 5. artic. circa illa verba: Actus intellectus practici non quærit propter seipsum, sed propter actionem: dubiũ occurrit, quoniam nobilius nõ est propter ignobilius, vt finem. cõstat autem actum intellectus practici esse nobiliorem actione. ergo &c.

¶ Ad hoc omissis aliorum responsionibus, qualescũq; sint, respondetur, ep actus intellectus practici, potest dupliciter sumi. V no mõ vt actus est intellectus: & sic pendubio nobilior est actione. A lio mo do vt practicus est: & sic é ignobilior actione. Sed contra hoc est, quia causa actiua non est ignobilior effectu: actus aũt intellectus practici vt sic, est causa actiua actiõis. ergo. Ad hoc & similia dici põt, ep quicquid fit de causa pure actiua, negandum est, quòd causa quodammodo actiua, quodammodo dispositiua non sit imperfectior: quoniam etsi non inquantum actiua, inquantum tamẽ dispositiua imperfectior est, & ordinatur ad id, pro quo disponis vt finẽ. Sic autem est in proposito: nam actus intellectus practici, etsi in genere causę efficientis sit causa actionis, seu factionis, est nihilominus etiã causa eiusdem dispositiua. Disponitur enim homo per actum intellectus practici ad recte agendum, vel faciendũ. Cum enim tam ad recte agendum, quàm faciendũ, pluribus homo indigeat, actum practici intellectus ad hoc quærimus, vt dispositi simus ac propinqui ad recte agendũ, vel faciendum: & ne recte agere, vel facere finis est. Melius tamen, iudicio meo, dicitur, quòd aliud est comparare causam actiuam effectui, & aliud actioni: quoniam ad illum comparatur vt eque, ãbre magis perfecta, ad hãc vt imperfectiorẽ quoniam actio causæ actiuæ est actus, & perfectio eius: & consequenter causa actiua cõparatur ad actionem, vt potentia ad actum. Sic autem est in proposito: quoniam actus intellectus practici vt sic, respicit actionẽ, seu factionem, vt actionem ipsius: est enim propter ipsum vt sui complementũ. Cum ergo dicitur, quòd causa non est ignobilior effectu &c. dicũ quòd ergo nõ est ignobilior effectu, est tamẽ ignobilior actione, vt potentia est ignobilior actu: & quòd tã actio, quam factio cõparatur ad actũ intellectus practici, vt practicus est, vt actio & perfectio illius, vt etiam ipsum nomen practici testatur: sonat. n. operationem. Cõiacet enim quòd operatiua actus é operãdomificatiui domificare, & medici medeeri. vnde quo ad actionẽ, in principio moralium Aristo. dixit. Huiusmodi sermonem quodammodo dispositiua non sit imperfectior: quoniam etsi non inquantum actiua, inquantum tamẽ dispositiua imperfectior est, & ordinatur ad id, pro quo disponis vt finẽ. Sic autem est in proposito: nam actus intellectus practici, etsi in genere causę efficientis sit causa actionis, seu factionis, est nihilominus etiã causa eiusdem dispositiua. Disponitur enim homo per actum intellectus practici ad recte agendum, vel faciendũ. Cum enim tam ad recte agendum, quàm faciendũ, pluribus homo indigeat, actum practici intellectus ad hoc quærimus, vt dispositi simus ac propinqui ad recte agendũ, vel faciendum: & ne recte agere, vel facere finis est. Melius tamen, iudicio meo, dicitur, quòd aliud est comparare causam actiuam effectui, & aliud actioni: quoniam ad illum comparatur vt eque, ãbre magis perfecta, ad hãc vt imperfectiorẽ quoniam actio causæ actiuæ est actus, & perfectio eius: & consequenter causa actiua cõparatur ad actionem, vt potentia ad actum. Sic autem est in proposito: quoniam actus intellectus practici vt sic, respicit actionẽ, seu factionem, vt actionem ipsius: est enim propter ipsum vt sui complementũ. Cum ergo dicitur, quòd causa non est ignobilior effectu &c. dicũ quòd ergo nõ est ignobilior effectu, est tamẽ ignobilior actione, vt potentia est ignobilior actu: & quòd tã actio, quam factio cõparatur ad actũ intellectus practici, vt practicus est, vt actio & perfectio illius, vt etiam ipsum nomen practici testatur: sonat. n. operationem. Cõiacet enim quòd operatiua actus é opari, domificatiui domificare, & medici medeeri. vnde quo ad actionẽ, in principio moralium Aristo. dixit. Huiusmodi sermonem

1.q6. 20.ar. 8. & 4. di. 49.q.1.art. 1.qu. 3. Et opu.3. cap. 164. & 1. Eth.lect.10

*cap.10. in prine.& ca. 6. parũ ante mediũ, tomo 3.

cut quædam debita dispositio ad ipsam: voluntas autem bona ponitur in numero bonorum, quæ beatũ faciunt prout est inclinatio quędã in ipsa: sicut motus reducitur ad genus sui termini, vt alteratio ad qualitatem.

ARTICVLVS V.

Vtrum beatitudo sit operatio intellectus speculatiui, an practici.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo consistat in operatione intellectus practici. Finis enim vltimus cuiuslibet creaturæ cõsistit in assimilatione ad Deum: sed homo magis assimilatur Deo per intellectum practicum, qui est causa rerum intellectarum, quàm per intellectum speculariuum, cuius scientia accipitur a rebus. ergo beatitudo hominis magis consistit in operatione intellectus practici, quàm speculatiui.

¶ 2 Præt. Beatitudo est perfectum bonum hominis: sed intellectus practicus magis ordinatur ad bonum, q̃ speculatiuus, qui ordinatur ad verum. Vnde & secundum perfectionem practici intellectus dicimur boni, non autem secundũ perfectionem speculatiui intellectus: sed secundum eam dicimur scientes, vel intelligẽtes. ergo beatitudo hominis magis consistit in actu intellectus practici, quàm speculatiui.

¶ 3 Præt. Beatitudo est quoddam bonum ipsius hominis: sed speculatiuus intellectus occupatur magis circa ea quæ sunt extra hominem: practicus autem intellectus occupatur circa ea quę sunt ipsius hominis, scilicet circa operationes & passiones eius. ergo beatitudo hominis magis consistit in operatione intellectus practici, quàm intellectus speculatiui.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 1. de Trin. *quòd contemplatio promittitur nobis, actionũ omnium finis, atque æterna perfectio gaudiorum.

RESPON. Dicendum, quòd beatitudo magis consistit in operatione speculatiui intellectus, quàm practici: quod patet ex tribus. Primo quidem ex hoc, quòd si beatitudo hominis est operatio, oportet ep sit optima operatio hominis: optima autem operatio hominis est, quæ est optimæ potẽtiæ respectu optimi obiecti. Optima autem potentia est intellectus, cuius obiectum optimum est bonum diuinum, quod quidem non est obiectum practici intellectus: sed speculatiui. vnde in tali operatione, scilicet in cõtemplatione diuinorum, maxime consistit beatitudo. Et quia vnusquisq; videtur esse id, quod est optimum in eo, vt dicitur in 9. & 10. Ethic. * ideo talis operatio est maxime ppria homini, & maxime delectabilis. Secundo apparet idem ex hoc, quòd contẽplatio maxime quærritur propter seipsam: actus autem intellectus practici nõ quæritur propter seipsum, sed propter actionem: ipse autem actiones ordinantur ad aliquem finem. vnde manifestum est, quòd vltimus finis non potest consistere in vita actiua, quæ pertinet ad intellectum practicum. Tertio idẽ apparet ex hoc, quòd in vita contemplatiua homo communicat cum superioribus, scilicet cũ Deo & angelis, quibus per beatitudinẽ assimilatur: sed ĩ his quæ pertinent ad vitam actiuam etiam alia animalia cum homine aliqua liter communicant, licet imperfecte: & ideo vltima & perfecta beatitudo, quæ expectatur in futura vita, tota principaliter consistit in contemplatione. Beatitudo autem imperfecta, qualis hic haberi potest, primo quidem & principaliter consistit in contemplatione: secundario vero in operatione practici intellectus ordinantis actiones & passiones humanas, vt dicitur in 10.* Ethic.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd similitudo prædicta intellectus practici ad Deum, est secundum proportionalitatem, quia scilicet habet se ad suum cognitũ, sicut Deus ad suum: sed assimilatio intellectus speculatiui ad Deũ, est secundum vnionem, vel informationem, quæ est multo maior assimilato. & tamen dici potest, quòd respectu principalis cogniti, quòd est sua essentia, non habet Deus practicam cognitionem, sed speculatiuam tantum.

AD 2ᵐ dicendum, quòd intellectus practicus habet bonum, qd est extra ipsum: sed intellectus speculatiuus habet bonum in seipso, scilicet contemplationem veritatis. & si illud bonum sit perfectũ, ex eo totus homo perficitur, & sit bonus: quod quidem intellectus practicus non habet, sed ad illud ordinat.

nem suscipimus, nõ vt scientes scimus, sed operantes. & idẽ est iudicium de scientia artium: nam nõ vt scientes, sed vt operantes scimus, artes discimus, quarũ est facere.

¶ In eodem artic. 5. In respõsione ad primum, recoleda sunt ea quæ in primo libro in prologo secundo. quæst. 14. de practico & speculatiuo dixim⁹: & cõsequenter illa interpretanda sunt verba literæ huius, quòd Deus habet scientiam speculatiuam tantũ de seipso. Est enim hic sermo iuxta communem loquẽdi vsum, quo omnis scientia, aut practica, aut speculatiua dicitur.

Super Quæstionis tertiæ Artic. sexti.

IN articulo 6. eiusdẽ. q. 3. nota, quare prima principia, scilicet: De quolibet dicitur esse, vel non esse &c. licet secundum ambitum terminorum extendant se ad omnia simpliciter: in nobis, id est, in nostra cognitione, non se extendũt vltra id, quo ducere possunt sensibilia: quia scilicet sunt accepta a sensibus, & ab eis dependẽt quo ad species & vsum. Ex hoc enim prouenit quòd, nisi quo sẽ sibilium species ducunt, cognoscere nos facere possumus.

¶ In eodem articulo dubium occurrit circa illam propositionem: Nihil perficitur ab aliquo inferiori, nisi secundum q̃ in inferiori est aliqua participatio superioris. Hæc, quam quasi maximam litera assumit, habet manifestas instantias: vt cum homo perficitur ab igne, dum calefit: & quod magis verget, cum sensus perficitur ab extraneo sensibili, quod constat esse inferioris ordinis, cum sit in genere inanimatorum, sensus autem in ordine animæ sensitiuæ.

¶ Ad euidentiam huius dicendum est, quòd propositio illa

1.2. quæst. 167. art. 1. ad 1. Et op. 3. cap. 104. 262. & 264

* lib. 10. ca. 7. a medio, tom. 5.

* in princ. 1 lib. tom. 3. ↑eodem li. 1. cap. 2. nõ procul a principio. tom. 3.

Art. 2. huius quæst. ad 4 arg.

AD 3ᵐ dicendum, quòd ratio illa procederet, si ipsemet homo esset vltimus finis: tunc enim consideratio & ordinatio actuum & passionum eius esset beatitudo. Sed quia vltimus hominis finis est aliud bonum extrinsecum, scilicet Deus, ad quem per operationẽ intellectus speculatiui attingimus: ideo magis beatitudo hominis in operatione intellectus speculatiui consistit, quàm in operatione intellectus practici.

ARTICVLVS VI.

Vtrum beatitudo consistat in consideratione scientiarum speculatiuarum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo hominis consistat in consideratione scientiarum speculatiuarũ. Philosophus enim * dicit in libr. Ethic. quòd felicitas est operatio secundum perfectam virtutem. & distinguens virtutes speculatiuas, non ponit nisi tres, scientiam, sapientiam, & intellectum, quæ omnes pertinent ad considerationem scientiarum speculatiuarum. ergo vltima hominis beatitudo in consideratione scientiarum speculatiuarum consistit.

¶ 2 Præt. illud videtur esse vltima hominis beatitudo, quod naturaliter desideratur ab omnibus propter seipsum: sed huiusmodi est consideratio speculatiuarum scientiarum: quia vt * dicitur in 1. Metaph. Omnes homines natura scire desiderant. & post pauca ↑subditur, Quòd speculatiuæ scientiæ propter seipsas quæruntur. ergo in consideratione scientiarum speculatiuarum consistit beatitudo.

¶ 3 Præt. Beatitudo est vltima hominis perfectio. Vnumquodque autem perficitur, secundum quod reducitur de potentia in actum: intellectus autem humanus reducitur in actum per considerationem scientiarum speculatiuarũ. ergo videtur, q̃ in huiusmodi cõsideratione vltima hois beatitudo cõsistat.

SED CONTRA est, quod dicitur Hier. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua: & loquitur de sapientia speculatiuarũ scientiarum. non ergo consistit in harũ cõsideratione ultima hominis beatitudo.

RESPON. Dicendum, quòd sicut * supra dictum est, duplex est hominis beatitudo, vna perfecta: & alia imperfecta. Oportet autem intelligere perfectã beatitudinem quæ attingit ad verã beatitudinis rationem: beatitudinem autem imperfectã, quæ non attingit, sed participat quandam particularem beatitudinis similitudinem. sicut est perfecta prudentia in homine, apud quem est ratio rerum agibilium: imperfecta autem prudentia * est in quibusdam animalibus brutis, in quibus sunt quidam particulares instinctus ad quædam opera similia operibus prudẽtiæ. Perfecta igitur beatitudo in consideratione scientiarum speculatiuarũ essentialiter consistere non potest. Ad cuius euidentiam considerandũ est, quòd consideratio speculatiuæ scientiæ non se extendit vltra virtutem principiorum illius scientiæ, quia in principijs scientiæ, virtualiter tota scientia cõtinetur. Prima autem principia scientiarũ, speculatiuarũ sunt per sensum accepta, vt patet per Philosophum in principio * Metaph. & in fine * Poster. Vnde tota consideratio scientiarum speculatiuarum nõ potest vltra extendi, quàm sensibilium cognitio ducere potest. In cognitione autem sensibilium non potest consistere vltima hominis beatitudo, quæ est vltima eius perfectio. Non enim aliquid perficitur ab aliquo inferiori, nisi secundum quod in inferiori est aliqua participatio superioris. Manifestum est autem quod forma lapidis, vel cuiuslibet rei sensibilis, est inferior homine. vnde per formam lapidis non perficitur intellectus inquantum est talis forma, sed inquantũ in ea participatur aliquid simile alicui, quod est supra intellectũ humanum, scilicet lumen intelligibile, vel aliquid huiusmodi. Omne autem quod est per aliud, reducit ad id quod est per se. vnde oportet quòd vltima perfectio hominis sit per cognitionẽ alicuius rei, quæ sit supra intellectum humanũ. * Ostensum est autem, quòd per sensibilia nõ potest deueniri in cognitionem substantiarum separatarum, quæ sunt supra intellectũ humanum: unde relinquitur quòd hominis vltima beatitudo nõ possit esse in consideratione speculatiuarũ scientiarum. Sed sicut in formis sensibilibus participatur aliqua similitudo substantiarũ superiorum, ita consideratio scientiarũ speculatiuarũ est quædam participatio veræ & pfectæ beatitudinis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur in lib. Ethic. de felicitate imperfecta pro maxima habenda est: sed non est intelligenda de perfectione secũdum qd, sed simpliciter, ita quòd sensus est, Nihil perficitur simpliciter per aliquid inferius, nisi &c. Et per hoc excluditur omnis instantia de perfectionibus accidentalibus. Subiectum enim secundum qd tãtum perficitur ab huiusmodi perfectionis: radix autem huius propositionis est, quia cum semper agens honorabilius sit patiente, oportet vt eo modo, quo aliqd est perfectibile ab aliquo agente, eodem modo sit ignobilius illo. Si est perfectibile ab eo secundum quid, est ignobilius secundum quid: & si est perfectibile simpliciter, est ignobilius simpliciter. Et quia omne agens agit sibi simile, nec aliter agens perficit patiens, nisi similitudinem suam ei communicãdo, eiusdem rationis est comparare aliquid perfectibile ad perfectionem formalem, & proprium agens illius quo ad hoc, quod est esse nobilius, vel ignobilius. Ex hoc enim prouenit, quòd nihil perficitur simpliciter ab aliquo inferiori, nisi quod participat superius. Nã si simpliciter perficitur ab illo, est simpliciter inferius illo perfectiuo: & si illud perfectissimum est inferius, numquam vt sic, perficiet simpliciter suum superius: quoniam esset simpliciter superius & inferius respectu eiusdẽ: quod est impossibile. Est quia intellectus nõ secundum quid, sed simpliciter perficitur ab intelligibili: quoniam est perfectio propria, & velut substantialis forma, non minus quã quodcunque naturale perfectiuum materiæ primæ, vt in tertio de anima ab Auerroi eximitur: & ab Aristotele inchoatur: ideo impossibile est quòd aliquid inferius intellectu perficiat ipsum, nisi in

D. 1077.

* lib. 1. Metaphys. nõ procul a princip. tom. 3. & lib. 2. Poster. tex. vl. parum ante medium tom. 1.

* p. p. q. 88. art. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantum participat aliquid superius. Et propter hoc Arist. po F
uit intellectum agentem superiorem intellectu possibili perfectissimum ipsius.

¶ Ad primam igitur instantiam non oportet aliter respondere: quia homo no nisi secundū quid perficitur ab igne, & similibus.

¶ Ad secundum autē de sensu, dicitur, quòd res sensibiles sine dubio sunt interiores sensib⁹. Vnēs enim præstantius est non viuente, præcipue in tam alto gradu vitali constituto: sed inquantum sunt perfectiuæ sensus, vt sic participāt superiorē naturā, quam sit sensus: quoniam in eis est participatio aliqua substantiarum immaterialium, quas angelos dicimus. Sunt enim productiua specierū sine materia, quarū est susceptiuus sensus, & in earum susceptione perficitur simpliciter. Signum huius est modus agēdi: cum enim modus agendi corporum vt sic, sit vt moueant mota: incorporaliū autē sit mouere non mota, ex hoc ipso quòd sensibilia in perficiendo sensus, mouent non mota, insinuatur quòd in hoc naturam superiorem natura corporea participant: & hoc iam docuit author alibi. Stat ergo solida maxima illa, quam semper notabis, si vis recte philosophari, & videbis voluntarie dici, q̄ lapis potest perficere intellectum separatum, & alia huiusmodi extranea a vera ratione philosophiæ.

art.2. ad 4. arg.

¶ In eodem sexto articulo dubium occurrit commune. 6. 7. & 8. articulo circa processum literę: quoniam digredi videtur a perfecta beatitudine simpliciter, ad perfectam beatitudinem hominis. Licet enim perfecta beatitudo simpliciter, cōsistat in suprema coniunctione ad summum simpliciter perfecta tamē beatitudo talis rei infimæ, qualis est Homo, cōsistit in cōiunctione qualicunque, idest, sibi proportionata ad summum: & sic diceretur quòd beatitudo hominis consistit in illa cognitione dei, quam ex sensibilibus habere potest, quia ista est sibi proportionata. nec oportet, quòd omne per aliud reducatur ad id quòd est per se in eodem: sed sufficit quòd in tota latitudine illa, puta beatitudinis, vt scilicet beans per aliud, reducatur ad beans p se, sed nō oportet q̄ beās p aliud hominem, reducatur ad beās per se hominē, quia homo est talis grad⁹ infimi.

† ca.4. non procul a pri cip. illius.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ de homine dupliciter possumus loqui. Primo quaiter in hac vita haberi potest, vt * supra dictum est.

Ad 2^m dicendum, quòd naturaliter desideratur non solum perfecta beatitudo, sed etiam qualiscunque similitudo, vel participatio ipsius.

Ad 3^m dicendum, quòd per considerationem scientiarum speculatiuarum reducitur intellectus noster aliquo modo in actum: non autem in vltimum & completum.

Articvlvs vii.

Vtrum beatitudo consistat in cognitione substantiarum separatarū, scilicet angelorum.

Ad septimvm sic procedi tur. Videtur quòd beatitudo hominis consistat in cognitione substantiarum separatarum, id est angelorum. Dicit enim Gregorius in quādam homilia *. Nihil prodest interesse festis hominum, si non contingat interesse festis angelorum. per quod finalem beatitudinem designat: sed festis angelorum interesse possum⁹ per eorum contemplationem. ergo videtur, quòd in contemplatione angelorum vltima hominis beatitudo consistat.

1. quæ.64. ar. 1. ad 1. & qō. 89. art.2. ad 3. Et 3 cōtra. c.44. Sit ut ti.q.20. ar. 3. ad 5. Et op.2.c.108. & 164.

1 homil.26. in euā. post mediū illi⁹

¶ 2 Præt. Vltima perfectio vniuscuiusque rei est, vt coniungatur suo principio. Vnde & circulus dicitur esse figura perfecta, quia habet idem principium & finem: sed principium cognitionis humanæ est ab ipsis angelis, per quos homines illuminantur, vt dicit † Dionys. 4. capitulo de cælesti hierarch. ergo perfectio humani intellectus est in contemplatione angelorum.

¶ 3 Præt. Vnaquæque natura perfecta est, quando coniungitur superiori naturæ: sicut vltima perfectio corporis est, vt coniungatur naturæ spirituali: sed supra intellectum humanū ordine naturæ sunt angeli. ergo vltima perfectio humani intellectus est, vt coniungatur per contemplationē ipsis angelis.

Sed contra est, qd dicit Hie. 9. In hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. ergo vltima hominis gloria, vel beatitudo, non cōsistit nisi in cognitione Dei.

G Respon. Dicendū, quòd sicut dictū est, perfecta hominis beatitudo nō cōsistit in eo, qd est perfectio intellectus, fm alicui⁹ participationē, sed in eo quod est per essentiā tale. Manifestum est autem quòd vnū quodque intantum est perfectio alicuius potentiæ, inquantum ad ipsum pertinet ratio proprii obiecti illius potentiæ: proprium autem obiectum intellectus est verum. Quicquid ergo habet veritatem participatam, contemplatū nō facit intellectum perfectum vltima perfectione. Cum autem eadem sit dispositio rerum in esse, sicut in veritate, vt dicitur in 2. * Metaphysic. quæcunque sunt entia per participationem, sunt vera per participationem. Angeli autem habēt esse participatum, quia solius ⁴ Dei suum esse est sua essentia, vt in primo * ostensum est: vnde relinquitur, quòd solus Deus sit veritas per essentiam, & quòd eius contemplatio faciat ⁵ perfecte beatum. Aliqualem autem beatitudinē imperfectam nihil prohibet attendi in cō templatione angelorum, & etiam altiorem quàm in consideratione scientiarum speculatiuarum.

Ad primvm dicendum, quòd festis angelorum intererimus non solum contemplātes angelos, sed simul cum ipsis, Deum.

Ad 2^m dicēdum, quòd secundum illos, qui ponunt animas humanas esse ab angelis creatas, satis conueniens uidetur, quòd beatitudo hominis sit in contemplatione angelorum, quasi in coniunctione ad suum principium: sed hoc est erroneum, vt in primo * dictum

2. p. q. 111.

ar. 4. & 1.q. 12. 4.qō.26. 2. & 3. 1. dist. 1. 1.ar.1. Et dist.4.ar. Et 4. di. 49.qō.1.ar. q.1. Et q. qō.1. ar. Et 3.cōt. cap. 25. & Et opu. cap. 104. 106. 107. 108. 153. 166. 167. 168. 175. 261. & 264.

* cap. 1. in fine illius.

est in causis in cognoscendo apud nos: propter quod sapienter censent, qui dicunt nos per studium nunquàm cognoscere de superioribus, nisi quia est. Cognitio namque ab effectu, & remotorum est.

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum septimum.*

In hoc articu. septimo nota duo.

¶ Primo titulum, quòd appellatione cognitionis substantiarū separatarum, cointelligitur etiam cognitio quæ habetur de deo, A cognoscendo substantias separatas. Sicut enim in præcedenti arti. in cognitione sensibilium cointelligebatur cognitio dei, & substantiarum separatarum per sensibilia: ita proportionaliter hic intelligendum est. Secundo, quòd simile accidere potest dubium, de perfectione vltima intellect⁹ dubio precēdēti de beatitudine. Nam licet perfectio vltima intellectus vt sic, oportet quòd sit verū p essentiam: perfectio tamen vltima intellectus talis, puta hominis, sufficit q̄ sit verum tale. Et simili solutione dicendū est, q̄ si esset sermo de vltima pfectiōe, ad quā naturæ studio veniri potest, nō oportet ad verum p essentiā peruenire, nisi participatū in tali per se perfectiuo ppio intellectus talis, qd est verum tale. Sed quia est sermo de vltima perfectione, ad quā intellectus noster institutus supponitur: ideo oportet cius capacitatem p verū p essentiā perfici, non per aliud medium obiectū. Sic enim intelligere debes perfectionē intellectus per ipsum verū per essentiā in hoc loco, relinquendo discussioni sequētis articuli, & alibi, An talis perfectio sit visio diuinę essentiæ, & p specie, aut sine specie.

¶ *Super Quæstionis 3. Art. 6. 7. & 8.*

Circa articulos eosdē, videlicet 6. 7. & 8. vide tertiū cōtra Genti. vbi de felicitate diffuse per multa capitula disputatur: & aduerte in octauo articu. q̄ illa verba literæ, q̄ intellect⁹ humanus non cognita prima causa nisi, an est, habet naturale desiderium ad cognoscendam primā causam, quid est &c. non caret ambiguitate, propterea, quia natura le desiderium nō excedit vim naturæ, nec est ad supernaturalem operationem nō solum ipsius, sed oīs intellectus creati. Sed hæc citius solumuntur, si desiderium naturale distinguit iuxta prædicta in 1. li. in prin. Desiderium namque potest dici naturale a natura, vt subiecto tantum. & sic naturaliter desideramus visionem dei: & a natura vt subiecto & modo & sic procedunt obiectiones. Nec propterea aliquid adimitur efficaciæ huius rationis: quoniam perfecta beatitudo neutrum huiusmodi desiderium imperfectum relinquit. Posset quo que dici, quòd author tractat de homine vt theologus, cuius (vt in secundo contra Genti. ca pit. 4. dicitur) est considerare creaturas non secundum proprias naturas, sed vt ad deum sunt relatæ. Et sic, licet homini absolute nō insit naturale huius modi desiderium, est tamen naturale homini ordinato a diuina prouidentia in illam patriam &c. Et hæ duæ responsiones sunt generales ad omnem huiusmodi materiam. specialiter tamen ad hanc huius articuli materiam descendendo, dici potest, quòd intellectus humanus scies, an est, de deo, & communia, desiderat naturaliter scire de deo, quid est, inquantum sub numero causarum comprehenditur, & non absolute nisi p quandam cōsequentiam. Et hoc est verum: quia inditum est naturaliter, vt viso effectu, desideremus nosse quid est causa, quicquid sit illa.

ter. 26.1.3.

cap.2. circa mediū r. 3.

¶ Aduerte hinc Notitie duo. Primo, quòd idem est cognoscere quod quid est dei, & videre deum per essentiam: hoc enim manifeste in probatione vltimi huius articuli habet. Secundo, quòd perfecta beatitudo, cōstituitur ex quidditatiua cognitione dei. Ita quòd differentia constitutiua cognitionis in hoc quòd sit cognitio quidditatiua dei, est constitutiua in hoc, quòd est dei visio: & est⁹ constitutiua beatitudinis vltimæ in hoc, quòd sit perfecta. & consequenter sicut datur latitudo in visione dei: ita in beatitudine perfecta.

ar. 1. huius quæst.

art.1. huius quæst.

q. 1. ar. 8.

nem sui obiecti. Obiectum autem intellectus est quod quid est, idest, essentia rei, ut * dicitur in 3. de anima. unde intantum procedit perfectio intellectus, inquantum cognoscit essentiam alicuius rei. Si ergo intellectus aliquis cognoscat essentiā alicuius effectus, per quam non possit cognosci essentia causæ, ut scilicet sciatur de causa, quid est, non dicitur intellect⁹ attingere ad causam simpliciter, quàmuis per effectum cognoscere possit de causa, an sit. Et ideo remanet naturaliter homini desiderium, cum cognoscit effectum, & scit eum habere causam, ut etiā sciat de causa, quid est: & illud desiderium est admirationis, & causat inquisitionem, ut dicitur in principio * Metaphysicę. puta, si aliquis cognoscēs eclipsim solis, considerat, quòd ex aliqua causa procedit, de qua, quia nescit quid sit, admiratur, & admirando inquirit: nec ista inquisitio quiescit, quousque perueniat ad cognoscendum essentiam causæ. Si igitur intellectus humanus cognoscēs essentiam alicuius effectus creati, non cognoscat de Deo nisi, an est: nondum perfectio eius attingit simpliciter ad causam primam, sed remanet ei adhuc naturale desiderium inquirendi causam: unde nondum est perfecte beatus. Ad perfectam igitur beatitudinē requiritur, quòd intellectus pertingat ad ipsam essentiam primæ causæ: & sic perfectionem suam habebit per unionē ad Deum sicut ad obiectū, in quo solo beatitudo hominis consistit, ut * supra dictum est.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ Dio, loquit de cognitione eorū qui sūt in via, tēdētes ad beatitudinem.

Ad 2^m dicendum, quòd sicut * supra dictum est, finis potest accipi dupliciter. Vno modo, quantum ad rē ipsam quę desideratur: & hoc modo idem est finis & superioris & inferioris naturæ, immo omnium rerum, ut * supra dictum est. Alio modo, quantum ad consecutionem huius rei: & sic diuersus est finis superioris & inferioris naturæ secundum diuersam habitudinem ad rem talem. Sic igitur altior est beatitudo Dei suam essentiam intellectu comprehendentis, quàm hominis, uel angeli uidentis, & non comprehendentis.

Articvlvs viii.

Vtrum beatitudo hominis sit in uisione diuinæ essentiæ.

Ad octavvm sic procedi tur. Videtur quod beatitudo hominis non sit in visione ipsius diuinæ essentiæ. Dicit enim * Dionys. in 1. cap. mysticæ theologiæ. Quòd per id quod est supremum intellectus, homo Deo coniungitur sicut omnino ignoto: sed id quod videtur per essentiam non est omnino ignotum. ergo vltima intellectus perfectio seu beatitudo, non consistit in hoc, q̄ Deus per essentiam videtur.

¶ 2 Præt. Altioris naturæ perfectio, altior est: sed hæc est perfectio diuini intellectus propria, vt suam essentiam videat. ergo vltima perfectio intellectus humani ad hoc non pertingit, sed infra subsistit.

Sed contra est, quod dicitur 1. Iohannis 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum, sicuti est ipse.

Respon. Dicendum, quòd vltima & perfecta beatitudo non potest esse, nisi in visione diuinæ essentiæ. Ad cuius euidentiam duo consideranda sunt. Primo quidem, quòd homo nō est perfecte beatus, quamdiu restat sibi aliquid desiderandum, & quærendum. Secundū est, quòd vniuscuiusque potentiæ perfectio attenditur secundū ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum primum.*

IN hoc art. 1. 4. qõnis Nouitiorũ dubium occurrit, quomodo litera saluetur, dicens, quòd delectatio causatur ex hoc, quòd appetitus requiescit in bono adepto, cum apud authorem delectatio sit quies appetitus, vt hic ettam in respõsione ad primum expresse dicit. ¶ Ad hoc dicitur, q̃ cum constat de certa conclusione, verba quæ apparent quandoque dissona, pie interpretanda sunt. Et sic est sensus literæ huius, quòd delectatio causatur ex hoc, quòd appetitus requiescit in bono adepto, id est, delectatio, quæ est ipsa actualis quies, causatur ex hoc, q̃ appetitus se habet ad bonum adeptũ, vt quiescens ad id in quo est quies. Ex hoc namque quòd appetitus peruenit ad talem statum, quòd bonum adeptum sit, sequitur quies, quæ est delectatio: litera autem circumloquitur; ly esse in tali statu; nomine requiescentis, ea ratione: quia quies significat esse in termino. & ex hoc quòd appetitus est vt in termino sui motus adepto bono, constat sequi delectationem.

Supra q. 3. ar. 4. cor. & 2. dist. 38. ar. 2. cor. & 4. dist. 49. q6. 3. ar. 4. q. 3. Et opu. 3. c. 107. 166.

*cap. 8. a medio.

cap. 9. to. 5.

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum secundum.*

q. 3. ar. 8.

IN 2. artic. circa rnsionem ad secũdum dubia occurrunt, & de ratione reddita differentiæ inter ordinem appetitus sensitiui & intellectiui, & de consonantia dictorum. Superi*enim in quæstione secunda, articulo sexto, ad primum, dixit, quòd delectatio ppter se, & nõ propter aliud appetitur, si ly pp, dicat cãm finale: hic vero, & alibi ex ppto, vt in 3. contra Gẽt. c. 26. vult quòd delectatiões sũt pp operationes. Nõ cõ-

ca. 6.

li. 6. ca. 5. tom. 5.

cap. 23. ante mediũ, tom. 1.

QVAESTIO IIII.

De his, quæ ad beatitudinẽ exiguntur, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his quæ exiguntur ad beatitudinem.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo. Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.

¶ Secũdo. Quid sit principalius in beatitudine, vtrum delectatio, vel visio.

¶ Tertio. Vtrũ requirat cõpl̃hẽsio.

¶ Quarto. Vtrum requiratur rectitudo voluntatis.

¶ Quinto. Vtrum ad beatitudinẽ hominis requiratur corpus.

¶ Sexto. Vtrũ perfectio corporis.

¶ Septimo. Vtrum aliqua exteriora bona.

¶ Octauo. Vtrum requiratur societas amicorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur quòd delectatio non requiratur ad beatitudinem. Dicit enim Augustinus in 1. de Trinitat. *q̃ visio est tota merces fidei: sed id quod est prẽmium, vel merces virtutis, est beatitudo, vt patet per Philosophũ in 1.* Eth. ergo nihil aliud requiritur ad beatitudinem, nisi sola visio.

*cap. 8. a medio.

¶ 2 Præt. Beatitudo est per se sufficientissimum bonum. vt Philosophus dicit 1. *Ethic. Quod autem eget aliquo alio, non est perfecte sufficiens. cum igitur essentia beatitudinis in visione Dei consistat, vt *ostensum est: videtur q̃ ad beatitudinẽ non requiratur delectatio.

*cap. 7. & 8. tom. 5.

¶ 3 Præt. Operationem felicitatis, seu beatitudinis oportet esse nõ impeditam, vt dicitur in 10. *Ethic. sed delectatio impedit actionem intellectus: corrũpit enim æstimationem prudentiæ, vt dicitur in 6. *Ethic. ergo delectatio non requiritur ad beatitudinem.

*li. 6. ca. 5. tom. 5.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 10. *confess. quòd beatitudo est gaudium de veritate.

*cap. 23. ante mediũ, tom. 1.

RESPON. Dicẽdum, quòd quadrupliciter aliquid requiritur ad aliud. Vno modo, sicut præambulũ vel præparatoriũ ad ipsum: sicut disciplina requirit*ad sciẽtiã. Alio mõ, sicut pficiẽs aliquid sicut anima requirit*ad vitã corporis. Tertio mõ, sicut coadiuuans extrinsecus, sicut anima requiritur ad aliquid agẽdũ. Quarto modo, sicut aliquid concomitans: vt si dicamus, quòd calor requiritur ad ignem: & hoc modo delectatio requiritur ad beatitudinem. Delectatio enim causatur ex hoc, quòd appetitus requiescit in bono adepto: vnde cũ beatitudo nihil aliud sit, quàm adeptio summi boni, nõ potest esse beatitudo sine delectatione concomitante.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc ipso quòd merces alicui redditur, voluntas merentis quiescit, quod est delectari. vnde in ipsa ratione mercedis redditæ delectatio includitur.

AD 2m dicendum, quòd ex ipsa visione Dei causatur delectatio: vnde ille, qui Deum videt, delectatione indigere non potest.

AD 3m dicendum, quòd delectatio concomitans operationem intellectus, non impedit ipsam, sed magis eam confortat, vt dicitur in 10. *Ethic. Ea enim quæ delectabiliter facimus, attentius & perseuerantius operamur. Delectatio autẽ extranea impedit operationem, quãdoque quidẽ ex intentionis distractione, quia sicut *dictum est, ad ea quibus delectamur, magis intenti sumus: & dum vni vehementer intẽdimus, necesse est, quòd ab alio intentio retrahatur. quandoque autem etiam ex contrarietate: sicut delectatio sensus contraria ratioui, impedit æstimationem speculatiui intellectus.

*Eodem li. Ethic. c. 4. post mediũ tom. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum in beatitudine sit principalius visio, quàm delectatio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd delectatio sit principalius in beatitudine quàm visio. Delectatio enim, vt dicitur in 10. *Ethic. est perfectio operis: sed perfectio est potior perfectibili. ergo delectatio est potior operatione intellectus, quæ é visio.

¶ 2 Præt. Illud propter quod aliquid est appetibile, est potius: sed operationes appetuntur propter delectationem ipsarum. vnde & natura in operationibus necessariis ad conseruationem indiui & speciei, delectationem apposuit, vt huiusmodi operationes ab animalibus non negligantur. ergo delectatio est potior in beatitudine, quàm operatio intellectus, quæ est visio.

¶ 3 Præt. Visio rndet fidei, delectatio sonat quoq;, q̃ naturalis ordo appetibiliũ ab appetitu sensitiuo sit cõtrari* ordini statuto ab instituto re naturę: nam absq; errore res naturales diriguntur.

¶ Si ergo institutor naturę delectationes sensibiles istituit propter operationes vt finem: ergo ab appetitu sensitiuo naturaliter appetenda est, & consequenter appetitur delectatio sensibilis ꝓpter operationẽ, & non econuerso. difficile quoque est videre, quomodo ex hoc, quòd apprehensio sensitiua non attingit ad cõmunẽ rõnẽ boni, sed particularis boni, quod est delectabile, sequitur sicut effectus ex causa q̃ appetitus sensitiuus feratur in operationẽ propter delectationẽ. & quia falsum vẽ assumptũ: qm̃ cognitio sensitiua extendit se ad bonum non delectabile secũdũ sensum, vt patet cũ hirundo colligit paleas & lutũ pro nido: non quia delectet eam tactus, aut visus paleæ aut luti, sed propter vtilitatem: & quia non solũ causalitas, sed cõnexio medii cũ conclusione nõ apparet.

¶ Ad euidẽtiã harũ quatuor dubitationum ſciendum est primo, q̃ delectatio & operatio, seu bonũ coniunctũ cum sans delectationem, de quo est delectatio, dupliciter possunt considerari. primo ſm se absolute, secundo in respectu adinuicem. & hoc dupliciter, uel ſcilicet vt vnum appetibile formaliter: vel vt multa appetibilia formaliter. Si absolute cõsiderentur, vtrũq; eorum est ꝓpter se appetibile: ita q̃ neutrũ propter alterũ vt finẽ. & rõ ẽ: quia vtrũque habet in se vnde finiat simpliciter appetituum motum absq; ordine ad alterum, vt finẽ. Diuiso enim bono tifariam, in honestum, delectabile, & vtile: solum vtile secundum se est propter aliud vt finẽ: & hoc

hoc intendebat author in q. 2. superius, vbi dixit delectationem appeti non propter aliud, vt finem. Et Ari. in 10. Ethic. deridẽs quærentẽ, propter quid quis delectatur. Si autem sumũtur hæc duo, vt vnum appetibile formaliter, sic non est quæstio, an hoc propter illud, aut econuerso: sed totum appetitur sub ratione illius quod formale est: & hoc, vt patebit, accidit in appetitu sensitiuo. Si vero comparentur adinuicem, aut ex parte appetibilis, & tunc delectatio est propter operationem: quia maius bonũ est honestum, q̃ delectabile. & vt diffuse probatur in prædicto loco contra Gẽt. & hic aliqualiter tãgitur, natura appositi delectationes propter operationes vt finẽ. Et hoc intendit hic author, & in prædicto libro. Aut ex parte appetitus, & sic li appetitus est ordinatus, non est sollicitandum de ordine: si autẽ est ordinatus, tũc videtur secundum literam, q̃ appetitus sensitiuus tendit in operationes propter delectationes: intellectiuus autẽ econuerso, appetit delectationes ꝓp operationes. Sed qd de hoc sentiendũ sit, in hac disputatione dicetur. Et ex his patet solutio primi dubii. Scito secundo, q̃ de appetitu sensitiuo duplex est dicendi modus. Põ enim dici, quòd appetitus sensitiuus appetit bonũ sensibile, vt vnũ appetibile, & delectationem consequentẽ vt aliud appetibile: & potest dici, quòd appetitus sensitiuus appetit quidem vtrumque horum, sed sub ratione vnius appetibilis, scilicet boni delectabilis. Et si hæc secunda via sustinetur, facile est soluere secundum dubium dicendo, quòd appetitus sensitiuus non appetit operationes propter delectationes, vt vnum appetibile propter aliud finale: sed operationes propter delectationes formaliter, ita quòd delectatio est ratio formalis, quod operatio sit finis appetitus sensitiui: sicut accidit cum aliquis secundum appetitum intellectiuum vult desiderat aliquid solum vt delectabile, quærens delectationem, vt medicinam: & secundum hoc appetitus sensitiuus non tendit in appetibilia ordine contrario naturali ordini, quoniam etsi naturalis ordo diligat delectationes propter operationes finaliter, non prohibet tamen quin operationes appeti possint sub ratione delectabilis, vt vnum appetibile ab eo qui nullum natum est appetere finem, nisi bonum delectabile. Si vero sustinearur prima via, tunc nulla apparet via euadendi, nisi dicendo, quòd licet secundum se hæc sint sic ordinata: tamen in ordine ad appetitum sensitiuum præpostere se habent. sicut licet substantia sit secundum se prius cognita accidente: tamen in ordine ad cognitionem nostram præpostere se habent. sed tunc oportet reddere causam huius præposteri ordinis in appetitu sensitiuo, sicut patet causa in exẽplo dato de cognitione nostra. & non apparet causa, nisi dicatur, quòd delectabile est magis conueniens appetitui sensitiuo, quam coniunctum bonum de quo est delectatio: sed hoc nihil est. Hoc enim est quod quæritur, quare delectabile tenet primum locum respectu appetitus sensitiui, & secundum naturæ ordinem non debetur ei primus locus. Et

cap. 6. 7. & 8. tom. 5.

q. 1. arti. 1. ad 2.

quamuis litera hanc primam viam sonet, dum alium ordinẽ inter operationem & delectationem dicit respectu appetitus sensitiui & simpliciter: mihi tamen videtur, quòd secunda via sola sit intenta in litera. Et moueor ad hoc ex assignata ratione in litera, quia scilicet sensitiua cognitio non se extendit ad communem boni rationem, sed delectabilis tantum: ita quòd licet sensitiua para appetat appetitu naturali operationem, vt vnum appetibile, & delectationem, vt aliud appetibile, quia ambo sunt secundum se bona illi conuenientia, & nihilominus etiã appetat delectationẽ propter operationem, sicut graue quietem deorsum propter esse deorsum: appetitu tamẽ animali qui est actus elicitus, & non fertur nisi in apprehensum sensitiue vt sic, non appetit operationes, & delectationes, vt duo appetibilia, sed vt vnũ formaliter, scilicet operationes, vt delectabiles: quia sensitiua cognitio etsi extendat se ad operationes, vt pater in secundo de anima, nõ tamen extẽdit se ad eas sub ratione boni nisi delectabilis. & sic appetere operationes propter delectationes formaliter, vocatur in litera appetitus operationum, propter delectationes finaliter, non qa operatio ordinetur in delectationem: sed quia non appetitur nisi sub ratione illius, quod est apperi propter illam finaliter, & negatiue, quia non propter alium finem: & positiue tanquam materia finis, non tanquam ordinata materialiter ad finem. Et ex his patet solutio secundi dubii. Scito tertio, quòd cum bonum diuidatur in bonum per se, & propter aliud: & propter se distinguatur in delectabile, & honestum, cognoscere bonum secũdum communem rationem boni, est apprehendere bonum secundum oẽs sui differentias. Sensitiua aũt quantum sic, quia non propter se, sed propter salutem data est, vt patet in de sensu & sensu. solum ad bonum propter aliud, id est, vtile, & propter se, vt delectabile se extendit. Non enim appetunt animalia animali appetitu videre propter hoc bonum, quod est visio, aut odorare propter bonum, quod est odorare: sed inquantum vtilia, aut delectabilia sunt. In cuius signum non pugnant animalia, nisi propter delectabilia, irascibili testimonium reddente de fine concupiscibilis: & ex his patet solutio vltimorum dubiorum. Iam enim patet, & quòd sensus cognitio non se extendit nisi ad delectabile vt finem: ad vtile enim tendit propter delectabile: & quomodo ex hoc ipso manifeste sequitur, quòd operationes appetit vt delectabiles, & propter quid hoc est, quia scilicet sensitiuæ cognitionis gradus primus existens delectabile non transcendit bonum, vt finem cognitum, quod est obiectum appetitus animalis.

1. dist. 1. q. 1. art. 1. cor. 4. dist. 49. q. 4. ar. 5. q. 1. cor.

ARTICVLVS III.

Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehensio.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod ad beatitudinem non requiratur comprehensio. Dicit enim

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum tertium.*

IN hoc artic. 3. aduerte Nouitie, primo in corpore articuli, q̃ per realem habitudinem amantis ad amatum, non intelligitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitudo realis, vt distinguitur contra habitudinem rationis: quoniam cum sit ad impossibile habere quandoque, vt in littera dicitur, & ad futurum, non potest esse realis relatio: sed sumitur realis, vt distinguitur contra affectionalem. Est namque amatū in amante per amorem ipsum secundum affectum, & desideratur vt sit idē ipsum eidem secundum rem: vnde ipsa habitudo, de qua est sermo, dicitur realis determinata a termino, ita quòd habitudo realis nihil aliud sonat in proposito, quàm habitudinem ad coniunctionem secundum rem. Secundo, quòd ex responsione ad vltimū non habes quòd cōprehensio spectat ad intellectū: sed quòd nulla operationem addit supra visionē: sed solam relationē resultantem in voluntate ex visione, q̄ est in intellectu. Visio enim ponens Deum in esse presentiali, facit per hoc alterum extremum huius relationis, est. n. visio velut vnio rei tenendæ cū eo quod tenebit.

*epist. 112. c. 9. tom. 2.

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum quartum.*

IN articu. quarto pro quanto probatur in corpore, quòd ad beatitudinem comitanter, necesse exigitur rectitudo voluntatis, quia videtur ipsa essentia bonitatis &c. Aduerte tria. Primo rationem ipsam: secundo eius efficaciam: tertio aliorum defectū. quo ad primum ratio consistit in hoc. Ipsa essentia bonitatis ita se habet ad videntem Deum, sicut ratio boni ad creaturam rationalem: sed creatura rationalis non potest dimittere a ratione boni. ergo videns Deū non potest diuertere ab essentia bonitatis: sed hoc est habere voluntatem rectā. ergo. Prima propositio fundatur super hoc, quòd ipsa bonitas essentia in se q̄ dem cōtinet omnem boni rationem longe excellētius, quàm ratio boni. Ex quo ponitur clare actualiterque visa, &c. oportet vt non minoris sit efficaciæ in continendo ac circundando omnē voluntatis motum, quā ratio boni. Secunda vero patet inductiue, quia cum actus voluntatis sit velle, aut nolle: & nolle aliquid ieludat velle sui oppositi, & velle non possit esse nisi respectu boni in re, vel in apparentia, vt experimur in nobis, consequens est, quòd voluntas nō possit aliquo pacto resilire a boni ratione. Quo ad efficaciam autem rationis scito, quòd sūt ex verbis eius respondet huic rationi, quòd quantumcunque videatur bonitas dei, adhuc voluntas remanet libera: ū patet, quòd concessio huius consequentis nihil obstat proposito: quoniam, vt iam dictum est, sat est impeccabilitati, quòd volūtas si vult (velit autem quicquid vult) oporteat quòd velit ratione bonitatis diuinæ: sicut modo si vult, oportet q̄ velit ratione boni. Huiusmodi enim necessitates nihil obstant libertati, quāmuis prima auferat libertatē peccandi, quæ tamen non est libertas, nec libertatis pars, sed libertas peccandi.

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum quintum.*

IN articu. 5. in responsione ad quintum occurrit dubium ad hominem, & simpliciter. Ad hominem quidem, quia S. Thom. in 4. senten. distinct. 49. quæst. 1. articu. 4. quæst. 1. expresse beatitudinem animę augeri etiam intensiue resumpto corpore sustinet. Cuius oppositum hic docet.

* Augustinus ad Paulinam, de videndo Deū. Attingere mēte Deū, magna est beatitudo: comprehendere autem est impossibile. ergo sine cōprehensione est beatitudo.

¶ 2 Præt. Beatitudo est perfectio hominis secundum intellectiuam partē, in qua non sunt aliæ potentiæ, quàm intellectus & voluntas, vt in primo * dictum est: sed intellectus sufficiēter perficitur per visionem Dei: voluntas autem per delectationem in ipso. ergo non requiritur comprehensio tāquàm aliquod tertium.

*q. 79. & p 4. quæst. sequentes.

¶ 3 Præt. Beatitudo in operatione consistit. Operationes autem determinātur secundum obiecta: obiecta autē generalia sunt duo, verum, & bonum: verum correspondet visioni, & bonum correspondet dilectioni. ergo non requiritur comprehensio quasi aliquod tertium.

SED CONTRA est, quod Apostol. dicit 1. ad Cor. 9. Sic currite, vt comprehēdatis: sed spiritualis cursus terminatur ad beatitudinē. vnde ipse dicit 2. ad Ti. vlt. Bonū certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. ergo cōprehensio requiritur ad beatitudinem.

RESPON. Dicendum, quòd cum beatitudo consistat in consecutione vltimi finis, ea quæ requiruntur ad beatitudinem sunt consideranda ex ipso ordine hominis ad finem. Ad finem autem intelligibilem ordinatur homo, partim quidem per intellectum, partim autem per voluntatem. Per intellectum quidem, inquantum in intellectu præexistit aliqua cognitio finis imperfecta. Per voluntatem autem, primo quidem per amorē, qui est primus motus volūtatis in aliquid: secundo autem per realē habitudinem amātis ad amatum, quę quidem pōt esse triplex. Quādoque enim amatum est præsens amanti, & tūc iam non quæritur: quandoq; autē possibile est ipsum adipisci, sed impossibile est ipsum adipisci, & tunc ēt nō quæritur: quandoq; autē possibile est ipsum adipisci, sed est eleuatū supra facultatē adipiscentis, ita vt statim haberi non possit: & hæc est habitudo speratis ad speratum, quæ sola habitudo facit finis inquisitionē. Et istis tribus respondent aliqua in ipsa beatitudine. Nam perfecta cognitio finis respōdet imperfectæ: præsentia vero ipsius finis respondet habitudini spei: sed delectatio in præsentia consequitur dilectionē, vt* supra dictum est. Et ideo necesse est ad beatitudinem ista tria cōcurrere, scilicet visionem, quæ est cognitio perfecta intelligibilis finis: comprehensionē, quæ importat præsentiam finis: delectationē vel fruitionē, quæ importat quietationem rei amantis in amato.

* q. 3. art. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd comprehensio dicitur dupliciter. Vno modo inclusio comprehensi in comprehendente: & sic omne quod comprehenditur a finito, est finitū. vnde hoc modo Deus cōprehendi non* potest ab aliquo intellectu creato. Alio modo cōprehēsio nihil aliud nominat, quàm tentionem alicuius rei, quæ iam præsentialiter habetur: sicut aliquis cōsequens aliquem, dicitur eum comprehendere, quando tenet eum. & hoc modo cōprehensio requiritur ad beatitudinem.

AD 2^m dicendum, quòd sicut ad volūtatē pertinet spes & amor, quia eiusdem est amare aliquid, & tendere in illud non habitum: ita etiam ad voluntatem pertinet cōprehensio & delectatio, quia eiusdem est habere aliquid, & quiescere in illo.

AD 3^m dicendum, quòd comprehensio non est aliqua operatio præter visionem: sed quædam habitudo ad finem iam habitum. Vnde etiā ipsa visio, vel res visa, quæ præsentialiter adest, obiectū comprehensionis est.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad beatitudinem requiratur rectitudo uoluntatis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd rectitudo voluntatis non requiratur ad beatitudinē. Beatitudo enim consistit in operatione intellectus, vt *dictū est: sed ad perfectam intellectus operationem non requiritur rectitudo volūtatis, per quam homines mūdi dicuntur. dicit enim *Aug. in lib. retractationum: Non approbo quod in oratione dixi, Deus qui non nisi mūdos verum scire voluisti. Respōderi. n. potest, multos etiam non mundos multa scire vera. ergo rectitudo voluntatis nō requiritur ad beatitudinē.

* q. 3. art. 8.

¶ 2 Præt. Prius non dependet a posteriori: sed operatio intellectus est prior, q̄ operatio voluntatis. ergo beatitudo quę est perfecta operatio intellectus, non dependet a rectitudine voluntatis.

¶ 3 Præt. Quod ordinat ad aliquid tanquàm ad finem, non est necessārium adepto iam fine, sicut nauis postquàm peruenit ad portum: sed rectitudo voluntatis quę est per virtutem, ordinatur ad beatitudinem tanquàm ad finem. ergo adepta beatitudine non est necessaria rectitudo voluntatis.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. & Hebr. vltim. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.

RESPON. Dicendum, quòd rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem & antecedenter, & concomitanter. Antecēdenter quidem: quia rectitudo voluntatis est pp debitum ordinem ad finem vltimum: finis autem cōparatur ad id quod ordinatur ad finem, sicut forma ad materiam. Vnde sicut materia non potest consequi formam, nisi sit debito mō dispōsita ad ipsam: ita nihil consequitur finem, nisi sit debito modo ordinatum ad ipsum. & ideo nullus potest ad beatitudinem puenire, nisi habeat rectitudinem voluntatis. Concomitanter autem, quia sicut* dictum est, beatitudo vltima consistit in visione diuinæ essentiæ, quæ est ipsa essentia bonitatis. & ita voluntas videntis Dei essentiam, ex necessitate amat quicquid amat sub ordine ad Deum: sicut voluntas non videntis dei essentiam, ex necessitate amat quicquid amat sub communi ratione boni quam nouit, & hoc ipsum est quod facit voluntatem rectam. Vnde manifestum est, quòd beatitudo non potest esse sine recta uoluntate.

* q. 3. art. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus loquitur de cognitione veri, quod non est ipsa essentia bonitatis.

AD 2^m dicendum, quòd omnis actus volūtatis procedit ab aliquo actu intellectus: aliquis tamē actus voluntatis est prior, quàm aliquis actus intellectus. Volūtas enim tendit in finalem actum intellectus, q̄ est beatitudo: & ideo recta inclinatio voluntatis præexigitur ad beatitudinem: sicut rectus motus sagittę ad percussionem signi.

AD 3^m dicendum, quòd non omne quod ordinatur ad finem, cessat aduenīente fine: sed id tārum quod se habet in ratione imperfectionis, vt motus. unde instrumenta motus non sunt necessaria, postquàm peruenitur ad finem: sed debitus ordo ad finem est necessarius.

ARTICVLVS V.

Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ad beatitudinem requiratur corpus. Perfectio enim virtutis & gratiæ præsupponit perfectionem naturę: sed beatitudo est perfectio virtutis & gratię. Anima autem sine corpore non habet perfectionem naturę, cum sit pars naturaliter humanæ naturæ: omnis autem pars est imperfecta a suo toto separata. ergo anima sine corpore non potest esse beata.

¶ 2 Præt. Beatitudo est operatio quædam perfecta, vt* supra dictum est: sed operatio perfecta sequitur esse perfectum, quia nihil operatur nisi secundum quod est ens in actu. cum ergo anima non habeat esse perfectum quando est a corpore separata, sicut nec pars separata a toto: videtur quòd anima sine corpore non possit esse beata.

¶ 3 Præt. Beatitudo est perfectio hominis: sed anima sine corpore non est homo. ergo beatitudo non potest esse in anima sine corpore.

¶ 4 Præt. Secundum Philosophum in 10.* Ethi. Operatio felicitaris in qua consistit beatitudo, est non impedita: sed operatio animæ separatæ est impedita, quia vt dicit* Augustin. 12. super Genes. ad literam, inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum cælum, id est, in visionem essentiæ diuinæ. ergo anima sine corpore non potest esse beata.

¶ 5 Præt. Beatitudo est sufficiens bonum, & quietat desiderium: sed hoc non conuenit animæ separatæ, quia adhuc apperit corporis unionem, ut* Augustin. dicit. ergo anima separata a corpore non est beata.

¶ 6 Præt. Homo in beatitudine est angelis æqualis: sed anima sine corpore non æquatur angelis, ut* Augustin dicit. ergo non est beata.

SED CONTRA est quod dicitur Apocal. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur.

RESPON. Dicendum, quòd duplex est beatitudo. Vna imperfecta, quæ habetur in hac uita: & alia perfecta, quæ in Dei uisione

Simpliciter autem, quia ratio ad illud ducit, scilicet, Anima resumpto corpore erit perfectior in se secundum naturam. ergo operatio eius erit perfectior. ergo & beatitudo erit in se perfectior, ergo non solum extensiue. Et augetur ex hac ratione dubium, quia in corpore huius articuli assumitur hæc ratio: & concluditur operatio, in qua cōsistit beatitudo perfectior.

¶ Ad hoc simul dicendum est simpliciter, & secundum hominem. Scien dū est igitur ex præsenti articulo, quòd tripliciter intelligi potest, animam separatam impediri ex appetitu corporis a perfecta beatitudine. Primo per modum contrarietatis, ita quòd sicut videns corporaliter impeditur propter dolorem pedis: ita anima separata propter affectum corporis distrahatur aliqualiter a perfecta visione Dei: & hoc in litera reprobatur. Secundo per modum defectus intensiui, ita quòd ex hoc, quòd anima separata deficit in perfectione suæ naturæ, deficiat etiam in attentione suæ operationis, defectu in essendo causante defectum in operando. Et quoniam exteris paribus operatio attentior est magis intensa, & minus habens intentionis, est remissior, vt patet in visu, & auditu: ex hoc sequitur, quòd anima beata resumpto corpore est beatior intensiue non ex parte obiecti, aut luminis gloriæ: sed ex parte attentionis visionis consequente perfectionem animæ in essendo. Et hanc viam tanquàm probabile sustineri posse dixit author in 4. senten. vnde ibi inchoans huiusmodi intentionem, dicit: Potest etiam dici, quòd etiam beatitudo intensiue &c. verum

3. q. 7. ar. 4. ad 2. & qō. 15. artic. 10 cor. & ad 2. Et 4. di. 49. q. 4. ar. 5. q. 2. cor. & ad 1. & 4. contra. c. 47. fi. & po. q. 5. 2. 10. cor. Et opuſ. 3. cap. 152. Et Job 19. fin.

q. 3. art. 2.

Cap. 6. to. 5.

Cap. 35. cir. me. to. 3

Lib. 12. super Gen. ad lit. c. 35. ad med. to. 3.

Eod. li. 12. super Gen. c. 35. to. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verum hanc opinionem in hoc loco vt falsam negauit ipsaque negatiõe ex sua officina illam haberi minime voluit, & merito, vt patebit.

Tertio per modũ defectus extensiui: ita quòd ex hoc, q̃ anima separata deficit in perfectione extensiua suę naturę, dum non se extendit ad corpus, & integritatem humanæ naturæ ad quę nata est se extendere, & pertinet hoc ad perfectionem eius: quoniam hæc ipsius natura requirit: deficiat quoque in pfectione extensiua suæ operationis qua beatur: pertinet enim ad pfectionem operationis beantis animam, quod ex ipsa redũdet beatitudo in corpus, vt Augustinus dicit in epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura deꝰ fecit animã &c. vt habes in artic. sequenti, & hæc est doctrina tradita in hoc artic. & rationabiliter, quoniam defectus perfectionis in anima separata, non est defectꝰ perfectionis intensiuæ, quoniam hæc anima nõ susçipit magis, & minus secundum substantiam: sed est defectus perfectionis extensiuæ. Cõsentaneũ autem est, vt defectꝰ animæ defectum operationis, & extensiuus extẽsiuum causet, & non intensiuũ.

*q.84.ar.7. Ad rationem ergo in oppositum dicitur, quòd est ibi sophisma cõsequentis, a magis perfecta operatione ad magis intensum descendẽdo. Perfectum enim cõmunius est quàm intensum, quoniam, vt patet in 5. Metaphy. est id cui nihil deest de requisitis ad ipsum: & consequenter penes accessum cuiuscunque requisiti, opatio seu res perfectior est, intensior autem nõ nisi penes augmentum intrinsecum &c. & per hęc oĩa clara remanent.

¶ In reliquis autem huius quæstionis tribus articu. nihil scribendum occurrit, nisi quòd in vltimo artic. ad primum, Glo

p.p.q.12. ria essentialis beatitudinis non est intelligenda intrinsece, tanquàm de essentia beatitudinis, sed tanquàm causa essentialis illius: quoniam ex hoc quòd deus cõmendat hunc tali dignum gradu, beatus fit & essentialis accidentalisque dei cum laude, causa est perfectiua rerum.

c.35 AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo est perfectio animæ ex parte intellectus, secundum quem anima transcendit corporis organa, non autem secundum quod est forma naturalis corporis. Et ideo illa naturalis perfectio manet, secundum quam ei beatitudo debetur, licet non maneat illa naturæ perfectio, secundum quam est corporis forma.

AD 2ᵐ dicendum, q̃ anima aliter se habet ad esse, q̃ aliæ partes. Nam esse totius, non est alicuius suarũ partiũ: unde uel pars omnino desinit esse destructo toto, sicut partes aialis destructo animali: uel si remanẽt, habent aliud esse in actu, sicut pars lineę habet aliud esse, quàm tota linea: sed animæ humanæ remanet esse compositi post corporis destructionem. & hoc ideo, quia istẽ est esse[d] formę & materiæ: & hoc idem est esse compositi. Aia autem subsistit in suo esse, ut in 1.ᵒ ostensum est. unde relinquitur q̃ post separationẽ a corpore perfectum esse habeat, unde perfectam operationem habere potest, licet non [d] habeat perfectam naturam.

AD 3ᵐ dicendum, q̃ beatitudo est bonis secundum intellectũ: & ió remanente intellectu põt inesse ei beatitudo: sicut dentes Aethiopis pñt esse albi, etiam post cuulsionem, secundum quòs Aethiops dicitur albus.

AD 4ᵐ dicendum, q̃ dupliciter aliquid impeditur ab alio, Vno mõ, per modũ contrarietatis, sicut frigus impedit actionem caloris: & tale impedimentum operationis repugnat felicitati. Alio modo, p modum cuiusdam defectus: quia. s. res impedita non habet quicquid ad omnimodam eius perfectionẽ requiritur: & tale impedimentum operationis non repugnat felicitati, sed omnimodæ pfectioni ipsius. & sic separatio animæ a corpore dicitur animam retardare, ne tota intentione tendat in uisionem diuinę essentię. Appetit enim anima sic frui deo, q̃ etiam ipsa fruitio deriuet ad corpus per redundãtiam sicut est possibile: & ideo quamdiu ipsa fruitur Deo sine corpe, appetitus eius sic quiescit in eo, quòd tamen adhuc ad participationem eius uellet suum corpus pertingere.

AD 5ᵐ dicendum, quòd desiderium animæ separatæ totaliter quiescit ex parte appetibilis, quia habet id quod suo appetitui sufficit: sed non totaliter requiescit ex parte appetẽtis, quia illud bonum non possidet secundũ oẽm modum quo possidere uellet. & ió corpe resumpto btitudo crescit, nõ [d] intensiue, sed extensiue.

AD 6ᵐ dicendum, q̃ id quod ibidem dicitur, q̃ spiritus defunctorum non sic uident Deum sicut angeli, non est intelligendũ secundum inequalitatem quantitatis, quia etiam modo aliquę aię beatorum sunt assumptæ ad superiores ordines angelorum, clarius videntes Deum q̃ inferiores angeli: sed intelligitur secundũ inæqualitatem proportionis: quia angeli etiam infimi habẽt omnem perfectionem beatitudinis, quam sunt habituri: non autem animæ separatæ sanctorum.

ARTI-

A perfectio corporis, vt nõ impediat eleuationẽ mẽtis.

AD 3ᵐ dicendum, q̃ ad perfectam operationem intellectus requiritur quidem abstractio ab hoc corruptibili corpore, quod aggrauat animam: non autem a spirituali corpore, quod erit totaliter spiritui subiectũ, de quo in tertia parte huius operis dicetur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ad beatitudinem requiratur aliqua perfectio corporis.

Supra arti. 5. & locis ibi inductis q.2.per totam. AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ perfectio corporis non requiratur ad beatitudinem hominis perfectã. Perfectio enim corporis est quoddam corporale bonum: sed * supra ostensum est, quòd beatitudo non consistit in corporalibus bonis. ergo ad beatitudinem hominis non requiritur aliqua perfecta dispositio corporis.

¶.3.artic.g. arti. 5. præcedent. ¶ 2 Præt. Beatitudo hominis consistit in uisione diuinę essentiæ, ut * ostensum est: sed ad hanc operationem nihil exhibet corpus, vt * dictum est. ergo nulla dispositio corporis requiritur ad beatitudinem.

¶ 3 Præt. Quãto intellectus est magis abstractus a corpore, tanto perfectius intelligit: sed beatitudo cõsistit in perfectissima operatione intellectus. ergo oportet omnibus modis animam esse abstractam a corpore. nullo ergo modo requiritur aliqua dispositio corporis ad beatitudinem.

SED CONTRA. Præmium uirtutis est beatitudo. unde dicitur Ioã. 15. Beati eritis, si feceritis ea: sed sanctis repromittitur pro præmio non solum uisio Dei, & delectatio, sed etiam corporis bona dispositio. dicitur. n. Isa. ult. Videbitis, & gaudebit cor uestrum, & ossa uestra quasi herba germinabunt. ergo bona dispositio corporis requiritur ad beatitudinem.

RESPON. Dicendum, quòd si loquamur de beatitudine hominis, qualis in hac uita potest haberi, manifestum est, q̃ ad eam ex necessitate requiritur bona dispositio corporis. Consistit enim hæc beatitudo secundum philosophũ, in operatione uirtutis perfectæ. Manifestum est autem q̃ per inualitudinẽ corporis, in omni operatione uirtutis homo impediri potest. Sed si loquamur de beatitudine perfecta, sic quidam posuerũt, quòd non requiritur ad beatitudinem aliqua corporis dispositio: immo requiritur ad eã, ut omnino anima sit a corpore separata. unde Augus. 12. de ciui. Dei introducit uerba Porphyrij dicentis: Quòd ad hoc quòd sit beata anima, omne corpus fugiendũ est. Sed hoc est inconueniens: cum. n. naturale sit animæ corpori uniri, non potest esse q̃ perfectio animę naturalẽ eius perfectionem excludat. Et ideo dicendum est, q̃ ad beatitudinem omnibus modis perfectam, requiritur perfecta dispositio corporis & antecedenter, & consequenter. Antecedẽter quidem, quia ut Aug.* dicit 12. super Gene. ad literam, Si tale sit corpus, cuius sit difficilis & grauis administratio, sicut caro quę corrumpitur, & aggrauat animam, auertitur mens ab illa uisione summi cæli. unde concludit, quòd cum hoc corpus iã non erit animale, sed spirituale, tunc angelis adæquabit, & erit ei ad gloriã quod sarcinæ fuit. Consequẽter uero, quia ex beatitudine animæ fiet redundantia ad corpus, ut & ipsum sua perfectione potiatur. unde Aug.* dicit in epist. ad Dioscorũ. Tam potenti natura Deus fecit animã, ut ex eius pleniſſima beatitudine redundet in inferiorem naturam incorruptionis uigor.

* Cap. 26. in princ. & li. 22. c. 26. in princi. tomo. 5.

* Cap. 35. tomo. 3.

* Aliquantulum ante medium & est epist. 56 tomo. 3.

ADPRIMVM. ergo dicendum, quòd in corporali bono non consistit beatitudo, sicut in obiecto beatitudinis: sed corporale bonum potest facere ad aliquem beatitudinis decorem, vel perfectionem.

AD 2ᵐ dicendum, quòd etsi corpus nihil conferat ad illã operationem intellectus, qua Dei essentia videtur: tñ posset ab hac ipedire. & ideo requiritur

ARTICVLVS VII.

Vtrum ad beatitudinem requirantur aliqua exteriora bona.

2.2.q 18.ar 1.3.ad 4. AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̃ ad beatitudinem requirantur etiam exteriora bona. Quod enim in præmium sanctis promittitur, ad beatitudinem pertinet: sed sanctis repromittuntur exteriora bona, sicut cibus & potus, diuitiæ & regnum. dicitur enim Luc. 22. Vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo & Mat. 6. Thesaurizate uobis thesaurum in cælo. & Mat. 25. Venite benedicti patris mei, possidete regnum. ergo ad beatitudinem requiruntur exteriora bona.

Prosa 2. circa princi pium. ¶ 2 Præt. Secundum Boetium in 3. de consol. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: sed exteriora sunt aliqua hominis bona, licet minima, vt * Augus. dicit. ergo ipsa etiam requiruntur ad beatitudinem.

Lib. 2. de lib. arbit. c. 19. & 1. retract. cap. 9. tom. 1. ¶ 3 Præt. Dominus Mat. 5. dicit. Merces uestra multa est in cælis: sed esse in cælis, significat esse in loco. ergo saltem locus exterior requiritur ad beatitudinem.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 72. Quid enim mihi est in cælo? & a te quid uolui super terrã? quasi dicat, nihil uolo nisi hoc quod sequitur, Mihi adhærere Deo bonum est. ergo nihil aliud extra Deũ ad beatitudinem requiritur.

Cap. 7. RESPON. Dicendum, quòd ad beatitudinem imperfectã, qualis in hac uita potest haberi, requiruntur exteriora bona, non quasi de essentia beatitudinis existentia, sed quasi instrumentaliter deseruientia beatitudini, quę consistit in operatione uirtutis, vt dicitur in 1. * Ethic. Indiget enim homo in hac uita necessarijs corporis tam ad operationem uirtutis contemplatiuæ, quàm etiam ad operationem uirtutis actiuæ, ad quam etiam plura alia requiruntur, quibus exerceat opera actiuæ uirtutis. Sed ad beatitudinem perfectam, quæ in uisione Dei consistit, nullo modo huiusmodi bona requiruntur. Cuius ratio est, quia omnia huiusmodi bona exteriora, uel requiruntur ad sustentationẽ animalis corporis, uel requiruntur ad aliquas operationes, quas per animale corpus exercemus, quæ humanæ uitæ conueniunt. Illa autem perfecta beatitudo, quæ in uisione Dei cõsistit, uel erit in anima sine corpore, uel erit in anima corpori iuncta, non iam animali, sed spirituali: & ideo nullo modo huiusmodi exteriora bona requiruntur ad illam beatitudinem, cum ordinẽtur ad uitã animalem. Et quia in hac uita magis accedit ad similitudinẽ illius perfectæ beatitudinis felicitas contemplatiua, quàm actiua, utpote etiam Deo similior, vt ex * dictis patet: ideo minus indiget huiusmodi bonis corporis, vt dicitur in 10. * Ethic.

*q.3. art.5. *Cap. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes illæ corporales promissiones quæ in sacra scriptura continentur, sunt metaphoricę intelligendæ fm quod in scripturis solent spiritualia per corporalia designari, vt ex his quę nouimus, ad desiderandũ incognita consue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hom. 10. in Euangelia, circ. princip.

furgamus, sicut Gre. dicit in quadam * Hom. Sicut per cibu, & potu intelligitur delectatio beatitudinis: p diuitias, sufficientia qua hoi sufficiet Deus: per regnum, exaltatio hominis vsque ad coniunctionem cum Deo.

AD 2^m dicendum, q̃ bona ista deseruientia animali uitæ, non competunt uitæ spirituali, in qua beatitudo perfecta consistit. Et tamen erit in illa beatitudine omnium bonorum congregatio, quia quicquid bonum in uenitur in istis, totũ habebit in summo fonte bonorũ.

Lib. 1. ca. 9. non remote a fi. to. 4.

AD 3^m dicendum, quòd secundum * Aug. in lib. de ser. Do. in monte: Merces sanctorum nõ dicitur esse in corporeis cælis: sed per cælos intelligitur altitudo spiritualium bonorum. Nihilominus tamẽ locus corporeus, scilicet cælum empyreum aderit beatis, non propter necessitatem beatitudinis: sed secundum quandam congruentiam & decorem.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ad beatitudinem requiratur societas amicorum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̃ amici sint necessarij ad beatitudinẽ. Futura enim beatitudo in scripturis frequenter nominæ gloriæ designatur: sed gloria consistit in hoc, quòd bonum hominis ad notitiam multorum deducitur. ergo ad beatitudinem requiritur societas amicorum.

¶ 2 PRÆT. Boetius dicit, q̃ nullius boni sine consortio iucunda est possessio: sed ad beatitudinem requiritur delectatio. ergo etiam requiritur societas amicorum.

¶ 3 PRÆT. Charitas in beatitudine perficitur: sed charitas extẽdit se ad dilectionem Dei, & proximi. ergo uidetur, q̃ ad beatitudinem requiratur societas amicorum.

SED CONTRA est, quod dicitur Sapiẽ. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet, cum diuina sapientia, quæ consistit in contemplatione dei: & sic ad beatitudinem nihil aliud requiritur.

Cap. 9. & 11.

RESPON. Dicendũ, q̃ si loquamur de felicitate præsentis uitæ, sicut Philosophus dicit in 10. * Eth. Felix indiget amicis, non quidem propter utilitatem, cum sit sibi sufficiens: nec propter delectationem, quia habet in seipso delectationem perfectam in operatione uirtutis: sed propter bonam operationem, ut scilicet, eis benefaciat, & ut eos inspiciens benefacere delectetur, & ut ab eis in benefaciendo iuuetur. Indiget. n. hõ ad bñ operandum auxilio amicorũ tam in operibus uitæ actiuæ, q̃ in operibus uitæ contemplatiuę. Sed si loquamur de perfecta beatitudine quæ erit in patria, non requirit̃ societas amicorum de necessitate ad beatitudinem: q̃a hõ habet totam plenitudinem suę perfectionis i Deo: sed ad bene esse beatitudinis facit societas amicorum.

' Cap. 25. post mediũ tomo. 3.

Vnde Aug. * dicit 8. super Gene. ad literam, q̃ creatura spiritualis, ad hoc q̃ sit beata, non nisi intrinsecus aduatur æternitate, ueritate, charitate creatoris: extrinsecus uero, si adiuuari dicenda est, fortasse hoc solo adiuuatur, q̃ se inuicem uidẽt, & de sua societate gaudent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gloria, quæ est essentialis beatitudini, est quam habet homo non apud hominem, sed apud Deum.

AD 2^m dicendum, quòd uerbum illud intelligitur, quando in eo bono quod habetur, non est plena sufficientia. quod in proposito dici non potest: quia omnis boni sufficientiam habet homo in Deo.

AD 3^m dicendum, quòd perfectio charitatis est essentialis beatitudini quantum ad dilectionem dei, non quantum ad dilectionem proximi. Vnde si esset una sola anima fruens Deo, beata esset nõ habens proximum quem diligeret: sed supposito proximo, sequitur dilectio eius ex pfecta dilectiõe Dei. unde quasi cõcomitanter se habet amicitia ad perfectam beatitudinẽ.

QVAESTIO V.

De adeptione beatitudinis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ipsa adeptione beatitudinis.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum homo possit consequi beatitudinem.
¶ Secundo, Vtrum unus homo possit esse alio beatior.
¶ Tertio, Vtrum aliquis possit esse in hac uita beatus.
¶ Quarto, Vtrum beatitudo habita possit amitti.
¶ Quinto, Vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.
¶ Sexto, Vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creaturæ.
¶ Septimo, Vtrum requirantur opera hominis aliqua ad hoc quòd homo beatitudinem consequatur a Deo.
¶ Octauo, Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homo possit consequi beatitudinem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo beatitudinem adipisci non possit. Sicut enim natura rationalis est supra sensibilem, ita natura intellectualis est supra rationalem, ut patet p * Dion. in lib. de di. no. in multis locis: sed bruta animalia quæ habẽt naturam sensibilem tantum, nõ possunt peruenire ad finem rationalis naturæ. ergo nec homo qui est rationalis naturę, põt peruenire ad finẽ intellectualis naturæ, qui est beatitudo.

¶ 2 PRÆT. Beatitudo uera consistit in uisione Dei, quę ẽ ueritas pura: sed homini est connaturale ut ueritatẽ intueatur in rebus materialibus, unde species intelligibiles in phantasmatibus intelligit, ut dicitur in * 3. de anima. ergo nõ potest ad beatitudinem peruenire.

¶ 3 PRÆT. Beatitudo consistit in adeptione summi boni: sed aliquis non potest peruenire ad summum, nisi transcendat media. cum igitur inter Deum & naturam humanã media sit natura angelica, quam homo transcendere non potest, videtur q̃ non possit beatitudinem adipisci.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 93. Beatus homo, quem tu erudieris Domine.

RESPON. Dicẽdum, quòd beatitudo nominat adeptionem perfecti boni. Quicũque ergo est capax perfecti boni, potest ad beatitudinem peruenire. Quòd autẽ homo boni perfecti sit capax, ex hoc apparet, q̃ eius intellectus potest cõprehendere uniuersale & perfectum bonum, & eius uoluntas appetere illud: & ideo homo potest beatitudinem adipisci. Apparet etiam idem ex hoc, quòd hõ est capax uisionis diuinæ essentiæ, sicut * 12. art. 1. in 1. * habitum est: in qua quidem uisione perfectam hominis beatitudinem consistere diximus.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd aliter excedit natura rationalis sensitiuam, & aliter intellectualis rationalem. Natura. n. rationalis excedit sensitiuam quãtum ad cognitionis obiectum, quia sensus nullo modo põt cognoscere uniuersale, cuius * D. 752. ratio est cognoscitiua: sed intellectualis natura excedit rationalẽ quantum ad modum cognoscendi intelligibilem ueritatem. Nam intellectualis natura statim apprehẽdit ueritatem, ad quam rationalis natura per inquisitionem rationis pertingit, vt patet ex his quæ in 1. * dicta sunt: & ideo ad id quod * 79. ar. 8. intellectus apprehendit, ratio per quendã motum pertingit. unde rationalis natura cõsequi põt beatitudinẽ, quę est pfectio intellectualis naturę: tamẽ alio modo q̃ angeli. Nam angeli cõsecuti sunt eam statim * post principium suæ cognitionis: homines autem per tempus ad ipsam peruenĩũt. sed natura sensitiua ad hũc finem nullo modo pertingere potest. * D. 160.

AD 2^m dicendum, quòd homini secundum statum præsentis uitę, est connaturalis modus cognoscendi ueritatem intelligibilem per * phantasmata: sed post huius uitæ statum habet alium modum connaturalem, ut in 1. * dictum est. * D. 190. q. 74. art. 7. & q. 89. articu. 1.

AD 3^m dicendum, quòd homo non potest transcendere angelos gradu naturæ, ut scilicet naturaliter sit eis superior: potest tamen eos transcendere per operationem intellectus, dum intelligit aliquid super angelos esse, quod homines beatificat, quod cum perfecte consequetur, perfecte beatus erit.

ARTICVLVS II.

Vtrum unus homo possit esse beatior alio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ unus homo alio nõ possit eẽ beatior. Beatitudo. n. est præmium uirtutis, ut Philosophus dicit in 1. * Eth. sed pro operibus uirtutum omnibus æqualis merces redditur. dicitur enim Matthæi 20. quòd omnes qui operati sunt in uinea, acceperunt singulos denarios: quia ut dicit * Greg. æqualẽ æternæ uitæ retributionem sortiti sunt. ergo unus non erit beatior alio.

¶ 2 PRÆT. Beatitudo est summum bonum: sed summo non potest esse aliquid maius. ergo beatitudine unius hominis non potest esse alia maior beatitudo.

¶ 3 PRÆT. Beatitudo cum sit perfectum & sufficiens bonum, desiderium hominis quietat: sed non quietatur desiderĩũ, si aliquod bonum deest, quod suppleri possit. Quanto autẽ nihil deest quod suppleri possit, non poterit esse aliquid aliud maius bonũ. ergo uel hõ non est beatus: uel si est beatus, non põt alia maior beatitudo esse.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt: per quas, ut Augustinus dicit, * diuersæ meritorum dignitates intelligũtur in uita æterna. Dignitas autem uitæ æternæ, quæ pro merito datur, est ipsa beatitudo. ergo sunt diuersi gradus beatitudinis, & non omnium est æqualis beatitudo. De S. virgine cap. 26. tract. 67. in Io. ante medium to. 9.

RESPON. Dicendum, quòd sicut * supra dictum est, in ratione beatitudinis duo includuntur, scilicet, ipse finis vltimus, qui est summum bonum, & adeptio, vel fruitio ipsius boni. Quantum igitur ad ipsum bonum, quod est beatitudinis obiectum & causa, non potest esse una beatitudo alia maior, quia nõ est nisi vnũ summum bonum, scilicet Deus, cuius fruitione homines sunt beati: sed quãtum ad adeptionem huiusmodi boni, uel fruitionem, potest aliquis alio esse beatior: quia quãto magis hoc bono fruitur, tanto beatior est. Contingit autem aliquem perfectius frui Deo, quàm alium ex eo, quòd est melius dispositus, uel ordinatus ad eius fruitionem, & secundum hoc potest aliquis alio beatior esse. * q. 1. ar. 8. & q. 2. art. 7.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd unitas denarij significat unitatem beatitudinis ex parte obiecti: sed diuersitas mansionum significat diuersitatem beatitudinis secundum diuersum gradum fruitionis.

AD 2^m dicendum, quòd beatitudo dicitur esse summum bonum, inquãtum est summi boni perfecta possessio, siue fruitio.

AD 3^m dicendum, quòd nulli beato deest aliquod bonum desiderandum, cum habeat ipsum bonum infinitum, quòd est bonum omnis boni, ut * Augustinus dicit: sed dicitur aliquis alio beatior ex diuersa eiusdem boni participatione. Additio autẽ aliorum bonorum non auget beatitudinem: unde Augustin. dicit in 5. † confess. Quis te, & alia nouit, non propter illa beatior: sed propter te solum beatus. Epist. 56. parũ ante medium. to. 2. & 13. de trinit. c. 7. to. 3 † Li. 5. cõf. c. 4. circ. princip. tom. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquis in hac uita possit esse beatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo possit in hac uita haberi. Dicitur enim in Psal. 118. Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege Domini: hoc autem in hac uita contingit. ergo aliquis in hac uita potest esse beatus. Infra art. 5. cor. & q. 62 ar. 1. cor. & 3. di. 27. q. 2. ar. 2. cor. & 4. di. 49. q. 1. ar. 2. q. 2. ad 5. Et ver. q. 14. arti. 2. cor. Et 1. Eth. lect. 16. fin.

¶ 2 PRÆT. Imperfecta participatio summi boni non admittit rationem beatitudinis, alioquin unus nõ esset beatior alio: sed in hac uita homines possunt participare summum bonum cognoscendo, & amando Deum, licet imperfecte. ergo homo in hac uita põt esse beatus.

¶ 3 PRÆT. Quod ab omnibus dicitur, non potest totaliter falsum esse. Videt enim naturale, quod in pluribus est, natura autem non totaliter deficit: sed plures ponunt beatitudinẽ in hac uita. ut patet p illud Psal. 143. Beatum dixerũt populum cui hæc sunt, scilicet, præsentis uitæ bona. ergo aliquis in hac uita põt esse beatus.

SED CONTRA est, quod dicitur Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs: sed beatitudo excludit miseriam. ergo homo in hac uita non potest esse beatus.

RESPON. Dicendum, quòd aliqualis beatitudinis participatio in hac uita haberi potest: perfecta autem & uera beatitudo non potest haberi in hac uita, & hoc quidem considerari potest dupliciter. Primo quidẽ ex ipsa communi beatitudinis ratione. Nam beatitudo, cũ sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum quartum.*

IN 4. artic. aliquantisper morandum est. Scito igitur primo ex 1i. 4. art. differentiam inter perpetuitatem, & inamissibilitatem beatitudinis. Perpetuitas enim significat durationē quandam: inamissibilitas autē significat immutabilitatem quādam. hęc ergo est species immutabilitatis, illa durationis. Et quoniam duratio mensura est mutabilis, vel immutabilis, prius naturaliter inest alicui rei sempiternæ immutabilitas, quam perpetuitas: immo hæc est illi[a] effectus, vt ex q. 10 primi li. coniuncta nonæ apparet. Cū igitur hic quæritur, Vtrū beatitudo possit amitti, est quæstio non de perpetuitate formaliter, sed de inamissibilitate, quæ est perpetuitatis causa.

¶ Scito secundo in corpore articu. quòd prima ratio in litera allata pro conclusione, quæ & in 4. sent. dist. 49. q. 1. art. 1. q. 4. tangitur, male videf intelligi a Scoto i 4. dist. 49. q. 6. Pōt siquidem dupliciter intelligi, quòd beatitudo sit quietatiua omnis desiderii. primo vt sensus sit, q̄ beatitudo formalis, est formalis impletio omnis desiderii, Et hic sensus est falsus: & tamen illatū Sco. reprehendit. Secundo, vt sit sensus, quòd beatitudo formalis est inferens impletionem omnis desiderii, expulsionemque omnis mali, quocunque modo illud contingat: ita quòd ratio beatitudinis in cōmuni exigit, quòd inferat sarietate omnis desiderii naturalis abstrahēdo a tali, vel tali modo. Et hic sensus est ver[a], & in tētus tam hic, quàm in 4. sent. Ex hoc enim sequitur manifeste, quòd beatitudo exigit inamissibilitatem, vt in litera deducitur. Alioquin dolor, vel timor iesset beato. Vnde dusit perfectum & sufficiens bonum, omne malum excludit, & omne desiderium implet. In hac autem uita non potest omne malum excludi: multis enim malis presens vita subiacet, quæ uitari non possunt, & ignorantiæ ex parte intellectus, & inordinatæ affectioni ex parte appetitus, & multiplicibus pœnalitatibus ex parte corporis, vt* Augu. diligēter prosequitur 19. de ciui. Dei. Similiter etiam boni desiderium in hac vita satiari non potest: naturaliter enim homo desiderat permanentiam eius boni, quod habet. Bona autē præsentis vitę transitoria sunt, cum & ipsa vita transeat, quam naturaliter desideramus, & eam perpetuo pmanere vellemus: quia naturaliter homo refugit mortem. vn de impossibile est, quòd in hac uita vera beatitudo habeatur. Secundo, si consideretur id, in quo specialiter beatitudo consistit, scilicet visio diuinæ essentiæ, quæ non pōt hoī pro uenire[a] in hac uita, vt in 1. ostensum ē. Ex q̄bus manifeste apparet, q̄ non pōt aliquis in hac vita veram, & perfectam beatitudinē adipisci.

D. 48. * q. 12. artic. 11.

1. q. 64. art. 2. cor. & 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beati dicuntur aliqui in hac vita, vel pp spem beatitudinis adipiscendæ in tur uita vita, secundum illud Ro. 8. Spe salui facti sumus: vel propter aliquam participationem beatitudinis, secundum aliqualem summi boni fruitionem.

AD 2[m] dicendum, quòd participatio beatitudinis potest esse imperfecta dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius obiecti beatitudinis, quod quidem secundum sui essentiā non videtur: & talis imperfectio tollit rationē verę beatitudinis Alio modo potest elię imperfecta ex parte ipsius participātis, qui quidem ad ipsum obiectum beatitudinis secundum seipsum attingit. s. Deum: sed imperfecte p respectum ad modum quo Deus seipso fruitur. & talis imperfectio nō tollit veram rationem beatitudinis: quia cū beatitudo sit operatio quędam, vt* supra dictum est, vera ratio beatitudinis consideratur ex obiecto, quod dat speciem actui, non autem ex subiecto.

* q. 3. ar. 2.

AD 3[m] dicendum, q̄ hoīes reputant in hac vita esse aliquā beatitudinem pp aliquam similitudinem verę beatitudinis: & sic nō ex toto in sua æstimatione deficiunt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beatitudo habita possit amitti.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur q̄ beatitudo possit amitti. Beatitudo enim ē pfectio quædam: sed omnis perfectio ineſt perfectibili secūdum modum ipsius. cum igitur homo secundum naturā suam sit mutabilis, videtur quòd beatitudo ab homine mutabiliter participetur: & ita videf quòd homo beatitudinē possit amittere.

¶ 2 Præt. Beatitudo consistit in actione intellectus, qui subiacet voluntati: sed voluntas se habet ad oppositа. ergo videtur quòd possit desistere ab operatione, qua homo beatificatur: & ita homo desinet esse beatus.

¶ 3 Præt. Principio respondet finis: sed beatitudo hominis habet principium, quia homo non semper fuit beatus. ergo videtur quod habeat finem.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 25, de iustis, quòd ibunt in vitam ęternam: quę, vt dictum est, * est beatitudo sanctorum. Quod autem est æternum, non deficit. ergo beatitudo non potest amitti.

RESPON. Dicendum, quòd si loquamur de beatitudine imperfecta, qualis in hac uita potest haberi, sic potest amitti. Et hoc patet in felicitate contemplatiua, quæ amittitur vel per oblitionem, puta cum corrumpitur scientia ex aliqua ægritudine: vel per aliquas occupationes, quibus totaliter abstrahitur aliquis a contemplatione. Patet etiam idem in felicitate activa. Voluntas enim hominis transmutari potest, ut uidelicet degeneret a uirtute, in cuius actu principaliter consistit felicitas. Si autem uirtus remanet integra, exteriores transmutationes possunt quidem beatitudinem talem perturbare, inquantum impediunt multas operationes uirtutum, non tamen possunt eam totaliter auferre: quia adhuc remanet opatio uirtutis, dum ipsas aduersitates homo laudabiliter sustinet. Et quia beatitudo huius uitæ amitti potest, quod uidetur esse contra rationem beatitudinis: ideo Philosophus dicit in primo Ethico. * aliquos esse in hac uita beatos non simpliciter, sed sicut homines, quorum natura mutationi subiecta est. Si uero loquamur de beatitudine perfecta, quæ expectatur post hanc uitam, sciendum quòd Origenes posuit, † quorundam Platonicorum * errorem sequens, quòd post ultimam beatitudinem homo potest fieri miser. Sed hoc manifeste apparet esse falsum dupliciter.

¶ Primo quidem ex ipsa cōmuni rōpliciter Scotus ibidē defecisse videtur. Primo, quia non distinxit inter immobilitatem seu inamissibilitatem, & perpetuitatem: & quæ de immutabilitate dicuntur, & de perpetuitate consequenter, de propria perpetuitate formaliter accipit. Secundo, quia esse immobilitatem de ratione beatitudinis, ītelligitur formaliter, aut virtualiter: quoniam, vt dicitur 10. Metaphysico. Corruptibile, & incorruptibile, aut sunt substantia, aut in substantia: & tamen ipse formaliter accepit de perpetuitate. Scito tertio, quòd secunda ratio literæ efficax valde est apud vere philosophos, qui non in aere loquuntur, sed voluntatem in bonum tantum, & voluntatem rectam in vere bonum tantum ferri posse nouerunt.

d. 1. q. 2. 3. 4. 61. opus 166. 10.

ca. 2. & 3.

* A. q. 3. art. 8.

* O. loco

¶ In responsione ad primum eiusdē artic. habes duo notanda. Primo, quòd beatitudo est immutabilis, & consequenter incorruptibilis: ac per hoc differt plusquam genere ab aliis actibus corruptibilibus, iuxta doctrinam Arist. 10. Metaphysico. Secundo, causas immutabilitatis eius, formalem scilicet, quia est perfectio consummata: effectiuam vero, diuinam uirtutem: materialem autem, hominem eleuatum in participationem æternitatis. Et hoc tertium, pro quanto includit quòd beatitudo formalis mensuratur æternitate participata, & non æuo, impugnatur a Scoto in loco allegato: quia tamen satisfecimus ei in 1. lib. q. 10. non replicandum censeo. & hic si addatur bonitas per essentiam, cuius adeptio est beatitudo, videbitur & reliqua causa, scilicet, finalis ipsius beatitudinis. Ex primo horum habes, q̄ beatitudo hæc non se habet ad perpetuitatem, sicut alibe-

do se haberet ad eā, si a Deo perpetuo cōseruaretur, quoniam albedo illa esset in se corruptibilis, & per accidens perpetua: beatitudo autē perfecta, de qua loquimur, est secūdum se incorruptibilis, & p se sibi vendicat perennitatem, & propterea se habet ad perpetuitatem, sicut figura cælestis. Ex secūdo autem horum habes modum, quo beatitudo hæc constituitur immutabilis, scilicet elevando subiectum supra mutabilitatem. Ex hoc enim quòd mens humana eleuatur in æternitatis ordinem, oportet quòd præcelletur in ordinē immutabilium: quoniam æternitas immutabilitatē sequitur. Omnibus autē beatitudinis causis supra mutabilitatē existentibus, necesse est beatitudinem ipsam immutabilē esse.

quis carere vult, aut est insufficiens, & quæritur aliquid sufficientius loco eius: aut habet aliquod incōmodū annexum, pp quod in fastidium venit. Visio ār diuinæ essentiæ replet animā omnibus bonis, cū coniungat fonti totius bonitatis: vnde dicitur in Psal. 16. Satiabor cū apparuerit gloria tua. & Sap. 7. dicitur. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. s. cū cōtemplatione sapientiæ. Smiliter ēt nō habet aliquod incommodum adiunctum: quia de contemplatione sapientiæ dicitur, Sap. 8. Non habet amaritudinē conuersatio illius, nec tædium conuictus eius. Sic ergo patet, q̄ propria voluntate beatus nō potest beatitudinem deserere. similiter ēt non potest eam perdere Deo subtrahēte: quia cum subtractio beatitudinis sit quædam pœna, nō potest talis subtractio a Deo iusto iudice prouenire, nisi pro aliqua culpa, in quā cadere non potest, qui Dei essentiā videt, cū ad hāc visionem ex necessitate sequatur rectitudo voluntatis, vt supra ostensum est. * Similiter ēt nec aliquod aliud agēs potest eam subtrahere: quia mens Deo coniuncta super omnia alia eleuatur, & sic ab huiusmodi coniunctione nullum aliud agens potest ipsam excludere. Vnde inconueniens videtur, q̄ per quasdā alternationes tē porū transeat homo de beatitudine ad miseriam, & econuerso: quia hmōi temporales alternationes esse nō pōt, nisi circa ea quę subiacent tempori & motui.

q. 4. artic. 4

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo est perfectio consummata, quæ omnem defectum excludit a beato: & ideo absque mutabilitate aduenit eam habenti, faciente hoc virtute diuina, quæ hominem subleuat in participationē æternitatis transcendentis omnem mutationem.

AD 2[m] dicendum, quòd voluntas ad oppositа se habet in his, quæ ad finem ordinantur: sed ad vltimū finem naturali necessitate ordinatur. quod patet ex hoc, quòd homo non potest non velle esse beatus.

AD 3[m] dicendum, q̄ beatitudo habet principium ex conditione participantis: sed caret fine propter cōditionē boni, cuius participatio facit beatū. vnde ab alio est initiū beatitudinis, & ab alio est qđ caret fine.

ARTICVLVS V.

Vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.

AD QVINTVM sic procedi-tur. Videtur quòd homo per sua naturalia possit beatitudinē cōsequi. Natura. n. nō deficit in necessarijs: sed nihil eit homini tā necessarium, quàm id quod per finem vltimum consequitur. ergo hoc naturæ humanę nō deest. Potest igitur homo per sua naturalia beatitudinem consequi.

¶ 2 Præt. Homo cum sit nobilior irrationalibus creaturis, videtur esse sufficientior: sed irrationales creaturę per sua naturalia possunt consequi suos fines. ergo multo magis homo per sua naturalia potest beatitudinem consequi.

¶ 3 Præt. Beatitudo est operatio perfecta, secundum Philosophū*. Eiusdem autem est incipere rē, & perficere ipsam. Cum igitur operatio imperfecta, quæ est quasi principiū in operationibus humanis, subdatur naturali hoīs potestati, qua suorum actuum est dominus, videtur q̄ per naturalem potentiam possit pertingere ad operationem perfectam, quæ est beatitudo.

* Li. 1. Eth. c. 7. to. 5.

SED CONTRA. Homo est principium naturaliter actuum suorum per intellectum & voluntatem: sed vltima beatitudo sanctis præparata excedit intellectum, & voluntatem. dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 2. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nō ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. ergo homo per sua naturalia non potest beatitudinem consequi.

RESPON. Dicendum, quòd beatitudo imperfecta, quæ in hac vita haberi potest, potest ab homine acquiri per sua naturalia eo modo, quo & virtus in cuius operatione consistit, de quo infra dicetur: * sed beatitudo hominis perfecta, sicut supra dictum est, † consistit in visione diuinæ essentiæ. Videre autem Deum per essentiam est supra naturam non solum hominis, sed etiam omnis creaturæ, vt in primo ostensum est. Naturalis enim cognitio cuiusliber creaturæ est secundum modum subsistantiæ eius: sicut de intelligentia dicitur in lib. de causis, quòd cognoscit ea quæ sunt supra se, & ea quę sunt infra se secundum modum subsistantiæ suæ: omnis autem cognitio, quæ est secundum modum subsistantiæ creatæ, deficit a visione diuinæ essentiæ, quæ in infinitum excedit omnem subsistantiam creatam. vnde nec homo, nec aliqua creatura, potest consequi beatitudinem vltimam per sua naturalia.

Infra q. 62. ar. 1. 2. & 3. Et 1. q. 12. arti. 4. & q. 94. art. 1. Et 4. d. 49. q. 2. arti. 6. Et 3. contra. 52. 147. 157. & 159. prin. Et Ro. 1. de. 6. fi.

* q. 63.

† q. 3. art. 8

* q. 12. ar. 4

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut natura non deficit homini in necessarijs, quamuis non dederit sibi arma & tegumenta sicut alijs animalibus, quia dedit ei rationem & manus, quibus possit

hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc sibi acquirere, ita nec deficit homini in necessarijs, quamuis non daret sibi aliquod principium, quo posset beatitudinem consequi. hoc enimerat impossibile: sed dedit ei liberum arbitrium, quo possit conuerti ad Deum, qui eum faceret beatum. Quæ enim per amicos possumus, per nos aliqualiter possumus, vt dicitur in 3. Ethico †

† Ca.3. post med. illius tom.3.

AD 2^m dicēdū, q nobilioris cōditionis est natura, q̄ pōt cōsequi perfectū bonū, licet indigeat exteriori auxilio ad hoc cōsequendū, q̄ natura q̄ nō pōt cōsequi perfectū bonum, sed consequitur quoddā bonum imperfectū, licet ad cōsecutionē eius non indigeat exteriori auxilio, ut Philosophus dicit in 2. de cælo: *Sicut melius est dispositus ad sanitatem, qui pōt cōsequi perfectam sanitatem, licet hoc sit p auxilium medicinæ q̄ qui solum pōt consequi quandam imperfectam sanitatem sine medicinæ auxilio & iō creatura rationalis, quæ pōt consequi perfectum beatitudinis bonum indigens ad hoc diuino auxilio, est perfectior q̄ creatura irrationalis, quæ huiusmodi boni non est capax, sed quoddā bonum imperfectum consequitur virtute suæ naturæ.

*A tex. 60. vsq; ad 66. tom. 2.

AD 3^m dicendum, q̄ quando imperfectum, & perfectum sunt eiusdem speciei, ab eadem virtute causari possunt: non autem hoc est necesse, si sunt alterius speciei. Non enim quicquid potest causare dispositionem materiæ, potest vltimam perfectionem conferre: imperfecta autem operatio, quæ subiacet naturali hominis potestati, non est eiusdem speciei cum operatione illa perfecta, quæ est hominis beatitudo, cum operationis species dependeat ex obiecto. vnde ratio nō sequitur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creaturæ.

¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum sextum.*

IN artic. 6. 7. & 8. nihil aliud scribendum occurrit, nisi q̄ materia 8. art tracta ta est in 1. dist. q. 82. articu. 1. vbi solutæ sunt rōnes Sco. quare vide ibi. Et hic cōpletur tractatus primus huius libri.

*Tex. 52. & 53. to. 3.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd homo possit fieri beatus per actionē alicuius superioris creaturæ, scilicet, angeli. Cū enim duplex ordo inueniatur in rebus, vnus partium vniuersi ad inuicem: alius totius vniuersi ad bonum, quod est extra vniuersum: primus ordo ordinatur ad secundum, sicut ad finem, vt dicitur 12. Metaphy. * Sicut ordo partiū exercitus adinuicem, est pp ordinem totius exercitus ad ducem: sed ordo partium vniuersi adinuicem, attenditur secūdum quod superiores creaturæ agunt in inferiores, vt in 1. dictum est. † Beatitudo autem consistit in ordine hominis ad bonum, quod est extra vniuersum, quod est Deus. ergo per actionem superioris creaturæ, scilicet, angeli in hominem, homo beatus efficitur.

† p.p.q.21. arti.1. ad 3. argum.

¶ 2 Præt. Quod est in potentia tale, potest reduci in actum per id, quod est actu tale. sicut quod est potentia calidum, fit actu calidum per id, quod est actu calidum: sed homo est in potentia beatus. ergo potest fieri actu beatus per angelum, qui est actu beatus.

¶ 3 Præt. Beatitudo consistit in operatione intellectus, vt supra dictum est: * sed angelus potest illuminare intellectum hominis, vt in primo habitum est. ergo angelus potest facere hominem beatum.

* q.3.art.5.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus.

RESPON. Dicēdum, quòd cum omnis creatura naturæ legibus sit subiecta, vtpote habens limitatā virtutem & actionem, illud quod excedit naturam creatam, non potest fieri virtute alicuius creaturæ. & ideo si quid fieri oporteat quod sit supra naturam, hoc fit immediate à Deo: sicut suscitatio mortui, illuminatio cæci, & cætera huiusmodi. Ostensum * est autē, quòd beatitudo est quoddam bonum excedens naturam creatam. vnde impossibile est quòd per actionē alicuius creaturæ conferatur: sed homo beatus fit solo Deo agente, si loquamur de beatitudine perfecta. Si verò loquamur de beatitudine imperfecta, sic eadē ratio est de ipsa, & de virtute, in cuius actu consistit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd plerunque contingit in potentijs actiuis ordinatis, quòd perducere ad vltimum finem pertinet ad supremam potentiam: inferiores verò potentiæ coadiuuant ad consecutionem illius vltimi finis disponendo. Sicut ad artem gubernatiuam, quæ præest nauifactiuæ, pertinet vsus nauis, propter quem nauis ipsa fit. Sic igitur in ordine vniuersi homo quidem adiuuatur ab angelis ad consequendum vltimum finem secundum aliqua præcedentia, quibus disponitur ad eius cōsecutionē: sed ipsum vltimum finem consequitur per ipsum primum agentem, qui est Deus.

* Text. 64. & 65. 66. to. 2.

AD 2^m dicendum, quòd quando aliqua forma actu existit in aliquo secundum esse perfectum & naturale, potest esse principium actionis in alterum, sicut calidum per calorem calefacit: sed si forma existit in aliquo imperfecte, & non secundum esse naturale, non potest esse principium communicationis sui ad alterum: sicut intentio coloris qui est in pupilla, non potest facere album: neque etiam omnia quæ sunt illuminata, aut calefacta, possunt alia calefacere, & illuminare: sic enim illuminatio & calefactio essent vsque ad infinitum. Lumen autem gloriæ, per quod Deus videtur, in Deo quidem est perfectè secūdum esse naturale: in qualibet autem creatura est imperfectè, & secundum esse similitudinarium, vel participatum. Vnde nulla creatura beata potest communicare suam beatitudinem alteri.

AD 3^m dicendum; quòd angelus beatus illuminat intellectum hominis, vel etiam inferioris angeli, quātum ad aliquas rationes diuinorum operum: non autem quantum ad visionem diuinæ essentiæ, vt in primo dictum est *. Ad eam enim videndam omnes immediate illuminantur a Deo.

* q.4.art.4.

ARTICVLVS VII.

Vtrum requirantur aliqua opera bona ad hoc, quòd homo beatitudinem consequatur a Deo.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd nō requirantur aliqua opera hominis ad hoc, vt beatitudinem cōsequatur a Deo. Deus enim, cum sit agens infinitæ virtutis, non præexigit in agendo materiam, aut dispositionem materiæ, sed statim potest totum producere: sed opera hominis cùm non requirantur ad beatitudinem eius, sicut causa efficiens, vt dictū est, * nō possunt requiri ad eam, nisi sicut dispositiones. ergo Deus qui dispositiones nō præexigit in agēdo, beatitudinē sine præcedētibus operib^o cōfert.

* q.62.ar.5.

¶ 2 Præterea, Sicut Deus est actor beatitudinis immediate, ita & naturam immediate instituit: sed in prima institutione naturæ produxit creaturas nulla dispositione præcedēte, vel actione creaturæ, sed statim fecit vnumquodque perfectum in sua specie. ergo videtur, quòd beatitudinem conferat homini sine aliquibus operationibus præcedentibus.

¶ 3 Præt. Apostolus dicit Rom. 4. Beatitudinem hominis esse, cui Deus confert iustitiam sine operibus. non ergo requiruntur aliqua opera hominis ad beatitudinem consequendam.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 13. Si hęc scitis, beati eritis, si feceritis ea. ergo per actionem ad beatitudinem peruenimus.

RESPON. Dicendum, quòd rectitudo voluntatis, vt supra dictum est, * requiritur ab beatitudinem, cum nihil aliud sit, quàm debitus ordo voluntatis ad vltimum finem, quæ ita exigitur ad cōsecutionem vltimi finis, sicut debita dispositio materiæ ad consecutionem formæ: sed ex hoc non ostenditur, quòd aliqua operatio hominis debeat præcedere eius beatitudinem. Posset enim Deus simul facere voluntatem recte tendentem in finem, & finem consequentem: sicut quandoque simul materiam disponit, & inducit formam, sed ordo diuinæ sapientiæ exigit ne hoc fiat. vt enim dicitur in 2. de cælo. * Eorum quæ nata sunt habere bonum perfectum, aliquid habet ipsum sine motu, aliquid vno motu, aliquid plurib^o. Habere autem perfectum bonum sine motu, conuenit ei quod naturaliter habet illud: habere aūt beatitudinē naturaliter, est solius Dei. vnde solius Dei propriū est, qd ad beatitudinem non moueatur per aliquam operationem præcedentem. Cum autem beatitudo excedat omnem naturam creatam, nulla pura creatura conuenienter beatitudinem consequitur absque motu operationis, p quam tendit in ipsam: sed angelus qui est superior ordine naturæ, quàm homo, consecutus est eam ex ordine diuinæ sapientiæ vno motu operationis meritoriæ, vt in primo expositum est: * Hoies aūt consequuntur ipsam multis motibus operationum, qui merita dicūtur. vnde etiam secundū Philosophū, † beatitudo est prēmium virtuosarum operationum.

* Text. 64. & 65. 66. to. 2.

* q.62.ar.5.

† lib. 1. Eth. ca. 9. & lib. 10. c. 6. 7. & 8. tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd operatio hominis non præexigitur ad consecutionem beatitudinis propter insufficientiam diuinæ virtutis beatificantis, sed vt seruetur ordo in rebus.

AD 2^m dicendum, quòd primas creaturas statim Deus perfectas produxit absque alia dispositione, vel operatione creaturæ precedente: quia sic instituit prima individua specierum, vt p ea natura propagaretur ad posteros. Et similiter, quia p Chr̄m qui est deus & hō, beatitudo erat ad alios deriuāda, s̄m illud Apl̄i ad Heb. 2. Qui multos filios ī gloriā adduxerat: statim a principio suę cōceptionis, absq; aliqua opatione meritoria præcedente, aia eius fuit btā: sed hoc est singulare in ipso. Nam pueris baptizatis * subuenit meritū Chr̄i ad btūdinē cōsequēdā, licet desint in eis merita propria, eo q̄ p baptismū sunt Chr̄i mēbra effecti.

D.269.

AD 3^m dicēdum, q̄ Apostolus loquitur de beatitudine spei, quę habetur p gratiam iustificantē, quæ quidem non datur pp opera præcedētia. Non enim habet rationem termini motus, vt beatitudo: sed magis est principium motus, quo ad beatitudinem tenditur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd non oēs appetant beatitudinem. Nullus enim potest appetere quod ignorat, cum bonum apprehensum sit obiectum appetitus, vt dicitur in 3. de anima, * sed multi nesciunt quid sit beatitudo, quod, sicut Augustin. dicit in 13. de Trini. † patet ex hoc, quòd quidam posuerunt beatitudinem in voluptatibus corporis, quidam in virtute animæ, quidam in alijs rebus. non ergo omnes beatitudinem appetunt.

infra q. 10. arti. 1. & 2.

¶ 2 Præt. Essentia beatitudinis, est vltio essentiæ diuinæ, vt dictum est: * sed aliqui opinantur hoc esse impossibile, quòd Deus per essentiam ab homine videatur, vnde hoc non appetunt. ergo non omnes homines appetunt beatitudinem.

Et 1. q. 19. arti. 1. & q. 82. art. 1 & 2. cor. Et 1. cōtra. c. 88. & lib. 3. ca. 97. Et ver. quæst. 22. arti. 5. & 6. Et mal. quæst. 6. cor. & ad 7. 9. & 10. Et 3. Eth. co. 5 fi.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in 13. de Tri. * Quòd btūs est qui habet oīa quæ vult, & nihil male vult: sed nō oēs hoc volunt, quidam. n. male aliqua volunt, & tā volunt il la se velle. non ergo omnes volunt beatitudinem.

* Lib 3. de anima. tex. 29. 34. & 49. tom. 2.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 13. de Tri. † Si vnus dixisset, Omnes beati esse vultis, miseri esse nō vultis, dixisset aliquid quod nullus in sua non cognosceret voluntate. quilibet ergo vult esse beatus.

† Cap. 4. circa prin. to. 3

RESPON. Dicendum, q̄ beatitudo dupliciter potest considerari. Vno modo secundum communem rationē beatitudinis: & sic necesse est quòd omnis homo beatitudinem velit: ratio autem beatitudinis communis est, vt sit bonum perfectum, sicut dictum est. * Cū autem bonum sit obiectum voluntatis, perfectum bonum est alicuius, quòd toraliter eius voluntati satisfacit. vnde appetere beatitudinē, nihil aliud est quàm appetere vt volūtas satietur: quod quilibet vult. Alio modo possumus loqui de beatitudine secundum speciale rationem, quātum ad id, in quo beatitudo cōsistit. Et sic non omnes cognoscunt beatitudinē: quia nesciunt cui rei communis ratio beatitudinis conueniat: & per consequens, quantum ad hoc, nō omnes eam volunt. Vnde patet responsio ad ad primum.

* q.1.artic. 5. & 7.

AD 2^m dicendum, q̄ cum voluntas sequatur apprehensionem intellectus, seu rationis: sicut contingit q̄ aliquid est idem secūdum rem, quod tamen est diuersum secundum rationis considerationem: ita contingit q̄ aliquid est idem secundum rem: & tamen vno modo appetitur, alio modo nō appetitur. Beatitudo ergo potest cōsiderari sub ratione finalis boni & perfecti, quæ est communis ratio beatitudinis: & sic naturaliter & ex necessitate voluntas in illud tendit, vt dictum est. * Potest etiam considerari secundum alias speciales cōsiderationes, vel ex parte ipsius operationis, vel ex parte potentiæ operatiuæ, vel ex parte obiecti: & sic non ex necessitate voluntas tendit in ipsam.

* In cor. ar. & q.1. ar. 5.

AD 3^m dicēdum, q̄ ista diffinitio beatitudinis, quā quidam posuerunt. Beatus est, qui habet oīa quę vult, vel, cui oīa optata succedunt, quodāmodo intellecta, est bona & sufficiens: alio vero modo est imperfecta. Si enim intelligatur simpliciter de omnibus quæ vult homo naturali appetitu: sic verū est, quòd qui habet oīa quæ vult, est beatus. Nihil enim satiat naturalē hominis appetitum, nisi bonū perfectum, quod est beatitudo. Si vero intelligatur de his, quæ homo vult secundum apprehensionē rationis, sic habere quædam quæ hō vult, nō pertinet ad beatitudinem, sed magis ad miseriam, inquantum huiusmodi habita impediūt hoiem, ne habeat quęcunq; vult naturaliter. sicut etiā ratio accipit vt vera interdum, quæ impediūt a cognitione veritatis. Et s̄m hanc cōsiderationem Aug. * addit ad perfectionem beatitudinis, q̄ nihil mali velit: quàmuis primum posset sufficere, si rectè intelligeretur, scilicet, q̄ beatus est, qui habet omnia quæ vult.

* Locis in argu. sed cō tra citatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionem sextam.*

QVia igitur. In diuisione, seu præfatione. 6. quæstionis aduerte, qđ author tractanda omnia præconcipiés, prima distinctione separat rerum hunc librum a secunda secundæ: deinde se iuda dī. separat tractatum de actibus humanis: I vniuersali, a reliqua libri parte incipiente in quæstione 49. Tertia autem dist nctione tractatum ipsum de actibus distinguit, ita q̄ primo de propriis homini, deinde de communibus in qu 22. & sequentibus tractādum dicit. Sequentes aut distinctiones dant locā cōditionibus, circunstantiis, & actibus pprijs homini, quibusque sua, vsque ad 21. q inclusiue.

¶ *Super Quæstionis sextæ Articulum primum.*

CIrca primū artículum. q. 6. dubium occurrit de illa propositione in corpore posita, sc licēt, Quod nullā habet notitiā finis, & si in eo sit principiū actionis, vel motus, nō tn eius quod est agere, vel moueri pp finem, est principiū in ipso, sed in alio. Aduersatur siquidē huic sententiæ tam authoritas, q̄ ratio. Authoritas quidem Arist. 2. phy. probatis ex proposito, q̄ natura agit propter finē, vnde arguitur sic. Naturalia agūt propter finem: naturalia agunt a principio intrinseco sine notitia finis. ergo a gētia a principio intrinseco, sine finis notitia agunt, p̄pter finē. cuius oppositū in litera dicitur. Et confirmatur, quia si in naturalibus ratio nec exercitibus ē principiū agendi, & nō est principiū de ly, pp finē sicū tota dissensio Arist. ab aliis, cōtra quos disputat in 2. Physic. consistat non in hoc, q̄ naturalia agāt (de hoc enim nō disputatur) sed in hoc, q̄ agāt propter finem, vel nō propter finē, & concludatur para assimatiua: oportet dicere q̄ natura, q̄ est intrinsecum agēdi principium, non solum est principiū agendi, sed agendi propter finem: naturalia enim, vt sic, agunt propter finem.

¶ Circa illam aliā propositionem in eo dē corpore, scilicet Quodcūq; sic agit, vel mouetur a principio intrinseco, q̄ habet aliquam notiam finis, habet in seipso principiū sui actus, non solū vt agat, sed etiā vt agat propter finē: dubiū occurrit, quia contradicit determinationi factæ in 2. artic. q. 1. vbi conclusum est, esse propriā rōnalis naturæ agere propter finem, ita vt moueat se ad finē. hic enim expresse dicit, q̄ huiusmodi, vt animalia, mouent se ad finem; quia aliquam cognitionem finis habet, quomodo stāt hæc simul.

¶ Circa deductā in eodem corpore propositionem ex prędicta, scilicet vnde huiusmodi dicūtur non mouere seipsa, sed ab aliis moueri: dubium quoque occurrit, quomā constat, quòd vegetabilia mouent seipsa motu augmenti ad omnes differentias positionis, & tamen carent notitia finis. Falsum ergo est quòd huiusmodi, scilicet carentia finis notitia, non dicuntur mouere seipsa. Et confirmatur, quia in prima parte. q. 18. artic. 1. in responsione ad secundum, expresse dixit author, quòd hec mouent seipsa.

¶ Ad primæ dubitationis euidentiam, scito, qđ hoc quod est agere propter finem, potest habere principium duplicis ordinis. Alterum scilicet proprit ordinis: alterum subordinati. Propriū quidem ordinis principium est, quod propria virtute hoc facit. Subordinati vero, quòd superioris virtutis participatione solū hoc facit. Et quoniam agere propter finē, collationem quandam eius quod est ad finem, ad ipsum finem manifeste importat: conferri autem in finem absq; cognitione (etsi fingēdi detur licentia) intelligi nequit, oportet vt de ratione principii propria virtute actiui propter finem sit cognitio: ac per hoc principiū propria virtute agēs propter finem, constat necessario ex gradu cognoscitiuo. Et consequenter si quid non cognoscitiuum agit propter finem, & si habeat principium agendi propter finem, non habet principium nisi subordinati ordinis, quod scilicet ex hoc, quòd est impressio quædam, a cognoscitiuo principiat propter finem. Et hoc modo naturalia agunt propter finem: ita quòd æquiuocatio est hic inter literam hanc, & secūdum Physic. ac ratio est. Author siquidem loquitur de principio agente propter finem propria virtute. & de tali verissimum est dicere, quòd in solis cognoscitiuis est principium agendi propter finem: quia vt in litera dicitur, ad hoc quod aliqd fiat propter finem, requiritur aliqualis notitia finis: propter quod a philosophis dicitur, q̄ op⁹ nature, est op⁹ intelligentiæ. In secūda autē physic. & alis, est sermo de qualitcunque principio. et sic late loquendo concedimus, & q̄ in naturalibus est principiū agendi, & agendi propter finē. Natura. n. ab intelligentia veniens, est principiū subordinati ordinis agēdi pp finē, & nō ē principiū ppria virtute di rectiuū in finē. & sic omnia consonant.

¶ Ad secundā autē dubitationē dī, qđ

ordinis principium est, quod propria virtute hoc facit. Subordinati vero, quòd superioris virtutis participatione solū hoc facit. Et quoniam agere propter finē, collationem quandam eius quod est ad finem, ad ipsum finem manifeste importat: conferri autem in finem absq; cognitione (etsi fingēdi detur licentia) intelligi nequit, oportet vt de ratione principii propria virtute actiui propter finem sit cognitio: ac per hoc principiū propria virtute agēs propter finem, constat necessario ex gradu cognoscitiuo. Et consequenter si quid non cognoscitiuum agit propter finem, & si habeat principium agendi propter finem, non habet principium nisi subordinati ordinis, quod scilicet ex hoc, quòd est impressio quædam, a cognoscitiuo principiat propter finem. Et hoc modo naturalia agunt propter finem: ita quòd æquiuocatio est hic inter literam hanc, & secūdum Physic. ac ratio est. Author siquidem loquitur de principio agente propter finem propria virtute. & de tali verissimum est dicere, quòd in solis cognoscitiuis est principium agendi propter finem: quia vt in litera dicitur, ad hoc quod aliqd fiat propter finem, requiritur aliqualis notitia finis: propter quod a philosophis dicitur, q̄ op⁹ nature, est op⁹ intelligentiæ. In secūda autē physic. & alis, est sermo de qualitcunque principio. et sic late loquendo concedimus, & q̄ in naturalibus est principiū agendi, & agendi propter finē. Natura. n. ab intelligentia veniens, est principiū subordinati ordinis agēdi pp finē, & nō ē principiū ppria virtute di rectiuū in finē. & sic omnia consonant.

¶ Ad secundā autē dubitationē dī, qđ

motuum, vel actuum principium est extra. Cum. n. lapis mouetur sursum, principium huius motionis est extra lapidem: sed cùm mouetur deorsum, principiū huius motionis est in ipso lapide. Eorum autē, quæ a principio intrinseco mouentur, quædam mouent seipsa, quædam autem non. Cum enim omne agēs seu motum, agat seu moueatur propter finem (vt supra habitum est*) illa perfecte mouentur a principio intrinseco, in quibus est aliquod intrinsecum principiū, non solum vt moueatur, sed vt moueantur in finem. Ad hoc autem q̄ fiat aliquid propter finem, requiritur cognitio finis aliqualis. Quodcunq. igitur sic agit, vel mouetur a principio intrinseco, quod habet aliquam notiā finis, habet in seipso principium sui actus non solum vt agat, sed etiam vt agat propter finem. Quod autē nullam notitiā finis habet, etsi in eo sit principium actionis vel motus, non tamē eius quod est agere, vel moueri propter finem, est principium in ipso, sed in alio, a quo ei imprimitur principiū suæ motionis in finem. vnde huiusmodi non dicuntur mouere seipsa, sed ab alijs moueri. Quæ vero habent notitiam finis, dicūtur seipsa mouere: quia in eis est principiū non solum vt agant, sed etiam ut agant propter finem. Et ideo, cùm utrunque sit ab intrinseco principio, scilicet quòd agunt, & q̄ propter finem agunt, horum motus & actus dicuntur voluntarij. Hoc autem importat nomen voluntarij, q̄ motus & actus sit a propria inclinatione: & inde est q̄ voluntarium dicitur esse secundum diffinitionē Arist. & Greg. Niceni, & Damas. nō solum cuius principium est intra, sed cum additione scientiæ. Vnde cum homo maxime cognoscat finē sui operis, & moueat seipsum, in eius actibus maxime voluntarium inuenitur.

ADPRIMVM dicendum, quòd nō omne principium, est principiū primum. Licet ergo de ratione voluntarij sit, quòd principium eius sit intra: non tamen est cōtra rationem voluntarij, quòd principium intrinsecum causetur, vel moueatur ab exteriori principio: quia nō est de ratione volūtarii, quòd principium intrinsecum sit principiū primum. Sed tamen sciendum, q̄ contingit aliquod principium motus, esse primum in genere, quod tamen non est primum simpliciter: sicut in genere alterabilium, primum alterans est corpus cæleste: quod tamen non est primum mouens simpliciter, sed mouetur motu locali a superiori mouente. Sic igitur principium intrinsecum voluntarij actus, quod est vis cognoscitiua & appetitiua, est primum principium in genere appetitiui motus, quamuis moueatur ab aliquo exteriori secundum alias species motus.

AD 2^m dicendum, quòd motus animalis nonus præuenitur quidē ab aliquo exteriori motu, quātum ad duo. Vno modo, inquātum per motum exteriorē præsentatur sensui animalis aliquod sensibile, qđ apprehensum mouet appetitum: sicut leo videns ceruum per eius motum appropinquantem, incipit moueri ad ipsum. Alio modo, inquantum per exteriorem motum incipit aliqualiter immutari naturali immutatione corpus animalis, puta per frigus, vel calorē. Corpore autem immutato per motum ex terioris corporis, immutatur etiam per accidens appetitus sensitiuus, qui est virtus organi corporei: sicut cùm ex aliqua alteratione corporis commouetur appetitus ad concupiscentiam alicuius rei: sed hoc non est contra rationem volūtarij, vt dictum est*. Huiusmodi enim motiones ab exteriori principio sunt alterius generis.

AD 3^m dicendum, q̄ Deus mouet hominem ad agendum non solum sicut proponens sensui appetibile, vel sicut immutans corpus, sed etiam sicut mouens ipsam voluntatem: quia omnis motus tam voluntatis, quàm naturę, ab eo procedit sicut a primo mouente. Et sicut non est cōtra rationem naturę, quòd motus naturæ sit à Deo, sicut à primo mouēte, inquantum natura est quoddam instrumentum Dei mouentis: ita non est contra rationem actus voluntarij, quòd sit a Deo, inquantum voluntas a Deo mouetur: est tamen communiter de ratione naturalis & voluntarij motus, quòd sint a principio intrinseco.

ARTICVLVS I.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum in humanis actibus inueniatur uoluntarium.
¶ Secūdo, Vtrum inueniatur in animalibus brutis.
¶ Tertio, Vtrum uoluntarium esse possit absq; omni actu.
¶ Quarto, Vtrum violentia voluntati inferri possit.
¶ Quinto, Vtrum violentia causet inuoluntarium.
¶ Sexto, Vtrum metus causet inuoluntarium.
¶ Septimo, Vtrum concupiscentia inuoluntarium causet.
¶ Octauo, Vtrum ignorantia.

ARTICVLVS I.

Vtrum in humanis actibus inueniatur uoluntarium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in humanis actibus non inueniatur uoluntarium. Voluntarium enim est, cuius principium est in ipso, ut patet per Greg. Nicenum*, & Damas. † & Arist. * sed principium humanorū actuum non est in ipso homine, sed est extra. nam appetitus hominis mouetur ad agendum ab appetibili quod est extra, quod est sicut mouens non motum, ut dicitur in 3. de anima. † ergo in humanis actibus non inuenitur uoluntarium.

¶ 2 Præt. Philosophus in 8. Physi. * probat, quòd non inuenitur in animalibus aliquis act⁹ nouus, qui non præueniatur ab alio motu exteriori: sed omnes actus hominis sunt noui, nullus enim actus hominis æternus est. ergo principium omnium humanorum actuum est ab extra: non igitur in eis inuenitur uoluntarium.

¶ 3 Præt. Qui uoluntarie agit, per se agere potest: sed hoc homini nō conuenit. dicitur enim Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. ergo uoluntarium in humanis actibus non inuenitur.

SED CONTRA est, quod dicit Damascenus in 2. lib. * quòd uoluntarium est actus, qui est operatio rationalis: tales autem sunt actus humani. ergo in actibus humanis inuenitur uoluntarium.

RESPON. Dicēdū, q̄ oportet in actibus humanis uolūtariū esse. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd quorundam actuum principium est in agente, seu in eo quod mouetur: quorūdam autem

locis in arg. 1. citatis.

Ad præced. argum.

qua alia alia imperfecte cognoscūt finē, vt in 2. artic. huⁱ⁹ q. dr, ideo et imperfecte mouēt se ad finē: & est tāta imperfectio ista, vt nō nisi participatione quadā moueāt se ad finē, sicut prudētia sunt, & ordināt in finē. pp qđ simpliciter negari pōt, qđ mouēt se ad finē, sicut q̄ ordināt aliquid in finē: quis cōcedat simpliciter, q̄ mouēt se. Et pōt nihilominꝰ cū additione dici, qđ imperfecte mouēt se pp finē, & sic in proposito acciditinā superiꝰ fuit sermo simpliciter, hic aūt ē sermo sm qđ manifestatū in 2. art. Posset quoque dici, vt dicet ad tertiū dubiū, quòd q̄a habētia cognitionē sensitiuā, mediū locū tenēt inter naturalia, q̄ nullo mō cognoscunt finē, & rationalia q̄ oīno cognoscūt finē, mō in hoc, mō in illud extremū declinant. In prima nanq; q. quia de agere pp finē simpliciter & p se erat sermo, cū naturalibꝰ cōputata sunt. Hic vero quia de volūtario cōiter sumpto, vt ēt ad brutorū participationem se extēdit, inchoat doctrina, cum rationalibꝰ connumerata sunt. Ad tertiam dubitationē dicitur, quòd quia medium vtrumque sapit extremū, & modo illud, modo alterum subinduit: ideo accidit vt vegetabilia, quæ media sunt inter pure naturalia quæ non mouent se, & animalia quæ mouent se, modo dicantur mouere se, & modo dicantur non mouere se. Quando enim distinguuntur vegetabilia contra naturalia, vt ibi fit, dicitur quòd mouēt se: quādo autem cōtra animalia quæ cognoscitiua sunt, vt hic, dicit q̄ nō mouēt se.

¶ *Super Quæstionis sextæ Articulū 2.*

IN secundo artic. aduerte, q̄ id qđ superius, in prima scilicet q. articulo secūdo, appellauit autem motuum, vel actuum principium est extra. Cum. n. lapis mouetur sursum, principium huius motionis est extra lapidem: sed cùm mouetur deorsum, principiū huius motionis est in ipso lapide. Eorum autē, quæ a principio intrinseco mouentur, quædam mouent seipsa, quædam autem non. Cum enim omne agēs seu motum, agat seu moueatur propter finem (vt supra habitum est*) illa perfecte mouentur a principio intrinseco, in quibus est aliquod intrinsecum principiū, non solum vt moueatur, sed vt moueantur in finem. Ad hoc autem q̄ fiat aliquid propter finem, requiritur cognitio finis aliqualis. Quodcunq. igitur sic agit, vel mouetur a principio intrinseco, quod habet aliquam notiā finis, habet in seipso principium sui actus non solum vt agat, sed etiam vt agat propter finem. Quod autē nullam notitiā finis habet, etsi in eo sit principium actionis vel motus, non tamē eius quod est agere, vel moueri propter finem, est principium in ipso, sed in alio, a quo ei imprimitur principiū suæ motionis in finem. vnde huiusmodi non dicuntur mouere seipsa, sed ab alijs moueri. Quæ vero habent notitiam finis, dicūtur seipsa mouere: quia in eis est principiū non solum vt agant, sed etiam ut agant propter finem. Et ideo, cùm utrunque sit ab intrinseco principio, scilicet quòd agunt, & q̄ propter finem agunt, horum motus & actus dicuntur voluntarij. Hoc autem importat nomen voluntarij, q̄ motus & actus sit a propria inclinatione: & inde est q̄ voluntarium dicitur esse secundum diffinitionē Arist. & Greg. Niceni, & Damas. nō solum cuius principium est intra, sed cum additione scientiæ. Vnde cum homo maxime cognoscat finē sui operis, & moueat seipsum, in eius actibus maxime voluntarium inuenitur.

2. dist. 25. ar. 1. ad sextū.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et 3.di.27. q.1.ar.4.ad 3.Et ver. q. 24.art.2.ad 1.Et 3.Eth. lec.4.& lec. 5.cor.1. * Text. 42. tom.2.

thor vnico vocabulo cognoscere rationem finis, & nos ex positis possumus consistere in cognitione proportionis inter finē, & id quod est ad finem modo explicatur ex parte vtriusque extremi. finis & eius quod est ad finē: & dicitur q̄ est cognoscere ex parte finis rationem finis: ex parte vero eius qđ est ad finem, proportionem illius ad finē: & inte dit per rationem finis, non qđ quid est, vt distinguit contra individuum: sed rationem formalem sine vniuersaliter, siue particulariter, vt distinguitur cōtra rem, id est, quòd oportet cognoscere rē, quæ denominatur finis, vt stat sub denominatione finis. verbi gratia, Mulier præparatura pro prandio, nō solum nouit hoc futurum prādium, sed nouit ipsum vt finē, tunc, ibi, suæ præparationis &c. alioquin non ratiocinaretur ex prandio ad præparanda, nec moueretur ad præparationem: & similiter nouit nō solum has carnes, hāc horā &c. sed vt proportionatas nunc, hic, sic &c. ad talē finem: & hoc est perfecte cognoscere finē, & nosse rationē finis.

† Lib.2.ca. 24. & 22.

* Ca.1 non longe a fin.

† Dam.lib. 2.cap.24. Nicenus li. 5.c.4. circa princ.lib.2. * Art.præc.

luntas autem cum sit in ratione, F ut dicitur in 3. de anima: * non, potest esse in brutis animalibus. ergo neque uoluntarium in eis inuenitur.

¶ 2 Præt. Secūdum hoc, quòd actus humani sunt voluntarij, homo dicitur esse dominus suorū actuum: sed bruta animalia non habent dominium sui actus. non enim agunt, sed magis aguntur, vt Damasce. dicit. ergo in brutis animalibus non est voluntarium.

¶ 3 Præt. Damasce. † dicit, quòd G actus volūtarios sequitur laus, vel vituperium: sed actibus brutorum animalium non debetur neq; laus, neque uituperium. ergo in eis non est uoluntarium.

SED CONTRA est, quod dicit Philosophus in 3. Ethico. * quòd pueri, & bruta animalia communicant uoluntario: & idem dicunt Grego. Nicenus, & Damasce. †

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est. * ad rationem uolū tari requiritur, quòd principium actus sit intra cum aliqua cognitione finis. Est autem duplex cognitio finis, perfecta scilicet, & imperfecta. Perfecta quidem finis cognitio est, quando non solum apprehenditur res quæ est finis, sed etiam cognoscit ratio finis, & proportio ei* quod ordinatur ad finem ipsum: & talis cognitio finis competit soli rationali naturæ. Imperfecta autem cognitio finis est, quæ in sola finis apprehensione consistit sine hoc, q̄ cognoscatur ratio finis, & proportio actus ad finem & talis cognitio finis reperitur in brutis animalibus per sensum, & æstimationem naturalem. Perfectam igitur cognitionem finis sequitur uoluntarium secūdum rationem perfectam, prout scilicet apprehenso fine aliquis potest deliberans de fine, & de his quæ sunt ad finem, moueri in finem, uel non moueri. Imperfectam autem cognitionem finis sequitur uoluntarium secundum rationem imperfectam, prout scilicet apprehendens finem, non delibetat, sed subito mouetur in ipsum. Vnde soli rationali naturæ competit uoluntarium secundum, rationem perfectam: sed secundum rationem imperfectam, competit etiam brutis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uoluntas nominat rationalē appetitum: & ideo non potest esse in his quæ ratione carent. uoluntarium autem denominatiue dicitur a uoluntate, & potest trahi ad ea in quibus est aliqua participatio uoluntatis secundum aliquam conuenientiam ad uoluntatem. & hoc modo uoluntarium attribuitur animalibus brutis, inquantum scilicet, per cognitionem aliquam mouentur in finem.

AD 2^um^ dicendum, quòd ex hoc contingit, quòd homo est dominus sui actus, quòd habet deliberationem de suis actibus. Ex hoc enim quòd ratio deliberans se habet ad oppositа, uoluntas in utrunq; potest: sed secundum hoc uoluntarium non est in brutis animalibus, ut dictum est. *

AD 3^um^ dicendum, quòd laus, & uituperium consequuntur actum uoluntarium secundum perfectam uoluntarij rationem, qualis non inuenitur in brutis.

ARTICVLVS III.

Vtrum uoluntarium possit esse absque omni actu.

AD TERTIVM sic proceditur. H Videtur quòd uoluntarium non possit esse sine actu. Voluntariū enim dicitur, quod est a uoluntate: sed nihil potest esse a uoluntate, nisi per aliquem actum, ad minus ipsius uoluntatis. ergo uoluntarium non potest esse sine actu.

¶ 2 Præt. Sicut per actum uoluntatis dicitur aliquis uelle, ita cessante actu uoluntatis dicitur non uelle: sed non uelle inuolūtarium causat, quod opponitur uoluntario. ergo uoluntarium nō potest esse actu uoluntatis cessante.

¶ 3 Præt. De ratione uoluntarij est cognitio, ut dictum est, * sed cognitio est per aliquem actum. ergo uoluntarium non potest esse absque aliquo actu.

SED CONTRA. Illud, cuius domini sumus, dicitur esse uoluntarium: sed nos domini sumus eius quod est agere, & non agere, uelle & non uelle. ergo sicut agere, & uel le est uoluntarium: ita & non agere, & non uelle.

RESPON. Dicendum, quòd uoluntarium dicitur, quod est a uoluntate. ab aliquo autem dicitur esse aliquid dupliciter. Vno modo directe, quod scilicet procedit ab aliquo, inquantum est agens. sicut calefactio a calore. Alio modo indirecte, ex hoc ipso quòd non agit: sicut submersio nauis dicitur esse a gubernatore, inquantum desistit a gubernando.

Sed sciendum, q̄ non semper id

¶ *Super Quæstionis sextæ Articulum tertium.*

CIrca exteros q̄stionis articulos vsque ad vltimū excluiue, nihil occurrit scribendum. Aduertēdum tamē est, quòd tertius articulus fundamētum est multarum veritatum, cū de peccatis disputatur, & specialiter omissionum: vt de & eo in locis propriis vtemur. Singulariter tamen nunc, ex hoc articu. commendandum est memoriæ, quòd ad rationem voluntarii indirecte non sufficit potestas in voluntate, & negatio prohibitionis: sed oportet tria concurrere, scilicet, posse, debere, & non velle, aut non imperare, & propterea non valet argumentū, Hoc potuit a voluntate prohiberi, & non est prohibitum. ergo est voluntarium. Et hoc est valde notandum propter actus qui sunt ab anima sensitiua, & generatiua, & non ex præcepto intellectus. Oportet.n. diligēter attendere, si debet, & quando debet impedire. Quartus vero, in secundo argumento iuncto suæ respōsioni, occasionem dat disputandi, an obiectū moueat voluntatem actiue. Sed quia de motiuo voluntatis erit specialis quæstio in litera, illucusque differtur. Sextus regulam tradit in iudicandis votis, contractibus &c. factis ex metu etiam cadente in constantem virum, dum omnia huiusmodi vere uolūtaria docemur: quamuis aliquid habeāt inuolūtarii admistum, ac per hoc si mala sunt ardua, vt periuria, infamiæ, & similia, peccata sunt mortalia. Esto tamen cautus in materia matrimonii: q̄a Ecclesia vult q̄ non solū sit volūtarium, sed plene volūtarium, vt in quarto sententiarum habes. Compatiuntur quoq; humana iura, his quæ metu fiunt, libertatem plenā fouendo, nō volūtarium i his negando.

quòd

quod sequitur ad defectum actionis, reducitur sicut in causam in agēs, ex eo quòd non agit: sed solum tūc, cum potest, & debet agere. Si enim gubernator nō posset nauem dirigere, uel non esset ei commissa gubernatio nauis, nō imputaretur ei nauis submersio, quæ per absentiam gubernatoris cōtingeret. Quia igitur uoluntas uolendo, & agendo, potest impedire hoc, quod est non uelle, & non agere, & aliquando debet, hoc quod est non uelle, & non agere, imputatur ei, quasi ab ipsa existens: & sic uoluntarium potest esse absque actu, quandoque quidem absq; actu exteriori cum actu interiori, sicut cum uult non agere: aliquando autem & absque actu interiori, sicut cum non uult.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uoluntarium dicitur non solum quod procedit a uoluntate directe, sicut ab agente, sed etiam quod est ab ea indirecte, sicut a non agente.

AD 2^um^ dicendum, quòd non uelle dicitur dupliciter. Vno modo, prout sumitur in ui unius dictionis, secundum quod est infinitiuū huius uerbi; Nolo. unde sicut cum dico. Nolo legere, sensus est, Volo non legere: ita hoc quod est, Non uelle legere, significat, Velle non legere: & sic, Non uelle, causat inuoluntarium. Alio modo sumitur in ui orationis, & tunc non affirmatur actus uoluntatis: & huiusmodi, Non uelle, non causat inuoluntarium.

AD 3^um^ dicendum, quòd eo modo requiritur ad C uoluntarium actus cognitionis, sicut & actus uoluntatis, vt scilicet sit in potestate alicuius considerare, & uelle, & agere: & tūc sicut nō uelle, & non agere, cum tēpus fuerit, est uoluntarium, ita etiā non considerare.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uiolentia uoluntati possit inferri.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd uoluntati possit uiolentia inferri. Vnumquodque enim potest cogi a potentiori: sed aliquid est humanæ uoluntati potentius, scilicet Deus. ergo saltem ab eo cogi potest. D

¶ 2 Præt. Omne passiuum cogitur a suo actiuo, quando immutatur ab eo: sed uoluntas est uis passiua. est enim mouens motum, ut dicitur in 3. de anima * cum ergo aliquando moueatur a suo actiuo, uidetur quòd aliquando cogatur.

¶ 3 Præt. Motus uiolentus est, qui est contra naturam: sed motus uoluntatis aliquando est contra naturam, ut patet de motu uoluntatis ad peccandum, qui est contra naturam, vt Damasce. † dicit. ergo motus uoluntatis potest esse coactus.

SED CONTRA est, quod August. dicit in 5. * de ciuitate Dei, Quòd si aliquid fit uoluntarie, nō fit ex necessitate: omne autē coactum fit ex necessitate. ergo quod E fit ex uoluntate, non potest esse coactum. ergo uoluntas non potest cogi ad agendum.

RESPON. Dicendum, quòd duplex est actus uoluntatis, Vnus quidē, qui est eius immediate, uelut ab ipsa elicitus, scilicet uelle. Alius qui est actus uoluntatis a uoluntate imperatus, & mediante alia potentia exercitus, vt ambulare, & loqui, qui a uoluntate imperantur mediante potētia motiua. Quātum igitur ad actus a uoluntate imperatos, uolūtas uiolentiam pati potest, inquantum per uiolentiam exteriora membra impediri possunt, ne imperium uoluntatis exequātur: sed quantum ad ipsum proprium actum uoluntatis,

A non potest ei violētia inferri. Et huius est ratio, quia actus voluntatis nihil est aliud, q̄ inclinatio quædam procedens ab interiori principio cognoscente: sicut appetitus naturalis est quædam inclinatio ab interiori principio, & fine cognitione: quod autem est coactum, vel violentum, est ab exteriori principio. vnde contra rationem ipsius actus voluntatis est, quòd sit coactus, vel violētus: sicut etiam est contra rationem naturalis inclinationis, vel motus lapidis, quòd feratur sursum (potest. n. lapis per violētiam ferri sursum) sed quod iste motus violentus sit ex eius naturali inclinatione, esse non potest. Similiter etiam potest homo per violentiam trahi: sed quod hoc sit ex eius vo- B luntate, repugnat rationi violentiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus, qui est potentior quàm voluntas humana, potest voluntatē mouere, secundū illud prouerbium, Prouerb. 21. Cor regis in manu Dei est: & quocunque voluerit, vertet illud. Sed si hoc esset per violentiam, iam non esset cum actu voluntatis: nec ipsa voluntas moueretur, sed aliquid contra voluntatem.

AD 2^um^ dicendum, quòd non semper est motus violentus, quādo passiuum immutatur a suo actiuo, sed quando hoc fit contra interiorem inclinationem passiui: alioquin omnes alterationes, & generationes simplicium corporum essent innaturales, & violētę: C sunt autē naturales propter naturalem aptitudinem interiorem materiæ, vel subiecti, ad talem dispositionem. Et similiter quando voluntas mouetur ab appetibili secundum propriam inclinationem, non est motus violentus, sed voluntarius.

AD 3^um^ dicendum, quòd id, in quod voluntas tendit peccando, etsi sit malum, & contra rationalem naturam secundum rei veritatem, apprehenditur tamen vt bonum, & conueniens homini secundum aliquam delectationem sensus, vel secundum aliquem habitum corruptum.

ARTICVLVS V.

Vtrum uiolentia causet inuoluntarium.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd violentia non causet inuoluntarium. Voluntariū enim, & inuoluntarium, secūdum voluntatem dicuntur. Sed voluntati violentia inferri non potest, vt ostensum est. * ergo violentia inuoluntarium causare non potest.

¶ 2 Præt. Id quod est inuoluntarium, est cum tristitia, vt Damas. & Philosophus dicunt: † sed aliquando patitur aliquis violentiam, nec tamen inde tristatur. ergo violentia non causat inuoluntarium.

¶ 3 Præt. Id qđ est a voluntate, non potest esse inuoluntarium: sed aliqua violenta sunt a voluntate, sicut cū aliquis cū corpore graui sursum ascendit: & sicut cū aliquis inflectit mēbra contra naturalem eorū flexibilitatem. ergo violētia non causat inuoluntarium.

SED CONTRA est, quod Philosophus & Damasc. dicunt, * q̄ aliquid est inuoluntarium per violentiam.

RESPON. Dicendum, q̄ violentia directe opponitur voluntario, sicut etiam & naturali. Cōmune est enim voluntario & naturali, quod vtrunq; sit a principio intrinseco, violentum autem est a principio extrinseco: & ppter hoc, sicut in rebus, quæ cognitione carent, violentia aliquid facit contra naturā, ita in rebus cognoscentibus, facit aliquid esse cōtra voluntā-

Supra ar.4. co. & infra arti.6.ad 1. & q.73. ar. 6.co. Et 2.2 q.88.art.6. ad 1. Et ma. q.6. co. * ar.præced. † lib.2.cap. 24. 3.ethi. cap. 1.tom.5.

* locis in arg. 2. iam citatis.

tem, quod autē est contra naturam, dicitur esse innaturale: & similiter quod est contra voluntatē, dicitur esse inuolūtariū. vnde violentia inuoluntariū causat.

*ar. preced. †ar. preced.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ inuoluntarium volūtario opponitur. Dictum* est autem supra, quòd voluntarium dicitur non solum actus, qui est immediate ipsius voluntatis, sed etiā actus a voluntate imperatus. Quantum igitur ad actum, qui est immediate ipsius voluntatis, vt supra dictum est, † violentia voluntati inferri non potest: sed quantum ad actum imperatum, voluntas potest pati violentiam: & quantum ad hunc actum violentia inuoluntarium facit.

AD 2^m dicendum, q̄ sicut naturale dicitur, quod est secundum inclinationem naturæ: ita voluntarium dicitur, quod est secundum inclinationem volūtatis. Dicitur autē aliquid naturale dupliciter. Vno modo, quia est a natura, sicut a principio actiuo: sicut calefacere est naturale igni. Alio modo, secūdū principium passiuum, quia. s. est innata inclinatio ad recipiēdum actionem a principio extrinseco: sicut motus cœli dicitur esse naturalis, propter aptitudinē naturalem cœlestis corporis ad talem motum, licet mouens sit voluntarium. Et similiter voluntariū potest aliquid dici dupliciter. Vno modo, secundum actionē, puta cū aliquis vult aliquid agere. Alio modo, secundum passionem. s. cum aliquis vult pati ab alio: vnde cum actio infertur ab aliquo exteriori, manēte in eo qui patitur voluntate patiendi, non est simpliciter violentū: quia licet ille qui patitur, non conferat agendo, confert tamen volēdo pati. vnde non potest dici inuoluntariū.

*tex. 27. to mo 2.

AD 3^m dicēdū, q̄ sicut Philosophus dicit in octauo Physic.* Motus animalis, quo interdum mouetur animal cōtra naturalem inclinationem corporis, etsi non sit naturalis corpori, est tamē quodammodo naturalis animali, cui naturale est, quòd secundum appetitum moueatur: & ideo hoc non est violentū simpliciter, sed secundum quid. Et similiter est dicēdum, cum aliquis inflectit mēbra contra naturalem dispositionem: hoc enim est violentum secundum quid, scilicet quantum ad membrum particulare: non tamen simpliciter, quantum ad ipsum hominem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum metus causet inuoluntarium simpliciter.

Infr. ar. 7. ad 1. & 2. Et 4. di. 29. q. 1. ar. 2. Et quol. 5. ar. 10. Et 2. contra Gen. c. 9. co. 3. Et 3. Ethic. co. 2. & 4. fin.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur q̄ metus causet inuoluntarium simpliciter. Sicut. n. violentia est respectu eius, quod contrariatur præsentialiter voluntati, ita metus est respectu futuri mali, qd repugnat volūtati: sed violentia causat inuoluntariū simpliciter. ergo & metus inuolūtariū simpliciter causat.

¶ 2 Præt. Quod est secundū se tale, quolibet addito remanet tale: sicut quod secundum se est calidum, cuicunque coniungatur nihilominus est calidum, ipso manente: sed illud quod per metum agitur, secundum se est inuoluntarium. ergo etiā aduenīente metu est inuoluntarium.

¶ 3 Præt. Quod sub cōditione tale est, secundū quid est tale: quod autem absque conditione est tale, simpliciter est tale. sicut qd est necessarium ex conditione, est necessarium secundum quid: quod aūt est necessarium absolute, est necessarium simpliciter. Sed id quod per metum agitur, est inuoluntarium absolute: non est autem voluntarium, nisi sub conditione, scilicet vt vitetur malū quod timetur. ergo id, quod per metum agitur, est simpliciter inuoluntarium.

SED CONTRA est, quod Greg. Nicen. dicit,* & etiā Philosophus,† quod huiusmodi quæ per metum aguntur, sunt magis voluntaria, quàm inuoluntaria.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 3. Ethi.* & idem dicit Greg. Nicen. in lib. suo de homine.† Huiusmodi, quæ per metum aguntur, multa sunt ex voluntario, & inuoluntario. Id enim quod per metum agitur, in se consideratum non est volūtarium: sed fit voluntarium in casu, scilicet, ad vitandum malū quod timetur. Sed si quis rectè consideret, magis sunt huiusmodi voluntaria, q̄ inuoluntaria: sunt enim voluntāria simpliciter, inuoluntaria aūt secundum quid. Vnumquodque enim simpliciter esse dicitur, secundū quod est in actu: secundum autem quod est in sola apprehensione, non est simpliciter, sed secundum quid. Hoc autem quod per metum agitur, secūdū hoc est in actu, secundum quod fit. cū enim actus in singularibus sint, singulare autem inquantum huiusmodi, est hic, & nunc, secūdum hoc id qd fit, est in actu, secūdum quod hic est, & nūc, & sub alijs cōditionibus individualib⁹. Sic autem hoc quod fit per metum, est volūtarium, in quantum scilicet est hic, & nunc: prout scilicet in hoc casu est impedimētum maioris mali, quod timebatur: sicut proiectio mercium in mare fit voluntarium tempore tempestatis propter timorem periculi. vnde manifestum est, quòd simpliciter voluntarium est, vnde & competit ei ratio voluntarij: quia principium eius est intra. Sed quod accipiatur id quod per metum fit, vt extra hunc casum existens, prout repugnat voluntati, hoc nō est nisi secundum rationem tantum: & ideo est inuoluntarium secundum quid, ideſt, prout consideratur extra hunc casum existens.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ea quæ aguntur p metum & per vim, non solum differunt secūdum præsens, & futurum: sed etiam secundum hoc, quòd in eo quod agitur per vim, voluntas nō consentit, sed omnino est contra motum voluntatis: sed id quod p metum agitur, fit voluntarium, ideo quia motus volūtatis fertur in id, licet non propter seipsum, sed propter aliud, scilicet ad repellendum malum quod timetur: sufficit enim ad rationem volūtarij, quòd fit propter aliud voluntarium. Volūtarium enim est non solum quod propter seipsum volumus vt finem, sed etiam quod propter aliud volumus vt propter finem. Patet ergo quòd in eo quod p vim agitur, volūtas interior nihil agit: & ideo, vt Greg. Nicen. dicit, * ad excludendum ea, quæ p metum aguntur, in diffinitione violenti non solū dicitur, q̄ violentum est, cuius principium est extra, sed additur, nihil conferente vim passo: quia ad id quod agitur per metum, voluntas timentis aliquid confert.

AD 2^m dicendum, quòd ea quæ absolute dicuntur, quolibet addito remanent talia, sicut calidū, & album: sed ea quæ relatiue dicuntur, variantur secūdum comparationem ad diuersa: quod enim est magnum comparatum huic, est paruum comparatum alteri. Voluntarium autem dicitur aliquid non solum propter se quasi absolute, sed etiam propter aliud quasi relatiue. & ideo nihil prohibet aliquid, quod de se non esset volūtarium, alteri comparatum fieri voluntarium, per comparationem ad aliud.

AD 3^m dicendum, q̄ illud quòd p metum agitur, absque conditione est voluntarium, id est, secundum quod actu agitur: sed inuoluntarium est sub conditione, ideſt, si talis metus nō immineret, unde secundum illam rationem magis potest concludi oppositum.

AR-

¶ *Super Quæstionis seæ Articulum ultimum.*

q. 142. a. 1. cor. & 2. Ethi. lect. 5. com. 5. & lect. 4.

IN 8. autem articulo diligenter aduertendum est, quòd cum ignorantia consequens voluntatem tripliciter ponatur, scilicet affectata, malæ electionis, & iuris: & prima differat ab aliis in hoc, quòd ipsa est obiectū actus voluntatis, est enim volita: aliæ vero sunt quasi obiectum voluntatis potentis, & debentis ipsas abiicere. Sūt enim ideo voluntariæ, quia voluntas potest, & debet actualiter considerare, & applicare ad opus, & sic excludere

Ca. 5. to. 5

ignorantiā malæ electionis: & similiter velle acquirere scientiam sibi necessariam tempore debito, & sic excludere ignorantiam iuris. Inter has autem duas cū differentia sit, quòd

l. 2. fidei Orth. c. 24.

ignorātia electionis consistit in ipsa voluntaria actuali inconsideratione, ignorantia vero iuris in voluntaria habituali priuatione scientię, quandocunque aliquis ex actuali oblitione ei⁹ quod scit, & habitualiter meminit, operatur, neutram ignorantiam incurrit: quoniam omnū reminisci, supra hominis est facultatē. Quocirca si quis certa intentione perseuerans nullo modo peccandi, mortaliter, & sciens contractum talē sapere vsuram, & nihilominus non recolens actualiter eius quod habitualiter scit, facit talem contractum, nō peccauit mortaliter. Et similiter sciēs Sortem sibi notum, esse nominatim excommunicatum, & tamen communicans cum eo in diuinis: ex hoc q̄ non actualiter sibi occurrit hūc esse excommunicatū, excusatur a mortali. Quilibet enim i se ipso experitur, nō esse in potestate sua, quòd recordetur eorum quæ habitualiter meminit, propter quod inconsideratio hæc, cum nō sit comitans, nec consequens, quia nō est omnino in potestate nostra, locāda est sub antecedente: causat enim inuolūtarium simpliciter, & ipsa nullo modo est voluntariæ per hoc excusat non solum a peccato, sed a censuris consequentibus culpam. Et hæc pro consolatione bonarum mētium, ibi culpam timentiū, vbi non reperitur, notanda applicandaque sunt occurrentibus casibus.

ARTICVLVS VII.

Vtrum concupiscentia causet inuoluntarium.

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur quòd cōcupiscentia causet inuolūtarium. Sicut enim metus est quædam passio, ita & concupiscentia: sed metus causat quodammodo inuoluntarium. ergo etiam concupiscentia.

¶ 2 Præt. Sicut per timorem timidus agit contra id quod proponebat, ita incontinens propter concupiscentiam: sed timor aliquo modo causat inuoluntarium. ergo & concupiscentia.

¶ 3 Præt. Ad voluntarium requiritur cognitio: sed concupiscentia corrūpit cognitionem. dicit enim Philosophus in 6. Ethic.* quòd delectatio, siue cōcupiscentia delectationis, corrumpit æstimationē prudentiæ. ergo concupiscentia causat inuoluntarium.

SED CONTRA est quod Damas. dicit: † Inuolūtarium est misericordia, uel indulgētia dignum, & cum tristitia agitur: sed neutrum horum competit ei, quod per concupiscentiam agitur. ergo cōcupiscentia non causat inuoluntarium.

RESPON. Dicendum, quòd concupiscentia non causat inuoluntariū: sed magis facit aliquid voluntarium. Dicitur enim aliquid volūtarium ex eo, quòd voluntas in id fertur: per cōcupiscentiam autem voluntas inclinatur ad volendum id quod concupiscit. & ideo concupiscentia magis facit ad hoc, quòd aliquid sit voluntarium, quam quòd sit inuoluntarium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd timor est de malo, cōcupiscentia autem respicit bonū: malum autem secundum se contrariatur volūtati, sed bonum est uoluntati consonum. vnde magis se habet timor ad causandum inuolūtarium, quàm concupiscentia.

AD 2^m dicendum, quòd in eo q̄ p metum aliquid agit, manet repugnantia voluntatis ad id quod agitur, secundum quod in se consideratur: sed in eo qui agit aliquid per concupiscentiam, sicut est incontinens, non manet prior volūtas, qua repudiabat illud quod concupiscitur, sed mutatur ad volendum id quod prius repudiabat. & ideo qd per metum agitur, quodāmodo est inuoluntarium: sed quod per concupiscentiam agitur, nullo modo. Nam incontinens concupiscentiæ agit contra id quod prius proponebat, non autem contra quod nunc vult: sed timidus agit contra id qd etiam nunc secundum se vult.

AD 3^m dicendum, quòd si concupiscentia totaliter cognitionem auferret, sicut cōtingit in illis qui propter concupiscentiam fiunt amentes, sequeretur quòd concupiscentia voluntarium tolleret, nec tamen proprie esset ibi inuoluntariū: quia in his quæ vsum rationis non habent, neque uoluntarium est, neque inuoluntarium: sed quandoq; in his quæ per concupiscentiā aguntur, non totaliter tollitur cognitio, quia non tollitur potestas cognoscendi, sed solum consideratio actualis in particulari agibili: & tamen hoc ipsum est voluntarium, secundum quod voluntarium dicitur, quod est in potestate voluntatis, vt non agere, & non uelle: similiter autem & non considerare. potest enim voluntas passioni resistere, vt infra dicetur. † q. 77. art. 6. & 7.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ignorantia causet inuoluntarium.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̄ ignorantia non causet inuoluntarium. Inuoluntariū enim veniam meretur, vt Dama. dicit:* sed interdum quod per ignorantiam agitur, veniam non meretur, secundum illud 1. ad Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur. ergo ignorantia non causat inuoluntarium. Infra q. 19. art. 6. cor. & q. 76. art. 3. & 4. Et 2. d. 39. q. 1. arti. 1. ad 4. & d. 43. art. 1. ad 3. Et mal. q. 3. art. 8. cor.

¶ 2 Præt. Omne peccatum est cum ignorantia, secundū illud Pron. 14. Errant, qui operantur malum. Si igitur ignorantia inuoluntarium causet, sequeretur q̄ omne peccatum esset inuoluntarium: quod est contra Aug.† dicentem, quòd omne peccatum est voluntarium.

* Lib. 2. ca. 24.

† Lib. 1. retra. c. 15. parū ante medium.

¶ 3 Præt. Inuoluntarium cum tristitia est, vt Damasce. dicit:* sed quædam ignoranter aguntur & sine tristitia: puta, si aliquis occidit hostem, quem quærit occidere, putans occidere ceruum. ergo ignorantia non causat inuoluntarium.

* Dam. lib. 2. Ortho. fidei, cap. 24.

SED CONTRA est, quod Damasc.† & Philosophus dicunt, quòd inuoluntarium quoddam est per ignorantiam.

† Loco nūc dicto. 3. Eti. cap. 1.

RESPON. Dicendum, quòd ignorantia habet causare inuoluntarium ea ratione, qua priuat cognitionem, quæ prę exigitur ad voluntarium, vt supra dictum est:* non tamen quælibet ignorantia huiusmodi cognitionem priuat. Et ideo sciendum, quòd ignorātia tripliciter se habet ad actum voluntatis. Vno modo, concomitanter: alio modo, consequenter: tertio modo, antecedenter. Concomitanter quidem, quādo ignorantia est de eo quod agitur, tamen etiam si sciretur, nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia nō inducit ad volendum vt hoc fiat, sed accidit simul esse aliquid factū, & ignoratum: sicut in exemplo posito, scilicet cum aliquis vellet quidem occidere hostem, sed ignorans occidit eum, putans occidere ceruum: & talis ignorantia non facit inuoluntarium, vt Philosophus dicit,* quia non causat aliquid quod sit repugnans voluntati: sed facit non uoluntarium, quia non potest esse actu volitum, quod ignoratum est. Consequenter autem se habet

* Ar. 1.

* Li. 3. Eth. c. 1. to. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Q uæstionem septimam.*

CIrca totã septimam quæst. de circũstãtiis, nihil occurrit hoc in loco dubitandum: quoniam discussio harum circũstãtiarum in speciali, puta de persona, modo, tempore, & loco sacris, ad posteriores spectat tractatus. Summarie tñ scito, ꝙ circunstãtia temporis sacri est aggrauans peccatum, non tñ apponens speciem sacrilegii, nisi fiat in contemptum tẽporis sacri. Circunstantia vero sacri loci, quãmuis ola aggrauet peccata p accidens, illa tamen sola ad sacrilegii speciem trahit, quæ sanctitati loci directe opponuntur, aut annexæ immunitati, vt effusionis sanguinis, vel seminis humani, quæ impediunt exhibendum ibidem diutinum cultũ, ad quem directe sanctificatur locus: & violentæ extractiões, quæ immunitati cõtrariantur, & his similia. Personæ quoque circunstantia non transfert in aliã speciem, nisi peccatum voto, vel statui eius directe aduersetur: vt si religiosus fornicet, in sacrilegium transit: si autem blasphemat, solius blasphemiæ reus est, sicut alius blasphemans. Quid autẽ i. effectꝰ, quãdo est prẽuisum & volitum, trahit in ipsius speciem: vt si mulier pergens ad ecclesiam, scit se ibidẽ adamandam, & hoc vult, quãmuis non propterea vadat, sed pp audiendam Missam, actus ille ex illo effectu mali speciem trahit. Circa Quid, idest, cõditiones obiecti, vt magnum, & paruum in re oblata, & Quomodo: ꝙ is actus multum aggrauet, in aliam tamen speciem transferre actus non video. Cur, demum manifeste dat aliam actui speciẽ: & si prędictis adiunxeris, ꝙ circunstantiæ necessario cognoscendæ à spirituali iudice, sũt transferentes in aliã speciem, & cum hoc aggrauantes in infinitum, idest, addentes secundũ se rõnẽ pẽti mortalis, scies quæ sunt circunstantię necessarię, & ꝙ non. Sed cauẽ ne illas, quę multum grauant, totali silentio pertereas: & maxime circunstãtiã, Quid, quæ inter principales in 4. artic. computat. Magni enim refert abstulisse centũ, & abstulisse centum cum dãno inde pauperis, & pupillorũ, puellarum nubiliũ, & huiusmodi, quæ spectant ad circunstantiã, Quid. Illud autem hic notato, ꝙ inter circunstantias, nec Arist. nec Tullius, nec diuus Tho. computauit, Quoties. Et ratio est, quia circunstantiæ, vt in 1. dicitur articu. circa eundem sunt actum: numerus autem operationum non circunstat vnam & eandẽ operationem: sed addit aliã, & aliam operationem. Nõ enim secũdum furtum est circunstantia primi, aut econuerso: nec tertium secundi, & sic deinceps. Ex quo sequitur, quòd quia non minus tenetur quis confiteri de secũdo peccato, quàm de primo, & non minus de centesimo, ꝙ de quocunque alio: ꝙ non sufficit dicere, ꝙ pluries furatꝰ est, sed oportet explicare quoties furatus est, si numeri memineris: & si non meminit, exprimere debet q̃ frequenter, sic, vt verisimilis numerus habeatur. Scito quoque demum, ꝙ id, quod de fine specificãte, & adiuncto distinguit̃ in responsione ad 3. in arti. 3. explanabitur inferius in q. 18. ar. 4. vbi inchoare videtur. opposita doctrina.



corpora

bet ignorantia ad voluntatem, inquantum ipsa ignorantia est uoluntaria: & hoc contingit dupliciter, secũdum duos modos uoluntarij supra positos. Vno modo, quia actus voluntatis fertur in ignorantiam: sicut cum aliquis ignorare vult, vel ut excusationem peccati habeat, uel ut non retrahatur a peccando, secundum illud Iob. 21. Scientiam uiarum tuarum nolumus. & hæc dicitur ignorãtia affectata. Alio modo dicitur ignorantia uoluntaria eius, quod quis potest scire, & debet. sic enim non agere, & non uelle, uoluntarium dicitur, ut supra dictum est. *Hoc igitur modo dicitur ignorantia, siue cum aliquis actu non considerat, quod considerare potest, & debet, quæ est ignorantia malæ electionis uel ex passione, uel ex habitu prouemiens: siue cum aliquis notitiam quam debet habere, non curat acquirere. Et secundum hunc modum ignorantia uniuersalium iuris, quæ quis scire tenetur, uoluntaria dicitur, quasi per negligentiam proueniẽs. Cum autem ipsa ignorantia sit uoluntaria aliquo istorum modorum, non potest causare simpliciter inuoluntarium: causat tamen secundum quid inuoluntarium, inquantum precedit motum uolũtatis ad aliquid agendum, qui nõ esset scientia præsente. Antecedenter autem se habet ad uoluntatem ignorantia, quando non est uoluntaria, & tamen est causa uolendi quod alias non uellet. sicut cum aliquis homo ignorat aliquam circunstantiam actus, quam non tenebatur scire, & ex hoc aliquid agit, quod nõ faceret, si sciret. puta, cum aliquis diligentia adhibita nesciens aliquem transire per uiam, proijcit sagittam, qua interficit transeuntem: & talis ignorantia causat inuoluntarium simpliciter. Et per hoc patet respõsio ad obiecta. Nam prima ratio procedit de ignorantia eorum, quæ quis tenetur scire: secunda autem de ignorantia electionis, quæ quodammodo est uoluntaria, ut dictum est: *tertia uero de ignorantia, quæ concomitanter se habet ad uoluntatem.

Articu. 3. ad 1.

Articu. 3.

In corp. arti.

Infra art. 3. cor. & q. 18 arti. 3. & 4.

QVAESTIO VII.

De circunstantijs humanorum actuum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de circunstantijs humanorum actuum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Quid sit circunstantia.
¶ Secundo, Vtrum circũstantiæ sint circa humanos actus attendendæ a Theologo.
¶ Tertio, Quot sunt circunstãtiæ.
¶ Quarto, Quæ sunt in eis principaliores.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum circunstantia sit accidens actus humani.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd circunstantia non sit accidens actus humani. Dicit enim Tullius i rethoricis, quòd circunstantia est, p quam argumentationi authoritatem, & firmamentum adiungit oratio: sed oratio dat firmamentum argumentationi, præcipue ab his quę sunt subiecta rei, ut diffinitio, genus, & spẽs, & alia huiusmodi, a quibus etiam *Tullius Oratorem argumentari docet, ergo circunstantia non est accidens humani actus.

¶ 2 Præt. Accidentis proprium est inesse: quod autem circũstat, non inest, sed magis est extra. ergo circunstantiæ non sunt accidentia humanorum actuum.

¶ 3 Præt. Accidentis non est accidens: sed ipsi humani actus sunt quædam accidentia. non ergo circunstantiæ sunt accidentia actuum.

SED CONTRA. Particulares conditiões cuiusliber rei singularis, dicuntur accidentia indiuiduantia ipsam: sed Philosophus in 3. *Ethico. circunstantias nominat particularia, idest, particulares singulorum actuum conditiones. ergo circunstantiæ sunt accidentia indiuidualia humanorum actuum.

RESPON. Dicendum, quòd quia nomina, secundum *Philosophum, sunt signa intellectuum, necesse est quòd secundum processum intellectiuæ cognitionis, sit etiam nominationis processus. Procedit autem nostra cognitio intellectualis, a notioribus ad minus nota: & ideo apud nos, a notioribus nomina transferuntur ad significandum res minus notas. & inde est, quòd sicut dicitur in 10.* Metaphysico. ab his, quæ sunt secundum locum, processit nomen distantiæ ad omnia contraria. & similiter nominibus pertinentibus ad motum localem utimur ad significandum alios motus, eo quòd

in solut. præced.

lib. 2. c. 24 lib. 5. cap. 2

corpora, quæ loco circunscribuntur, sunt maxime nobis nota: & inde est quòd nomen circunstãtiæ ab his quæ in loco sunt, deriuatur ad actus humanos. Dicitur autem in localibus aliquid circunstare, quod est quidem extrinsecũ a re, tamen attingit ipsam, vel appropinquat ei secundum locum. Et ideo quæcunque conditiones sunt extra substantiam actus, & tñ attingunt aliquo modo actũ humanũ, circunstantiæ dicuntur: quod aũt est extra substantiam rei, ad rem ipsam pertinens, accidens eius dicitur. vnde circunstantiæ actuum humanorum, accidẽtia eorum dicenda sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ oratio quidem dat firmamentum argumentationi, primo ex substantia actus, secundario vero ex his quæ circũstant actũ. Sicut primo accusabilis reddit aliquis ex hoc, quòd homicidium fecit: secũdario vero ex hoc, quod dolo fecit, vel propter lucrum, vel in tempore, vel in loco sacro, aut aliquid aliud huiusmodi: & ideo signanter dicit, quòd per circunstantiam oratio argumentationi firmamentum adiungit, quasi secundario.

AD 2um dicendum, quòd aliquid dicitur accidens alicuius dupliciter. Vno modo, quia inest ei: sicut albũ dr accidens Sortis. Alio modo, quia est simul cum eo in eodem subiecto: sicut dicitur, quòd album accidit musico, inquantum conueniunt, & quodammodo se contingunt in vno subiecto. & per hunc modũ dicuntur circunstantiæ accidentia actuum.

AD 3um dicendum, ꝙ sicut *dictum est, accidens dicitur accidenti accidere propter conuenientiam in subiecto: sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, secundum quod duo accidentia comparãtur ad vnum subiectum absq; aliquo ordine, sicut album & musicum ad Sortem. Alio modo, cum aliquo ordine, puta quia subiectũ recipit vnum accidens alio mediante: sicut corpus recipit colorem mediante superficie. & sic vnum accidẽs dicitur etiam alteri inesse: dicimus enim colorem esse in superficie. Vtroq; autem modo circunstantiæ se habent ad actus: nam aliquæ circunstantiæ ordinatæ ad actum, pertinent ad agentem nõ mediante actu, puta locus, & cõditio personę: aliquæ vero mediante ipso actu, sicut modus agendi.

ARTICVLVS II.

Vtrum circunstantiæ humanorum actuum sint considerandæ a Theologo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd circunstantiæ humanorum actuũ non sint considerandæ a Theologo. Non. n. considerantur a Theologo actus humani, nisi secundum quod sunt aliquales, idest, boni, vel mali: sed circunstantiæ non videntur posse facere actus aliquales, quia nihil qualificat, formaliter loquendo, ab eo quod est extra ipsum, sed ab eo quod in ipso est. ergo circunstantiæ actuũ non sunt a Theologo considerandæ.

¶ 2 Præt. Circunstantiæ sunt accidentia actuum: sed vni infinita accidunt. & ideo, vt dicitur in 6.* Meta. nulla ars, vel scientia est circa ens per accidens, nisi sola sophistica. ergo Theologus non habet considerare circunstantias humanorum actuum.

¶ 3 Præt. Circunstãtiarũ cõsideratio pertinet ad Rhetoré: rhetorica aũt non est pars theologiæ. ergo consideratio circunstantiarũ non pertinet ad Theologũ.

SED CONTRA. Ignorantia circunstantiarum causat inuoluntariũ, vt* Dama. & Greg. Nicenus dicunt: sed inuoluntarium excusat a culpa, cuius cõsideratio pertinet ad Theologum. ergo & consideratio circunstantiarum ad Theologum pertinet.

RESPON. Dicendum, quòd circunstantiæ pertinent ad considerationẽ Theologi triplici ratione. Primo quidem, quia Theologus considerat actus humanos, secundum quod per eos homo ad beatitudinem ordinatur. Omne aũt quod ordinatur ad finem, oportet esse proportionatum fini: actus aũt proportionatur fini secundum commensurationem quandã, quæ fit per debitas circunstantias: vnde consideratio circunstantiarũ ad Theologum pertinet. Secundo, quia Theologus considerat actus humanos, secundum qd in eis inuenitur bonũ & malum, melius & peius, & hoc diuersificatur secundum circunstantias, vt* infra patebit. Tertio, quia Theologus considerat actus humanos, secũdum qd sunt meritorij, vel demeritorij, quod conuenit actibus humanis, ad quod requiritur ꝙ sint volũtarij. Actus aũt humanus iudicatur voluntarius, vel inuoluntarius, secũdum cognitionem, vel ignorantiam circunstantiarũ, vt* dictum est: & ideo cõsideratio circunstantiarum pertinet ad Theologũ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ bonũ ordinatũ ad finem, dicitur vtile, qd importat relationẽ quãdã, vnde Philosophus dicit in 1.* Ethic. qd in ad aliquid bonum est vtile: in his aũt quæ ad aliquid dicuntur, denominatur aliquid non solum ab eo qd inest, sed ẽt ab eo quod extrinsecus adiacet, vt patet in dextro & sinistro, æquali & inæquali, & similibus: & ideo cum bonitas actuum sit inquantum sunt vtiles ad finem, nihil prohibet eos bonos, vel malos dici secundum proportionem ad aliqua, quæ exterius adiacent.

AD 2um dicendum, quòd accidentia, quæ omnino per accidens se habẽt, relinquuntur ab omni arte pp eorum incertitudinem & infinitatem: sed talia accidentia non habent rationem circunstantiæ, quia, vt *dictum est, sic circunstantiæ sunt extra actum, quòd tamen actum aliquo modo contingunt ordinatæ ad ipsum: accidentia autem per se cadunt sub arte.

AD 3um dicendum, quòd consideratio circunstantiarum pertinet ad Moralẽ, & Politicum, & ad Rhetorem. Ad Moralem quidẽ, prout secundum eas inuenitur, vel prętermittitur mediũ virtutis in humanis actibus, & passionibus: ad Politicũ autẽ & Rhetorem, secundum quod ex circunstantijs actus reduntur laudabiles, vel vituperabiles: excusabiles, vel accusabiles, diuersimode tamen. Nam quod Rhetor persuadet, Politicus diiudicat. Ad Theologum autẽ, cui omnes aliæ artes deseruiunt, pertinent omnibus modis prædictis: nam ipse habet considerationes de actibus virtuosis, & vitiosis cũ morali: & considerat actus, secũdum quod merentur pœnam, vel præmiũ, cum Rhetore & Politico.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter enumerentur circunstantiæ in tertio Ethicorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter circunstãtiæ numerentur in 3.* Eth. Circunstantia. n. actus dicitur, ꝙ exterius se habet ad actum: huiusmodi autem sunt tempus & locus. ergo solæ duæ sunt circunstantiæ, scilicet Quando, & Vbi.

¶ 2 Præt. Ex circunstãtijs accipitur quid bene, vel male fiat: sed hoc pertinet ad modum actus. ergo oẽs circunstan-

tex. 4. to. 3.

4. dist. 16. q. 3. art. 1. q. 1 ad 1. & q. 2 cor.

art. 1. huius quæst.

4. dist. 16. q. 3. ar. 1. q. 2. & 3. Et ma. q. 2. artic. 6. cor. ler. 3. Eth. le. 3. fi.

cap. 1. to. 3.

cunſtãtiæ includuntur ſub vna, quæ eſt modus agẽdi. F

¶ 3 Præt. Circunſtantiæ non ſunt de ſubſtãtia actus: ſed ad ſubſtantiam actus pertinere videntur cauſæ ipſius actus. ergo nulla circunſtãtia debet ſumi ex ſubſtantia ipſius actus. Sic ergo neque quis, neque propter quid, neque circa quid, ſunt circunſtantiæ. nam quis, pertinet ad cauſam efficiẽtem: propter quid, ad finalem: circa quid, ad materialem.

SED CONTRA eſt authoritas Philoſophi in 3. *Ethicorum.

*cap.1.poſt medium to mo.5.

RESPON. Dicendum, ꝙ Tullius in ſua Rhetorica aſſignat ſeptem circunſtantias, quæ hoc verſu continẽtur. Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quo, quã. Conſiderandũ eſt.n.in actibus, quis fecit, quibus auxilijs, vel inſtrumẽtis fecerit, quid fecerit, vbi fecerit, cur fecerit, quomodo fecerit, & quã fecerit. Sed Ariſt. in 3.* Eth. addit aliã. ſ. circa quid, quæ a Tullio comprehẽditur ſub quid. Et ratio huius annumerationis ſic accipi poteſt: nam circunſtantia dicitur, quaſi extra ſubſtantiam actus exiſtens; ita tamen ꝙ aliquo modo attingit ipſum. contingit autem hoc fieri tripliciter. Vno modo, inquantũ attingit ipſum actũ. Alio modo, inquantum attingit cauſam actus. Tertio modo, inquantũ attingit effectum. Ipſum aũt actũ attingit vel per modũ menſuræ, ſicut tempus & locus: vel per modum qualitatis actus, ſicut modus agendi. Ex parte aũt effectus, vt cũ conſideratur quid aliquis fecerit: ex parte vero cauſæ actus, quãtum ad cauſam ſimalem, accipitur pp quid: ex parte aũt cauſæ materialis, ſiue obiecti, accipit circa quid: ex parte vero cauſæ agẽtis principalis, accipitur quis egerit: ex parte vero cauſæ agẽtis inſtrumẽtalis, accipit quibus auxilijs.

*cap.1.poſt medium to mo.5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ tempus & locus circunſtant actum per modum menſuræ: ſed alia circunſtant actum, inquantum attingũt ipſum quocunque alio modo, extra ſubſtantiam eius exiſtentes.

AD 2m dicendum, quòd iſte modus, qui eſt bene vel male, non ponitur circunſtantia, ſed conſequens ad omnes circunſtantias: ſed ſpecialis circunſtantia ponitur modus, qui pertinet ad qualitatem actus. puta, quòd aliquis ambulet velociter, vel tarde: & quòd aliquis percutiat fortiter, vel remiſſe. & ſic de alijs.

AD 3m dicendũ, quòd illa conditio cauſæ, ex qua ſubſtantia actus dependet, non dicitur circunſtantia, ſed aliqua conditio adiuncta: ſicut in obiecto non dicitur circunſtantia furti, ꝙ ſit alienum (hoc enim pertinet ad ſubſtantiã furti) ſed quòd ſit magnũ vel paruum. et ſimiliter eſt de alijs circunſtantijs, quæ accipiuntur ex parte aliarum cauſarum. Non enim finis qui dat ſpeciem actus, eſt circunſtantia, ſed aliquis finis adiunctus: ſicut quòd fortis fortiter agat propter G bonum fortitudinis, non eſt circunſtantia: ſed ſi fortiter agat propter liberationem ciuitatis, vel populi Chriſtiani, vel aliquid huiuſmodi. Intelligitur etiam ex parte eius, quod eſt quid. Nã quòd aliquis perfundens aliquem aqua, abluat ipſum, non eſt circunſtantia ablutionis: ſed quòd abluendo infrigidet, vel calefaciat, & ſanet, vel noceat, hoc eſt circunſtantia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſint principales circumſtãtiæ, propter quid, & ea in quibus eſt operatio.

4.diſt.16.q. 3.art.2.q.2.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non ſint principales circunſtantiæ, propter quid, & ea in quibus eſt operatio, vt dicitur in 3. *Ethi. Ea.n. in quibus eſt operatio, videtur eſſe locus & tempus, quæ non videntur eſſe principalia inter circũſtãtias, cũ ſint maxime extrinſeca ab actu. Ea ergo in quibus eſt operatio, nõ ſunt principaliſſimæ circunſtantiarũ. ¶ 2 Præt. Finis eſt extrinſecus rei. non ergo videtur eſſe principaliſſima circunſtantiarum. & diſt.

¶ 3 Præt. Principaliſſimum in vnoquoque, eſt cauſa eius & forma: ſed cauſa ipſius actus eſt perſona agẽs, forma autem actus eſt modus ipſius. ergo iſtę duæ circunſtantiæ videntur eſſe principaliſſimæ.

SED CONTRA eſt quod * Greg. Nicenus dicit, quòd principaliſſimæ circunſtantiæ ſunt, cuius gratia H agitur, & quid eſt quod agitur.

*[illegible] 2.diſt.

RESPON. Dicendũ, ꝙ actus proprie dicuntur humani, ſicut* ſupra dictũ eſt, prout ſunt voluntarij: voluntatis aũt motiuũ & obiectũ eſt finis. & ideo principaliſſima eſt omniũ circunſtãtiarũ illa, quæ attingit actũ ex parte finis. ſ. Cuius gratia, ſecũdaria vero quæ attingit ipſam ſubſtantiã actus, id eſt, Quid fecit: aliæ vero circunſtãtiæ ſunt magis, vel minus principales, ſecundũ qd magis, vel minus ad has appropinquant.

*ꝙ

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ per ea, in quibus eſt operatio, Philoſophus nõ intelligit tẽpus & locũ, ſed ea quæ adiunguntur ipſi actui. vnde Greg. Nicenus quaſi exponens dictũ Philoſophi, loco eius qd Philoſophus dixit, in quibus eſt operatio, dicit, quid agiẽ. I

AD 2m dicendum, quòd finis etſi non ſit de ſubſtantia actus, eſt tamẽ cauſa actus principaliſſima, inquantum mouet agentem ad agendum. vnde & maxime actus moralis ſpeciem habet ex fine.

AD 3m dicendũ, ꝙ perſona agens, cauſa eſt actus ſm quod mouetur a fine, & ſecundũ hoc principaliter ordinatur ad actum: aliæ vero cõditiones perſonę non ita principaliter ordinãtur ad actum. Modus etiã non eſt ſubſtantialis forma actus: hoc enim attenditur in actu ſecundum obiectum, vel finem, & terminum: ſed eſt quaſi quædam qualitas accidentalis.

QVAESTIO VIII.

De uolũtate, quorum ſit ut uolitorum, in tres articulos diuiſa.

¶ *Super Q. præſtionem octauam.*

DEINDE conſiderandum eſt de ipſis actibus voluntarijs in ſpeciali. Et primo, de actibus qui ſunt immediate ipſius voluntatis, velut a voluntate eliciti. Scdo de actibus imperatis a voluntate: voluntas autem mouetur & in finem, & in ea quæ ſunt ad finem.

¶ Primo igitur conſiderandũ eſt de actibus voluntatis, quibus mouet in finẽ: & deinde de actibus eius, quibus mouetur in ea quę ſunt ad finẽ. Actus aũt volũtatis in finem videntur eſſe tres. ſ. velle, frui, & intendere. Primo ergo conſiderabimus de voluntate. Secundo, de fruitione. Tertio, de intentione.

¶ Circa primum cõſideranda ſunt tria. Primo quidem, quorũ voluntas ſit. Secundo, a quo moueatur. Tertio, quomodo moueatur.

CIrca introductionem quæſtionis octauę, quoniam ibi diſtinguit actus voluntatis in eos qui ſunt finis, & in eos qui ſunt eorum quæ ſunt ad finem: dubiũ occurrit, an detur in voluntate actus neuter. Scotus enim in primo ſent. diſtinct. 1. quæſt. 3. in 1. articu. tenet dari actum in voluntate tendentem in aliquid nec vt finem, nec vt ad finem: & probat ſic. Voluntati poteſt oſtendi aliquod bonum abſolute, non ſub ratione propter ſe, nec propter aliud boni. Et voluntas poteſt habere aliquem actum circa tale obiectũ non inordinatum, intellectu oſtendente qualiter illud volendum eſt. ergo

ergo non poteſt voluntas aſſentire illi nec propter ſe, nec propter aliud, ſed abſolute. Gregorius autem de Arimino, in primo ſententiarum, diſtin. 1. quæſt. 1. articulo primo, tenens oppoſitum, ſoluit hanc Scoti rationem, conceſſo aſſumpto, negando ſequelam. Licet, inquit, poſſit oſtendi voluntati bonum neutraliter, & voluntas poſſit circa illud habere actum, non poterit tamẽ habere actum neutralem, ſed neceſſario aut propter ſe, aut propter aliud. Mihi autẽ videtur, quòd ſecũdum rem non datur actus neuter: pie tamen interpretando ſuſtineri poſſet. ¶ Ad cuius euidentiam ſcito, quòd cũ inter contradictoria non ſit medium: & diſtinctio voliti penes ,ppter ſe, & propter aliud, ſit diſtinctio per contradictoria, volitum .n. propter ſe aut intelligitur poſitiue: & hoc eſt impoſſibile, quia ſicut nihil eſt a ſe poſitiue, ita nihil ẽ propter ſe poſitiue: aut intelligitur negatiue, id eſt, non pp aliud: & ſic habetur diſtinctio contradictoria. Nec obſtat ſi diceretur ex Scoto vbi ſupra ad quæſt. penultimã, quòd ad rationem finis nõ ſufficit eſſe volitum, nõ propter aliud negatiue: ſed oportet eſſe volitũ non propter aliud contrarie, hoc enim ſi verum eſt, in idem oportet redire, quia cum aliquid eſt volitũ nõ propter aliud negatiue, tunc affirmatur, quòd illud eſt volitũ, & negatur relatio ad aliud in illo vt volito. Cum vero dicitur, ꝙ aliquid eſt volitũ nõ propter aliud contrarie, affirmatur ꝙ illud eſt volitum, & negatur relatio ad aliud in illo vt volito: & ponitur fundamentum negatæ relationis ad aliud aliquid, repugnãs relationi ad aliud importatę in ly propter aliud. Sicut cũ dico, non album contrarie, pono fundamentum negatæ albedinis, aliquid repugnans albedini: fundamentum autem negatæ relationis ad aliud in fine volito, cum non ſit ex parte rei, nec apprehẽſionis apud Scotum, erit ex ipſo actu volitionis: ita ꝙ volitum ex hoc ipſo habet rationem voliti, non propter aliud contrarię: quia repugnat ſibi, vt ſic volito, amari propter aliud. Et ſi hoc quidẽ intelligatur quantum ad illum actum, bene dictum eſt, & in idem redit cum volito non propter aliud negatiue: quia quilibet actus volitionis cadens ſuper bono abſque reſolutione ad aliud, ex hoc ipſo ꝙ fertur in illud bonum vt terminum, nec tẽdit vltra, ponit in illo fundamentum relatæ negationis: ſicut in motu locali, ex hoc ipſo ꝙ motus vertitur aliquo loco medio, vt termino actualiter terminante motum illum, ex hoc ipſo habet rationem finis, & contrarii termini, reſpectu termini a quo, quãactum poſſibilem ſupervenire volũtati, ſtare illo, ſi ſtare poteſt, nis, ſtat ꝙ ametur etiam propter alium ſuperioris ordinis vt finem, vt patet in amore actuum ſpeculatiuorũ, qui amantur propter ſe vt fines: vt patet. 9. Meta. & in 1. Ethic. & amantur propter deum, vt ſupremum finem. Licet igitur negatio, & negatio contrarie plurimum differant: in hac tamen materia, vbi fundamentum poſitiuum idem eſt, ſe inferunt. Et quandocumque aliquid amatur, & non propter aliud, aliud propter ſe vt finis, & econuerſo amatur. In hoc enim finem conſtitui dicimus, in quo vltimus volitionis huius eſt terminus. Conſtat autem ꝙ quando aliquid amatur actualiter, & non propter aliud negatiue, ꝙ vltimus illius volitionis terminus, eſt illud volitum. in hoc ergo

Circa primũ quæruntur tria.

¶ Primo, Vtrum voluntas ſit tantum boni.

¶ Secũdo, Vtrum ſit tantum finis, an etiam eorũ quæ ſunt ad finẽ.

¶ Tertio, Si eſt aliquo modo eorum quæ ſunt ad finem, vtrum vno motu moueatur in finem, & in ea quæ ſunt ad finem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uoluntas ſit tantum boni.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd voluntas non tãtum ſit boni. Eadem enim eſt potẽtia oppoſitorum, ſicut uiſus albi, & nigri: ſed bonũ & malum ſunt oppoſita. ergo uoluntas non ſolum eſt boni, ſed etiam mali.

¶ 2 Præt. Potentiæ rationales ſe habent ad oppoſita perſequenda, ſecũdum * Philoſophum: ſed uoluntas eſt potentia rationalis. eſt enim in ratione, ut dicitur in 3. † de anima. ergo uolũtas ſe habet ad oppoſita. Non ergo tantum ad uolendum bonum, ſed etiam ad uolendũ malũ.

¶ 3 Præt. Bonum & ens conuertuntur: ſed uoluntas non ſolum eſt entium, ſed etiam non entium: uolumus enim quandoque non ambulare, & nõ loqui: uolumus etiam interdum quædam futura, quæ non ſunt entia in actu. ergo uoluntas non tantum eſt boni.

SED CONTRA eſt, quod * Dio. dicit. 4. c. de diuin. no. Quòd malum eſt præter uoluntatẽ, & quòd omnia bonum appetunt.

RESPON. Dicendum, quòd uoluntas eſt appetitus quidam rationalis: omnis autẽ appetitus non eſt niſi boni, cuius rario eſt: quia appetitus nihil aliud eſt, quàm quędã inclinatio appetẽtis in aliquid. Nihil autem inclinatur, niſi in aliquid ſimile & conueniens. Cum igitur omnis res, inquantum eſt ens, & ſubſtantia, ſit quoddam bonum, ne ceſſe eſt ut omnis inclinatio ſit in bonum. & inde eſt quòd Philoſophus dicit in 1.* Ethic. quòd bonũ eſt, quod omnia appetunt.

Sed conſiderandum eſt, quòd cum omnis inclinatio conſequatur aliquam formam, appetitus naturalis conſequitur formam in natura exiſtentem: appetitus autem ſenſitiuus, uel etiam itellectiuus, ſeu rationalis, qui dicitur uoluntas, ſequitur formam apprehenſam: ſicut omne bonum repræſentatum, aut ſecundum propriam bonitatẽ, aut ſecundum alienam, aut ſecundum vtranque repræſentari. & ſiquidem ſecundum propriam, repræſentatur vt propter ſe in actu exercito: hoc enim exercet ly; propter ſe. Quandocunque enim repræſentatur delectabile, & appetitur, non oportet quòd repræſentetur cum hac additione, quòd eſt propter ſe bonum, quod eſſet in actu ſignato: ſed ſufficit repræſentari ſecundũ propriam bonitatem delectabilitatis. & tũc repræſentatur, & appetitur propter ſe in actu exercito. Quandocunque vero repræſentatur ſecundum alienam bonitatẽ, repræſentatur vt propter aliud in actu exercito. Exercetur enim ly; propter aliud, per eſſe vtile, aut expediens &c. ad aliquid. Quando autem ſecundum vtrãq; bonitatem, vtrumque ſimul concurrit, vt cum repræſentatur aliquid vt bonum abſolute, puta vita, ſaluatio mercium, conſeruatio membri, delectatio &c. dico ꝙ repræſentatur vt bonum propter ſe in actu exercito, ſi eſt bonum honeſtum, aut delectabile: vel propter aliud, puta finem minus amatum, ſicut bonum vtile, ut ſaluatio mercium, quæ abſolute eſt volita, quia vtilis ad exteriora bona, minus tamẽ amata quàm uita, quæ orta tempeſtate eſt in periculo, & eodem modo appetitur ordinate. Propter ꝙ, ſi quis hic abſolute volita, quorum tũ oppoſita malumus, propter finem magis amatum dicat eſſe volita nec propter ſe, nec propter alia propter illam imperfectionem, & propterea dari actum neutrum in voluntate, ſententiam tenet, ſed linguam cohibeat. Simpliciter igitur negato dari in uolũtate actũ neutrum: & cum Diuo Thoma in litera, diſtinguito in actum reſpectu finis, aut propter finem.

*cap.4.par. 4. aliquãtulum ante fi nem.

lib.1.eth.in principio li. tom. 5.

¶ *Super Q. præſtionis octauæ Articulum primum.*

CIrca primum artic. octauæ quæſtio. diligenter aduerte duo. Primo, ꝙ ſermo tituli, & corporis articuli de uoluntate, eſt de actu voluntatis qui eſt velle. Hoc enim eſt inclinatio: hic eſt appetitus actualis, quo potentia appetitiua inclinatur in conueniens ſibi. hic ſequitur formam apprehenſam, vt ſic: hic eſt ſolũ reſpectu

Universidad de Deusto
Biblioteca

respectu boni, &c. Secundo nota, non minus in respõsione ad ter B tium, q̃ esse ens in ratione, contingit dupliciter. Primo per modũ conditionis: secundo per modum obiecti. Accipi vt ens in ratione, primo modo cõuenit omni ei qđ intelligitur: quoniam nihil actu intelligitur, nisi habeat hanc conditionem, scilicet, q̃ est in ratione seu intellectu, quicquid sit illud esse. Accipi autẽ vt ens in ratione secundo modo, conuenit ei quod sub alia qua entis ratione quasi vestitũ consideratur: sicut cum nõ admiscere se tumoribus, cõsideratur sub ratione securi: & nõ comedere, sub ratione sani: & se nõ peccaturum, sub ratione sancti. In hac responsione, hoc secundo modo sumitur esse ens i ratione: quoniam ex eo q̃ negationes, priuationes, & futura considerantur, sub aliqua entis & boni ratione appetuntur. Et ad hoc directe affertur authoritas Aristot. q̃ carere malo, sub boni rõne est. Notãter autem de priuationibus, negationibus & futuris, hoc dictum est: qm reliqua bona sub entis ratione sunt, non solum in ratione, sed in rerum natura, ac per hoc non sunt hac diminutiua denominatione cõtenta. Ista verò, quia in rerum natura non habent entis rationem, sed in ratione tantum, habente tamen fundamentum in re æquiocum: ideo entia in ratione dicta sunt, & boni in eis rationem sic saluari.

¶ *Super Quæstionis istius Articulum 2.*

IN articulo secundo eiusdẽ quæst. dubium occurrit de titulo, quid scilicet significẽt in hoc titulo, ly, voluntas. Si sumitur pro ipsa potẽtia volitiua, extra propositum est: vt patet ex principio quæstionis vt propositum est, quòd de actu voluntatis qui est velle, tractandum est. Si sumitur pro volitione, vt in respõsione ad primũ argumentum in primo arti. declarat littera, obstant secundũ argumentum & tertium, & argumentum in oppositũ, & distinctio posita in principio corporis articuli huius. hæc enim omnia de potentia qua volumus, loquuntur. Si sumitur vt pro vtraque, scilicet potentia & volitione, obstat æquiuocatio: voluntas enim æquiuocum est ad potentiam, & operationem.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ præsens titulus, sicut & præcedens, intelligitur de voluntate pro volitione: & q̃ tam argumentum secundũ quàm tertium, arguit contra hunc sensum, sed per locũ a fortiori. Si enim finis, & ea quæ sunt ad finem, exigunt diuersas potentias, sequitur q̃ exigunt diuersos actus, vt patet. Ratio autem in oppositum, & distinctio in corpore articuli allatæ sunt, & propter materiam rationabiliter, vt dictum est, tactam in prædictis duobus argumentis: & propter perfectionem doctrinæ, & propter proximitatem inter primum simplicemq; voluntatis actũ, scilicet velle, & potentiã volitiuam: propter quod communi nomine vocantur voluntas, non æquiuoce, sed per prius, & posterius. Et hæc eadem propinquitas fuit etiam, iudicio meo, ratio & secundi & tertii argumentorum. Consistit autem cognitio hæc in cõione obiecti, vt in littera dicitur, & nũc nũc declarabit.

¶ In corpore articuli eiusdem dubiũ occurrit de assignata communione obiecti respectu potẽtiæ, & actus eius simplicis: quæ scilicet est differẽtia inter obiectum potentiæ, & secundum se obiectũ potentiæ. Dicitur. n. in litera, q̃ propriũ obiectum simplicis actus potẽtiæ, est id quod est secundum se obiectum potentiæ: aut enim, ly, secũdum se, distinguitur contra secundũ accidens, aut cõtra, secundũ aliud. Quocunque autem modo sumatur, æquale, immo idẽ omnino erit proprium obiectum potẽtiæ, & proprium obiectum simplicis actus, quod est contra litteram volẽtem potentiam extendere se ad proprium obiectum actus, simplicis, & obiectum actus non simplicis. Probatur sequela: quia tam obiectum per accidens, quàm obiectum per aliud, extra formalem rationem per se obiecti potentiæ est.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̃ hic sumitur, secundum se, vt distinguitur contra per aliud, non quomodolibet, sed infra latitudinem perfectionis: ita q̃ secundũ se, sumitur propter se primum, & opponitur ei quod est per se secundo. Sicut dicimus, q̃ habere tactum conuenit animali per se primo: homini verò per aliud, ideſt, per se secundo, quia propter animal. Constat autem, quòd per se secundo, non egreditur latitudinem per se adæquati obiecti. Vnde in proposito, quia bonum in sua communitate est obiectum potentiæ volitiuæ, & bonum est commune ad bonum per se primo, id est finem, puta honestum vel delectabile, & ad bonum per se secundo, ideſt, id quod est ad finem, puta vtile obiectum simplicis actus huius potentiæ, infertur, q̃ est secundum se obiectum, ideſt, finis, qui solus amatur non propter aliud.

¶ Circa probationem excluſiuæ conclusionis in corpore eiusdẽ articuli, dubium occurrit duplex. Primo, quia medium contrariatur conclusioni. Est enim medium, Qđ ea quæ sunt ad finẽ, non sunt bona, vel volita nisi propter finem. Ex hoc arguitur sic, Actus qui fertur in ea quæ sunt ad finem secundum omnem rationem appetibilitatis eorum, non est negandus ferri in ea, quæ sunt ad finem: sed volitio est huiusmodi secundum literã, quia fertur in illa ratione finis: & illa non sunt appetibilia, nisi ratione finis. Secundum dubium est: quia si volitio fertur in ea quæ sunt ad finem, inquãtum in eis finem vult, volitio erit idẽ quod electio: quoniam electio, non est eorum quæ sunt ad finem, nisi propter

finem. Infirmus. n. non eligit potionem amaram, nisi sub ratione sani: & eodẽ modo vult eam idem, inquantum sani rationem sapit.

¶ Ad horum euidentiam scito, q̃ sicut, quantum ad propositum spectat, principia dupliciter se habet ad conclusionẽ, s. secundum habitudinem significatam per ly propter, & significatam per ly in: nam propter principia sciuntur conclusiones in demonstratione, & in conclusionibus euidẽter resolutis relucent, ac videntur principia, & primum quidem cõstitit in actu scientiæ, secundum verò in actu intellectus, qui est habitus principiorum: sic proportionabiliter finis dupliciter, scilicet secũdum prædictas duas habitudines se habet ad id, quod ẽ ad finem. Est enim propter quem appetitur quod est ad finem, & appetitur in ipso qđ est ad finem. Et primum quidem, scilicet appetere qđ est ad finem propter finem, ad electionem spectat: secundũ verò, scilicet appetere in eo quod est ad finẽ, ipsum finem, ad volitionem pertinet. Vnde appetere medicinam propter sanitatem, electionis est: appetere autẽ in oblata medicina sanitatem, simplicis volitionis est. Accidit autem hic actus volitionis, quando in eo qđ est ad finem, clare relucens desideratus finis offertur. Et ex eo patet respõsio ad dubia. Nam ad primũ dicitur, qđ recte negatur a volitione, q̃ sit circa ea quæ sunt ad finem: quia non fertur in ea eo modo quo sunt ad finẽ, sed simpliciter, vt est dictũ. Vnde ppositio illa maior. Actus q̃ fertur ſm oẽm rationẽ &c. eget additione. s. & omni modo, quo sunt appetibilia: & tunc falsa est minor. Ad ſm vero iam inchoatiue patet respõsio. Amplius autem patebit, cum de electione tractabitur.

D.613.

lib.2.phy. c.19. Et li. 7.ethi. c.8. medio. to no 2. & 5.

tex. 31. to. 2.

1020

igitur id, in quo tendit appetitus naturalis, est bonum existens in re: ita id, in quod tendit appetitus animalis, vel voluntarius, est bonum apprehensum. Ad hoc igitur quòd voluntas in aliquid tendat, non requiritur quòd sit bonum in rei veritate, sed quòd apprehendatur in ratione boni. & propter hoc Philosophus dicit in 2.* Physicor. q̃ finis est bonum, vel apparens bonũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eadem potentia est oppositorum, sed nõ eodem modo se habet ad vtrunque. Voluntas igitur se habet & ad bonum, & ad malum: sed ad bonum, appetẽdo ipsum: ad malum vero, fugiendo illud. Ipse ergo actualis appetitus boni vocatur voluntas, secundum quod nominat actum voluntatis. sic enim nunc loquimur de voluntate. Fuga autem mali, magis dicitur noluntas: vnde sicut voluntas est boni, ita noluntas est mali.

AD 2^m dicẽdum, quòd potentia rationalis non se habet ad quælibet oppolita prosequenda, sed ad ea, quæ sub suo obiecto conueniẽti continentur. Nam nulla potẽtia I prosequitur, nisi suum conueniens obiectum: obiectum autem voluntatis est bonum. Vnde ad illa oppositа prosequenda se habet volũtas, quæ sub bono comprehenduntur, sicut moueri & quiescere, loqui & tacere, & alia huiusmodi: in vtrũq; enim horum fertur voluntas sub ratione boni.

AD 3^m dicendum, quòd illud quod non est ens in rerum natura, accipitur ut ens in ratione. vnde negationes & priuationes, entia dicũ K tur rationis, per quem etiam modum futura, prout apprehenduntur, sunt entia. Inquantum igitur sunt huiusmodi entia, apprehendũ tur sub ratione boni, & sic volũtas in ea tendit. Vnde philosophus dicit in 5.* Ethic. quòd carere malo, habet rationem boni.

ARTICVLVS II.

Vtrum voluntas sit tantum finis, an etiam eorum quæ sunt ad finem.

AD secundũ sic proceditur. Videtur q̃ voluntas non sit eorum quæ sunt ad finem, sed tantum finis. Dicit enim Philosophus in 3.* Eth. quòd voluntas est finis: electio autẽ eorũ quæ sunt ad finẽ. H

¶ 2 Præt. Ad ea quæ sunt diuersa genere, diuersæ potentiæ animæ ordinantur, vt dicitur in 6.* Ethic. sed finis, & ea quæ sunt ad finem, sunt in diuerso genere boni. Nam finis qui est bonum honestum, uel delectabile, est in genere qualitatis, uel actionis, aut passionis: bonum autem quod dicitur vtile, quod est ad finem, est in ad aliquid, vt dicitur in primo* Ethic. ergo si voluntas est finis, non erit eorum quæ sunt ad finem.

¶ 3. Præt. Habitus proportionantur potentijs, cùm sint earum perfectiones: sed in habitibus, qui dicuntur artes operatiuæ, ad aliud pertinet finis, & ad aliud quod est ad finem. sicut ad gubernatorẽ pertinet usus nauis, qui est finis eius: ad nauifactiuam uero constructio nauis, quæ est propter finem. ergo cum uoluntas sit finis. non erit eorum quæ sunt ad finem.

SED CONTRA est, quia in reb^s naturalibus per eandem potentiã aliquid pertransit media, & pertun-

¶ *Super Quæstionis istius Articulum pertium.*

CIrca titulũ tertii articuli eiusdem 8.q. dubium occurrit, An. s. quæratur hic de ipsa volitione, aut vniuersaliter de actu volũtatis. Si de voluntate sola, vana est qõ. Nam in præcedenti artic. determinauit author, q̃ volitio est finis tm̃. Si. n. volitio non est eorum quæ sunt ad finem, frustra quærit de ipsis, an sit vna, vel plures respectu eorũ quæ sunt ad finem, & in finem. Si de omni actu voluntatis, extra limites, p positi est, q̃ hoc de volitione qõ est, & hoc quæsitum articulus huius quæstionis esse debet.

¶ Ad hoc breuiter dicitur dupliciter. Primo, q̃ volitio & habet rationem volitionis, & habet rationẽ motus voluntatis in finem. Et licet inquãtũ volitio est, excluſa sit ab his quæ sũt ad finem: inquãtum tm̃ est motus voluntatis in finẽ, non excluditur ab his quæ sunt ad finẽ: & propterea quæstium est hic, Vtrũ motus voluntatis in finem, sit cõe volitioni, & pluribus aliis actibus voluntatis, q̃a tm̃ volitio est primus motus voluntatis in finem, idcirco quæstio de eodẽ, vel diuersa in motu voluntatis in finem, ad quæstionẽ de primo motu spectat. Secundo (& quasi in idem redit) dicit, q̃ quia præsens articulus nõ ẽ de aliquo vno actu, sed de veritate, vel pluralitate actuũ respectu horum obiectorum: s. finis, & eius quod est ad finem, merito locutus est in qõne de primo actu, cuius propriũ obiectum est finis, & potentiam primo dicit ad finem.

¶ Circa doctrinã huius tertii articuli, p quãto dicitur, q̃ quãto volũtas mouetur in id quod est ad finem inquan-

Infra q.12. ar.4. cor. & 3.di.14.ar. 2. q.4. cor. Et veri.q.2 art.14 cor. & ad 3. * lib. 3. topic.c.2. parum a prin. tom. 1.

A quẽdã determinationes potentiarum ad aliquos speciales actus: & tũ quælibet ars operatiua considerat, & finẽ, & id qđ est ad finẽ. Nã ars gubernatoris cõsiderat quidẽ finem, vt quẽ operatur: id autẽ qđ est ad finẽ, vt qđ imperat. Econtra vero, nauificatiua considerat id qđ est ad finẽ, vt qđ operatur: id vero qđ est finis, vt ad qđ ordinat id qđ operatur. Et iterum in vnaquaq; arte operatiua, est & aliquis finis proprius, & aliquid qđ est ad finẽ, qđ proprie ad illã artem pertinet.

ARTICVLVS III.

Vtrum voluntas eodem actu moueatur in finem, & in id quod est ad finem.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur q̃ eodẽ actu voluntas feratur in finem, & in id qđ est ad finem: quia ſm Philosophum. Vbi est vnum pp alterum, ibi est vnum tm̃: sed voluntas non vult id qđ est ad finẽ, nisi pp finẽ. ergo eodem actu mouetur in vtrũ que.

¶ 2 Præt. Finis est ratio volendi ea quæ sunt ad finẽ, sicut lumẽ est rõ visionis colorum: sed eodẽ actu videtur lumen, & color. ergo idẽ est motus voluntatis, quo vult finẽ, & ea quæ sunt ad finem.

¶ 3 Præt. Idẽ numero motus naturalis est, qui per media tẽdit ad vltimũ: sed ea quæ sunt ad finẽ comparantur ad finẽ, sicut media ad vltimum. ergo idem motus voluntatis est, quo voluntas fertur in finem, & in ea quæ sunt ad finem.

SED CONTRA. Actus diuersificant ſm obiecta: sed diuersæ species boni sunt finis, & id qđ est ad finẽ, qđ dicitur vtile. ergo non eodẽ actu voluntas fertur in vtrũq;.

RESPON. Dicendum, q̃ cum finis sit ſm se volitus: id autẽ quod est ad finem, inquantum hmõi, nõ sit volitum nisi pp finem, manifestum est, q̃ voluntas potest ferri in E finem, inquãtum hmõi, sine hoc, q̃ feratur in ea quę sunt ad finem: sed in ea quæ sunt ad finẽ, inquantum hmõi, non potest ferri, nisi feratur in ipsum finem. Sic ergo voluntas in ipsum finẽ dupliciter fertur. s. vno mõ absolute ſm se: alio modo, sicut in ratione volendi ea, quæ sunt ad finem. Manifestum est ergo, q̃ vnus & idẽ motus voluntatis est, quo fertur in finẽ, ſm qđ est ratio volendi ea, quæ sunt ad finem, & in ipsa quæ sunt ad finem. Sed alius actus est, quo fertur in ipsum finem absolute, & qñq; præce

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquantum huiusmodi, mouetur quoq; necessario eodem motu in idē, occurrit dubium ex Gregorio de Arimino in primo sententiarum, dist. 1. q. 1. art. 2. Ex triplici siquidem capite arguit, & dicit oppositum. Primo ex eo, q̄ volitio finis est causa volitionis eius quod est ad finem. Idem enim nō est causa sui ipsius. Et confirmatur: quia cum dicitur, q̄ volo medicinam propter sanitatem, designatur q̄ volo medicinam p̄p volitam sanitatem. Et cōfirmatur: quia sicut conclusio nota est p̄p principia, ita id q̄ est ad finem, est volitum propter finem: sed ibi notitia est causa notitiæ, vt patet 1. Posterio. ergo hæc volitio sit a volitione. Secundo, ducendo ad inconueniens: quia sequeretur, q̄ appetens propter finem, semper actu appeteret finē, quod patet esse falsum, tū q̄a sunt multi fines subordinati, de quibus actualiter appetens nō cogitat: tum, q̄a actualis definē cogitatio desinit, vt in orante deū in principio i ipsum moto, deinde continuante orationē absque actuali cogitatione de Deo. Tertio, ducendo quoque ad inconueniens, q̄a sequeretur, q̄ idē act⁹ volūtatis esset simul volitio, & nolitio, vt patet cū quis odit pctūm p̄p deū. Si. n. est vn⁹ act⁹, erit simul velle deū vt finē, & nolle pctm, vt repugnās fini.

¶ Ad horum euidentiam, scito primo, q̄ finis, & id quod est ad finem, & similiter conclusio, & principium, dupliciter accipi possunt. Primo secundum se, & sic non sunt ad præsens propositum: nihil enim refert ad propositum, an inter se hæc se habeant vt causa & causatum, an econuerso. Alio ergo modo sumuntur vt volita, vel cognita a nobis. Et sic de eis est præsens sermo: & vertitur in dubium, an cum volitum est aliquid p̄p aliud vt finem, eadem numero volitio sit circa vtrumq; an sint duæ simul volitiones, quarum vna est rō alterius. Et simile est cum cognoscitur cōclusio p̄p principia, an. s. sint duæ cognitiones, quarum vna est causa alterius, an vna circa vtrāq;. Scito secūdo, q̄ iudicium de hac q̄one, oīno contrarium proferē ab his, qui hæc cōsiderāt per modum rerum naturalium, aliis censentibus esse oīno vnum motum, aliis oīno distinctos. Qui. n. examināt rem hāc per modum naturalis motus, & vident q̄ motus voluntatis in eo q̄ est ad finem, vt sic, habet pro vno & eodem termino vtrunq; diuersimode, quia id qđ est ad finē vt materiale, & finē vt formale, iudicāt cōsequenter, q̄ hic motus est oīno vnus, sicut visus coloris & luminis: & sic est in conclusione, & principio. Qui vero rē hāc per modum naturalium causārum examinant, & vident q̄ cōclusio non aliter cognoscitur p̄p principium, nisi quia cognoscitur per principium cognitū. Ois. n. doctrina & disciplina, ex præexistente fit cognitione: & sic q̄ id, qđ est ad finem, non amaturaliter p̄p finem, nisi quia amatur p̄p finem volitū. concludūt, attenta distinctione causæ & causati, oīmodā eorū distinctionem. D. aūt Thomas media via incessit, & posuit motum volūtatis in eo, qđ est ad finem p̄p finem, esse vnum quidem numero, pluralitatem vero formalem in eo. vidit. n. q̄ aīa nostra tripliciter se habet ad obiecta. s. habitualiter, actualiter, & virtualiter. Et q̄ inter motū volūtatis in aliquid habitualiter & actualiter, medius est motus voluntatis in illud virtualiter: & sic est in intellectu. Cum. n. habens charitatem, peccat venialiter, habitualiter quidem diligit deum, sed non actualiter, vt patet, nec virtualiter: quia pctū non est dirigibile in deum. Cum aūt habēs charitatem, ambulat, vel prædicat, & quicquid aliud non mali facit, q̄uis de deo non cogitet actualiter, actus tū ille non solum talis virtutis est, sed charitatis: & voluntas tunc virtualiter fertur in deū, & non solum habitualiter, quod cōuenit dormienti, & peccanti venialiter. Et sic vnicus actus numero volūtas fertur in p̄p finē, & in ipsum finē: & sic saluatur idētitas numeralis motus, & distinctio causārū quodāmodo, dum vnus est actus numerositate subiecti, & plures numerositate formæ. Et ex his facile iūditur

tas per finē deuenit ad volendum ea quæ sunt ad finem: sicut & intellectus deuenit in conclusiones per principia, quæ media dicūtur. Vnde intellect⁹ aliqñ intelligit medium, & ex eo non procedit ad cōclusionē: & similiter voluntas aliquando vult finem, & tū non procedit ad volendū id, qđ est ad finē. Ad illud vero quod in cōtrarium obiicitur, patet solutio per ea quæ *supra dicta sunt. Nam vtile & honestum, non sunt species boni ex æquo diuisæ, sed se habent sicut p̄ se, & p̄p alterū. vñ actus volūtatis in vnū p̄t ferri sine hoc, q̄ fertur in alterum, sed nō econuerso.

QVAESTIO IX.

De motiuo uoluntatis, in sex articulos diuisa.

EINDE cōsiderandum est de motiuo voluntatis.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum volūtas moueatur ab intellectu.

¶ Secundo, Vtrū moueatur ab appetitu sensitiuo.

¶ Tertio, Vtrum voluntas moueat seipsam.

¶ Quarto, Vtrū moueatur ab aliquo exteriori principio.

¶ Quinto, Vtrū moueatur a corpore cælesti.

¶ Sexto, Vtrū voluntas moueatur a solo Deo, sicut ab exterioti principio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrū uoluntas moueatur ab intellectu.

AD PRIMVM sic p̄cditur. Videtur q̄ voluntas nō moueat ab intellectū. Dicit. n.* Augu. super illud Psal. Cōcupiuit anima mea desiderare iustificatiōes tuas, Prēuolat intellectus, sequitur tardus, aut nullus esset⁹: scimus bonum, nec delectat agere. hoc aūt non esset, si voluntas ab intellectu

fra q. 17. 3. Et 1. qō 1. art. 4. Et ri. q. 14. 1. & 2. & 22. ar. 11. ima. q. 4. 2. cor. & 13. & q. cor. & ad 6. & 12. Psal. 118. rm. 8. nō ocul a fi- tom. 8. li. 2. tex. 54. to. 2.

moueretur: quia motus mobilis sequitur motionē mouentis. ergo intellectus non mouet volūtatem.

¶ 2 Præt. Intellectus se habet ad voluntatem, vt demonstrans appetibile, sicut imaginatio demonstrat appetibile appetitui sensitiuo: sed imaginatio demonstrans appetibile, nō mouet appetitum sensitiuū: immo quandoq; ita nos habemus ad ea quæ imaginamur, sicut ad ea quæ in pictura nobis ostenduntur. ex quibus non mouemur, ut dicitur in lib. de anima. ergo neq; ēt intellectus mouet voluntatem.

¶ 3 Præt. Idem respectu eiusdem non est mouens & motum: sed voluntas mouet intellectum, intelligimus. n. quando volumus. ergo intellectus non mouet voluntatē.

SED CONTRA est qđ, Philosophus dicit in 3. de aīa, qđ appetibile intellectū, est mouēs non motū: voluntas aūt est mouens motum.

tex. 54. to. 2.

SED RESPONDEO dicendum, q̄ ratio illa procedit secundum qđ voluntas fertur in finem, vt est ratio volendi ea quæ sunt ad finem.

AD 2^um dicendū, q̄ q̄ncunq; vī color, eodem actu vī⁹ lūmen: potest tñ videri lumen sine hoc, q̄ videatur color. Et similiter, q̄ncunq; quis vult ea quæ sunt ad finē, vult eodē actu finē: non tñ econuerso.

AD 3^um dicendum, q̄ in executione operis, ea quæ sunt ad finē, habent se vt media: & finis, vt terminus. Vnde sicut motus naturalis interdum sistit in medio, & nō pertingit ad terminum: ita q̄ncunque operatur aliquis id qđ est ad finē, & tñ nō consequitur finem: sed in volendo est ecōuersio. nam voluntas per finē deuenit ad volendum ea quæ sunt ad finem: sicut & intellectus deuenit in conclusiones per principia, quæ media dicūtur. Vnde intellect⁹ aliqñ intelligit medium, & ex eo non procedit ad cōclusionē: & similiter voluntas aliquando vult finem, & tñ non procedit ad volendū id, qđ est ad finē. Ad illud vero quod in cōtrarium obiicitur, patet solutio per ea quæ *supra dicta sunt. Nam vtile & honestum, non sunt species boni ex æquo diuisæ, sed se habent sicut p̄ se, & p̄p alterū. vñ actus volūtatis in vnū p̄t ferri sine hoc, q̄ fertur in alterum, sed nō econuerso.

¶ *Super Q uæstionis nonæ Articulum primum.*

CIrca articuli primi quæstionis nonæ corporis primā partem, dubium occurrit non dissimulandum, vbi author distinctionē ponit, q̄ dupliciter aliqua vis animæ est in potentia ad diuersa, vno modo quantum ad agere, vel nō agere: alio mō quantū ad agere hoc, vel illud. Et subdit, q̄ eget motore quātum ad duo, & q̄ alterū horum. s. primum, se tenet ex parte subiecti: secūdum vero ex parte obiecti. Est nāque hic dubiū, quia licet verum sit, & ex processu litteræ probetur, q̄ id quod est ī potētia ad illa duo, egeat motore quo ad duo, nō tū ē probatū, nec verū, quod egeat duobus motorib⁹, altero ex pte subiecti, altero ex parte obiecti: siquidē experientia, authoritate, & rōne hoc cōuincit. Experimur. n. q̄ aqua, q̄ est in potentia ad pati, & non pati, & ad pati hoc vel illud, puta raritatem, vel densitatem, eget motore a quo & patiatur, & patiatur hoc, puta raritatem. Ab eodem tñ agente, rarefactimo. s. vt trunq; habet. & simile est in aliis naturalibus. Arist. quoq; in 2. de anima, manifeste vult, q̄ sensitiui secunda mutatio fit ab obiecto. Et constat, q̄ secunda mutatio sensitiui est, qñ visus reducitur de potentia ad actū m Fm, in qua reductione visus & fit videns, & fit vidēs hoc, puta album obiectum. Non ergo visus eget duplici motore, altero ad hoc quod videat, & altero ad hoc q̄ videat album. Sufficienter demum rationem patet ex eo, q̄ potentia vnica vnicum ad æquatum actum respondentem vnico adæquato motori exigit, alioquin non esset inter hæc tria ad equatio. non ergo eget vna potentia duobus motoribus e regione diuersis, quales sunt ex parte obiecti, & ex parte subiecti.

¶ Ad hoc breuiter dicendum est, q̄ nihil dubiū procedit ex malo intellectu distinctionis factæ in litera. Ad cuius euidentiā scito, q̄ potentiæ sunt duplicis ordinis. Quædā sunt, quæ solo proprio actu exercētur: quædam vero, in quibus exercitium proprii actus distinguitur ab actu ipso. In primo ordine sunt omnes potentiæ naturales, & aiales, quatenus superiori imperio non subsunt. In secūdo ordine sunt omnes potentiæ, quibus vtimur cum volumus. Potentiæ primi ordinis ab eodem motore habent operari, & operari hoc. Potentiæ vero secundi ordinis ab alio motore habent vsum, & ab alio habēt actum specificum, quia vsus aliud est ab actu specificato. vnde distinctio posita in litera per ly exercitiū actus, intelligit vsum proprie dictum, qui est actus volūtatis, vt principii primi: aliarū vero potētiarū, vt exequētiū, ita q̄ litera, per esse in potentia ad agere, non intendit potentiam ad ipsum suum agere, & non agere Fm seipsa: sed potentiam ad agere, & non agere, Fm quod subsunt vsui. Potentia. n. visiua, vt ab vno exemplo discas omnes, ti referatur ad videre, & non videre vt sic, & videre hoc, puta album vel nigrum, ab eodem motore puta albo, reducitur & in actum videndi, & in actum videndi album. sit hoc est comparatæ potentiam ad suum actum, & obiectum Fm se. Si autem referatur ad videre, & videre albū, vt subsunt vsui, hic cum vsus sit actus potentiæ visiuæ non Fm se, sed vt exequentis voluntatem principiantem vsum, sic alio eget motore ad hoc, q̄ reducatur in actum vsus: & alio ad hoc, vt reducatur in actum ſ-æ propriæ speciei. Sit hic est sensus veritatis huius distinctionis, & litteræ, & intentus. Verus quidem, quia vt inferius patebit, V tijest actus voluntatis, vt imperantis: & reliquarū virtutum, vt exequentium. Et constat q̄ omnes potentiæ animæ applicantur a voluntate ad suos actus, quod nihil aliud est, q̄ exercitium actus, & vti, seu vsus illarum. Consonant omnia huic veritati quoniam obiectiones in oppositum nihil militant contra istū sensum. Prima. n. obiectio loquitur de potētiis primi ordinis. Secunda de potentiis relatis ad suos actus Fm se, non Fm qđ sub-

¶ *Super Q uæstionem nonam.*

CIrca titulum nonæ quæstionis, aduerte Nouitie, quōd quia idem est actus potentiæ, & id in quod potentia reducitur a suo motiuo, cum mouere nihil aliud sit, quām reducere de potētia ad actum: ideo ad præsentem tractatum de actibus voluntatis, spectat differere de motiuo uoluntatis, id est, potentiæ uolitiuæ: hoc enim nihil aliud est, quām differere de causa actūs ipsius uoluntatis. Rursus, quia nunc tractatur de primo actu uoluntatis, scilicet de uolitione: ideo nunc inuestiganda est causa actus uoluntatis, quod fit quærendo, a quo potentia uolitiua mouetur, id est, reducatur ad actum.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

lut extrinseca forma actus. vnde author cũ posuisset, ꝙ determinatio actꝰ ad hoc vel illud, se tenet ex parte obiecti, naturã obiecti non vt tale, vel tale est, sed absolute vt obiectum est contemplatus in ordine ad determinationẽ actus, vidit ꝙ non determinabat actũ vt efficiens, nec vt finis: quia nihil horum oĩ obiecto determinanti actũ conuenit: sed ad genus causæ formalis recurrendũ esset. hoc. n. & oĩ vere obiecto cõuenit, & ꝙ se conuenit illi. Dixi aũt vere obiecto, ꝓp multoꝝ loquendi vsum terminos obiecta secunda ria vocãtium: hæc enim non mouent, quia vere obiecta nõ sunt, sed termini potius operationum. Sicut natura leonis terminus est intellectionis diuinæ: & securitas rustici, regalis ꝙ uidentiæ.

¶ Circa efficaciam processus prætati positi in litera, dubium occurrit: quoniã aut non concludit, ꝙ intellectus mouet omnes vires animæ ex parte obiecti, quod est falsum. Cũ enim ex hac ratione nihil aliud explicite habeatur, nisi quod obiectum intellectus ex eo, ꝙ primũ principiũ formale, est primum determinatiuũ actuum ad speciem. Ex hoc autem aut sequitur ꝙ intellectus mouet cæteras potentias, iuxta illam maximam: Primum in vnoquoq; genere, est causa omniũ eorum quę sunt, posit autẽ si nõ subintelligitur hæc maxima, Voluntarie & absque nexu aliquo, ifertur. ergo intellectus ex hoc, ꝙ eius obiectum est primum principium formale, habet ꝙ moueat voluntatem: q̃nis enim hoc, scilicet intellectum mouere voluntatem ex parte obiecti, sit verum, & notum, quia præsentat ei obiectum: non tamẽ est notum quòd hoc habet ex hoc, quòd eius, scilicet, intellectus obiectum est primum formale, in quo tamen consistit tota vis rationis literæ.

¶ Ad euidentiam huius dubitationis, scito, quòd author primas radices attingens vtriusque motionis propositæ in litera, scilicet ex parte subiecti, & ex parte obiecti, quemadmodũ primum agẽs in tota anima, ꝛe per hoc mouẽs ad vsum actus, intulit esse voluntatem: quia ad eã spectat primum principiũ finale (vt clare patet in litera) ira modo primum mouens inter partes animæ ad specificationem actus, infert esse intellectum ex eo, quòd ad ipsum spectat primum principium formale: & si quidem ex parte obiectorum tantum discussio esset, par esset vtrobique iudicium, scilicet, quòd quemadmodum primum principium finale est ratio

* q.1.art.2.

* Text. 25. tom.2.

Respon. Dicẽdum, ꝙ intãtũ aliquid indiget moueri ab aliquo, in quantum est in potentia ad plura. Oportet. n. vt id quod est in potentia, reducatur in actum ꝑ aliquid, quod est actu, & hoc est mouere. Dupliciter autẽ aliqua vis animę inuenitur esse in potentia ad diuersa. Vno modo, quantum ad agere, vel non agere. Alio mõ, quantum ad agere hoc, vel illud: sicut visus quandoq; videt actu, & quandoq; non videt: & q̃nque videt album, & q̃nque videt nigrum. Indiget igitur mouente quantum ad duo. s. quantum ad exercitium, vel vsum actus: & quãtum ad determinationem actus, quorum primum est ex parte subiecti, qd quandoque inuenitur agens, quandoq; non agens. Aliud aũt est ex parte obiecti, secũdum qd̃ specificatur actus: motio aũt ipsius subiecti est ex agente aliquo. Et cum oẽ agens agat ꝑp finẽ, vt * supra ostẽsum est, principium huius motionis est ex fine. Et inde est ꝙ ars, ad quã pertinet finis, mouet suo imperio artem, ad quã ptinet id quod est ad finem: sicut gubernatoria ars impat nauifactiuæ, vt in 2.° Phy. df. Bonum autem in cõmuni, quod habet rationem finis, est obiectũ voluntatis: & ideo ex hac parte voluntas mouet alias potentias animæ ad suos actus. Vtimur enim alijs potẽtijs cum volumus: nã fines & perfectiones omnium aliarum potentiarum cõprehenduntur sub obiecto voluntatis, sicut quædam particularia bona. Semper aũt ars, vel potentia, ad quam ptinet finis vniuersalis, mouet ad agendum artẽ, vel potentiã, ad quã ptinet finis particularis sub illo vniuersali comprehẽsus: sicut dux exercitus, qui intendit bonum cõe. s. ordinẽ totius exercitus, mouet suo imperio aliquem ex tribunis, ꝙ intẽdit ordinem vnius aciei. Sed obiectũ mouet determinando actum ad modum principij formalis, a quo in reb⁹ naturalibus actio specificat, sicut calefactio a calore. Primũ aũt principium formale, est ens & verum vniuersale, quod est [d] obiectũ intellectus: & iõ isto mõ motionis intellectus mouet voluntatẽ, sicut præsentãs ei obiectũ suũ.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ ex illa authoritate non habetur, quòd intellectus non moueat: sed quòd non moueat ex necessitate.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ sicut imaginatio formæ sine æstimatione cõuenientis vel nociui, nõ mouet appetitum sensitiuum, ita nec apprehensio veri sine ratione boni & appetibilis. vnde intellectus speculatiuus nõ mouet, sed intellectus practicus, vt dicitur in 3.° de anima.

Ad 3ᵐ dicendũ, ꝙ voluntas mouet intellectum quantum ad exercitium actus: quia & ipsum verũ, qd est perfectio intellectus, continet sub vniuersali bono, vt quoddam bonũ particulare. Sed quantũ ad determinationẽ actus, quę ẽ ex parte obiecti, intellectꝰ mouet voluntatẽ: quia & ipsum bonum apprehenditur sm quandã specialem rõnem comprehẽsam sub vñ rõne veri. & sic patet quòd nõ est idem mouẽs & motum, secundum idẽ.

Articvlvs II.

Vtrum uoluntas moueatur ab appetitu sensitiuo.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ voluntas ab appetitu sensitiuo moueri non possit. Mouens. n. & agens est præstantius patiente, vt † August. dicit 12. super Gene. ad literam: sed appetitus sensitiuus est inferior voluntate, quæ est appetitus intellectiuus, sicut sensus est inferior intellectu. ergo appetitus sensitiuus non mouet intellectum.

¶ 2 Præt. Nulla virtus particularis potest facere effectum vniuersalẽ: sed appetitus sensitiuus est uirtus particularis, consequitur enim particularem sensus apprehensionem. ergo non potest causare motum uoluntatis qui est uniuersalis, uelut consequens apprehensionem uniuersalem intellectus.

¶ 3 Præterea. Vt probatur in 8.° Physic. Mouens non mouetur ab eo quod mouet, ut sit motio reciproca: sed uoluntas mouet appetitum sensitiuum, inquantum appetitus sensitiuus obedit rationi. ergo appetitus sensitiuus non mouet uoluntatem.

Sed contra est, quod dicitur Iacobi 3. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus, non autem abstraheretur quis a concupiscentia, nisi uoluntas eius moueretur ab appetitu sensitiuo, in quo appetitu est concupiscentia. ergo appetitus sensitiuus mouet uoluntatem.

Respon. Dicendum, quòd, sicut * supra dictum est, id quod apprehenditur sub ratione boni & conuenientis, mouet uoluntatem per modum obiecti. Quòd autem aliquid uideatur bonum & conueniens, ex duobus contingit, scilicet ex conditione eius quod proponitur, & ei⁹ cui proponitur: cõueniens enim secundum relationem dicitur, unde ex utroque extremorum dependet. Et inde est ꝙ iustus diuersimode dispositus, non eodẽ módo accipit aliquid ut conueniens, & ut nõ conueniens. Vnde, ut Philosophus dicit in 3.° Ethic. Qualis unusquisque est, talis finis uidetur ei. Manifestum est autem, quòd secundum passionem appetitus sensitiui immutatur homo ad aliquam dispositionem. unde secundum quod homo est in passione aliqua, uidetur sibi aliquid conueniens, quod non uidetur ei extra passionem existenti: sicut irato uidetur bonũ, quod non uidetur quieto. & per hunc modum ex parte obiecti, appetitus sensitiuus mouet uoluntatem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd nihil prohibet id, quod est simpliciter & secundum se præstantius, quo ad aliquid esse debilius. Voluntas igitur simpliciter præstantior est, quàm appetitus sensitiuus: sed quo ad istũ, in quo passio dominatur, inquantum subiacet passioni, præeminet appetitus sensitiuus.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd actus, & electiones hominum sunt circa singularia. Vnde ex hoc ipso quòd appetitus sensitiuus est uirtus particularis, habet magnam uirtutem ad hoc, quòd per ipsum sic disponatur homo, ut ei aliquid uideat sic, uel aliter, circa singularia.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 1.° Polit. Ratio, in qua est uoluntas, mouet suo imperio irascibilem, & concupiscibilem: non quidem despotico principatu, sicut mouetur seruus a domino: sed principatu regali, seu politico, sicut liberi homines reguntur a gubernante, qui tamen possunt contra mouere. Vnde & irascibilis, & concupiscibilis possunt in contrarium mouere ad uoluntatem: & sic nihil prohibet, uoluntatem aliquando ab eis moueri.

Articvlvs III.

Vtrum uoluntas moueat seipsam.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd uoluntas non moueat seipsã. Omne enim mouẽs, inquantum huiusmodi, est in actu, quod autem mouetur, est in potentia: nam motus est actus existentis in potẽtia, inquantum huiusmodi: sed non est idem in potentia, & in actu respectu eiusdem. ergo nihil mouet seipsum: neque ergo uoluntas seipsam mouere potest.

¶ 2. Præt. Mobile mouetur ad præsentiam mouentis: sed uolũtas sem per sibi est præsens. si ergo seipsam moueret, semper moueretur. quod patet esse falsum.

¶ 3. Præt. Voluntas monetur ab intellectu, ut dictum est. Si igitur uoluntas mouet seipsam, sequitur ꝙ idem simul moueatur a duobus motoribus immediate, quod uidetur inconueniens. non ergo uoluntas mouet seipsam.

Sed contra est, quia uoluntas domina est sui actus, & in ipsa est uelle, & non uelle: quod nõ esset, si non haberet in potestate mouere se ipsam ad uolendum. ergo ipsa mouet seipsam.

Respon. Dicendum quòd, sicut * supra dictum est, Ad uoluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis, qui est uoluntatis obiectum: sed, sicut * dictum est, hoc modo se habet finis in appetibilibus, sicut principium in intelligibilibus. Manifestum est autem quòd intellectus per hoc, quòd cognoscit principium, reducit seipsum de potentia in actum, quantum ad cognitionem conclusionum: & hoc modo mouet seipsum. Et similiter uoluntas per hoc, quòd uult finem, mouet seipsam ad uolendum ea, quæ sunt ad finem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd uoluntas non secundum idem mouet, & mouetur. unde nec secundum idem est in actu, & in potentia: sed inquantum actu uult finem, reducit se de potentia in actum respectu eorum quæ sunt ad finem, ut scilicet actu ea velit.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ potentia uoluntatis semper actu est sibi præsens: sed actus uoluntatis, quo uult finem aliquando, non semper est in ipsa uoluntate. per hunc autem modum mouet seipsam: unde non sequitur, quòd semper seipsam moueat.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd non eodem modo uoluntas mouetur ab intellectu, & a seipsa. Sed ab intellectu quidem mouetur secundum rationem obiecti: a seipsa uero, quantum ad exercitium actus, secundum rationem finis.

¶ *Super quæstionis nonæ Articulum tertiũ.*

In titulo articuli tertii eiusdem q. aduerte, quòd aliud est quærere, Vtrum uoluntas moueat seipsam i quolibet suo actu: & aliud quærere, Vtrum voluntas moueat seipsam. Stat enim pars affirmatiua istius quæsiti cũ negatiua illius. Stat enim ꝙ voluntas moueat seipsam quo ad aliquem suum actũ, & consequenter verum sit dicere, quòd mouet seipsam: & tamen non moueat se ipsam, quo ad omnẽ suum actum. Ad presentem ergo quæstionem non pertinet, nisi, An uoluntas reducat seipsam de potentia ad actum: siue hoc sit quo ad aliquem, siue quo ad omnem sui actum, sufficit.

veri. quæst. 22. 2. 9. cor. & ad 1. Et mal. q. 3. ar. 3. cor. & q. 6. cor. & ad 4. & 10.

* art. 1. huius quæstionis.

4. tom. 5.

cap. 3. post mediũ tõ. 5

* art. præc.

* art. 1. huius quæstionis. * qu. præc. art. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis nonæ Articulum quartum.*

CIrca rationem, & conclusionem in corpore quarti artic. eiusdem quæstionis, dubium occurrit. Circa rationem quidem, quia ad actū volendi sufficit obiectum apprehensum præsens, & volūtas, inquit Sco. in quolib. q. 21. non ergo requiritur extrinsecus agens: nec quòd prævolendo incipiat velle, vt ratio literæ prima vult. Arguit, quòd ratio literæ cōmittit sophisma cōsequētis. Cum enim voluntarium, vt superius patet, dupliciter dicatur. s. vel qa volitum; vel quia in potestate voluntatis. litera ex hoc, qđ primus actus volūtatis non potest esse volūtarius primo modo infert, quòd nullo modo est volūtarius. ergo &c. vbi patet manifestus error. Et cōfirmatur, quia alio modo est voluntariū ipsum volitum, alio modo ipsa volitio. nā illud vt obiectū, hoc vt actus: ac per hoc illud mediante actu: hoc absque medio. Cum. n. volo legere, non solum legere est voluntariū, sed etiā illud velle, quo volo legere, quamuis difficiliter: quia legere, mediante velle: ipsum autē velle, seipso. Et tamen ratio literæ, quia primum velle non potest esse volitum vt obiectū; concludit, quòd non est in potestate volūtatis, sed ex instinctu superioris: cum tamen dici possit, qđ licet primum velle non possit esse volitum, vt obiectū, est tamē volitū vt actus: & sic non oportet, quòd sit volitus cōsilio mediante. Preterea, Tota vis rationis literæ consistit in hac exclusiua, Voluntas mouet se mediante cōsilio, seu ex aliqua voluntate præsuppositā tantum. Et tamen neque hic, neque in præcedenti artic. probata est quo ad vtranque expositionem. Probatum est enim quòd voluntas mouet se hoc modo, sed non est probatum quòd non alio modo: super qua tamen negatiua fundatur tota vis rationis in litera, vt patet intuenti, ergo &c. Contra conclusionem vero Scotus, ubi supra, arguit: quia si voluntas in primo actu, naturali intimetu moueretur ab intellectu naturaliter moto, voluntas naturaliter moueretur: & sic homo esset vnum animal brutum.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis scito tria. Primum est fundamentum huius rationis, & est id quod dictum est. s. quòd voluntas mouet se non alio modo, quàm ex voluntate finis. Sed radix huius fundamenti non est prætermissa ab authore, sed in primo articulo huius qōnis posita, scilicet, q principium motionis ad exercitium actus, est ex fine: quia omne agens agit propter finem. Et in articu. 3. repetita & applicata, cum dicitur, quòd ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis. Est ergo vis rationis huius hæc. Omne agens agit propter finem, appetitum vel appetitu naturali, vel animali, seu intellectiuali: sed voluntas mouendo tam alias potentias, quam se, est agens. ergo actio ista est ab ea ex appetitu finis vel naturali, vel animali &c. Sed non ex appetitu naturali: quia sic non moueret se, sed duns naturam moueret illam eo modo, quo grauia & leuia mouetur

Infra q. 17. ar. 5. ad 2. & q. 80. ar. 1. cor. & 1. q. 105. ar. 4. & qō. 106. ar. 2. cor. & q. 111. ar. 2. cor. & 3. cōtra. c. 88. & 89. vq. 6. ar. 4.

art. 1. huius quæstionis.

a generante: nec esset voluntarium istud agere, vt patet: cuius oppositū significat voluntatem mouere se. ergo est ex appetitu animali, seu intellectiuali, idest, ex volitione finis; quod est inconueniens. Agere enim ex prævolitione finis, & mediante cōsilio, idē sunt: sicut cognoscere ex principiis, & mediante syllogismo, idē est. Hæc aūt ratio procedit ex per se notis cōmunib⁹ animi cōceptionibus, vt ide se patet. vnde nulli habet calumniā: & vtrumq; exponente illius exclusiue prohibitā cōclectitur euidentē. Et per hoc patet responsio ad vltimā obiectionē contra rationē. Scito secundo, q, vt infert⁹ q. 16. ar. vlti. ad 3. & q. 17. artic. 5. ad tertium patet, volūtarii actus voluntatis sic supra seipsos reflectuntur, vt quilibet eorū impliciter, vel explicite, formaliter, vel virtualiter, habeat rationē volūti obiectiue, & non solum per modum actus. Dum. n. eligo uitam contemplatiuā, consentio in talem electionē, & vtor mea voluntate ad actū eligendi applicando illam. Et hic electus ipsa est actus, & est uolita vt obiectum, & cōsensus usus. Et econtra, dum utor uoluntate mea, applicando illam ad amandū Deum, consentio in talē usum, & eligo illum: & sic vsus habet rationem actus, & cum hoc est uolitus vt obiectum consensus & electionis. Et similiter dum consentio in amicitiā diuinā, vtor voluntate, applicādo ad consensum, & eligo eundem: & sim. liter consensus est actus & uolitus, ut obiectū electionis & usus. Quia igitur nō quandoque, sed semper cū uoluntas mouet se, utitur seipsa applicādo se ad uolendum, uel nolendum &c. Et omnis huiusmodi actus est implicite uel explicite, formaliter uel uirtualiter uolitus, ut obiectum: licitum fuit authori ex negatione uoluntarii obiectiue in huiusmodi actibus, inferre negationem uoluntarii simpliciter. Et hoc non solum quasi gratia materiæ, scilicet actuū huiusmodi, in quibus voluntarium, ut actus, nō inuenitur sine uoluntario, ut obiectum, ut dictum est, sed ex gratia formæ: quia si subtiliter perspiciatur distinctio uoluntarii in voluntarium, ut uolitum & uoluntarium: quia in potestate uoluntatis non est distinctio in disparata genera uolūtarii, sed est distinctio distinctorum modorum penes directe uel indirecte. Voluntarium enim ut uolitum, est directe uoluntarium: uoluntarium uero, quia in potestate uoluntatis est indirecte, ea indirectione: quia. s. subest potestati uoluntatis, ut sit obiectū eius uolentis; aut nolentis: hac enim sola ratione voluntariū induit. Vnde cum uoluntarium secundo modo, in idem redeat cum uoluntario primo modo, licuit ex omnimoda negatione uolūtarii primo modo, inferre formaliter negationem uoluntarii simpliciter, Vt enim iam patet, uoluntarium, quia in potestate uoluntatis ad uoluntarium simpliciter ut obiectum, reducitur sicut obiectum indirecte ad obiectum directe, & consequenter sub omnimoda negatione obiecti utriusq; modi negatio cōprehēdit. Et p hoc patet responsio ad alias nostras obiectiones cōtra tōnē. Scito tertio, quòd

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uoluntas moueatur ab aliquo exteriori principio.

AD 4^m sic proceditur. Videtur quòd voluntas non moueatur ab aliquo exteriori. Motus enim uoluntatis est uolūtarius: sed de ratione uolūtarij est, q, sit a principio intrinseco, sicut & de ratione naturalis. non ergo motus voluntatis est ab aliquo extrinseco.

¶ 2 Præt. Voluntas violentiam pati non potest, vt * supra ostensum est: sed violētum est, cuius principium est extra. ergo voluntas non potest ab aliquo exteriori moueri.

¶ 3 Præt. Quod sufficienter mouetur ab vno motore, nō indiget moueri ab alio: sed voluntas sufficienter mouet seipsam. non ergo mouetur ab aliquo exteriori.

SED CONTRA. Voluntas mouetur ab obiecto, vt * dictum est: sed obiectum uoluntatis potest esse aliqua exterior res sensui posita. ergo voluntas potest ab aliquo exteriori moueri.

RESPON. Dicendum, q secundū quod volūtas mouetur ab obiecto, manifestū est, quòd moueri potest ab aliquo exteriori: sed eo modo, quo mouetur quantum ad exercitium actus, adhuc necesse est ponere voluntatem ab aliquo principio exteriori moueri. Omne enim qd quādoque est agens in actu, & quādoque in potentia, indiget moueri ab aliquo mouente. Manifestum est autem, quòd voluntas incipi uelle aliquid. cum hoc prius non vellet. Necesse est ergo quòd ab aliquo moueatur ad volendum: & quidem, sicut * dictum est, ipsa mouet seipsam inquantū per hoc, quòd vult finē, reducit seipsam ad volendum ea quę sunt ad finem: hoc autem nō potest facere nisi consilio mediāte. Cum enim aliquis vult sanari, incipit cogitare quomodo hoc cōsequi possit, & per talem cogitationem peruenit ad hoc, quòd potest sanari per medicum: & hoc uult. Sed quia non semper sanitatē actu uoluit, ne cesse est quòd inciperet uelle sanari ab aliquo mouente. Et si quidē ipsa moueret seipsam ad uolēdum, oportuisset q, mediante cōsilio hoc ageret ex aliqua uoluntate præsuppositā: hoc autem nō est procedere in infinitum. Vnde necesse est ponere, quòd in primū motum voluntatis uoluntas prodeat ex instinctu alicuius extrinseci mouentis, vt Arist. concludit in quodā capitulo * Ethicæ Eudimicæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q, de ratione uoluntarii est, q, principium eius sit intra: sed non oportet q, hoc principium intrinsecum sit primum principium nō motum ab alio. Vnde mot⁹ uoluntarius etsi habeat principium proximum in trinsecum, tñ principium primum est ab extra: sicut & primum principium motus naturalis est ab extra, quod scilicet mouet naturam.

AD 2^m dicendum, quòd hoc non sufficit ad rationem uolenti, q, principium sit extra: sed oportet addere, quòd nullam conferat vim patiens: quod non contingit, dum voluntas ab exteriori mouetur: nam ipsa est quæ vult, ab alio tamen mota. Esset autem motus iste violentus, si esset contrarius motui voluntatis, quod in proposito esse non potest: quia sic idem vellet, & non vellet.

AD 3^m dicendum, quòd voluntas quantum ad aliquid sufficienter se mouet, & in suo ordine, scilicet, sicut agens proximum: sed non potest seipsam mouere quantum ad omnia, vt * ostensum est. vnde indiget moueri ab alio, sicut a primo mouente.

ARTICVLVS V.

Vtrum uoluntas moueatur a corpore cælesti.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas humana a corpore cælesti moueatur. Omnes enim motus varij, & multiformes, reducuntur sicut in causam, in motū vniformem, qui est motus cæli, vt probatur octauo † Physic. sed motus humani sunt varij, & multiformes, incipientes postquàm prius non fuerant. ergo reducuntur in motum cæli, sicut in causam, qui est vniformis secundum naturam.

¶ 2 Præt. Secundum Aguſt. in 3. * de Trinit. Corpora inferiora mouentur per corpora superiora: sed motus humani corporis, qui causatur a voluntate, non posset reduci in motum cæli, sicut in cām, nisi et voluntas a cælo moueretur. ergo cælū mouet volūtatem humanam.

¶ 3 Præt. Per obseruationem cælestium corporum Astrologi quędā vera prænuntiant de humanis actibus futuris, qui sunt a voluntate: quod non esset, si corpora cælestia voluntatem hominis mouere non possent. mouetur ergo voluntas humana a cælesti corpore.

SED CONTRA est, quod † Dama. dicit in 2. lib. quòd corpora cælestia non sunt causa nostrorum actuum: essent autem si voluntas, quæ est humanorum actuum principium, a corporibus cælestibus moueretur. non ergo mouetur voluntas a corporibus cælestibus.

RESPON. Dicendum, quòd eo modo, quo voluntas mouetur ab exteriori obiecto, manifestum est quòd voluntas potest moueri a corporibus cælestibus, inquātum scilicet corpora exteriora, quę sensui posita mouent volūtatem, & etiam ipsa organa potentiarum sensitiuarum, subiacēt motibus cælestium corporum. Sed eo modo, quo voluntas mouetur, quantum ad exercitiū actus, ab aliquo exteriori agente, adhuc quidam posuerunt corpora cęlestia directe imprimere in volūtatem humanam: sed hoc est impossibile. Volūtas enim, vt dicitur in 3. de anima, * est in ratione. Ratio autem est potentia animæ, non alligata organo corporali. vnde relinquitur, q, volūtas sit potentia oīno immaterialis, & incorporea. Manifestū est autem, q, nullum corp⁹ agere potest in rem incorpoream, sed potius econuerso, eo q, res incorporeæ & immateriales sunt formalioris, & vniuersalioris virtutis, q̄ quæcunq; res corporales. vnde impossibile ē, q, corpus cæleste imprimat directe in intellectum, aut voluntatem. Et pp hoc Arist. in lib. * de aīa, recitās opinionem dicentiū, q, talis est voluntas in hoībus, qualē in eis inducit pr deorum, virorumq;. s. Iupiter, p quem totū cælum intelligunt, attribuit eis qui ponebant intellectū nō differre a sensu. Oēs. n. vires sensitiuæ, cum sint actus organorum corporalium, per accidens moueri pñt a cęlestib⁹ corporibus, motis. s. corporibus, quorū sunt actus: sed quia dictum est, qd appetitus intellectiuus quodāmodo mouetur ab appetitu sensitiuo indirecte, redūdant motus cælestium corporum in voluntatem, inquantum scilicet per passiones appetitus sensitiui voluntatem moueri contingit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q, multiformes motus voluntatis humanæ reducuntur in aliquam cām vniformē, q̄ est in intellectu, & volūtate superiorum: quod non pōt dici de aliquo corpe, sed de aliqua supiori substantia immateriali. vñ non oportet q, motus volūtatis in motū cæli reducatur, sicut in cām.

AD 2^m dicendum, quòd motus corporales humani reducuntur in motum cælestis corporis, sicut in causam, inquātum ipsa dispositio organorum cōgrua est ad motum aliqualiter ex impressiōe cælestiū.

Prima secundæ. S. Tho.

quòd aliud est loqui de volitione, & aliud de volitione vt a voluntate applicante seipsam ad volendum. Volitio enim nil aliud dicit, nisi operationem voluntatis, qua vult: & certum est quòd ad volendum sufficit voluntas cum obiecto. Sed ad volendum a se, ita quòd ly, a se; dicat causalitatem; applicantem seipsam ad volendum, non sufficit volūtas cum obiecto, sed exigitur voluntas prævolens finem. Et ratio huius est, quia velle a se, non solum importat velle, sed agere, seu mouere: quod quia oportet fieri propter finem, præexigit natura, vel tempore appetitum finis, vt dictum est. & nō aduertere hoc, casus est loquētium. Et quia actio ipsa est magis propter finē, quam obiectum, & volitio quam volitum, vt patet cum 'amo deum, dinus Thomas, qui supra hoc, quòd agens agit propter finem, adificabat, applicationem voluntatis ad volendum in ratione voliti propter finem contemplatus maxime est: & ex ea sic accepta, veritatem inuenit, atque docuit. Vnde quamuis volitum vt obiectum, habeat directius rationem voliti, quàm volitum vt actus: voluntarium tamen vt actus, habet magis rationem eius quod est esse propter finem, quam obiectum actus. Et propterea hoc in loco, vbi tota vis consistit in hoc, quòd est esse volitum propter finem, actio ipsa per modum actionis exercita, primū tenet locum. Et per hæc patet responsio ad rationem Scoti.

¶ Ad id vero quod contra conclusionem obiicitur, facillime respondetur, negando sequelam. Quamuis enim primus actus voluntatis sit ex instinctu dato ab exterior. nō obiecto, sed causa effectiua, Deo: ipsa tamen iam ex hac finis volitione seipsam mouet ad volendum alia propter finem, quod brutis non conuenit, quoniam ad omnia mouentur ab instinctu. Fit igitur authoris sententia, quòd sicut generans grane, dat graui naturalem

n cor. ar.

q. 15. art. & 4. Et 2. q. 95. ar. 6. & 7. Et d. 15. q. 1. ti. 2. & 3. t 3. contra 84. usque 3. Et ueri. 5. ar. 9. & 6. Et opu. c. 129. 30. & 161 & opuſ. 10. rtic. 19. & opuſ. 25. c. & opuſc. 16.

Li. 8. tex. 6. tom. 2. Cap. 4. in rinc. to. 3.

† Cap. 7. pa um a med.

A appetitum motus & loci deorsum, & propterea cessante impedimento, graue ex appetitu accepto mouetur deorsum, & quiescit ibi: ita genitor voluntatis dat ei naturalem inclinationem in bonum, ita quòd proposito per intellectum bono absque impedimento, voluntas tendit in illud actu elicito, qui est volitio. Et hic actus dicitur esse ab exteriori agente, ex ratione, qua mot⁹ grauis a generante dicitur, & merito: quia ad hunc actum voluntas non concurrit vt propter finem agēs, sed vt ad finē tendēs ex directione superioris agentis, ordinantis ipsam in hoc. Et ꝓpterea hic actꝰ licet sit velle, & voluntatis, & a voluntate vt eliciente actum: non tamen est voluntarius: quia non est a voluntate vt applicante se ad volendum, sed naturalis: quia dator naturæ applicat ipsam mediante inclinatione data ad volendum. Oportet enim, vt in litera dicitur, dari processum in infinitum in voluntariis, nisi deueniatur ad vnum non voluntarium, sed naturalem actū voluntatis, in quo sit status.

* Text. 42 tom. 2.

* Li. 2. tex. 150. to. 2.

¶ *Super Quæstionis nonæ Articulum quintum.*

IN corpore quinti articuli dubium occurrit, Quare res immaterialis, forma lioris, & vniuersalioris naturæ, & virtutis, quàm sit corpus, potest directe moueri a corpore vt ab obiecto: & non potest moueri ab eo vt a motore ad exercitium. Sicut enim ad primam motionem sufficit in mouente maior nobilitas secundum quid, vt in hac quæstione, articulo secundo ad primum dicitur, ita in secunda: vt patet ex hoc, quòd voluntas mouet intellectum ad exercitium: & tamen apud diuum Thom. est secundum quid tantum nobilior intellectu. Et rursus ratio assignata in litera non minus excludit primam motionem, quàm secundam. Ex hoc. n. quòd mens est for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

malioris, & vniuersalioris virtutis, q̃ corpus, excluditur passio a corpore non solum vt effectiuo, sed etiam vt a forma li principio, quod est excludere motionē ab eo per modum obiecti, vt in 1. articu. huius q. dictum est. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd secūdum veritatē neutro modo corpus potest agere in rem immaterialē propter rationem allatam, & plures alias, quas vide, si vis, in 3. contra Gent. c. 84. & 85. Vnde & in 1. parte dictum est, & declaratum, quòd phantasmata non nisi facta in actu lumine intellectus agentis, possunt mouere intellectum. Et vlq; adeo diuus Thom. in quæst. 84. artic. 6. hoc ponderauit, vt concluderet, quòd tota cognitio sensibilis, vique scilicet ad cogitatiuam inclusiue, non est causa intellectualis notitiæ, sed est materia causæ, scilicet intellectus agentis. Ratio autē quare conceditur & hic, & alibi, quòd voluntas, seu intellectus, mouetur ab exteriori tanquam obiecto, & non tanquam a motore ad exercitiū, est, quia ad mouendum obiectiue exteriora concurrunt, & si non sufficienter, tamen inchoatiue mediate, & vt materia obiecti. Ad mouendum autem ad exercitium, nullo modo concurrunt ex parte motoris ad exercitium. Est enim talis motor solus Deus cū ipsa voluntate, vt in quæstione patet.

¶ *Super Quæstionis nonæ Articulum sextum.*

IN artic. 6. eiusdem quæstionis, aduerte quòd primo, quòd q̃a in titulo exprimitur ly; sicut ab exteriori principio; non oportet in corpore articuli, cum de causa motus naturalis, vel voluntarii agitur, facere, vel supponere distinctionem: puta, quòd non possit causari, nisi a dante naturam, seu voluntate, & inquātum etiam appetitus sensitiuus commouetur ex impressione cælestium corporum: & vlterius inquantum corpora exteriora mouentur secundum motum cælestium corporum, ex quorum concursu voluntas incipit aliquid velle, & non velle: sicut adueniente frigore incipit aliquis velle facere ignem: sed ista motio voluntatis est ex parte obiecti exterius præsentati, non ex parte interioris instinctus.

AD 3^m dicendum, q̃ sicut dictum est, appetitus sensitiuus est actus organi corporalis: vnde nihil prohibet ex impressione corporum cælestium aliquos esse habiles ad iracundū, vel concupiscēdum, vel aliquam huiusmodi passionē: sicut & ex complexione naturali plures hominum sequūtur passiones, quibus soli sapientes resistūt. Et ideo, vt in pluribus, verificant quę pronuntiantur de actibus hominum secundum considerationem cælestium corporum. Sed tamen, vt Ptolemæus dicit in * Centiloquio, Sapiens dominatur astris, scilicet, quia resistēs passionibus, impedit per voluntatem liberam, & nequaquam motui cælesti subiectam, huiusmodi cælestium corporum effectus: vel, vt † Aug. dicit 2. super Gene. ad literam, fatendum est, quādo ab Astrologis vera dicūtur, instinctu quodā occultissimo dici, quæ nescientes humanę mentes patiuntur, quod cum ad decipiēdum homines fit, spirituum seductorum operatio est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum voluntas moueatur a Deo solo, sicut ab exteriori principio.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ volūtas nō a solo Deo moueatur, sicut ab exteriori principio. Inferius enim natum est moueri a suo superiori, sicut corpora inferiora a corporibus cælestibus: sed voluntas hominis habet aliquid superius post Deū, scilicet, angelum. ergo volūtas potest moueri, sicut ab exteriori principio, etiam ab angelo.

¶ 2 Præt. Actus voluntatis sequitur actum intellectus: sed intellectus hominis reducitur in suum actum non solum a Deo, sed etiam ab angelo per illuminationes, vt * Dionys. dicit ergo eadem ratione & voluntas.

¶ 3 Præt. Deus non est causa nisi bonorum, secundum illud Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bona. Si ergo a solo Deo volūtas hominis moueretur, nunquàm moueretur ad malum, cum tamen voluntas sit qua peccatur, & recte viuitur, vt * Augu. dicit.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere.

RESPON. Dicendum, q̃ motus voluntatis est ab intrinseco, sicut & motus naturalis. Quamuis autē rem naturalem possit aliquid mouere, qd non est causa naturæ rei motę: tū motum naturalem causare nō potest, nisi quod ē aliqualiter causa naturæ. Mouetur enim lapis sursum ab homine, qui natā lapidis nō cāt, sed hic mot' non est lapidi naturalis: naturalis autē motus eius nō cātur nisi ab eo, qd causat naturā. vnde dicit in 8. Physic. quòd generans mouet secundum locum gratia & leuia. Sic ergo hominem voluntatem habentem contingit moueri ab aliquo, qui nō est causa eius: sed quòd motus voluntarius eius sit ab aliquo principio extrinseco, quod non est causa voluntatis, est impossibile. volūtatis autem causa nihil aliud esse potest, quàm Deus. Et hoc patet dupliciter, Primo quidem ex hoc, quòd voluntas est potētia animę rationalis, quę a solo Deo causatur per creationem, vt in 1. dictū est. * Secūdo vero ex hoc, quòd voluntas habet ordinem ad vniuersale bonum. vnde nihil aliud potest esse voluntatis causa, nisi ipse Deus, qui est vniuersale bonum. Omne autem aliud bonum p participationem dicitur, & est quoddam particulare bonum: particularis autem causa non dat inclinationem vniuersalem. Vnde nec materia prima, quę est in potentia ad omnes formas, potest causari ab aliquo particulari agente.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Angelus non sic est supra hominem, quòd sit causa volūtatis eius: sicut corpora cælestia sunt causa formarum naturalium, ad quas consequuntur naturales motus corporum naturalium.

AD 2^m dicendum, quòd intellectus hominis mouetur ab angelo ex parte obiecti, quod sibi proponitur virtute angelici luminis ad cognoscendum. & sic etiam voluntas ab exteriori creatura potest moueri, vt * dictum est.

AD 3^m dicendum, quòd Deus mouet voluntatem hominis, sicut vniuersalis motor, ad vniuersale obiectum voluntatis, quod est bonum. Et sine hac vniuersali motione homo non potest aliquid velle: sed homo per rationem determinat se ad volēdum hoc, vel illud, quod est vere bonum, vel apparens bonum. Sed tamen interdum specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinate volendum, quod est bonum: sicut in his quos mouet per gratiam, vt * infra dicetur.

Q. 41. ar. 2. co. Et ue. 2. ar. 5. 9. Et ma. 16. ar. 4. 5. Et etiam ex. 49. to.

Infra q. 80. artic. 1. Et 1. q. 105. ar. 4 & q. 111. ar ticu. 2. Et 3. contra. c. 88 89. 91. & 92 pri. Et mal. q. 3. artic. 3. cor. & q. 16 ar. 5. cor. & ad 13.

Parū a prin cip. libri.

Cap. 17. cir ca fin. to. 3.

Ca. 4. de diui. no. nō re mote a prin cip.

¶ *Super Quæstionis decimæ Articulum primum.*

IN quæstionis decimæ artic. primo, Scito q̃ ly; naturaliter; in titulo positum, sumitur vt distinguitur contra ly; libere.

¶ In corpore eiusdē primi articuli, dubium occurrit ex eo, quòd author diuertere videtur a proposito, dū quæstio est de naturali, vt distinguitur contra liberum: & solutio quæstionis est de naturali, vt distinguitur contra accidentale, vt patet in litera.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q̃ quia naturale, vt distinguitur contra liberum, seqt̃ ad naturale, idest, substantiale (omne enim substātiale, est naturale) ex hoc q̃ author declarauit, in voluntate inueniri motum naturalem, idest, substantialem, optime satisfecit q̃sito, An sit talis motus naturalis, vt distinguitur contra liberum. Ea autē fuit ratio processus: quia videlicet ratio significata p̃ nomē Naturalis, aperienda erat, vnde si omnis substantia, natura est, qc quid secundū substātiam inest, secundū naturam inest, ac p̃ hoc, & substantiale & naturale est: secūdū substātiā aūt inest, quicquid per se inest. ergo iuxta hāc naturæ significationem, qua & voluntas natura est, per se inesse, & secundū substantiam, & naturaliter, idem sunt. Hæc autē æquiualere naturali, vt distinguitur cōtra liberum, patet ex eo, quia liberum habet pro causa, vellema turale autē, esse. Id enim solum libere fit, quod fit qa vult: & id solum naturaliter inest, quia est, vt in prima parte dictum est. Quicquid autē, secundum substantiam, seu, per se inest, clare patet quòd inest, quia talis esse, substātialis est, & non quia sic vult. Nulla ergo diuersio hic fuit, sed alia perscrutatio naturalis, ex qua docetemur naturalitatem in omnibus inuenire, sicut author fecit. Ex hac enim ratione naturalis, adiuncta altera propositione communi, scilicet q̃ per se prius est his, quæ non sunt per se, intulit vniuersalem regulam, scilicet, quòd principium conuenientium alicui inest naturaliter, id est, per se, & secundum substantiam, & quia est talis naturæ, & non quia vult. Ex hac n. regula, subintellecta minore, scilicet q̃ motus conuenientes volūtati, sunt ordinati secundum rationem principii & principiati, quod est per se notum, statim habetur intentum, scilicet quòd aliquis motus inest voluntati secundum substantiam per se naturaliter, quia est talis, & non quia vult.

¶ In eiusdem articuli corpore, nota triplex poni naturaliter volitum. Primo bonum: secundo beatitudinem: tertio omne cōueniens volenti secundum suam naturam. Et de primis quidem duobus, euidens ratio in litera redditur: de tertio autem non. Vnde & dubitatur & de ipso, & de eius ratione. De ipso quidem, quia experimur oppositum, dum eligimus non conuenientia secundum naturam, vt nescire, non vinere. Nec euaditur dicendo, quòd hoc appetimus per accidens: quoniam oppositorum quæ naturaliter volumus, nec per se, nec per accidens velle possumus: vt patet de primo & secundo. De ratione vero, scilicet, quia per voluntatem appetimus etiam pertinentia ad alias potentias, & totum hominem: quandoquidem nulla apparet cōnexio huiusmodi ad illam conclusionem. Vnde enim sequitur, Per voluntatem appetimus etiam pertinentia ad alias potentias & totum hominem: ergo naturaliter volumus omnia conuenientia volentibus secundū suam naturā? Ad primum horū breuiter dicitur, q̃ sicut in rebus exterioribus naturale inuenitur duplicitер. f. semper, vel frequēter, (Motus enim cęlestes, naturales sunt, ut uniuersaliter, & semper indeficientes a naturali cursu: motus autē inferiores, naturales sunt vt in pluribus, & frequenter indeficiētes) ita & in volūtatis motib^s naturalib^s inuenitur naturalitas vtroq; mō. Nā ad quædā voluntas sic naturaliter est determinata, vt non possit aliquo pacto velle oppositū. Ad q̃dam sic naturaliter determinata ē, vt possit per accidēs oppositū velle. In primo ordine, sunt duo primi volita i litera numerata. In secundo vero est tertium volitorū genus: vnde ad hoc tertiū volitū voluntas nō plus vt naturaliter inclinata, q̃ voluntas affecta habitu virtutis acquisitæ ad opus illius virtutis, nisi pro quāto inclinatio ex natura potior ē, q̃ ex acquisito habitu. Et sicut voluntas in iusti tia habituata pōt in iuste facere: ita volūtas naturaliter inclinata in bonū conueniens volenti secundū suam naturā, pōt eius oppositū velle.

¶ Ad secundū vero dr, q̃ licet verba illa liceręnt, si sola sumātur, nō inferant nisi extensionē voluntatis, et eius obiecti ad hoc tertium: si tamē inferunt naturalitatem motus voluntatis in hoc tertium. Ad cuius euidentiam scito, q̃ voluntas tripliciter sumitur. f. vt quædam potentia: secundo, vt eliciens ex quodam in quiddam: tertio, vt appetitus ipsius totius volentis. Et quidē quia voluntas potentia quædam est, ideo naturaliter fertur in bonum, quod est volitū, primo positū in litera. Quælibet. n. potentia naturaliter determinata est ad suum obiectum, ita quod nō pōt in oppositū. Quia vero est voluitiua cuiusdā ex quodam secundum rationem causæ & causati: ideo naturaliter vult beatitudinē, quæ finale principium est: quod volitum, est secūdo positū. Quia autem est a natura data volenti, nō solum vt velit sibiipsi voluntati, sed etiā vt velit ipsi volenti secūdum seipsum & suas partes: ideo naturaliter vult bonum conueniens volenti s̃m suam naturam: quod est volitum tertio loco in litera positum. Quodlibet enim horum trium habet rationē primi per se, & secūdum substantiā. Obiectum. n. & primo respectū principium, est causa cæterorum: proprium vero infra principii rationem clauditur. Amicabilia. n. quæ sunt ad alios, veniunt ex amicabilibus ad se. Et si hoc longius repetendum esset, dicēdum esset, q̃ quia volitio pendet ex volito & volente, vtrunque initiū voluntariorū motuū inditum esse oportet. Et ex volito q̃de inditus est voluntati motus in beatitudinē, qui, vt pote motus in finē primariū, complectente in se totā obiecti perfectionē, principiū ex ea parte est reliquorū motuū. ex parte vero volentis, inditus est volūtati motus in propriū bonū: vtrumque. n. tradidit Aris. cū dixit; Amabile q̃dē bonū, vnicuiq; aūt propriū. Cū igit̃ author ex hoc, q̃ voluntate volumus nō solū ad ipsam spectantia, sed etiam ad volentem, intulit quòd naturaliter volumus conuenientia s̃m naturam, verā causam reddidit, intendens pro medio assumere, quòd voluntatē seruati sumus pro nobis, ac per hoc ad proprium bonū determinatam. Vnde & in qu. de virtu. a. 5. & infra in q. 50. & 56. Nulla virtus in voluntate ponit ad propriū volentis bonū: quia ad hoc naturaliter determinata est.

¶ In respōne ad primū eiusdē articuli, aduerte distinctionē de

Boeti' pūlo a principio lib. † tex. 5. to. 3.

*rex. 4. videtur esse, tom. 2.

D. 196.

Universidad de Deusto
Biblioteca

voluntate. consideratur.n.multipliciter. Sed quantũ ad ppoſitũ litera inſinuat dupliciter.ſ.vt res, & vt cauſa. Eſt.n.& in genere rei res talis,puta,apta nata velle: & in genere cauſæ cauſa talis,puta,libera. Cum aũt uolũtas diſtinguitur contra naturam, non diſtinguitur vt res talis cõtra talem rem, ſed vt cauſa talis contra cauſam talẽ.

Eſt.n.res talis,ſ.apta nata velle, natura quædã habẽs ſibi cõ naturalia, ſicut & exteræ naturæ: ſed talis cauſa.ſ.libera vt ſic, non eſt talis cauſa,qualis eſt natura. Hæc.n. eſt cauſa, qa elẽ: ac per hoc eſt cauſa determinata ad vnum. Illa vero cauſa, quia vult: ac per hoc eſt cauſa libera ad vtrũlibet. Vnde diſtinguntur voluntas & natura in ratione cauſæ, ſecundũ proprias cauſandi differentias. Propter qꝫ & in ſecundo Phyſic. & in 9. Metaph. non niſi in ordine earum,vel principiorum diſtinguntur. Et ſi in his perſpexeris, qꝫ ratio cauſæ in natura ſpectat ad eam inquantum res eſt, videbis partter, qꝫ voluntas vtriuſque cauſæ rationem habet. Nam quatenus res talis eſt per modũ naturæ, cauſalitatem habet: quicquid enim cauſat aliquid, quia talis res eſt, naturaliter cauſat illud. Quatenus vero electiua eſt per modũ ꝓpriũ, ideſt, liberæ, a proposito ad vtrũlibet &c. cauſalitatem habet, & non naturaliter. qcquid enim cauſat qa vult, libere cauſat. Et ſi ulterius perſpexeris, qꝫ natura, vt in litera dicitur, eſt cauſa eſſentialiter prior cauſa uolũtaria, quia eſſe in vtroq; eſt prius quã operari &c. videbis quoq;, qꝫ volũtas nõ ſolũ natura qdã eſt, ſed priꝰ habet naturæ rationem & cauſalitatẽ, quàm propriam. Et ſi poſtremo penetraueris, qꝫ in cauſis eſſentialiter ordinatis,coniunctis in vnam rem,id quod eſt prioris cauſæ proprium, participatur a poſteriori, vt ſupremum infimi attingat infimum ſupremi: videbis, qꝫ voluntatis prima opera oportet eſſe naturalia, & prius ipſam velle aliquid naturaliter, quàm libere. Et hanc ſubtilitatem ſi perſpiciens ſectatus fueris, habebis claram ſolutionem Scotiæ argumentationis in materia de proceſſione Spiritus ſancti,& de naturalitate voluntatis: quæ omnia in prima parte tractata ſunt. Diſtinxit enim voluntatem contra naturam,non ſolum in genere cauſæ, ſed in genere rei. Et ideo intulit omnimodam diſparationem, cum tã ſint cauſæ eſſentialiter ſubordinatæ,vt hic, & in q. præcedente, articulo 4. de ꝺ̃orum actibus patet. Voluntas.n.non ſolum prius habet naturæ rationem, vt in litera dicitur, ſẽ cauſalitatis proprię: ſed velle naturale oportet eſſe principium volendi libere.

¶ In reſponſione ad ſecundum,diligentiſſime notato doctrinam

liter nota. Similiter ẽt prĩcipiũ motiuũ voluntariorũ oportet eſſe aliquid naturaliter volitum. Hoc aũt eſt bonum in cõi,in quod uoluntas naturaliter tendit: ſicut etiã quælibet potentia in ſuum obiectum, & etiam ipſe finis vltimus, qui hoc modo ſe habet in appetibilibus, ſicut prima principia demonſtrationũ in intelligibilibus: & vniuerſaliter omnia illa quæ conueniunt volenti ſm ſuam naturam. Nõ.n.per voluntatem appetimus ſolum ea, quæ pertinent ad potentiã voluntatis: ſed etiam ea,quæ pertinent ad ſingulas potentias, & ad totum hominẽ. Vnde naturaliter hõ uult nõ ſolũ obiectum uolũtatis, ſed ẽt alia quæ cõueniunt aliis potẽtiis, vt cognitionẽ ueri, quę conuenit intellectui: & eſſe, & viuere, & hmõi alia, q̃ reſpiciũt cõſiſtentiã naturalẽ: quę oia cõprehẽduntur ſub obiecto volũtatis, ſicut q̃dã particularia bona.

Ad primvm ergo dicendũ, qꝫ uoluntas diuiditur contra naturã, ſicut vna cauſa contra aliam: quædam.n.fiunt naturaliter, & quædã fiunt uoluntariè. Eſt autẽ alius modus cauſandi proprius uoluntati, quę eſt domina ſui actus. præter modum qui conuenit naturæ, quæ eſt determinata ad unum. Sed quia uoluntas in aliqua natura fundatur, neceſſe eſt qꝫ modus proprius naturæ,quantum ad aliquid, participetur a uoluntate: ſicut quod eſt prioris cauſæ, participatur a poſteriori. Eſt.n.prius in unaquaque re ipſum eſſe, quod eſt p naturam, quã uelle, quod eſt per uolũtatẽ, & inde eſt qꝫ uoluntas naturaliter aliquid uult.

Ad 2m dicendũ, quòd in rebus naturalibus id, quod eſt naturale, quaſi cõſequens formam tantum, ſemper actu ineſt, ſicut calidum igni. Quod autem eſt naturale ſibi traditum circa diſtinctionem conuenientium alicui naturaliter.i.per ſe & ſecundum ſubſtantiam, in conſequentia formam vel actum,& conſequentia materiam, vel potentiam, & conditionem eorundem: qꝫ ſcilicet perfectas in illis infert coæuitatem abſolute:in iſtis uero nõ abſolute,ſed qꝫ in certa diſpoſitione. Et cã eſt differentia inter potentiã & actũ, vt in litera dr. Ex hac enim doctrina habes,vir docte, qꝫ non ſolum aptitudo ad motum & operationẽ ineſt ſubiecto per ſe,vt grauitas & riſibilitas:ſed motus ipſe & operatio,vt deſcẽſus & riſus &c.

¶ In reſponſione ad tertium, eleuato mẽtem in celſitudinem doctrinæ huius, & intuere,qꝫ vnum individuum immaterialis ordinis æqualẽ nõ tantum infinitis idiuiduis materialiꝫ ſub vna ſpecie,ſed ẽt ſub vno genere,etiam analogo. Habes.n.hic, quòd cum ordo vniuerſi habeat, qꝫ natura determinata ſit ad vnũ proportionaliter, ſcilicet generice, ſpecifice, vel indiuidualiter: ac per hoc bono abſolute, cum ſit vnum genere analogo, debuiſſet reſpondere natura aliqua vna generice: & ſimiliter voluntati, quæ eſt vna ſecundũ ſpeciẽ, debuiſſet reſpondere vnũ ſecundum ſpecieꝰ: ſubiunctã tamẽ eſt, qꝫ quia voluntas eſt immaterialis ordinis, determinata eſt ad vnum in genere analogo, bonum ſcilicet: quia ſi natura immaterialis eminentius, præhabeat quicquid genus ſpeciei ſuæ haberet. Et vere ſic eſt. In cuius ſignum hic intellectus noſter ꝑ quinualet toti vniuerſitati corporeæ naturæ. Eſt autem ratio huiꝰ, quia quæ ſunt diſperſa in inferioribus,ſunt vnita in ſuperiori. Eadem enim ratione tanta eſt amplitudo immaterialis potentiæ, vt vniuerſi ſimpliciter capax ſit.

¶ In eadẽ reſponſione,caueto Nouitie,ne indefinita pro vniuerſali ſe tibi offerat: et contrarietas inter reſponſionis huius calcẽ, & corporis articuli inſurgat, dum ibi dictum eſt,quædã eſſe particularia bona ſub obiecto voluntatis contenta, ad quæ volũtas naturaliter tendit, ac per hoc determinata eſt naturaliter, vt eſſe, viuere &c. hic autem dicitur ſub bono cõmuni: vtrobique enim indefinita,ſeu particularis eſt locutio: & propterea neutra alteri repugnat. Hic enim expreſſe dicitur, Sub bono cõmuni multa cõprehẽduntur, ad quorũ nullum determinatur volũtas. Multa,dixit, non,omnia. Ibi quoque manifeſte de quibuſdam, ſcilicet conuenientibus volenti ſecundum naturam, loquitur.

¶ *Super Q. quæſtionis decimæ Articulum ſecundum.*

In titulo articuli ſecũdi eiuſdẽ qõnis, Neceſſarium ſumit pro re & proprie, qꝫ.ſ.impoſſibile eſt aliter ſe habere. Et eſt ſecundum de neceſſitate naturali,qua ſcilicet agẽtia & patientia in vniuerſo connectuntur,calefactibile calefactiuo, & viſus viſibili &c.

¶ In principio corporis eiuſdem 2.artic.dubium occurrit de concluſione,& de eius ratione. De concluſione quidem, qua dicitur, qꝫ volũtas a nullo obiecto de neceſſitate mouetur ad exercitium actus,quãuis voluntas a deo clare viſo, neceſſario mouet ad exercitium actus. Nõ.n. poteſt nũ amare, ac frui illo, vt in 1. parte dictum eſt de rõne,qua dẽ. Põt enim aliquis de quocunq; obiecto non cogitare, & p conſequens actu non velle illud: quia voluntas nõ habet in poteſtate ſua cognitionem præſentiã primi obiecti, nec refutationem illius, & ſimiliter viſionis dei clare præſentati. Iam.n.dictũ eſt, qꝫ primus actus non eſt in poteſtate volũtatis. falſum eſt ergo quod poteſt aliquis de quocunque obiecto non cogitare.

¶ Ad hæc dicitur, qꝫ verba literæ intellecta formaliter, omnes ſoluunt obiectiones: doctrina ſiquidẽ prius tradita non aduerſatur præſenti. Ad quorum euidentiam opus eſt diſtinctione. ſ. quòd aliud eſt dicere, Voluntas neceſſario mouetur ab obiecto ad exercitiũ actus: & dicere, Voluntas ſic diſpoſita neceſſario mouetur ad exercitium actus. Primum enim denotat efficaciã obiecti ſupra voluntatem, qꝫ.ſ.talis, & ſic efficacis eſt naturæ, qꝫ poteſt volũtatem ad exercitium actus neceſſario ducere. Et hoc negatur in præſenti concluſione, dũ aſſeritur, qꝫ nullum obiectum vt ſic, & quãtum eſt ex ſua efficacia, põt naturali neceſſitate cõpellere voluntatẽ ad exercitiũ actus. Sed ſm vero denotat naturã voluntatis, de qua dictum eſt, qꝫ hẽt quendã motum naturalẽ, & qꝫ non habet ſemper illũ actu, ſed qñ eſt in certa diſpõne: & hoc prędictũ eſt, & vere. Et ex hoc prouenit, qꝫ voluntas deũ clare viſum neceſſario amat: eſt.n. tunc in diſpõne tali, qꝫ ex natura ſua actu prouenit amor, & delectatio talis obiecti. Et ſiſt in 1. actu voluntatis, quẽ habemus naturaliter velle illud, nõ hẽt neceſſitatẽ exercitii ab obiecto, ſed a natura exiſtente in tali diſpõne, qꝫ ad eã naturã neceſſitate ſequitur velle. Vñ qñcunq; voluntas neceſſario mouet ad exercitiũ, neceſſitas illa nunquã eſt ab obiecto, ſed a natura, & naturæ datore. Et p hoc patet reſponſio ad vtrunq; obiecto rum. Et ad primũ quidem explicite. Ad ſm vero, quo ad materiã & ad formã, dicito, qꝫ veriſimũ eſt, qꝫ voluntas põt de quocunq; obiecto non cogitare, quantũ eſt ex parte obiecti: ſic.n. author loquitur. ſed ſophiſma figurę dictionis eſt inferre. ergo volũtas in tali diſpoſitione exiſtens, põt non cogitare: mutatur.n. quid in quale. Oportet ergo diligenter in hoc art. aduertere, qꝫ formalis eſt ſermo de efficacia obiecti vt ſic: obiectiones aũt aliunde, q̃ ex obiecto robur habent: & ideo nihil obſtãt. Et ſi horum vltimam reſolutionem cupis, recolito ſupradictorum, ſcilicet quòd voluntas quo ad exercitium,, tres tantum habet motores, ſcilicet, ſeipſam, ſuam naturam, & deum vt agentẽ, non vt obiectum. Ex hoc enim patet, qꝫ modus exercitii non aliunde eſt. vñ ſiue libere, ſiue

mouet mobile. ergo volũtas ex neceſſitate põt moueri a ſuo obiecto.

¶ 2 Præt. Sicut voluntas eſt vis immaterialis, ita & intellectꝰ, & vtraque potentia ad obiectum vniuerſale ordinatur, vt † dictum eſt: ſed intellectus ex neceſſitate mouet a ſuo obiecto. ergo & volũtas a ſuo.

¶ 3 Præt. Oẽ qđ quis vult, aut eſt finis, aut aliquid ordinatũ ad finẽ: ſed finẽ aliquis ex neceſſitate vult, vt videtur, quia eſt ſicut principiũ ſpeculatiuis, cui ex neceſſitate aſſentimus. finis aũt eſt ratio volẽdi ea quę ſunt ad finẽ: & ſic vt etiam, qꝫ ea quę ſunt ad finẽ, ex neceſſitate velimus. Voluntas ergo ex neceſſitate mouetur a ſuo obiecto.

Sed contra eſt, qꝫ potentiæ rõnales ſm Philoſophum, ſunt ad oppoſita: ſed volũtas eſt potentia rationalis, eſt.n. in rõne, vt dicitur in 3. de aĩa. ergo volũtas ſe habet ad oppoſita. Non ergo ex neceſſitate mouet ad alterũ oppoſitorũ.

Respon. Dicẽdum, qꝫ voluntas mouet dupliciter. Vno modo, quãtum ad exercitium actus: Alio modo, quantum ad ſpecificationẽ actus, quæ eſt ex obiecto. Primo ergo mõdo volũtas a nullo obiecto ex neceſſitate mouetur. Põt.n. aliquis de quocũq; obiecto non cogitare: & p conſequens neq; actu velle illud. Sed quantum ad ſm motionis modũ, voluntas ab aliquo obiecto ex neceſſitate mouet: ab aliquo aũt non. In motu.n. cuiuſlibet potentiæ a ſuo obiecto, conſideranda eſt rõ, p quam obiectum mouet potẽtiam. Viſibile.n. mouet viſum ſub ratione coloris actu viſibilis. Vñ ſi color proponatur viſui, ex neceſſitate mouet ipſum, niſi aliqs viſum auertat, qđ pertinet ad exercitium actus. Si aũt proponeret aliquid viſui, qđ nõ oibus modis eſſet color in actu, ſed ſm aliquid eſſet tale, ſe cũdum aũt aliquid non tale: nõ ex neceſſitate viſus tale obiectũ videret. Poſſet.n. intẽdere ĩ ipſum ex ea pte, qua nõ eſt coloratũ in actu, & ſic ipſum nõ videret. Sicut aũt coloratũ in actu eſt obiectum viſus: ita bonum eſt obiectum volũtatis. Vnde ſi proponatur aliquod obiectum voluntati, qđ ſit vlt bonum, & ſm omnem cõſideronem, ex neceſſitate volũtas in illud rendit, ſi aliquid velit: non.n. poterit velle oppoſitum. Si aũt proponatur ſibi aliquod obiectum, qđ non ſm quamlibet conſiderationem ſit bonum, non ex neceſſitate voluntas fertur in illud. Et quia defectus cuiuſcunque boni habet rõnem non boni, ideo illud ſolum bonum qđ eſt perfectum, & cui nihil deficit, eſt tale bonũ, qđ voluntas non põt non velle, quod eſt beatitudo. Alia aũt quælibet particularia bona, inquantum deficiunt ab aliquo bono, pñt accipi vt non bona: & ſm hanc cõſiderationem pñt repudiari, vel approbari a voluntate, quæ poteſt in idem ferri ſecundum diuerſas conſiderationes.

Ad primvm ergo dicendũ, qꝫ ſufficiens motiuum alicuius potentiæ, non eſt niſi obiectum, quod tocationem & exercitium actus.

¶ Circa doctrinã traditã in hoc arti. & præcedentibus, aduerte, qꝫ ſm qđ voluntas reſpicit duos motores, alterũ ad exercitiũ, alterũ ad ſpecificationẽ: dupliciter inuenitur in ea naturalitas. ſ. ſm determinationẽ ad exercitium, & ſm determinationẽ ad ſpeciem. Eſt.n. voluntas naturaliter determinata ad eliciendum actum aliquem, puta primum &c. Et eſt rurſus naturaliter determinata ad obiectum aliquod, puta bonũ &c. Et hę determinationes ita ſe habent, qꝫ prima infert ſecundam, & non ecõuerſo. Si.n. voluntas determinata naturaliter eſt ad eliciendum actũ: hoc non eſt niſi reſpectu obiecti, ad quod naturaliter determinata eſt: ſed ſi determinata eſt naturaliter ad obiectum, non propterea determinata eſt ad exercitium actus reſpectu illius, vt patet in litera. vnde determinatio quo ad exercitium, vehementior ac naturalior eſt: includit enim alteram, & addit.

¶ Circa calcem eiuſdem corporis arti. aduerte, quòd quia, vt prædiximus, voluntas ad triũ volitorũ genus, puta eſſe, viuere &c. determinata eſt naturaliter, quo ad ſpecificationẽ, vt in plurib⁹, & a cauſa, vt in pluribus: non neceſſario prouenit effectus. poteſt enim impediri. Idcirco in litera dicitur, quòd quælibet particularia bona, etiam eſſe, viuere, intelligere, non neceſſario mouent voluntatem ad ſpecificationẽ actus. poſſunt enim repudiari: ſic tamen quòd prædicta vt in pluribus, nõ repudiantur. Sed ſi voluntas in ea fertur, volitionis actu in illa tendit, & raro nolitionis vel contingit in deſperantibus, & ſimilibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In rasponsione ad vltimum eiusdem art, notato, q̄ esse, viuere, & huiusmodi, dupliciter sumi possunt. Primo vt sunt quædam particularia bona secundum seipsa: & sic possunt, licet raro, reperiri, eo quòd delectum habēt annexū alicuius boni q̄ appetit, vt patet in occidentibus se. Appetunt. n. quoddam bonū, puta libertatem, cuius oppositū coniungit sæ vitæ &c. Alio mō, vt sunt necessario cōnexa beatitudini: & sic quantum est ex parte sui, non possunt repudiari. Sed q̄ voluntas habeat actum in ea, vt sic, oportet q̄ habeat circa ea actū volitionis, sicut circa beatitudinem pp rationem in litera assignatam. Dixi autē, quantum est ex parte sui: quia licet hæc sic cōnexa, habeant sic tātā efficaciā, vt necessitent ad specificationem: si tū cōnexio illa incognita, vel incōsiderata, vel non sufficienter visa sit, ab huiusmodi efficacia impedit. q̄ tamen non oportuit hic authorem exprimere, tum quia de obiecti efficacia ex parte sui est sermo: quia semp subintelligitur debita approximatio. Ex cuius defectu prouenit hoc.

¶ *Super Quæstionis decimæ Articulum tertium.*

CIrca 3. ar. doctrinam aduerte, q̄ inde habes, quàm liberum sit tam in delectabilibus, quàm in cōtrariis secundum tantum, velle & nolle. Passiones enim huiusmodi aut totaliter absorbēt rōnem, & sic nihil voluntatis restat: aut aliquid eius relinquūt, & sic libertatis tantūdem dimittunt. Et q̄uis tunc pp dispositionē subiecti volūtas maxime inclinetur ad actum consonum appetitui sensitiuo: qa tn libera restat, miraculo non est opus ad non eliciendum huiusmodi actum, vt Greg. de Arimino in 1. sent. dist. 1. q. 2. articu. 2. putauit.

¶ Circa illa verba. s. Voluntas non solum mouetur a bono vniuersali apprehenso p rationem, sed a bono apprehenso per sensum, dicta in art. 3. eiusdem 10. q. aduerte, quòd dupliciter intelligi possunt.

* In cor. ar.

* In cor ar.

* Cap. 4. to. 5.

* Text. 58. tem. 2.

Primo, vt bonum apprehensum per sensum, & bonum apprehensum per rationem, sint duo motiua voluntatis sic, quòd quādoque voluntas ab vno, quandoque ab altero mouetur: & hic sensus repugnat supradictis, & est falsus. Repugnat quidem, quia iā dictum, probatumque est, quòd nullum corporeum potest mouere directe voluntatem. Falsus vero est, quia si sensus solus posset mouere volūtatem, tūc homo posset velle absq; rationis vsu, & consequenter posset peccare, & beneficere, quod non est intelligibile: implicat enim, esse actum liberi arbitrii absque rationis vsu. Secundo igitur intelligi possunt, vt bonum apprehensum per sensum, permittatur cōcurrere cum apprehenso p rationem in idem motiuum, ita quòd motiuum voluntatis non solum est bonum vniuersale apprehensum per rationem in sua puritate: sed etiā coniuncto cum bono apprehenso p sensum: hic est sensus vetus & intentus. Verus quidem, quia sicut intellectus mouetur a phātasmate nō secundum se, sed secundū quod stat sub lumine intellectus agentis, qui est verus eius motor: ita bonum particulare apprehensum, non secundū se, sed secundum quod subsistat vniuersali apprehenso per rationem, quod est verum volūtatis motiuum, mouet voluntatem. Interius autem, quia ex hoc interimit similitudo in argumento obiecta, inter voluntatem, appetitumque sensitiuum, & rationem vniuersalem ac particularem. Nā voluntas ab vtroque simul ratione mouetur, ac per hoc nō indiget appetitu particulari. Ratio vero vniuersalis, inquantum huiusmodi (sic enim distinguit contra rationem particularem), nunquā particulare attingit: & propterea particulari eget ratione, vt ad particulare dirigat.

non procul a fi.



cundum

cundum hoc potest aliquis vel totaliter passionem repellere: vel saltem se tenere, ne passionem sequatur. In tali enim dispositione, quia homo secundum diuersas partes animæ diuersimode disponitur, aliud ei videtur secundum rationem, & aliud secundum passionem.

A

AD 3^m dicendum, q̄ voluntas nō solum mouetur a bono vniuersali apprehenso per rationem: sed etiā a bono apprehenso per sensum. & ideo potest moueri ad aliquod particulare bonum absq; passione appetitus sensitiui. Multa enim volumus, & operamur absq; passione per solam appetitus electionem, vt patet in his, in quibus ratio renititur passioni.

B

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum voluntas moueatur de necessitate ab exteriori motiuo, quod est Deus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas ex necessitate moueatur a Deo. Omne enim agens, cui resisti non potest, ex necessitate mouet: sed Deo, cum sit infinitæ virtutis, resisti non potest. vnde dicitur Rom. 9. Voluntati eius quis resistit? ergo Deus ex necessitate mouet voluntatem.

¶ 2 Præt. Voluntas ex necessitate mouetur in illa, quę naturaliter vult, vt dictum est*: sed hoc est vnicuiq; rei naturale, quod Deus in eo operatur, vt Aug. dicit 26. † contra Faustum. ergo voluntas ex necessitate vult omne illud, ad quod a Deo mouetur.

C

* Ar. 1. huius quæst.

† c. 3. ante med. to. 6.

¶ 3 Præt. Possibile est, quo posito non sequitur impossibile. Sequitur autem impossibile, si ponatur quòd voluntas nō velit hoc, ad quod Deus eā mouet, quia secundum hoc operatio Dei esset inefficax: non ergo est possibile voluntatem nō velle hoc, ad quod Deus eam mouet. ergo necesse est eam hoc velle.

D

SED CONTRA est, q̄d dicitur Eccl. 15. Deus ab initio cōstituit hoiem, & reliquit eum in manu cōsilij sui. non ergo ex necessitate mouet voluntatem eius.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut Dion. dicit. 4. c. de di. no.* Ad prouidentiā diuinā nō ptinet naturā rerum corrumpere, sed seruare. vnde oīa mouet f̄m eorum conditionē, ita q̄ ex causis necessarijs per motionē diuinā consequuntur effectus ex necessitate: ex causis autem contingentibus sequuntur effectus contingenter. Quia igitur voluntas est actiuum principium nō determinatum ad vnum, sed indifferenter se habens ad multa: sic Deus ipsam mouet, quod non ex necessitate ad vnū determinat, sed remanet mot^o eius cōtingēs, & nō necessari^o, nisi i his, ad q̄ naturaliter mouet.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ voluntas diuina non solum se extendit vt aliquid fiat per rem, quā mouet: sed vt etiā eo modo fiat, quo congruit naturæ ipsius. Et ideo magis repugnaret diuinæ motioni, si volūtas ex necessitate moueret, q̄d suæ naturæ non cōpetit, q̄ si moueretur libere, prout cōpetit suæ naturæ.

E

AD 2^m dicendum, q̄ naturale est vnicuique, quod Deus operatur in ipso, vt sit ei naturale. Sic enim vnicuique conuenit aliquid, secundum quod Deus vult, q̄ ei conueniat: non autem vult, quòd quicquid operatur in rebus, sit eis naturale, puta, quòd mortui resurgant: sed hoc vult vnicuiq; esse naturale, q̄ potestati diuinæ subdatur.

AD 3^m dicendum, q̄ si Deus mouet voluntatem ad aliquid, impossibile est poni, q̄ voluntas ad illud nō moueat, non tn est impossibile simpliciter: vnde non sequitur, q̄ voluntas a Deo ex necessitate moueatur.

QVAESTIO XI.

De fruitione, quæ est actus voluntatis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de fruitione.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum frui, sit actus appetitiuæ potentiæ.

¶ Secūdo, Vtrū soli rationali creaturæ conueniat, an etiam animalibus brutis.

¶ Tertio, Vtrum fruitio sit tantum vltimi finis.

¶ Quarto, Vtrū sit solū finis habiti.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrū frui, sit actus appetitiuæ potētiæ.

AD PRIMVM sic pceditur. Videt^r q̄ frui nō sit solū appetitiuæ potētię. Frui enim, nihil aliud esse videtur, q̄ fructum capere: sed fructum humanę vitæ, quæ est beatitudo, accipit intellectus, in cuius actu beatitudo consistit, vt supra ostensum est*. ergo frui non est appetitiuæ potentiæ, sed intellectus.

¶ 2 Præt. Quelibet potentia habet proprium finem, qui est eius perfectio, sicut visus finis est cognoscere visibile, auditus percipere sonos, & sic de alijs: sed finis rei est fructus eius. ergo frui est potentiæ cuiuslibet, & non solū appetitiuę.

¶ 3 Præt. Fruitio delectationē quādam importat: sed delectatio sensibilis pertinet ad sensum, qui delectatur in suo obiecto, & eadem ratione delectatio intellectualis ad intellectū. ergo fruitio ptinet ad appētēsiuā potētiā, & nō ad appetitiuā.

SED CONTRA est q̄d Aug. dicit. 1. de doctrina Christiana*, & i 10. de Tri. Frui, est amore inhērere alicui rei pp seipsam: sed amor ptinet ad appetitiuam potentiā. ergo & frui est actus appetitiuæ potētię.

RESPON. Dicendum, q̄ fruitio & fructus ad idem pertinere videtur, & vnum ex altero deriuari. Quid autem a quo, nihil ad propositum refert, nisi quòd hoc probabile videt, q̄ id, quod magis est manifestum, prius etiā fuerit nominatū. Sunt aūt nobis primo manifesta, q̄ sunt sensibilia magis: vnde a sensibilibus fructibus nomē fruitionis deriuatū vī. Fructus aūt sensibilis est id, qd vltimum ex arbore expectatur, & cum quadam suauitate percipitur. Vnde fruitio ptinere

¶ *Super quæstionis undecimæ Articulum primum.*

IN primo articulo quæstionis. 11. aduerte, quòd author in corpore articuli, ex ratione fructus intulit solum, quòd fruitio ad appetitiuam partem pertinet, nec determinauit an amorē, an delectationem significet: quoniam sat erat suæ quæstioni, quòd ad appetitum spectaret. Acquiuocari tamen scito vocabulū hoc apud Thomistas, & Scotistas. Nos enim fruitionis nomine, significamus delectationem, formaliter loquendo, amorem autem connotatiue & causaliter: illi vero significant formaliter amorem amicitiæ. Vnde oportet, cum disputant, se inuicē prædeclarare, ne de se inuicem rideant, quolibet putante alterū extra propositum loqui. Suasio autē Scoti in primo sent. distin. 1. q. 3. ex cōstructione. s. quia fruor cōstruitur cum ablatiuo significante obiectum ex vi transitionis. ergo significat actum, puta amorem, & nō passionē puta delectationem. Dicitur enim fruor deo, sicut amo deū, & nō sicut delector de deo. Hęc inquā, suasio nihil habet suasionis, quoniam constructio hic transitiua, nō est nisi posse itiue, grammatice loquendo. cōstruitur enim cum ablatiuo, vel genitiuo, ex eo quòd est deponens possessiuū. vnde ex hoc non habetur, q̄ significet actum, sed fiat quòd significet passionem per modū possessionis: & vere sic ē. Frui enim importando delectationē, denotat rem, qua fruimur, a nobis possideri. Longe autē perspicuū magis erat a Grammaticis, & Ontologibus persuaderi qd nos dicimus: notiora enim vtendum

Inf. arti. 2. cor. Et. 1. di. 1. q. 1. ar. 1.

q. 3. ar. 2.

c. 4. in prin. c. 10. to. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendum est ut plures. Constat autem frequentissimo Grammaticorum usu, non nisi ad delectationē spectare: unde & dicunt, ℔ significat cū gaudio uti. Nō.n. dicimus fruor cantu. i. amo cantū: sed. i. delectationē percipio de cantu. Neq; cum dr, Veni, fruamur cupitis amplexib⁹, Prouerb. c. 1 inuitamur ad amandum: sed ad
D.656. delectationem percipiendam. Et Paulus cū Philemoni dicit, Ego te fruar i Dño, non, Ego te amabo: sed, ego de te delectabor in Dño, sonat. Abusiue igitur frui ℔ amore formaliter sumi potest: proprie aūt non, nisi æquiuocādo ad placitum.
*q.9. artı. ¶ In rñsione ad ām eiusdē primi articuli, disce, quòd q̄ bonū est cōe ad oia genera, sicut & ens: sicut quælibet perfectio, quilibet finis, quodlibet obiectum ām suam specialem rationē habet rationē entis, ita & boni. Videre.n. & uisibile ut sic, sunt entia & bona: & notificatio huius est, quia q̄libet potentia appetit naturaliter suam perfectionem, suum finem, suum obiectū ut sic. Vnde uerū, in quātū uerū, quia est naturali appetitu appetitum ab intellecto, est species boni, & similiter uisibile, & intelligere, & uidere, & reliqua. quia ergo ista sunt boni species, & continentur sub bono in cōi, quod est obiectū nosIn.q.12.ar. 5.ad 2. Et 1. dist. 1. q. 4. artic. 1. *c. 3. & 22. tomo 3. suntatis, ut propria sub cōi dupliciter appetūtur, primo appetitu naturali ab his quorū sunt bona propria: secundo appetitu animali a uolūtate, sub cuius obiecto continentur. & propterea sequūtur illa duo quæ in litera exprimuntur.

¶ *Super Q uæstionis undecimæ Articulum secundum.*

IN reliquis quæstionis 11. articulis nihil scribendum occurrit. *q.10. ante medium, tomo 4.

videtur ad amorem, vel delectationem, quā aliquis habet de vltimo expectato, qđ est finis. Finis aūt & bonum, est obiectū appetitiuæ potentiæ: vnde manifestū est, qđ fruitio est actus appetituæ potentiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ℔ nihil prohibet vnū & idem, ām diuersas rationes, ad diuersas potentias ptinere. Ipsa igit̄ visio Dei, inquātum est visio, est actus intellectus: inquantum aūt est bonum & finis, est voluntatis obiectum, & hoc modo est eius fruitio: & finem hunc intellectus cōsequitur tanquàm potentia agens: volūtas autem tanquàm potentia mouens ad finem, & fruens fine iā adepto.

AD 2^m dicendum, ℔ perfectio & finis cuiuslibet alterius potentiæ, continetur sub obiecto appetitiuæ, sicut proprium sub cōi, vt dictū est supra. * Vnde perfectio, & finis cuiuslibet potētię, inquantū est quoddam bonum, pertinet ad appetitiuā, pp quod appetitiua potentia mouet alias ad suos fines, & ipsa cōsequitur finem, qñ quęlibet aliarum pertingit ad finem.

AD 3^m dicendum, ℔ in delectatione duo sunt. s. perceptio conueniētis, quæ ptinent ad apprehensiuam potentiam: & complacentia eius, quod offertur vt conueniēs: & hoc ptinet ad appetitiuā potentiā, in qua rō delectationis cōplet.

ARTICVLVS II.

Vtrum frui conueniat tantum rationali creaturæ, an etiam animalibus brutis.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur ℔ frui solum modo sit hominum. Dicit. n. Aug. in primo de doctrina Christiana *, quòd nos homines sumus, qui fruimur & vtimur. non ergo alia animalia frui possunt.

¶ 2 Præt. Frui ē vltimi finis: sed ad vltimū finem non pñt pertingere bruta aīalia. ergo eorū nō est frui.

¶ 3 Præt. Sicut appetitus sensitiuus est sub intellectiuo, ita appetitus naturalis est sub sensitiuo: si igitur frui pertinet ad appetitum sensitiuum, videtur quòd pari ratione possit ad naturalem pertinere. quod patet esse falsum, quia non est delectari. ergo appetitus sensitiui non est frui: & ita nō conuenit brutis animalibus.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. 83. q. * Frui quidem cibo, & qualibet corporali voluptate, nō absurde existimant & bestię.

RESPON. Dicendum, ℔ sicut ex prædictis habetur, * frui non est actus potentiæ perueniētis ad finem, sicut exequentis: sed potentiæ imperantis executionem. Dictum * est. n. ℔ est appetitiuæ potentiæ. In rebus aūt cognitione carētibus inuenitur quidem potentia pertingens ad finem per modū exequentis, sicut graue tendit deorsum, & leue sursum. Sed potētia, ad quā pertinet finis p modū imperantis, non inuenitur in eis, sed in aliqua superiori natura, quæ sic mouet totā naturā per imperium, sicut in habētibus cognitionem appetitus mouet alias potētias ad suos actus. Vnde manifestum est, ℔ in his, quæ cognitione carent, q̄uis pertingant ad finē, non inuenitur fruitio finis, sed solū in his quæ cognitionem habent. Sed cognitio finis est duplex, pfecta, & imperfecta. Perfecta quidem, qua nō solū cognoscitur id, qđ est finis & bonū, sed rō vniuersalis finis & boni: & talis cognitio est solius rōnalis naturæ. Imperfecta aūt cognitio est, qua cognoscitur particulariter finis & bonum: & talis cognitio est in brutis aīalibus, quorū & virtutes appetituæ non sunt imperantes libere, sed ām naturalem instinctū ad ea, quę apprehendunt, mouentur: vnde rōnali naturæ conuenit fruitio secundū rōnem perfectam: brutis autem animalibus secundum rationem imperfectā: aliis autem creaturis nullo modo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. loquitur de fruitione perfecta.

AD 2^m dicendum, quòd non oportet quòd fruitio sit vltimi finis simpliciter: sed eius quod habetur ab vnoquoque pro vltimo fine.

AD 3^m dicendū, ℔ appetitus sensitiuus consequitur aliquam cognitionem: non aūt appetitus naturalis, præcipue prout est in his, quæ cognitione carent.

AD 4^m dicendum, quòd Aug. ibi loquitur de fruitione imperfecta, quod ex ipso modo loquendi apparet. dicit. n. ℔ frui non adeo absurde existimantur & bestiæ, scilicet sicut, Vti, absurdissime dicerentur.

ARTICVLVS III.

Vtrum fruitio sit tantum ultimi finis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ℔ fruitio nō sit tm̄ vltimi finis. Dicit. n. Apost. ad Philemonem. Ita frater, ego te fruar in Dño: sed manifestum est, ℔ Paulus non posuerat vltimum suum finem in homine. ergo frui nō tantum est vltimi finis.

¶ 2 Præt. Fructus est, quo aliquis fruitur: sed Apost. dicit ad Gala. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudiū, pax, & huiusmodi, quæ non habent rationem vltimi finis. non ergo fruitio est tantum vltimi finis.

¶ 3 Præt. Actus voluntatis supra seipsos reflectuntur. Volo enim me velle, & amo me amare: sed frui est actus voluntatis. voluntas enim est per quam fruimur, vt Augustī. dicit 10. de Tri. * ergo aliquis fruitur sua fruitione. sed fruitio non est vltimus finis hominis, sed solum bonum increatum, quod est Deus. nō ergo fruitio est solum vltimi finis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 10. de Tri. * Nō fruitur siquis id, qđ in facultatem voluntatis assumit pp aliud appetit: sed solum vltimus finis est, qui non pp aliud appetitur. ergo solius vltimi finis est fruitio.

RESPON. Dicendum, ℔ sicut dictum est, * ad rationem fructus duo pertinent. s. quòd sit vltimum, & ℔ appetitū quietet quadam dulcedine, vel delectatione. Vltimū autem est simpliciter, & ām quid: simpliciter quidē, quod ad aliud nō refertur: sed ām quid, quod

quod est aliquorum vltimum. Quod ergo est simpliciter vltimū, in quo aliquid delectatur, sicut in vltimo fine, hoc quippe ꝓprie dicitur fructus, & eo proprie dicitur aliquis frui. Quod aūt in seipso non est delectabile, sed tm̄ appetitur in ordine ad aliud, sicut potio amara ad sanitatē, nullo modo fructus dici potest. Quod autem in se habet quādam delectationem, ad quam quædam præcedētia referuntur, potest quidem aliquo modo dici fructus: sed non proprie, & ām cōpletam rationem fructus, eo dicimur frui. Vnde Aug. in 10. de Trini. dicit, * qđ fruimur cognitis, in quibus voluntas delectata conquiescit, non aūt quiescit simpliciter nisi in vltimo: quia quandiu aliquid expectatur, motus voluntatis remanet in suspenso, licet iā ad aliquid peruenerit, sicut in motu locali, licet illud qđ est medium in magnitudine, sit principiū & finis, nō tm̄ accipitur vt finis in actu, nisi qñ in eo quiescitur.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd sicut Aug. dicit in primo de doctrina Christiana. * Si dixisset, Te fruar, & non addidisset, In Domino: videretur finem delectatiōis in eo posuisse: sed quia addidit, In Domino: in Domino se posuisse finem, atque in eo se frui significauit, vt sic fratre se frui dixerit, non tanquàm termino, sed tanquàm medio.

AD 2^m dicendum, ℔ fructus aliter cōparatur ad arborem producentem, & aliter ad hoiem fruētem. Ad arborem quidem producentem comparatur, vt effectus ad causam: ad fruentem aūt, sicut vltimum expectatum & delectans. Dicuntur igitur ea, quæ enumerat ibi Apostolus, fructus: quia sunt effectus quidam Spiritus sancti in nobis, vnde & fructus Spiritus dicuntur, non autem ita, ℔ eis fruamur tāquàm vltimo fine. Vel aliter dicēdū, ℔ dicūtur fructus secundū Ambros. * quia propter se petenda sunt: non quidem ita quòd ad beatitudinem non referantur, sed quia in seipsis habent, vnde nobis placere debeant.

AD 3^m dicendum, quòd sicut supra dictum est †, finis dicitur dupliciter. Vno modo ipsa res: alio modo adeptio rei: quæ quidem non sunt duo fines, sed vnus finis in se cōsideratus, & alteri applicatus. Deus igitur est vltimus finis, sicut res quæ vltimo quæritur: fruitio autem, sicut adeptio huius vltimi finis. Sicut igitur non est aliud finis Deus, & fruitio Dei: ita eadē ratio fruitionis est qua fruimur Deo, & qua frui mur diuina fruitione. Et eadem ratio est de beatitudine creata, quæ in fruitione consistit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fruitio sit solum finis habiti.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ℔ fruitio non sit nisi finis habiti. Dicit. n. Aug. 10. de Trini. * ℔ frui, est cum gaudio vti, non adhuc spei, sed iam rei: sed quandiu non habetur, non est gaudium rei, sed spei. ergo fruitio non est nisi finis habiti.

¶ 2 Præt. Sicut dictū est, † Fruitio non est proprie, nisi vltimi finis, quia solus vltimus finis quietat appetitū: sed appetitus non quietatur nisi in fine iā habito. ergo fruitio, ꝓprie loquendo, nō est nisi finis habiti.

¶ 3 Præt. Frui, ē capere fructū: sed nō capitur fructus, nisi qñ iā finis hr̄. ergo fruitio nō est nisi finis habiti.

SED CONTRA. Frui, est amore inhærere alicui rei pp seipsam, vt Aug. dicit: * sed hoc potest fieri ēt de re non habita. ergo frui potest esse etiā finis non habiti.

RESPON. Dicendum, ℔ Frui, importat comparationem quandā voluntatis ad vltimum finem, ām qđ

A voluntas habet aliquid pro vltimo fine. Habetur aūt vltimus finis dupliciter, vno modo perfecte: & alio modo imperfecte. Perfecte quidem, qñ habetur non solum in intentione, sed etiā in re: imperfecte autem, qñ habetur in intentione tm̄. Est ergo perfecta fruitio iam habiti finis realiter: sed imperfecta est etiam finis non habiti realiter, sed in intentione tantum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augu. loquitur de fruitione perfecta.

AD 2^m dicendū, ℔ quies voluntatis dupliciter impeditur, Vno modo ex parte obiecti, quia, s. non est vltimus finis, sed ad aliud ordinatur: Alio modo ex parte appetentis finem, qui nondum adipiscitur finem. Obiectum aūt est quod dat speciem actui: sed ab agente dependet modus agendi, vt sit perfectus, vel imperfectus ām conditionem agentis: & ideo eius, qđ non est vltimus finis, fruitio est impropria, quasi deficiens a specie fruitionis. Finis autem vltimi non habiti, est fruitio propria quidem, sed imperfecta, propter imperfectum modum habendi vltimum finem.

AD 3^m dicendum, quòd finem accipere, vel habere dicitur aliquis, non solum secundum rem, sed etiā secundum intentionem, vt dictum est. * In corp. artic.

QVAESTIO XII.

De intentione, in quinque articulos diuisa.

¶ *Super Q uæstionem duodecimam.*

EINDE considerandum est de intentione.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum intētio sit actus intellectus, vel voluntatis.

¶ Secūdo, Vtrū sit tm̄ finis vltimi.

¶ Tertio, Vtrum aliquis possit simul duo intendere.

¶ Quarto, Vtrum intentio finis sit idem actus cum voluntate eius quod est ad finem.

¶ Quinto, Vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum intentio sit actus intellectus, uel uoluntatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ℔ intentio sit actus intellectus, & non voluntatis. Dicitur. n. Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: vbi per oculū significatur intentio, vt dicit Aug. * in lib. de serm. Dom. in mon. sed oculus cum sit instrumentum visus, significat apprehensiuā potentiā. ergo intentio non est actus appetituæ potētiæ, sed apprehēsiuę.

¶ 2 Præt. Ibidem Aug. dicit, † ℔ intentio, lumen vocatur a Dño, vbi dicit. Si lumen quod in te est, tenebræ sunt &c: sed lumen ad cognitionem pertinet. ergo & intentio

2.2. q. 190. art. 1. cor. Et 2. di. 38. ar. 3. Et uerit q. 23. ar. 13. Et mal. q. 16. artı. 11. ad 3. * lib. 2. cap. 21. circa medium tom. 4. † lib. 2. cap. 21. tom. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, finis rationem induit: & similiter cum in eo sistitur, & eodē modo cum appetitur, ut per præcedentia assequēdum. Quomodo autem distinguitur actus, respectu ejus quod est ad finem, inferius dicetur.

cap. 7. circa finē inuitur. & lib. 11. cap. 3. & 4. clarius, & cap. 6. tom. 3.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in 10. de Trini, *q voluntatis intentio copulat corpus visum visui; & similiter speciē in memoria existentē, ad aciē animi interius cogitantis. est igitur intentio actus voluntatis.

RESPON. Dicendum, quòd intentio, sicut ipsum nomen sonat, significat in aliud tendere. In aliquid autem tendit & actio mouentis, & motus mobilis: sed hoc quòd motus mobilis in aliquid tendit, ab actione mouentis procedit. Vnde intentio primo & principaliter pertinet ad id, quod mouet ad finē. vnde dicimus architectorem, & omnem præcipientem mouere suo imperio alios ad id, ad quod ipse tendit. Volūtas autem mouet omnes alias vires animæ ad finem, vt supra *habitum est. vnde manifestum est, q intentio proprie est actus voluntatis.

*q.9.art.1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q intentio nominatur oculus metaphorice, nō quia ad cognitionem pertinet, sed quia cognitionem præsupponit, per quā proponitur voluntati finis, ad quē mouet: sicut oculo præuidemus, quo tendere corporaliter debeamus.

AD 2^m dicendum, q intentio dicitur lumen, quia manifesta est intendenti. Vnde & opera dicuntur tenebræ, quia homo scit quid intendit, sed nescit quid ex opere sequatur, sicut Aug. ibidem exponit.

*lib. 3. de Ser. Domini in monte, cap. 21. a medio ad finem usque, tom. 4.

AD 3^m dicendum, q voluntas quidem non ordinat, sed tñ in aliquid tendit fm ordinem rationis. vnde hoc nomen Intentio noīat actū voluntatis, presupposita ordinatione rōnis ordinātis aliquid in finem.

AD 4^m dicendum, q intentio est actus voluntatis respectu finis: sed voluntas respicit finem tripliciter, Vno modo absolute: & sic dicitur voluntas prout absolute volumus vel sanitatem, vel si quid aliud est huiusmodi. Alio modo consideratur finis, secundum quod in eo quiescitur: & hoc modo fruitio respicit finem. Tertio modo cōsideratur finis, fm quod est terminus alicuius, qd in ipsum ordinatur: & sic intentio respicit finem. Non enim solum ex hoc intendere dicimur sanitatem, quia volumus eam: sed quia volumus ad eam per aliquid aliud peruenire.

ARTICVLVS II.

Vtrum intentio sit tantum ultimi finis.

2.2. q.186. art.1.cor. Et 2.di.38. ar. 3. Et ver. q. 22. arti. 13. co.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q intentio sit tñ ultimi finis. Dicitur enim in lib. sententiarum Prosperi, *Clamor ad Deum, est intentio cordis: sed Deus est vltimus finis humani cordis. ergo intentio semper respicit vltimum finem.

*sent. 110. †art.1.ad 3.

¶ 2 Præt. Intentio respicit finem fm quod est terminus, vt dictum est: † sed terminus habet rationem vltimi finis. ergo intētio semper respicit vltimū finem.

¶ 3 Præt. Sicut intentio respicit finem, ita & fruitio: sed fruitio semper est vltimi finis. ergo & intentio.

SED CONTRA. Vltimus finis humanarum voluntatum est vnus. s. beatitudo, vt supra dictum est. *si igitur intentio esset tantum vltimi finis, non essent diuersæ hominum intentiones: quod patet esse falsum.

*q.1.art.5.

RESPON. Dicendum, q sicut dictum est, *Intentio respicit finem fm quod est terminus motus voluntatis. In motu aūt pōt accipi terminus dupliciter. Vno modo ipse terminus vltimus, in quo quiescitur, qui est terminus totius motus: Alio modo aliqđ mediū, qd est principium vnius partis motus, & finis, vel terminus alterius. Sicut in motu, quo itur de A in C per B. C est terminus vltimus: B autem terminus, sed nō vltimus, & vtriusq; potest esse intentio. vnde etsi semper sit finis, non tñ oportet, q semper sit vltimi finis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q intentio cordis, dicitur clamor ad Deum, nō q Deus sit obiectum intentionis semper, sed quia est intentionis cognitor: vel quia cum oramus, intētionem nostram ad Deum dirigimus, quę quidem intentio vim clamoris habet.

AD 2^m dicendum, quòd terminus habet rationem vltimi finis, sed non semper vltimi respectu totius, sed quandoque respectu alicuius partis.

AD 3^m dicendum, q fruitio importat quiētem, quæ est in fine, quod pertinet solum ad vltimum finem: sed intentio importat motum in finem, non autem in quietem. vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquis possit simul duo intendere.

¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum tertium.*

*art.1.ad 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q non possit aliquis simul intendere plura. Dicit enim Aug. in lib. de ser. *Domini in monte, quòd non potest homo simul intendere Deum, & cōmodum corporale. ergo pari ratione neque aliqua alia duo.

¶ 2 Præt. Intentio nominat motū volūtatis ad terminum: sed vnius motus non possunt esse plures termini ex vna parte. ergo voluntas non potest simul multa intēdere.

¶ 3 Præt. Intentio præsupponit actum rationis, siue intellectus: sed non contingit simul plura intelligere, secundū Philosophum*, ergo etiam neque contingit simul plura intendere.

*cap. 7. circa finē inuitur. & lib. 11. cap. 3. & 4. clarius, & cap. 6. tom. 3.

SED CONTRA. Ars imitatur naturam: sed natura ex vno instrumēto intendit duas vtilitates, sicut lingua ordinatur ad gustum, & ad locutionem, vt dicitur in 3. de anima. *ergo pari ratione ars, vel ratio, potest simul aliquid vnum ad duos fines ordinare: & ita pōt aliqs simul plura intēdere.

*sent. 110.

RESPON. Dicendum, q aliqua duo pñt accipi dupliciter, vel ordinata adinuicem, vel non ordinata. Et si quidem adinuicem fuerint ordinata, manifestum est ex præmissis, * quòd homo potest simul multa intendere. Est enim intentio non solum finis vltimi, vt

*art.1. huius quæst.

principium in intentione, non oportet esse vnum, sed contingit esse plura. Et propterea de intentione conceditur pluralitas simul, quæ negatur de intellectione.

D.199.

¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum quartum.*

CIrca quarti articuli decisionē, reuideto quod scripsi superius in q. 8. artic. 3.

¶ Circa responsionē ad tertium, nota responsionem datam, vt ex ea habeas, q actus voluntatis in finem, intētionis nomine significatus, importat motum in finem, vt terminum aliorum, ita q motus iste primo attingit terminum, & deinde terminabilia in ipsum: electio vero econtra, primo attingit terminabilia, & deinde terminum. Et sic se habent sicut descensus, & ascensus. Intentio enim descēdit a principio ad ea, quæ sunt ad ipsum. Electio vero ab his ascendit ad finē, omniū principium. Et signū affertur in littera, quia quandoque intendimus, nō electis adhuc mediis ad intentum, vt patet in quotidiana experientia.

¶ De quinto articulo nihil scribendum occurrit.

*q.85.ar.4.

AD 3^m dicendū, q sicut in primo dictū est, * cōtingit sil' plura intelligere, inquātū sunt aliquo mō vnū.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum intentio finis sit idem actus cum voluntate eius, quod est ad finem.

Supra q. 8. art. 3. Et 2. dist. 38. art. 4. Et 3. dis. 24. artic. 1. q. 4. cor. Et ueri. q. 22. art. 14.

*cap. 7. ad finē. Et lib. 21. cap. 6. & 9. tom. 3.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit vnus & idem motus, intentio finis, & voluntas eius, quod est ad finem. Dicit. n. Aug. in 10. de Tri. * quòd voluntas videndi fenestram, finem habet fenestræ visionem: & altera est voluntas per fenestram videndi transeuntes. Sed hoc pertinet ad intentionem, quòd velim videre trāseuntes per fenestram: hoc autem ad voluntatem eius quod est ad finem, q velim videre fenestrā. ergo alius est motus voluntatis intentio finis, & alius voluntas eius, qd est ad finem.

¶ 2 Præt. Actus distinguunt fm obiecta: sed finis, & id qd est ad finē, sunt diuersa obiecta. ergo alius motus volūtatis est intētio finis, & volūtas eius qd est ad finē.

dictum est, † sed etiam finis medii: simul autem intendit aliquis & finē proximum, & vltimum: sicut confectionem medicinę, & sanitatem. Si aūt accipiantur duo adinuicem non ordinata, sic etiā simul homo potest * plura intendere: qđ patet ex hoc, q homo vnum alteri præeligit, quia melius est altero. Inter alias autem conditiones, quibus aliquid est melius altero, vna est, quòd ad plura valet: vnde potest aliqd præeligi alteri ex hoc, quòd ad plura valet. & sic manifeste homo simul plura intendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Aug. intelligit hominem non posse simul Deum, & commodum temporale intēdere, sicut vltimos fines: quia vt supra ostēsum est, * non possunt esse plures fines vltimi vnius hominis.

AD 2^m dicendum, q vnius motus possunt ex vna parte esse plures termini, si vnus ad alium ordinetur: sed duo termini adinuicem non ordinati ex vna parte, vnius motus esse nō possunt. Sed tñ considerandum est, quòd id quod nō est vnum fm rem, potest accipi vt vnū fm rationem. Intentio autem est motus voluntatis in aliqđ præordinatū in ratione, sicut dictum est: * & ideo ea quæ sunt plura fm rem, possunt accipi vt vnus terminus intentionis, prout sunt vnum secundum rationem, vel quia aliqua duo concurrunt ad integrandum aliquid vnum: sicut ad sanitatem concurrunt calor & frigus cōmensurata: vel quia aliqua duo sub vno cōi continentur, quod potest esse intentum, puta, acquisitio vini, & vestis, cōtinetur sub lucro, sicut sub quodā cōi. vñ nihil phibet, quin ille qui intendit lucrū, sil' hæc duo intēdat.

AD 3^m dicendum, q sicut in primo dictum est, * cōtingit sil' plura intelligere, inquātū sunt aliquo mō vnū.

ARTICVLVS V.

Vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

2.2.q.110. art.1.cor. & 2.di.38. ar. 3.cor. & ad 2.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd bruta animalia intendant finem. Natura enim in his q̄ cognitione carent, magis distat a rationali natura, quàm natura sensitiua, quæ est in animalibus brutis: sed natura intendit finem etiam in his quæ cognitione carent, ut probatur in 2. Physi. * ergo multo magis bruta animalia intendunt finem.

*lib. 2. tex. 77. & seq.

¶ 2 Præt. Sicut intētio ē finis, ita & fruitio: sed fruitio cōuenit brutis aialibus, ut dictū est. † ergo & intētio.

† q. 11. art. 2.

¶ 3 Præt. Eius est intendere finem, cuius est agere pp finem, cum intendere nihil sit, nisi in aliud tendere: sed bruta animalia agunt propter finem. mouetur. n. animal uel ad cibum quærendum, uel ad aliquid huiusmodi. ergo bruta animalia intendunt finem.

SED CONTRA. Intentio finis importat ordinationem alicuius in finē, qd est rationis. Cum igitur bruta aialia non habeāt rōnem, vī q non intendant finem.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, * intendere, est in aliud tendere, quod quidem est & mouentis & moti. Sēm quidem igitur quod dicit

*art.1. huius quæst.

inten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

intendere finẽ id, quod mouetur ad finem ab alio, sic natura dr intẽdere finem, quasi mota ad suum finem a Deo, sicut sagitta a sagittante. & hoc modo ẽt bruta animalia intendunt finem, inquantum mouentur ab instinctu naturali ad aliquid. Alio modo, intẽdere finẽ est mouẽtis, prout. s. ordinat motum alicuius, vel sui, vel alterius in finem, quod est rationis tm. vnde per hunc modum bruta non intendunt finem, quod est proprie & principaliter intendere, vt dictum est.*

art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit, fm quod intẽdere est eius, quod mouetur ad finem.

AD 2^m dicendum, quòd fruitio non importat ordinationem alicuius in aliquid, sicut intentio, sed absolutam quietem in fine.

AD 3^m dicendum, quòd bruta animalia mouentur ad finem, non quasi considerantia, quòd per motum suum possint consequi finem, quod est proprie intendentis, sed quasi concupiscentia naturali instinctu, mouentur ad finem quasi ab alio mota, sicut & cætera quæ mouentur naturaliter.

¶ *Super Q. nõagesimam decimamtertiam.*

QVAESTIO XIII.

De electione, quæ est actus voluntatis, respectu eorum quæ sunt ad finem, in sex articulos diuisa.

ONSEQVENTER cõsiderandũ est de actibus voluntatis, qui sunt in cõparatione ad ea, quæ sunt ad finẽ, & sunt tres, eligere, consentire, & vti: electionẽ autem præcedit consilium. Primo ergo considerandum est de electione. Secundo, de consilio. Tertio, de consensu. Quarto, de vsu.

Circa electionem quærũntur sex.

¶ Primo, Cuius potẽtiæ sit actus, vtrum voluntatis, vel rationis.

¶ Secũdo, Vtrũ electio conueniat brutis animalibus.

¶ Tertio, Vtrum electio sit solũ eorum quæ sunt ad finem, vel etiam quandoque finis.

¶ Quarto, Vtrum electio sit tantum eorum quæ per nos aguntur.

¶ Quinto, Vtrum electio sit solũ possibilium.

¶ Sexto, Vtrum homo ex necessitate eligat, vel libere.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum electio sit actus voluntatis, uel rationis.

1.q.83. art. 3.cor. Et 2. di. 24. q. 1. ar. 2. Et ver. q. 22. arti cu. 15. Et 3 Ethic. lc. 6. & cap. 2. lib. 6 lect. 2. fina. c. 3. tom. 5.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ electio nõ sit actus voluntatis, sed rationis. Electio. n. collationem quandã importat, qua vnũ alteri præfertur: sed conferre est rationis. ergo electio est rationis.

¶ 2 Præt. Eiusdem est syllogizare, & concludere: syllogizare autem in operabilibus est rationis. cum igitur electio sit quasi conclusio in operabilibus, vt dicitur in 7. Ethic.* videtur quòd sit actus rationis.

¶ 3 Præt. Ignorantia non pertinet ad voluntatem, sed ad vim cognitiuam: est autem quædã ignorantia electionis, vt dicitur in 3. Ethic. † ergo videtur quòd electio non pertineat ad voluntatem, sed ad rationem.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. Ethi.* ꝙ electio est desideriũ eorũ, quæ sunt in nobis: desiderium autem est actus volũtatis. ergo & electio.

RESPON. Dicendum, ꝙ in nomine electionis importatur aliquid pertinens ad rationem, siue ad intellectum: & aliquid pertinens ad voluntatem. Dicit. n. Philosophus in 6. Eth.* ꝙ electio est appetitiuus intellectus, vel appetitus intellectiuus. Quicunq; autẽ duo concurrunt ad aliquid vnum constituendum, vnum eorum est vt formale respectu alterius. Vnde Grego. Nic.† dicit, ꝙ electio, neq; est appetitus fm seipsum, neq; consilium solum: sed ex his aliquod compositũ. Sicut. n. dicimus animal ex anima & corpore compositum esse, neq; vero corpus esse fm seipsum, neque animã solã, sed vtrunq;, ita & electionem. Est autem considerandum in actibus animæ, ꝙ actus, qui est essentialiter vnius potentiæ, vel habitus, recipit formã & speciem a superiori potentia, vel habitu, fm quod ordinatur inferius a superiori. Si. n. aliquis actum fortitudinis exerceat pp Dei amorem, actus quidem ille materialiter est fortitudinis, formaliter vero charitatis. Manifestum est autem, ꝙ ratio* quodammodo voluntatem præcedit, & ordinat actum eius, inquãtum. s. voluntas in suum obiectum tendit secundum ordinem rationis, eo quod vis apprehensiua apprehendit suum obiectum repræsentat. Sic igitur ille actus, quo voluntas tendit in aliquid, quod proponitur vt bonum, ex eo ꝙ per rationem est ordinatum ad finem, materialiter quidem est voluntatis, formaliter autem rationis. In huiusmodi autem, substantia actus materialiter se habet ad ordinem, qui imponitur a superiori potentia: & ideo electio substantialiter non est actus rationis, sed voluntatis. Perficitur enim electio in motu quodam animę ad bonũ, quod eligitur: vnde* manifeste actus est appetitiuæ potentiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd electio importat collationem quandam præcedentem, non quòd essentialiter sit ipsa collatio.

AD 2^m dicendum, ꝙ cõclusio syllogismi, quæ fit in operabilibus, ad rationẽ pertinet, & dicitur sentẽtia vel iudiciũ, quã sequitur electio: & ob hoc ipsa conclusio pertinere vt ad electionẽ, tanq; ad consequens.

AD 3^m dicendum, quòd ignorantia dicitur esse electionis: non quòd ipsa electio sit scientia, sed quæ ignoratur quid sit eligendum.

ARTICVLVS II.

Vtrum electio conueniat brutis animalibus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd electio brutis animalibus conueniat. Electio. n. est appetitus aliquorũ propter finem, vt dicitur in 3. Ethic.* sed bruta animalia appetunt aliquid propter finem: agunt enim propter finem, & ex appetitu. ergo in brutis aialibus est electio.

¶ 2 Præt. Ipsum nomen electionis significare videtur, ꝙ aliquid præ aliis accipiatur: sed bruta animalia accipiũt aliquid præ aliis: sicut manifeste apparet, ꝙ ouis vnã herbam comedit, aliam refutat. ergo in brutis animalibus est electio.

¶ 3 Præt. Vt dicitur in 6. Eth.* Ad prudentiam pertinet, ꝙ aliquis bene eligat ea quę sunt ad finem: sed prudentia conuenit brutis animalibus. vnde dicit in principio Metaphys.* quòd prudentia sunt sine disciplina, quęcunq; sonos audire non potentia sunt, vt apes: & hoc etiam sensui manifestum videtur: Apparent enim mirabiles sagacitates in operibus animaliũ, vt apũ, & aranearum, & canum. Canis. n. insequens ceruum, si ad triuiũ venerit, odoratu quidẽ explorat, an ceruus primam, vel secundã viam transierit: quòd si inuenerit non transisse, tam securus per tertiam viam incedit vt explorando, quasi vtens syllogismo diuisiuo, quo cõcludi potest ceruum per illa viam incedere, ex quo non incedit per alias duas, cum non sint plures. ergo videtur, quòd electio brutis animalibus conueniat.

SED CONTRA, est quod Grego. Nicenus dicit,* quòd pueri, & irrationalia voluntarie quidem faciunt, non tamen eligentia. ergo in brutis aialibus non est electio.

RESPON. Dicendum, quòd cum electio sit præacceptio vnius respectu alterius, necesse est quòd electio sit respectu plurium, quæ eligi possunt: & ideo in his, quæ sunt penitus determinata ad vnũ, electio locum non habet. Est autẽ differentia inter appetitum sensitiuum, & voluntatem: quia, vt ex prædictis patet, appetitus sensitiuus est determinatus ad vnum particulare fm ordinem naturæ: voluntas autem est quidem fm naturæ ordinem determinata ad vnũ cõe, quod est bonum, sed indeterminate se habet respectu particularium bonorum. Et ideo proprie voluntatis est eligere, non autem appetitus sensitiui, qui solus est in brutis aialibus: & propter hoc brutis animalibus electio non conuenit.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nõ omnis appetitus alicuius pp finem, vocatur electio, sed cũ quadam discretione vnius ab altero, quæ locum habere non potest, nisi vbi appetitus põt ferri ad plura.

AD 2^m dicendum, quòd brutũ animal accipit vnum præ alio: quia appetitus eius est naturaliter determinatus ad ipsum. vnde statim qñ per sensum, vel per imaginationẽ repræsentat sibi aliquid, ad qd naturaliter inclinat eius appetitus, absq; electione mouet ad ipsum: sicut ẽt absq, electiõe, ignis mouetur surium, & non deorsum.

AD 3^m dicendum, quòd sicut dicitur in 3. Phys.* Motus, est actus mobilis a mouente: & ideo virtus mouentis apparet in motu mobilis. Et ꝓpter hoc, in omnibus quæ mouentur a ratione, apparet ordo rationis mouentis, licet ipsi, quæ a ratione mouentur, rationem non habeant. Sic enim sagitta directe tendit ad signum ex motione sagittantis, ac si ipsa rationem haberet dirigẽtem. & idem apparet in motibus horologiorum, & omnium ingeniorũ humanorum, quæ arte fiunt. Sicut autem comparantur artificialia ad artem humanam: ita comparantur omnia naturalia ad artem diuinã. Et ideo ordo apparet in his, quæ mouentur fm naturã: sicut & in his, quæ mouentur fm artem, vt dicitur in 2. Physic. † Et ex hoc contingit, ꝙ in operibus brutorũ animalium apparent quædam sagacitates, inquãtum habent inclinationem naturalem ad quosdam ordinatissimos processus, vtpote a summa arte ordinatos. Et propter hoc, etiã quædam animalia dicuntur prudentia, vel sagacia, nõ quòd in eis

Text. 11. & sequẽtib^s, usq; ad 19. præcipue, tom. 2.

Text. 49. tomo 2.

¶ In responsione ad secundum, & tertium eiusdem 2. artic. aduerte, quòd cum ars non possit dare naturæ substantiam actus, sed modum: & electio non significet modũ actus, sed ipsum actũ substantialiter, nulla arte fieri potest, vt aliquod brutum eligat: sed quod appareat directionis & electionis in operibus similiũ, canum, & similium mire disciplinatorum, fit illo eodem modo, quo a naturali instinctu aguntur. Sicut enim naturalem instinctum sic ordinatum, fortita sunt animalia quædam, vt in litera dicitur: ita habitus acquisitus in illis ex frequentia actuum inclinat illos per modum instinctus: & hoc ipsum quòd inclinabilia sunt animalia, secundum huiusmodi, mores ex natura habẽt inchoatiue, completiue vero ab assuefactione.

¶ *Super Q. nõagesimam decimamtertiam. Articulum secundum.*

CIrca rationem, omisso primo articulo, postea in secundo articu. dubium occurrit de duabus efficacia. Fundatur enim ratio super differentia inter appetitum intellectiuum & sensitiuum, in hoc, quòd appetitus sensitiuus naturaliter est determinatus ad vnum particulare. Intellectus vero ad bonum in communi: hæc autem differentia aut assumit falsum, aut est inefficax. Nam si intendit, quod appetitus sensitiuus est determinatus ad vnum particulare, idest, vnũ numero, falsum assumit. Constat. n. ꝙ appetitus sensitiuus ouis non est determinatus ad hanc numero herbam, altoquin non posset comedere alia. Si aũt intendit, ꝙ est determinatus ad vnum particulare, idest, speciale, puta delectabile secundum tactum, tũc ineficax est processus: quoniam sicut stante determinatione naturali appetitus intellectiui ad bonum in cõi, stat ꝙ electiuus sit particularium bonorum contentorum sub bono in communi: ita stante determinatione naturali appetit^e sensitini ad tale bonum in genere, vel in specie, stat quòd sit electiuus particularium bonorum cõtentorum sub illo cõmuni. Sicut enim appetitus intellectiuus indeterminatus est ad particularia sui obiecti: ita appetitus sensitiuus indeterminat^e est ad particularia sui obiecti. Vnde ex multis vniuersalitate, hic dicit il li^s apperit^e ꝙ istius, non potest inferri, nisi quòd electio illius ad multo plura se extendit, quam electio istius. & tamen in litera infertur, quòd si le eligit, & iste non.

¶ Ad eundem huius difficultatis sciendum est, quòd dupliciter aliqua potentia determinata inuenitur ad obiectum. Primo secundum seipsam: secundo secundũ suum actum exercitum. Determinatio quidem potentiæ secundum seipsam attenditur penes habitudinem potentiæ ad obiectum formale adæquatum. Omnis enim potentia ad obiectum aliquod, est sic determinata. Determinatio vero secundum actũ exercitum, attenditur penes habitudinem actus positi in rerum natura ad obiectum. Est autem, vt a nocioribus doctrina fiat, inter intellectum & sensum differẽtia in hoc, quòd intellectus nec secundum se, nec secundũ suum exercitum actum determinatus est, nisi ad ens in commun: ita quòd non solum intellectus, sed intelligere in actu exercito, ita indeterminationem retinet, quòd terminari potest ad ens in cõmuni. Sensus vero, licet secundum se sit determinatus non ad hoc sensibile, sed tale genus sensibile, puta visibile: sentire tamen, puta videre in actu exercito, nunquam est ad obiectum in communi, aut communiter, puta coloratum vniuersale, aut coloratum vage: sed semper est ad hoc coloratum determinatum. Vnde ad pręte appetitiuam descendendo, dicitur, quòd inter appetitum intellectiuum, & sensitiuum, tanta est differẽtia, quòd ille nec secundũ

¶ *Super Q. nõagesimam decimamtertiam. Articulum secundum.*

sic, nec secundum suum actum exercitum, determinatus est nisi ad bonum in communitate vero secundum se quidem determinatus est ad speciale bonum, puta conueniens naturæ sensitiuæ: secundum actũ vero suum exercitũ, determinatus est ad hoc singulare bonũ, nunc, hic, sic &c. oblatũ. Licet. n. appetitus sensitiuus nõ ad æque hoc singulare, sed tale genus bonum ipsi tamẽ in singulis suis actibus se exercẽti adæquãt singillatim singularia, hic, nunc, sic, quibus non accidunt hæ circunstantiæ, sed eis quasi constituuntur. Quis enim, vt in responsione ad secundum i litera dicitur, refutando illam herbam, & hanc accedendo, facit hoc: quia determinatus est appetitus eius, vt in actu exercito hic, nunc, hic, sic oblatã prosequatur. Et hæc manifeste est intentio litere, vt prędicta ratio clarificat, & ex ea habetur interim: quoniam ex vtraque determinatione infertur negatio vtriusque libertatis: quoniam non eligere, non continetur sub illo speciali bono, quod est eius adæquatum obiectum: ac per hoc non potest appeti tali appetitu. Ex eo vero ꝙ appetitus sensitiuus fm suũ actum exercitum necessitatur naturaliter ad hoc determinatum particulare oblatũ, nunc, hic, sic &c. habetur negatio secundæ libertatis. Quod. n. ad hoc determinatum est, nõ potest in aliud declinare. Et per hæc patet responsio ad obiecta, & ꝙ efficax sit ifæ rõ.

¶ In responsione ad secundum, & tertium eiusdem 2. artic. aduerte, quòd cum ars non possit dare naturæ substantiam actus, sed modum: & electio non significet modũ actus, sed ipsum actũ substantialiter, nulla arte fieri potest, vt aliquod brutum eligat: sed quod appareat directionis & electionis in operibus similiũ, canum, & similium mire disciplinatorum, fit illo eodem modo, quo a naturali instinctu aguntur. Sicut enim naturalem instinctum sic ordinatum, fortita sunt animalia quædam, vt in litera dicitur: ita habitus acquisitus in illis ex frequentia actuum inclinat illos per modum instinctus: & hoc ipsum quòd inclinabilia sunt animalia, secundum huiusmodi, mores ex natura habẽt inchoatiue, completiue vero ab assuefactione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit aliqua ratio, vel electio: quod ex hoc apparet, ꝙ F omnia quæ sunt vnius naturæ, similiter operantur.

ARTICVLVS III.

Vtrum electio sit solum eorum, quæ sunt ad finem, uel etiam quandoque ipsius finis.

Inf.ar.4. & 6.cor. Et 3. q.18. ar.4. cor. & lib.4 contra cap. 95.fina. Et opu.2. cap. 177. Et 3. Eth. lect.1. Et 1. Periher. le. 14. final.

AD TERTIVM sic proceditur. Videt ꝙ electio non sit tm̃ eorum quæ sunt ad finem. Dicit.n. Philosophus in 6.Eth.* ꝙ electionem rectam facit virtus. Quæcunq; autem illius gratia nata sunt fieri, nõ sunt virtutis, sed alterius potentiæ: illud autem cuius gratia sit aliquid, est finis. ergo electio est finis.

*ca.12. post medium, tomo 5.

¶ 2 Præt. Electio importat præacceptionem vnius respectu alterius: sed sicut eorũ quæ sunt ad finẽ, vnum potest præaccipi alteri, ita ẽt diuersorũ finium. ergo electio põt esse finis, sicut & illorũ quæ sunt ad finẽ.

*cap. 2. tomo 5. art.1. ad 2.

SED CONTRA est, qd Philosoph* dicit in 3.Eth.* ꝙ voluntas est finis: electio aũt eorũ, quę sunt ad finẽ.

*tex.89.tomo 5.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ sicut iã dictum est, 'Electio consequitur sententiã vel iudicium, quod est sicut cõclusio syllogismi operatiui: vnde illud cadit sub electione, qđ se habet vt conclusio in syllogismo operabiliũ. Finis aũt in operabilibus se habet vt principiũ, & non vt cõclusio, vt Philosophus dicit in 2.Phys.* vnde finis, inquãtum est hmõi, non cadit sub electione. Sed sicut in speculatiuis nihil ꝓhibet id, quod est vnius demõstrationis, vel scientię principiũ, esse conclusionem alterius demonstrationis, vel scientiæ, primũ tm̃ principium indemonstrabile non põt esse conclusio alicuius demõstrationis, vel sciæ: ita ẽt contingit id, qđ est in vna operatiõe vt finis, ordinari ad aliquid vt ad finẽ, & hoc mõ sub electione cadit. Sicut in operatione medici, sanitas se hẽt vt finis: vnde hoc non cadit sub electione medici, sed hoc supponit tanquàm principium: sed sanitas corporis ordinatur ad bonum animæ. Vnde apud eum qui habet curam de animæ salute, potest sub electione cadere esse sanum, vel esse infirmum: nam Apostolus dicit 2.ad Cor.12. Cum enim infirmor, tũc potens sum: sed vltimus finis nullo modo sub electione cadit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fines proprii virtutum ordinantur ad beatitudinem, sicut ad vltimum finem: & hoc modo potest esse eorum electio.

AD 2^m dicendum, quòd sicut supra habitum est, vltimus finis est vnus tantum: vnde vbicunque occurrunt plures fines, inter eos potest esse electio, secundum quod ordinantur ad vltimum finem.

¶ *Super Quæstionis decimæterciæ Articulum quartum.*

Infr.arti.5. co. q.1.ar.7.

TErtio art. omisso, in responsione ad tertium 4. art. aduerte, aliquos minus perspicaces, nec discernentes terminos moralium, & legum, hinc dicere, ꝙ in electionib⁹ prædictorum singuli non eligunt, sed nominãt eligendum: cum hoc nec somniauerit hic litera, sed dicit, quòd electio, quæ est actus interior volũtatis, in huiusmodi electioni

ARTICVLVS IIII.

Vtrum electio sit tantum eorum, quæ per nos aguntur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ electio nõ sit solũ respectu hũanorũ actuũ. Electio.n est actus volũtatis, vt dictum est: * sed voluntas est posibiliũ, & impossibilium, vt dꝫ in 3. Ethic. † ergo & electio.

¶ 2 Præt. Electio est eorum quæ per nos agũtur, sicut dictum est. * nihil ergo refert quantum ad electionẽ, utrum eligatur id, quod est impossibile simpliciter, vel id, quod est impossibile eligenti: sed frequẽter ea quæ eligimus, perficere nõ possumus, & sic sunt impossibilia nobis. ergo electio est impossibilium.

¶ 3 Præt. Nihil homo tentat agere, nisi eligẽdo: sed beatus Bñdict⁹ dicit, Quòd si Prælatus aliquid impossibile

ergo electio non est solum humanorum actuum.

¶ 3 Præt. Eliguntur homines ad alia officia, vel sęcularia, vel ecclesiastica, ab his qui nihil erga eos agunt. ergo electio non solum est humanorum actuum.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. Ethi. quòd nullus eligit nisi ea, quę existimat fieri p ipsum.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ sicut intẽtio est finis, ita electio est eorum quæ sunt ad finem: finis autem vel est actio, vel res aliqua. Et cum res aliqua fuerit finis, necesse est quòd aliqua humana actio interueniat, vel inquantum homo facit rem illam, quæ est finis, sicut medicus facit sanitatem, quæ est finis eius: vnde & facere sanitatem dr̃ finis medici: vel inquantum hõ aliquo modo vtitur, vel fruitur re quæ est finis, sicut auaro est finis pecunia, vel possessio pecuniæ. Et eodẽ modo dicendum est de eo, quod est ad finẽ, quia necesse est vt id, quod est ad finem, vel sit actio, vel res aliqua interueniente aliqua actione, per quã facit id quod est ad finẽ, vel vtitur eo. Et per hunc modum electio semper est humanorũ actuum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ organa ordinantur ad finem, inquãtum hõ vtitur eis propter finẽ.

AD 2^m dicendum, ꝙ in ipsa contemplatione est aliquis actus intellectus assentientis huic opinioni, vel illi: actio vero exterior est, quę cõtra contemplationem diuiditur.

AD 3^m dicendũ, quòd homo q̃ eligit episcopum, vel principem ciuitatis, eligit nominare ipsum in talem dignitatem: alioquin si nulla esset eius actio ad constitutionẽ episcopi, vel principis, non competeret ei electio. Et similiter dicendum est, quòd quandocunq; dr̃ aliqua res præeligi alteri, adiungitur ibi aliqua operatio eligentis.

¶ *Super Quæstionis decimæterciæ Articulum quintum.*

IN responsione ad 1.5.artic.aduerte, quòd distinctio ibi facta de voluntate completa & incompleta, non sic est accipienda, quasi voluntas incõpleta sit velle non deliberatiuum aut non capax meriti, & demeriti: quoniam sensus ille est falsus. Põt enim quis deliberate velle expellere Deum de regno suo, si posset: & similia. vbi conuenit inueniri pctm̃ mortale. Sed completio, & incompletio voluntatis accẽditur secundum modum motus volũtatis, vt in litera dicitur. Ex eo enim quòd uoluntatis motus est ad rem media operatione exercendam, assequendam, & c. perfectus nõ ẽ perfectione apta nata inesse ei in genere motus uoluntatis, nisi terminetur ad bonum agibile: quãuis perfectus sit quo ad consensum, deliberationem, & huiusmodi

possibile præceperit, tentandum est. ergo electio potest esse impossibilium.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. Ethico.* quòd electio non est impossibilium.

*3.t. parte me n. tom.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est*, Electiones nostrę referuntur semper ad nostras actiones: ea autem quæ per nos aguntur, sunt nobis possibilia. vnde necesse est dicere, quòd electio non sit nisi possibilium. Similiter etiam ratio eligẽdi aliquid est, vt ex hoc possimus consequi finem: vel ex hoc, ꝙ ducit ad finẽ. Per id autem quod est impossibile, non potest aliquis consequi finem: cuius signum est, quia cum in consiliando perueniunt hoies ad id, quod est eis impossibile, discedunt quasi non valentes vlterius procedere. Apparet etiã hoc manifeste ex processu rõnis precedente: sic.n. se habet id quod est ad finem, de quo electio est ad finem, sicut conclusio ad principiũ. Manifestum est autem, ꝙ conclusio impossibilis non sequitur ex principio possibili: vnde non potest esse, ꝙ finis sit possibilis, nisi id quod est ad finem, fuerit possibile. Ad id autem quod est impossibile, nullus mouetur: vnde nullus tenderet in finem, nisi per hoc quod apparet id, quod est ad finem, esse possibile. vnde id quod est impossibile, sub electione non cadit.

ic. 4.

D.394.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ voluntas media est inter intellectum, & exteriorem operationem, nam intellectus proponit voluntati suum obiectum, & ipsa voluntas causat exteriorem actionẽ. Sic igitur principium motus voluntatis consideratur ex parte intellectus, qui apprehendit aliquid vt bonum in vsu: sed terminatio, seu perfectio actus voluntatis attenditur fm ordinem ad operationem, per quã aliquis tẽdit ad cõsecutionem rei: nam motus volũtatis est ab anima ad rem. & ideo perfectio actus voluntatis attenditur secundum hoc, quod est aliquid bonũ alicui ad agendum. Hoc autem est possibile: & iõ voluntas completa non est, nisi de possibili, qđ est bonum volenti: sed voluntas incompleta est de impossibili, quæ fm quod dã velleitas dicitur: quia scilicet aliquis vellet illud, si esset possibile. Electio autem nominat actum voluntatis iam determinatum ad id, quod est huic agendũ: & ideo nullo modo est nisi possibilium.

AD 2^m dicendum, ꝙ cum obiectum voluntatis sit bonum apprehensum: hoc modo iudicandum est de obiecto voluntatis, secundum qđ cadit sub apprehensione. Et iõ sicut qñque volũtas est alicuius quod apprehenditur vt bonum, & tñ nõ est vere bonum: ita quandoq; est electio eius quod apprehẽditur vt possibile eligenti, quod tamen non est ei possibile.

AD 3^m dicendum, ꝙ hoc ideo dicitur, quia, an aliquid sit possibile, subditus nõ debet suo iudicio diffinire: sed in vnoquoq; iudicio superioris stare.

¶ *Super Quæstionis decimæterciæ Articulum sextum.*

1.q.115.ar. 4.cor. Et 2. 2.q.104.ar. 1.co. Et ve- ri.q.22.arti. 6. & q. 24. ar.1. Et ma. q.6. Periher. lec.14. fin. lib.7.Eth. cap 8. 2 me dio, tom.5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo ex necessitate eligat, uel libere.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ homo ex necessitate eligat. Sic.n. se habet finis ad eligibilia, vt principia ad ea, quæ ex principijs consequuntur, vt patet in 7. Ethi. * sed ex principijs ex necessitate deducuntur cõclusiones. ergo ex fine de necessitate mouetur aliquis ad eligendum.

Circa corpus 6. articu. eiusdem 13. quæsti. aduerte, quòd author vtrumque libertatem, scilicet quo ad exercitium actus, & quo ad specificationem, tribuit electioni, vt patet in litera, incen-

¶2 Præt. Sicut dictum est, † electio consequitur iudicium rationis de agendis: sed rõ ex necessitate iudicat de aliquibus propter necessitatem præmissarum. ergo vr̃ ꝙ etiam electio ex necessitate sequatur.

¶3 Præt. Si aliqua duo sunt penitus æqualia, nõ magis mouetur homo ad vnum, q̃ ad aliud: sicut famelicus si habet cibum æqualiter appetibilem in diuersis partibus, & secundum æqualem distantiam, non magis mouetur ad vnum, q̃ ad alterum, vt Plato dixit, * assignans rationem quietis terræ in medio, sicut dicit in 2. de cœlo. † Sed multo minus põt eligi qđ accipitur vt minus, q̃ quod accipitur vt æquale. ergo si proponãtur duo, vel tria, vel plura, inter quę vnum maius apparear, impossibile est aliquod aliorũ eligere. ergo ex necessitate eligitur illud, quod eminẽtius apparet: sed omnis electio est de oi eo quod videtur aliquo modo melius. ergo omnis electio est ex necessitate.

†art.1. huius quæst.

SED CONTRA est, qđ electio est actus potentiæ rõnalis, quæ se hẽt ad opposita secũdum Philosophũ. †

RESPON. Dicendum, quòd homo non ex necessitate eligit: & hoc ideo, quia quod possibile est non esse, non necesse est esse. Quòd autem possibile sit nõ eligere, vel eligere, huius ratio ex duplici hominis potestate accipi potest. Potest enim homo velle & non velle, agere & non agere: potest etiam velle hoc, aut illud, cuius ratio ex ipsa virtute rationis accipit. Quicquid enim ratio potest apprehendere vt bonum, in hoc voluntas tendere potest. Potest autem ratio apprehendere vt bonum non solum hoc, quod est velle, aut agere: sed hoc etiam quod est non velle, & non agere. Et rursum in omnibus particularib⁹ bonis potest cõsiderare rationem boni alicuius, & defectum alicuius boni, quod habet rationem mali: & secũdum hoc potest vnumquodque huiusmodi bonorum apprehendere, vt eligibile, vel fugibile. Solum autẽ perfectum bonum, quod est beatitudo, non potest ratio apprehendere sub ratione mali, aut alicuius defect⁹: & ideo ex necessitate beatitudinem homo vult, nec potest velle nõ esse beatus, aut miser. Electio autem cum nõ sit de fine, sed de his quæ sunt ad finem, vt iam dictum est*, non est perfecti boni quod est beatitudo, sed aliorũ particularium bonorum: & iõ hõ non ex necessitate, sed libere eligit.

Prima Secundæ S. Tho.

dens ex hoc differentiam manifestare inter actum simplicẽ volũtatis, & electionis. Simplex nanq; actus voluntatis, scilicet volitio, seu voluntas, de quo supra tractatum est, non est vniuersaliter liber quo ad specificationem actus: quoniã ad aliquod obiectum necessario terminat, ita quòd non potest ad oppositum terminari, vt patet ex supradictis. Electio autẽ, & quo ad exercitiũ act⁹, & quo ad specificationem semper est libera, vt hic dicitur.

Hoc habet i 2.de cęlo. Text.75. & 90. ex sentent. Anaxi mandr.

¶ In responsione ad 1.eiusdem articu. 6. habes, quòd nõ quicunque vult præmissas, seu antecedens, vult conclusionem seu consequens in se ipso, vel quia non semper consequens est necessarium ad veritatem, seu volũtatem antecedentis: vel quia dato, quòd sic sit secundũ rem, non tamẽ hoc actualiter apparet, & indicat. Differt enim nihil, esse vel apparere, quo ad appetitum: in sua autem causa quicunq; vult antecedẽs, vult consequens simpliciter, vel vt in pluribus.

Lib.9. Metaph.tex.3. tom.3.

¶ In responsione ad 3. aduerte diligẽter, quòd responsio formaliter satisfacit primæ radici arg. scilicet de æqualibus: & insinuat satisfactionem omnibus tactis in argumento. Intendit enim quòd duobus æqualibus propositis secũdum aliquam conditionem, voluntas non arctetur ad neutralitatem, sed potest ad considerandam aliquam, eminentiam in altero mouere se & inuẽta vel apposita eligere alterum. Et eadẽ ratione, proposito voluntati alicui obiecto eligibili eminentiori aliis, non necessitatur voluntas ad eligendum illud: quia potest mouere ad considerandum in altero aliquid aliud quo præfiet, & sic illud eligere. Et hæc intelligo, supposito ꝙ voluntas velit eligere:

Art. 3. huius quæst.

E sim-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mpliciter nanque, & absolute volutas a toto genere eligibilium libera est, ad nullumque necessario inclinatur: sed sicut author primis duobus argumentis libertatem eligendi quo ad exercitium actꝰ impugnauit, ita hoc tertio argumento libertatē quoad specificationē actus impugnauit: & ppterea ex parte obiecti eligibilis solutionē formaliter dedit, vt sui moris est.

¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulum primum.*

IN quæst. 14. nihil occurrit scribēdum vsque ad quintum articul. nisi redere attentos lectores, vt in primo articulo meminerint, qꝺ consilium significat inquisitionem completam, ideſt, vsque ad iudicium inclusiue. Nō enim ipsa inquisitio absque iudicio, cōsilium est, nisi incheatiue, vt manifeste patet ex responsione ad secundum & tertium, & ex vsu loquendi.

AD PRIMVM ergo dicēdū, F qꝺ non semper ex principiis ex necessitate ꝓcedit cōclusio: sed tunc solum, qñ principia nō possunt esse vera si conclusio nō sit vera. Et similiter non oportet qꝺ semper ex fine insit homini necessitas ad eligendum ea, quæ sunt ad finem: quia nō omne quod est ad finem, tale est, qꝺ sine eo finis haberi non possit, aut si tale sit, nō semper sub tali ratione consideratur.

AD 2ᵐ dicendum, qꝺ sententia, siue iudicium rōnis de rebus agēdis est circa contingentia, quæ a nobis fieri possunt, in quibus cōclusiones nō ex necessitate sequuntur ex principiis necessariis, absoluta necessitate, sed necessariis solum ex conditione: vt, si currit, mouetur. G

AD 3ᵐ dicendum, qꝺ nihil prohibet, si aliqua duo æqualia proponantur secundum vnam considerationem, quin circa alterum cōsideretur aliqua conditio, per quā emineat, & magis flectatur voluntas in ipsum, quàm in aliud. H

QVAESTIO XIIII.

De consilio, quod electionem præcedit, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de consilio.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum consilium sit inquisitio. I
¶ Secundo, Vtrum consilium sit de fine, vel solum de his quæ sunt ad finem.
¶ Tertio, Vtrum consilium sit solum de his, quæ a nobis aguntur.
¶ Quarto, Vtrum consilium sit de omnibus, quæ a nobis aguntur.
¶ Quinto, Vtrū consiliū ꝓcedat ordine resolutorio.
¶ Sexto, Vtrum consilium procedat in infinitum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum consilium sit inquisitio.

2. 2. q. 49. ar. 5. cor. Et 3. di. 35. q. 2 q. 1. cor. Li. 2. Orth. fidei, ca. 22.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur qꝺ consilium non sit inquisitio. Dicit enim * Dama. K qꝺ consiliū est appetitus: sed ad appetitū non pertinet inquirere. ergo consilium non est inquisitio.

¶ 2 Præt. Inquirere, intellectus discurrentis est, & sic Deo non conuenit, cuius cognitio non est discursiua, vt in primo * habitum est: sed cōsilium Deo attribuitur. dicitur. n. ad Eph. 1. qꝺ operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. ergo consilium non est inquisitio.

p. p. q. 14. art. 7.

¶ 3 Præt. Inquisitio est de rebus dubiis: sed cōsiliū datur de his quæ sunt circa bona certa, secūdū illud Apost. 1. ad Corinth. 7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. ergo consilium non est inquisitio.

SED CONTRA est, qꝺ Greg. Nyssen. dicit: Oē quidē 1 cōsilium, qō est: non autem omnis quæstio, cōsilium.

RESPON. Dicendum, qꝺ electio, sicut * dictum est, consequitur iudicium rōnis de rebus agendis: in rebus autem agēdis multa incertitudo inuenitur: quia actiones sunt circa singularia cōtingentia, quæ ꝓpter sui uariabilitatem incerta sunt. In rebus autē dubiis & incertis rō non profert iudicium absq; inquisitione præcedente: & ideo necessaria est inquisitio rōnis ante iudicium de eligendis, & hæc inquisitio consilium vocatur, ꝓpter quod Philosophus dicit in 3.* Etich. quòd electio est appetitus præconsiliati.

AD PRIMVM ergo dicendum, qꝺ qñ actus duarū potentiarum adinuicē ordinantur, in vtroque est aliquid. quod est alterius potentiæ: & ideo vterq; actus ab vtraque potentia dominari potest. Manifestū est autem, qꝺ actus rōnis dirigentis in his quæ sunt ad finem, & actus voluntatis, sm regimen rationis in ea tendentis, ad seinuicem ordinantur: vnde & in actu voluntatis, quæ est electio, apparet aliquid rōnis. Sicut do: & in consilio quod est actus rōnis, apparet aliqd voluntatis, sicut materia: quia consilium est de his, quæ homo vult facere, & est sicut motiuum: quia ex hoc qꝺ hō vult finē, mouetur ad cōsiliandū de his quæ sunt ad finē: & ideo Philosophus dicit in 6.* Ethi. qꝺ electio est intellectus appetitiuus, vt ad electionem vtrunq; cōcurrere ostendat: ita * Dama. dicit, qꝺ consilium est appetitus inquisitiuus, vt cōsilium aliquo mō pertinere oñdat & ad voluntatem, circa quam & ex qua fit inquisitio, & ad rōnem inquirentem.

2. q. 47. 2. cor. Et dist. 35. q. 1. ar. 4. q. 1. & 3. Ethi. lec. 7.

AD 2ᵐ dicendum, qꝺ ea quæ dicuntur de Deo, accipienda sunt absque omni defectu, qui inuenitur in nobis: sicut in nobis scientia est conclusionum p discursum a causis in effectus. Sed sciētia dicta de Deo significat certitudinem de omnibus effectibus in prima causa absque omni discursu: & similiter consilium attribuitur Deo, quantū ad certitudinē sententiæ vel iudicij, quæ in nobis prouenit ex inquisitione consilij, sed hmōi inquisitio in Deo locum non habet: & ideo consilium sm hoc, Deo non attribuitur: & sm hoc * Dama. dicit, quòd Deus non consiliatur. Ignorantis enim est consiliari. Lib. 3. c. 5.

AD 3ᵐ dicendum, qꝺ nihil prohibet aliqua esse certissima bona, sm sentētiam sapientum & spiritualium virorum, quæ tamen non sunt certa bona, secūdum sententiam plurium, vel carnalium hominum: & ideo de talibus consilia dantur.

ARTICVLVS II.

Vtrum consilium sit de fine, uel solum de his, quæ sunt ad finem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Viderur qꝺ consilium non solum sit de his quæ sunt ad finē, sed etiam de fine. Quæcūque enim dubitationē hūt, de his pōt inquiri: sed circa operabilia humana contingit esse dubitationē de fine, & non solum de his quæ sunt ad finē. Cū igitur inquisitio circa operabilia sit consilium, videtur quòd cōsilium possit esse de fine.

¶ 2 Præt. Materia cōsilij, sunt operationes humanæ: sed qdam operationes humanæ sunt fines, vt dicitur in primo * Ethic. ergo consilium potest esse de fine. 1. a cor. art.

SED CONTRA est, quod * Greg. Nyssenus dicit, qꝺ nō de fine, sed de his quæ sunt ad finem, est cōsilium.

RESP. Dicendū, qꝺ finis in operabilibus habet rōnem principij, eo qꝺ rōnes eorum, quæ sunt ad finem ex fine

ex fine sumuntur. Principium aūt non cadit sub qō- A ne: sed principia oportet ſupponere in oī inquisitione. vnde cum consilium sit qstio, de fine nō est consilium, sed solum de his, quæ sunt ad finem: tñ contingit id, qd est finis, respectu quorundā ordinari ad aliū finem: sicut ét id quod est principium vnius demonstrationis, est conclusio alterius. Et ideo id, quod accipitur vt finis in vna inquisitione, potest accipi vt ad finem in alia inquisitione: & sic de eo erit cōsilium.

AD PRIMVM ergo dicendum, qꝺ id, qd accipitur vt finis, est iā determinatū. vnde quadiu habetur vt dubium, nō habetur vt finis: & ideo si de eo consilium hꝺ, non erit consiliū de fine, sed de eo qd est ad finem.

AD 2ᵐ dicendum, quòd de operationibus est consilium, inquantum ordinantur ad aliquem finem. Vnde si aliqua operatio humana sit finis, de ea, inquantum huiusmodi, non est consilium. B

ARTICVLVS III.

Vtrum consilium sit solum de his, quæ a nobis aguntur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur qꝺ consilium non sit solū de his quæ aguntur a nobis. Cōsilium. n. collationem quandā importat: sed collatio inter multos potest fieri ét de reb' itumobilibus, quæ non fiunt a nobis, puta, de naturis rerū. ergo cōsilium non solum est de his, quæ aguntur a nobis. C

¶ 2 Præt. Homines interdum consilia quærunt de his, quæ sunt lege statura, vnde & Iurisconsulti dicuntur: & tamen eorum qui quærunt huiusmodi consilium, non est leges facere. ergo consilium non solum est de his, quæ a nobis aguntur.

¶ 3 Præt. Dicuntur ét quidā consultationes facere de futuris euentibus, qui tñ nō sunt in potestate nostra. ergo consilium non solū est de his, quę a nobis fiunt.

¶ 4 Præt. Si consilium esset solum de his, quæ a nobis fiunt, nullus cōsiliaretur de his, quæ sunt per aliū agenda: sed hoc patet esse falsum. ergo cōsilium non solum est de his, quæ a nobis fiunt.

SED CONTRA est, qꝺ Greg. Nyssenus dicit. Cōsiliamur de his, quæ fiunt in nobis, & p nos fieri possunt. D

RESPON. Dicendum, qꝺ consilium proprie, importat collationem inter plures habitā, qd & ipsum nomen designat. Dr. n. consilium, quasi cōsidium, eo qꝺ multi considēt ad simul cōferendum. Est aūt considerandum, qꝺ in particularibus contingentibus ad hoc, qꝺ aliquid certum cognoscatur, plures conditiones, seu circumstantias considerare oportet, quas ab vno non facile est considerari, sed a pluribus certius percipiuntur, dū qd vnus considerat, alij non occurrit. In necessarijs aūt, & vniuersalibus, est absolutior, & simplicior consideratio, ita qꝺ magis ad hmōi considerationē vnus per se sufficere potest. Et ideo inquisitio consilij proprie pertinet ad contingentia singularia: cognitio aūt veritatis in talibus, nō habet aliquid magnum, vt per se sit appetibilis, sicut cognitio vniuersalium & necessariorum: sed appetitur sm quod est vtilis ad operationē, quia actiones suat circa contingentia singularia. Et ideo dicendum est, quòd proprie consilium est circa ea, quæ aguntur a nobis. E

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consilium importat collationem, non quamcunque, sed collationem de rebus agendis, ratione iam * dicta.

AD 2ᵐ dicendum, quòd id, quod est lege positū, quāuis non fit ex operatione quærentis consilium; tamen est directiuum eius ad operandum: quia ista est vna rātio aliquid operandi mandatum legis.

AD 3ᵐ dicendum, qꝺ consilium non solum est de his quæ aguntur, sed de his quæ ordinantur ad operationes: & pp hoc consultatio dicit fieri de futuris euētibus, inquantum homo per futuros euentus cognitos dirigitur ad aliquid faciēdum, vel vitandum.

AD 4ᵐ dicendum, quòd de aliorum factis consilium quærimus, inquantum sunt quodā modo vnum nobiscum, vel per vnionem affectus, sicut amicus solicitus est de his, quæ ad amicum spectant, sicut de suis: vel per modum instrumenti. Nam agens principale, & instrumentale, sunt quasi vna causa, cum vnum agat per alterum: & sic dominus consiliatur de his quæ sunt agenda, per seruum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum consilium sit de omnibus, quæ a nobis aguntur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur qꝺ consiliū sit de oībus, quę sunt per nos agēda. Electio. n. est appetitus præconsiliati vt dictū est: sed electio est de oībus, quæ per nos aguntur. ergo & cōsilium. Et 3. di. 35. q. 2. ar. 4. q. 1. cor. Et Pl. 19. Et 3. Ethi. lec. 7. Artic. 3.

¶ 2 Præt. Consilium importat inquisitionem rationis: sed in omnibus, quę non per impetum passionis agimus, procedimus ex inquisitione rationis. ergo de omnibus, quæ aguntur a nobis, est consilium.

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 3.* Ethic. qꝺ si per plura aliquid fieri potest, consilio inquiritur, per quod facilime & optime fiat: si aūt per vnū, qualiter per illud fiat: sed omne quod fit, fit per vnum, vel per multa. ergo de omnibus, quæ fiunt a nobis, est consilium. Cap. 3. in medio, tomo 5.

SED CONTRA est quod 'Gregor. Nyssenus dicit, quòd de his, quæ secundum disciplinam, vel artem sunt, operibus, non est consilium. Lib. 5. cap. 5.

RESPON. Dicendum, quòd consilium est inquisitio quædam, vt * dictum est. De illis autem inquirere solemus, quæ in dubiū veniunt: vnde & ratio inquisitiua, quæ dicitur argumentū, est rei dubiæ faciens fidem. Quòd autem aliquid in operabilibus humanis non sit dubitabile, ex duobus contingit. Vno modo, quia per determinatas vias proceditur ad determinatos fines, sicut contingit in artibus, quæ habent certas vias operandi: sicut scriptor non consiliatur quomodo debet trahere literas, hoc enim determinatum est per artem. Alio modo, quia non multum refert vtrum sic, vel sic fiat: & ista sunt minima, quæ parum adiuuant, vel impediunt respectu finis consequendi. Quod autem parum est, quasi nihil accipit ratio: & ideo de duobus non consiliamur, quamuis ordinentur ad finem, vt * Philosophus dicit, scilicet, de rebus paruis, & de his quæ sunt determinata qualiter fieri debent, sicut est in operationibus artiū, præter quasdam coniecturales, vt * Gregor. Nyssenus dicit, vtputa, medicinalis, negotiatiua, & huiusmodi. Art. 1. huius quæstionis. Lib. 3. Eth. cap. 2. tom. 5. Lib. 5. cap. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, qꝺ electio præsupponit consilium rationi iudicij, vel sententiæ. Vnde quando iudicium, vel sententia manifesta, est absque inquisitione, non requiritur consilij inquisitio.

AD 2ᵐ dicendum, qꝺ ratio in rebus manifestis nō inquirit, sed statim iudicat: & ideo nō oportet in omnibus, quę ratione aguntur, esse inquisitionē consilij.

AD 3ᵐ dicendum, quòd quādo aliquid per vnum potest fieri, sed diuersis modis, potest dubitationem habere, sicut & quando fit per plura: & ideo opus est consilio. Sed quādo determinatur non solum res, sed modus, tunc non est opus consilio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Q. quæstionis decimaquinta Articulum quintum.*

IN quinto autem articulo dubium est, quia litera contradicere sibipsi videtur. Ait enim & quòd processus, a causis ad effectus est cõpositiuus, & q̃ processus consilii est a fine ad id, quod est ad finem: & tamen concludit, quòd processus consilii non est compositiuus, sed resolutiuus: ac si finis non esset causa, & id quod est ad finẽ, nõ esset effect⁹, sed econuerso.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ cum inter finẽ acquisibilem, & id quod est ad finem, sit duplex simplex habitudo, & vna modificetur in altera, potest tripliciter procedi ratiocinando a fine, ad ea quæ sunt ad finem. Primo secundũ simplicẽ habitudinem causæ finalis ad suum effectũ, vt sic. Et hic est processus a fine, vt sic, ad id q̃d est ad finẽ, vt sic. Et hic est cõpositiuus, & suus oppositus é resolutiu⁹, sicut vniuersaliter uertitur de processu a causa ad effectum, & econuerso. Secundo, secundũ simplicem habitudinem effectus efficiendi ad causam, a qua effici debet. Et hic est processus ab effectu ad causam, & est resolutiuus, & suus oppositus est compositiuus, quia a causa ad effectum: neuter autẽ horum est processus consilii. Non primus, quia consilium est de efficiendis a nobis, vt patet in articu 3. & 4. In processu autem primo, nihil dicitur de agendo, sed tantum de fine, & ad finem, vt sic. Nec secũdus, quia cõsilium est de his quæ sunt ad finem, vt patet in art. 2. Et ideo hoc in respõsione ad tertium huius quinti articuli põderauit author, vt agẽda a nobis, nõ cadere sub consilio voluit, an sint possibilia, nisi vt congrua & præcongrua fini. In secundo aũt pro-

Cap. 3. paulo post principium. tomo 5.

Cap. 3. post medium; tomo 5.

ARTICVLVS V.

Vtrum consilium procedat ordine resolutorio.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ consilium non procedat modo resolutorio. Cõsilium. n. est de his quæ a nobis aguntur: sed operationes nostræ nõ procedunt modo resolutorio, sed magis modo compositiuo. s. de simplicibus ad composita. ergo cõpositi consiliũ non semper procedit modo resolutorio.

¶ 2 Præt. Consilium est inquisitio rationis: sed ratio a prioribus incipit, & ad posteriora deuenit, s̃m conuenientiorem ordinem. cũ igitur præterita sint priora præsentibus, & præsentia priora futuris, in cõsiliando videtur esse procedendũ a præsentibus, & præteritis in futura, q̃d non pertinet ad ordinẽ resolutorium. ergo in consilijs nõ seruatur ordo resolutorius.

¶ 3 Præt. Consilium non est nisi de his, q̃ sunt nobis possibilia, vt dicitur in 3.° Ethic. sed an sit nobis aliquid possibile, perpenditur ex eo, quod possumus facere, vel nõ possumus facere, vt perueniamus in illud. ergo in inquisitione consilij a præsentibus incipere oportet.

SED CONTRA est, q̃d Philosophus dicit in 3.° Eth. q̃ ille, qui cõsiliatur, vt quærere, & resoluere.

RESPON. Dicendũ, q̃ in omni inquisitione oportet incipere ab aliquo principio: quod quidem, si sicut est prius in cognitione, ita et̃ sit prius in esse, nõ est processus resolutorius, sed magis cõpositiuus. Procedere. n. a causis in effectus, est processus compositiuus: nam causæ sunt simpliciores effectibus. Si autẽ id, quod est prius in cognitione, sit posterius in esse, est processus resolutorius: vtpote, cũ de effectibus manifestis iudicamus, resoluendo in causas simplices. Principium autem in inquisitione cõsilij, est finis, qui quidẽ est prior in intentione, posterior tamen in esse: & secundum hoc oportet, q̃ inquisitio consilij sit resolutiua, incipiendo. s. ab eo, quod in futuro intenditur, quousq; perueniatur ad id, quod statim agendũ est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consilium est de operationibus, sed ratio operationum accipitur ex fine: & ideo ordo ratiocinandi de operationibus, est contrarius ordini operandi.

AD 2ᵐ dicendum, quòd ratio incipit ab eo, quod est prius secundum rationem: nõ autem semper ab eo, quod est prius tempore.

AD 3ᵐ dicendum, quòd de eo quod est agendum propter finem, non quæreremus scire, an sit possibile, si non esset congruum fini: & ideo prius oportet inquirere, an cõueniat ad ducendum in finem, quàm cõsideretur, an sit possibile.

ARTICVLVS VI.

Vtrum consilium procedat in infinitum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ inquisitio consilij procedat in infinitum. Consilium enim, inquisitio est de particularibus, in quibus est operatio: sed singularia sunt infinita. ergo inquisitio consilij est infinita.

¶ 2 Præt. Sub inquisitione consilij cadit cõsiderare non solũ quid agendum sit, sed etiam quo modo impedimenta tollantur: sed quælibet humana actio potest impediri, & impedimentum tolli potest per aliquam rationem humanam. ergo in infinitum remanet quærere de impedimẽtis tollẽdis.

¶ 3 Præt. Inquisitio sciẽtiæ demonstratiuę nõ procedit in infinitum, quia est deuenire in aliqua principia per se nota, quæ omnimodam certitudinem habent: sed talis certitudo non potest inueniri in singularibus cõtingentibus, quę sunt variabilia, & incerta. ergo inquisitio consilij procedit in infinitum.

SED CONTRA. Nullus mouetur ad id, ad quod impossibile est quòd perueniat, vt dicitur in primo° de cælo: sed infinitũ impossibile est transire. si igitur inquisitio consilij sit infinita, nullus cõsiliari inciperet: quod patet esse falsum.

RESPON. Dicendum, q̃ inquisitio cõsilij est infinita in actu ex duplici parte. s. ex parte principij, & ex parte termini. Accipitur .n. in inquisitione consilij duplex principium, Vnum propriũ ex ipso genere operabilium, & hoc est finis, de quo non est consilium, sed supponitur in consilio vt principium, vt° dictum est. Aliud quasi ex alio genere assumptũ: sicut & in scientijs demonstratiuis vna scientia supponit aliqua ab alia, de quibus non inquirit. Huiusmodi aũt principia, quæ in inquisitione consilij supponuntur, sunt, quæcunq; sunt p sensum accepta, vtpote, q̃ hoc sit panis, vel secum: & quæcunq; sunt per aliquam scientiam speculatiuam, vel practicam in vniuersali cognita, sicut q̃ mœchari est a Deo prohibitum, & q̃ homo non potest viuere, nisi nutriatur nutrimẽto conuenienti: & de istis non inquirit consiliator. Terminus autem inquisitionis est id, quod statim est in potestate nostra, vt faciamus. Sicut enim finis habet rationem principij, ita id quod agitur propter finem, habet rationem conclusionis. vnde id, quod primo agendum occurrit, habet rationem vltimę conclusionis, ad quam inquisitio terminatur. Nihil autem prohibet, cõsilium potentia infinitum esse, secundum quod in infinitũ possunt aliqua occurrere consilio inquirenda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd singularia non sunt infinita actu, sed in potentia.

AD 2ᵐ dicendum, quòd licet humana actio possit impediri, non tamen semper habet impedimentum paratum: & ideo non semper oportet consiliari de impedimento tollendo.

AD 3ᵐ dicendũ, q̃ in singularibus contingentibus potest aliquid accipi certũ, etsi nõ simpliciter, tamen vt nunc, prout assumitur in operatione. Sortem. n. sedere, non est necessarium: sed eum sedere, dum sedet, est necessarium: & hoc per certitudinẽ accipi potest.

Cap. 3. post medium; tomo 5.

Ibi q. 74. ar. 7. ad 1. & 4. di. 29. q. 1. ar. 1. cor. cap. 12.

cap. 2. post medium, & 22.

¶ *Super Quæstionis decimaquintæ Articulum primum.*

QVAESTIO XV.

De consensu, qui est actus uolũtatis, in cõparatione eorũ, quæ sunt ad finẽ, in quatuor articulos diuisa.

CIrca 15. quæst. primos tres articulos, q̃d esset dicendũ, in sequenti q̃one consulto dicetur.

DEINDE considerandum est de consensu.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum consensus sit actus appetitiuæ, vel apprehensiuæ virtutis.

¶ Secundo, Vtrum conueniat brutis animalibus.

¶ Tertio, Vtrũ sit de fine, vel de his quę sunt ad finẽ.

¶ Quarto, Vtrum consensus in actum, pertineat solũ ad superiorem animæ partem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum consensus sit actus appetitiuæ, uel apprehensiuæ uirtutis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd consentire pertineat solum ad partem animæ apprehensiuam. August. enim 12. de Trinit. consensum attribuit superiori rationi: sed ratio nominat apprehensiuam virtutem. ergo consentire pertinet ad apprehensiuam virtutem.

¶ 2 Præt. Consentire, est simul sentire: sed sentire est apprehensiuæ potentiæ. ergo & consentire.

¶ 3 Præt. Sicut assentire dicit applicationem intellectus ad aliquid, ita & consentire: sed assentire pertinet ad intellectum, qui est vis apprehensiua. ergo & consentire ad vim apprehensiuam pertinet.

SED CONTRA est, quod Damas. dicit in 2. lib. quòd si aliquis iudicet, & non diligat, non est sententia, id est, consensus: sed diligere ad appetitiuã virtutem pertinet. ergo & consensus.

RESPON. Dicendum, quòd consentire importat applicationem sensus ad aliquid. Est autem proprium sensus, q̃ cognoscitiuus est rerum præsentiũ. Vis enim imaginatiua, est apprehẽsiua similitudinũ corporalium etiam rebus absentibus, quarum sunt similitudines: intellectus autẽ apprehensiuus est vniuersalium rationum, quas potest apprehendere indifferenter, & præsentibus & absentibus singularibus. Et quia actus appetitiuæ virtutis est quædam inclinatio ad rem ipsam secundum quãdam similitudinem, hinc est, quòd ipsa applicatio appetitiuæ virtutis ad rem, secundum quam ei inhæret, accipit nomen sensus, quasi experientiam quandam sumens de re, cui inhæret, inquãtum complacet sibi in ea. Vnde Sap. 1. dicitur. Sentite de Domino in bonitate: & secundum hoc consentire est actus appetitiuæ virtutis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut dicitur in 3.° de anima, Voluntas in ratione consistit: vnde cum Augustinus attribuit consensum rationi, accipit rationem, secundum quod in ea cõcluditur voluntas. Tex. 42.

AD 2ᵐ dicendum, quòd sentire, proprie dictum, ad apprehensiuam potentiam pertinet: sed secundũ similitudinem cuiusdam experientiæ, pertinet ad appetitiuam, vt° dictum est. In corp. ar.

AD 3ᵐ dicendum, q̃ assentire, est quasi ad aliud sentire, & sic importat quãdã distantiã ad id cui assentit: sed cõsentire, est simul sentire, & sic importat quãdã cõiunctionem ad id cui consentitur: & ideo voluntas, cuius est tendere ad ipsam rem, magis proprie dr consentire. Intellectus aũt, cuius operatio non est s̃m motum ad rem, sed potius econuerso, vt in primo° dictum est, magis proprie dicitur assentire: quãmis vnũ pro alio poni soleat. Potest etiam dici, quòd intellectus assentit, inquantum a voluntate mouetur. p. p. q. 16. ar. 1. & q. 27. ar. 4. & q. 59. ar. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum consensus conueniat brutis animalibus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ consensus conueniat brutis animalibus. Cõsensus .n. importat determinationẽ appetitus ad vnum: sed appetitus brutorum animalium sunt determinati ad vnũ. ergo consensus in brutis animalibus inuenitur. Infra q. 16. ar. 2. cor.

¶ 2 Præt. Remoto priori, remouetur posterius: sed consensus præcedit operis executionem. si ergo in brutis non esset consensus, non esset in eis operis executio: quod patet esse falsum.

¶ 3 Præt. Homines interdũ cõsentire dicuntur in aliquid agendũ ex aliqua passione, puta, cõcupiscẽtia, vel ira: sed bruta aãlia ex passione agũt. ergo in eis ẽ cõsẽsus.

SED CONTRA est, quod Dam. dicit, q̃ post iudiciũ homo disponit, & amat quod ex consilio iudicatum est, quod vocatur sententia, idest, consensus: sed consiliũ non est in brutis animalibus. ergo nec cõsensus. Lib. 2. Orthod. fidei, cap. 22.

RESPON. Dicendum, quòd consensus, proprie loquendo, non est in brutis animalibus, cuius ratio est: quia consensus importat applicationem appetitiui motus ad aliquid agendum: eius autem est applicare appetitiuum motum ad aliquid agendum, in cuius potestate est appetitiuus motus: sicut tãgere lapidem, conuenit quidem baculo, sed applicare baculum ad tactum lapidis, est eius, qui habet in potestate mouere baculum. Bruta autem animalia non habent in sui potestate appetitiuum motum, sed talis motus in eis est ex instinctu naturæ, vnde brutum animal appetit quidem, sed non applicat appetitiuum motum ad aliquid: & propter hoc non proprie dicitur consentire, sed solum rationalis natura, quæ habet in potestate sua appetitiuum motum, & potest ipsum applicare, vel non applicare ad hoc, vel ad illud.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in brutis animalibus inuenit determinatio appetitus in aliquid, passiue tm: consensus vero importat determinationem appetitus non solum passiuam, sed magis actiuam.

AD 2ᵐ dicendum, quòd remoto priori, remouetur posterius, quod proprie ex eo tantum se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitur. Si aũt aliquid ex pluribus sequi possit, non pp hoc posterius remouetur vno priorũ remoto: sicut si induratio possit fieri & a calido, & frigido (nã lateres indurant ab igne, & aqua congelata indurat ex frigore) non oportet ꝙ remoto calore, remoueatur induratio. Executio aũt operis nõ solũ sequit ex cõsensu, sed et ex impetuoso appetitu, qualis est in brutis aĩalibꝫ.

AD 3ᵐ dicendum, quòd homines, qui ex passione agunt, possunt passionem non sequi, non autem bruta animalia: vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS III.

Vtrum consensus sit de fine, uel de his, quæ sunt ad finem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd consensus sit de fine, quia, Propter quod vnũquodque, & illud magis: sed his quæ sunt ad finem, cõsentimus pp finem. ergo fini consentimus magis.

¶ 2 Præt. Actio intẽperati, est finis eius, sicut & actio virtuosi, est finis eius: sed intemperatus consentit in propriũ actum. ergo consensus potest esse de fine.

¶ 3 Præt. Appetitus eorũ quæ sunt ad finẽ, est electio, vt supra dictum est. Si igitur cõsensus esset solum de his quæ sunt ad finẽ, in nullo ab electione differre videretur: qđ patet esse falsum per Dama. qui dicit, ꝙ post disputationẽ, quã vocauerat sententiã, sit electio. non ergo cõsensus est solũ de his quæ sunt ad finem.

SED CONTRA est, quod Dama. ibidẽ dicit, quod sensus, siue sententia est, qñ homo disponit, & amat quod ex consilio iudicatum est: sed cõsilium non est nisi de his quæ sunt ad finem. ergo nec consensus.

RESPON. Dicendum, ꝙ consensus nominat applicationem appetitiui motus ad aliquid præexistens in ptãte applicantis. In ordine autem agibiliũ, primo quidem oportet sumere apprehensionẽ finis, deinde appetitum finis, deinde cõsilium de his quæ sunt ad finem, deinde appetitum eorũ, quæ sunt ad finẽ. Appetitus aũt in vltimum finem tẽdit naturaliter: vnde & applicatio motus appetitiui in finẽ apprehensum, non habet rõnẽ consensus, sed simplicis voluntatis. De his aũt quæ sunt post vltimũ finẽ, inquantũ sunt ad finem, sub cõsilio cadunt: & sic põt esse de eis consensus, inquãtũ motus appetitiuus applicatur ad id, qđ ex cõsilio iudicatũ est. Motus vero appetitiuus in finem, non applicatur consilio, sed magis consiliũ ipsi, quia consilium præsupponit appetitũ finis: sed appetitus eorũ quæ sunt ad finẽ, præsupponit determinationem cõsilij. Et ideo applicatio appetitiui motus ad determinationẽ consilij, ꝓprie est cõsensus. vñ cũ consilium non sit nisi de his, quę sunt ad finẽ, consensus, ꝓprie loquẽdo, nõ est nisi de his quę sunt ad finẽ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut conclusiones scimus per principia, horum tñ non est scientia, sed quod maius est. s. intellectus. ita consentimus his quæ sunt ad finem propter finem, cuius tamen non est consensus, sed quod maius est, scilicet voluntas.

AD 2ᵐ dicendum, quòd intemperatus habet pro fine delectationem operis, propter quam consentit in opus magis, quàm in ipsam operationem.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ electio addit supra cõsensum quandã relationem respectu eius, cui aliquid præeligitur: & ideo post cõsensum adhuc remanet electio. Potest. n. contingere, quòd per consilium inueniãtur plura ducentia ad finem, quorũ dum quodlibet placet, in quodlibet eorũ cõsentitur: sed ex multis quæ placent, præaccipimus vnum, eligendo. Sed si inueniatur vnum solum quod placeat, non differunt re cõsensus & electio, sed rõne tãtum. vt consensus dicatur secundum quod placet ad agendum: electio autem secundum quod præfertur his, quæ non placent.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum consensus in actũ pertineat solum ad superiorem animæ partem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ cõsensus in agendum nõ semper pertineat ad superiorem rationem. Delectatio enim consequitur operationem, & perficit eam, sicut decor iuuentutem, sicut dicitur in 10. Ethic. sed consensus in delectationẽ pertinet ad inferiorem rationem, vt dicit Aug. in 12. de Tri. ergo consensus in actum nõ pertinet ad solam superiorem rationem.

¶ 2 Præt. Actio, in quam consentimus, dr esse volũtaria: sed multarũ potentiarũ est producere actiones voluntarias. ergo nõ solũ superior ratio consentit in actum.

¶ 3 Præt. Superior ratio intendit æternis inspiciendis, & consulendis, vt Aug. dicit in 12. de Tri. sed multotiens hõ cõsentit in actum nõ pp rationes æternas, sed pp aliquas rationes temporales, vel etiã pp aliquas animæ passiones. non ergo consentire in actum pertinet ad solam superiorem rationem.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit 12. de Tri. Non potest peccatum efficaciter perpetrandũ mente decerni, nisi illa mentis intentio, penes quã summa potestas est mẽbra in opꝰ mouẽdi, vel ab opere cohibẽdi, malæ actiõi cedat, & seruiat.

RESPON. Dicendum, ꝙ finalis sententia semper pertinet ad eum, qui superior est, ad quem pertinet de alijs iudicare. Quandiu. n. iudicandũ restat qđ proponitur, nondum datur finalis sententia. Manifestum est aũt ꝙ superior ratio est, quæ habet de omnibus iudicare, quia de sensibilibus per rõnẽ iudicamus: de his vero q̃ ad rõnes humanas pertinẽt, iudicamus fm rationes diuinas, quæ pertinent ad rationem superiorẽ. Et ideo quandiu incertum est, an fm rationes diuinas resistatur, vel non, nullum iudiciũ rationis habet rationẽ finalis sententiæ. Finalis aũt sententia de agendis, est cõsensus in actum: & ideo consensus in actũ pertinet ad rationẽ superiorem, fm tamen

¶ *Super Quæstionis decimæquintæ Articulum quartum.*

CIrca quartum vero articulum plura occurrunt dubia. Primũ est, quia author contradicit sibi in corpore, & in responsione ad primum. Repugnant enim hæc duo, scilicet quandiu incerta est, an secundum rationes diuinas resistatur, vel non, nullum iudicium rationis habet rationem finalis sententiæ. Et consensus in delectationem cogitationis pertinet ad rationem inferiorem. Et patet repugnantia, qa consensus in delectationem cogitationis, est quandoq; peccatum mortale: & consequenter finalis sententia, & contra rationes diuinas quodammodo. Sigꝫ stat, quòd sit rationis inferioris, & contra rationes diuinas, quòd sit mortale peccatum, & non finalis sententia. Et si finalis sententia, & contra rationes diuinas, quòd sit mortale peccatum, & non finalis sententia. Et si finalis sententia, & contra rationes diuinas, quomodo ad rationem inferiorẽ spectat? Et augetur dubitatio, quia Aug. 12. de Trin. cap. 12. vnde quæstio emanat, expresse dicit, quòd talis consensus spectat ad rationem inferiorem solum. Sic, inquit, habendum puto, quando sola mulier concubuit. Secundum est, et distinctione, quæ est in responsione ad primum de cogitatione, vt est actio quædam, & vt est ad aliud actionem ordinata: quia non videtur ad propositum, sed potius ad oppositum. Non ad propositum quidem, quia cogitatio delectans, in quam consentitur directe, non ordinat ad actionem. Est enim cogitatio delectationis morosæ absque voluntate operis, vt patet per Augustinum. Ad oppositum vero, quia cogitatio, vt est actio quædam delectans, est ipsa cogitatio morosæ delectationis. Et si ipsa secũdum litteram

præsentem spectat ad rationem superiorem. ergo oppositum habetur eius, quod intenditur ab Aug. & ipso. s. quòd consensus in delectationem morosam spectat ad rationem inferiorem.

¶ Ad euidentiam horum scito primo, ꝙ cogitatio quãdoq; fm se, habet rationem ordinati in aliquã aliam operationem: qñq; vero fm se, habet rationem ipsius vltimi operis. Dico autem fm se, ad excludendum ordinem ex parte intentionis cogitantis. Tunc cogitatio habet rationẽ vltimi operis, qñ ipsa vt cogitatio est, fumitur, pronũ. s. est in quisitio, vel cognitio veri, & huiusmodi. Tũc autem habet cogitatio rationem ordinati in aliud opꝰ, quando ipsa ratione operis cogitati sumitur: quia. n. ratione cogitati operis sumitur, pp ipsum opus secundum se est. Et quamuis ab hoc cogitante non exerceatur pp opus perpetrandum, exercetur tñ propter opus perpetrabile. Tanta autem est differentia rter cogitationẽ, hoc, vel illo modo sumptam, vt cogitatio propter opus cogitatum, sit in coordinatione eorũ, quæ sunt propter aliud: & propterea, vt in litera dicit, spectat ad inferiorem rationem. Cogitatio vero secũdum seipsum, sit in coordinatiõe operum: & propterea spectet ad superiorẽ rationem, sicut cætera vltima opera. Scito tñ dõ, ꝙ tõ inferior consideratur dupliciter, Vno modo fm se talio modo, vt participat superiorẽ rationem, cui & sup ponitaliter, & identi ce cõnũcta est: & ꝙ licet tõ inferior fm se, nõ habeat finalẽ sententiam, vt participat tamen superiorem, iudicat finaliter, & mortaliter. Vnde ad primũ dubium dicitur, quòd consensus in delectationẽ cogitati operis mortalis, pura formaliõis, vt vindictæ, hẽt in se duo. Primum est, qđ caret cõsummatione, qnã apta nata est habere talis delectatio secundum suum genus. Cum enim delectatio cogitati operis, sit eiusdem rationis cum delectatione perpetrati operis, & differant tantum sicut imperfectum, & perfectum, & secundum se sit propter illum: si habet consensum in cogitationem, & operationem, habet consummatum cõsensum. Si autem in cogitationem tãtũ, habet imperfectum consensum eo modo, quo talpa est imperfecta in genere animalis, & secundum hoc dicitur deficere a finali sententiã, quam scilicet secundum se apta nata est habere, & ad rationem inferiorem spectare, vtpote secũdum se via ad aliud: & quòd ad solam mulierem, id-

A est, inferiorem rationem spectat, quia scilicet deest consensus ille ordinans ad opus, qui spectat ad virum, vtpote vltimus in genere agibilium. Secundum est, quòd sit absque contradictione superioris rationis: & ex hoc habet rationem finalis sententiæ, vt peccati mortalis &c. vt patet in quæstione de veritate q. 15. art. 4. ad 6. & 12. ita ꝙ consensus iste in delectationẽ huiusmodi, & est rationis inferioris fm se, quia est in id, quod secundum se est propter aliud opus: & deficit a superiori ratione, quia nõ est in opus: & est rationis inferioris, vt participat superiorem, quia fit contra regulas æternas illa non contradicente: & vt in resolutione ad vltimũ in litera dicitur, est rationis superioris, quia secundum rationes æternas non dissentit. Et hoc intendit etiam Augustin. circa finem illius capituli, vbi propter coniunctionẽ veritatque rationis in vno homine, totũ hominem ex huiusmodi consensu damnandum concludit. Et est finalis sententia circa cogitati operis solã delectationẽ, & non est finalis sententia de agendis, quia restat vlterior sententia, quam apta nata est habere huiusmodi delectans cogitatio, scilicet de ordine ad exercendum opus: propter quas duas finales sententias in litera, primo nominatur in allegatis obiicendo uerbis, finalis sententia absolute: deinde desciditur ad finalem sententiam de agendis, & dicitur quòd est cõsensus in opus. & sic patet, quòd dicta literæ consonant. Ad secundum vero dubium dicendum est, quòd procedit ex malo intellectu literæ. Per cogitare enim, vt est actio quædam, intrudit author cogitationem secundum se: per illud vero, vt in aliud ordinatur, intendit cogitationem propter cogitatum opus, vt exposuimus. Et vult, ꝙ cõsensus in cogitationem secundum se, spectet ad rationem superiorem, quia est opus vltimum, vt patet de contemplatione. Consensus vero in cogitationem propter opus cogitatum, spectet ad inferiorem, quia est secũdum se via ad aliud. Ita quòd non ponit author in litera tres, sed duos tantum ordines, scilicet operum, & cogitationum. Et declarat, quòd cogitationes secundum se, claudantur sub ordine operum, ita quòd contra opera non distinguantur, nisi cogitationes ratione operis cogitati, vt via a termino. Et de his vide in q. de veritate, quæstione & articulo prædictis.

1. dist. 1. q. 2. art. 2. Cap. 4. & lib. 10. de Tri. cap. 10. paulo a principio to. 3. Lib. 2. Ortho. fidei c. 22.

Idem Aug. 19. de ciuit. c. 4.

Q. 3. in fine, tom. 4.

Cap. 11. ante medium tom. 3.

B ad 1.

C art. 1.

D

E

Ad primum sic proceditur. Videtur ꝙ Vti, nõ sit actus voluntatis. Dicit. n. Augu. in 1. de doct. christ. quòd Vti, est id, quod in usum uenit, ad aliud obtinẽdũ referre: sed referre aliqd ad aliud, est rationis, cuius est conferre, & ordinare. ergo Vti, est actus rationis: non ergo uoluntatis.

¶ 2 Præt. Dam. dicit, ꝙ homo impetum facit ad operationem, & dicitur impetus: deinde utitur, & dicitur usus. Sed operatio pertinet ad potentiã executiuam: actus autem uoluntatis non sequitur actum executiuæ potentiæ, sed executio est ultimum. ergo usus non est actus uoluntatis.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in lib. 83. q. Omnia quę facta sunt, in usum hominis facta sunt: quia omnibus utitur ratio, iudicando ea quæ hominibꝫ data sunt: sed iudicare de rebus a Deo creatis, pertinet ad rationem speculatiuã, quæ omnino separata uidetur a uoluntate, quæ est principiũ humanorum actuũ. ergo uti non est actus uoluntatis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 10. de Tri. Vti, est assumere aliquid in facultatẽ uoluntatis.

RESPON. Dicendum, ꝙ usus rei alicuiꝰ importat applicationẽ rei illius ad aliquã operationem: vnde & operatio, ad quã applicamꝰ rẽ aliquã, dicitur usus eius: sicut equitare, est usus equi, & percutere, est usus baculi. Ad operationẽ aũt applicamus & principia interiora agendi. s. ipsas potentias aĩæ, uel mẽbra corporis, ut intellectũ ad intelligendum, & oculũ ad uidẽdum, & res exteriores, sicut baculum ad percutiendum. Sed manifestum est, qđ res exteriores nõ applicamus ad aliq̃ operationẽ, nisi pp principia intrinseca, quæ sunt potẽtiæ aĩæ, aut habitus potẽtiarũ,

QVAESTIO XVI.

De usu, qui est actus uoluntatis, in comparatione ad ea, quæ sunt ad finem.

DEINDE considerandum est de usu.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrũ, Vti, sit actꝰ uolũtatis

¶ Secũdo, Vtrum conueniat brutis animalibus.

¶ Tertio, Vtrum sit tantum eorũ, quæ sunt ad finem, uel et finis.

¶ Quarto, De ordine usus ad electionem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum, Vti, sit actus uoluntatis.

Prima Secundæ S. Tho. E 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

q.9.art.1.

sunt organa, quæ sunt corporis membra. Ostensum est supra, q voluntas est quę mouet potentias aiæ ad suos actus, & hoc est applicare eas ad operationē. vnde manifestū est, q Vti, primo & principaliter est voluntatis tanq primi mouentis, rationis aūt tanq dirigentis: sed aliarum potētiarū tanq exequentium, quæ cōparantur ad voluntatem, a qua applicant ad agendum, sicut instīa ad principale agens. Actio autem proprie non attribuitur instō, sed principali agentis sicut ædificatio, ædificatori, non autem instrumentis. vnde manifestū est, q Vti, proprie est actus volūtatis.

D.1210.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio quidem in aliud refert, sed voluntas tendit in id, quod est in aliud relatum per rationem, & secundum hoc dicitur, quod Vti, est referre aliquid in alterum.

Ad 2m dicendum, quòd Damasc. loquitur de vsu secundum quod pertinet ad executiuas potentias.

Ad 3m dicendum, q etiam ipsa ratio speculativa applicatur ad opus intelligendi, vel iudicādi a voluntate: & ideo intellectus speculativus vti dicitur, tanq a voluntate motus, sicut aliæ executiuæ potentiæ.

Articvlvs II.

Vtrum Vti, conueniat brutis animalibus.

Supr. q.11 ar.1 c. ad 4 † Cap. 10 paulo post princip. Q.11.ar.2.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd Vti, cōueniat brutis animalibus. Frui enim est nobilius, quàm vti, quia vt Aug. dicit in 10. de Trin. Vtimur eis, quę ad aliud referimus, quo fruēdum est: sed frui conuenit brutis animalibus, vt * supra dictū est. ergo multo magis conuenit eis Vti.

¶ 2 Præt. Applicare membra ad agendum, est vti membris; sed bruta animalia applicāt membra ad aliquid agendum, sicut pedes ad ambulandum, cornua ad percutiendum. ergo brutis animalibus cōuenit Vti.

Q.30.circa medium, tomo 4. Art.pced.

Sed contra est, quod * Aug. dicit in lib. 83. q. Vti aliquid nō pōt, nisi animal, qd rationis est particeps.

Q. præced. ar.1.2.3.

Respon. Dicendum, quòd, sicut * dictum est, Vti, est applicare aliqd principium actionis ad actionem: sicut cōsentire, est applicare motum appetitiuum ad aliquid appetendum, vt * dictum est. Applicare autē aliquid ad alterum nō est nisi eius, quod habet super illud arbitrium: quod non est nisi eius, qui scit referre aliquid in alterum, quod ad rationem pertinet: & ideo solum animal rationale & consentit, & vtitur.

Ad primvm ergo dicēdum, q Frui, importat absolutū motū appetitus in appetibile: sed Vti, importat motū appetitus ad aliquid in ordine ad alterū. Si ergo cōparent Vti, & Frui, quāti ad obiecta, sic Frui est nobilius, q̄ Vti, quia id, qd est absolute appetibile, est melius q̄ id, qd est appetibile solum in ordine ad aliud. Sed si comparētur quantum ad vim apprehensiuā præcedentem, maior nobilitas requiritur ex parte vsus, quia ordinare aliquid in alterū, est rationis: absolute aūt aliquid apprehendere potest ét sensus.

Ad 2m dicendum, quod animalia per sua membra aliquid agunt instinctu naturæ, nō per hoc, quòd cognoscant ordinem membrorum ad illas operationes. vnde non dicuntur proprie applicare membra ad agendum, nec vti membris.

Articvlvs III.

Vtrum vsus possit esse etiam vltimi finis.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q vsus possit esse etiam vltimi finis. Dicit enim Aug. in 10. de Tri. Omnis qui fruitur, vtitur: sed vltimo fine fruitur aliquis. ergo vltimo fine aliquis vtitur.

¶ 2 Præt. Vti, est assumere aliquid in facultatem voluntatis, vt * ibidē dī: sed nihil magis assumitur a voluntate, q̄ vltimus finis. ergo vsus pōt esse vltimi finis.

q.9.art.3.

¶ 3 Præt. Hilarius dicit in 2. de † Tri. quòd æternitas est in Patre, species in imagine, id est, in Filio, vsus in munere, id est in Spiritusancto: sed Spiritusanctus cum sit Deus, est vltimus finis.

q.15.art.3. ad 3. Lib.2. Ortho. fidei c. 22.

Sed contra est, quod dicit Aug. in lib. 83. * q. Deo nullus recte vtitur: sed solus Deus est vltimus finis. ergo vltimo fine non est vtendum.

Respon. Dicendum, q Vti, sicut dictum est, importat applicationem alicuius ad aliquid: quod autē applicatur ad aliud, se habet in ratione eius quod est ad finē. & ideo Vti, semper est eius, quod est ad finem: propter quod & ea quæ sunt ad finem accommoda, vtilia dicuntur, & ipsa vtilitas, interdum vsus nominatur. Sed considerandum est, q vltimus finis dicitur dupliciter. Vno modo simpliciter: & alio modo quo ad aliquem. Cū.n. finis, vt * supra dictum est, dicatur qñq; quidem res, qñq; autem adeptio rei, vt possessio eius, sicut auaro finis est vel pecunia, vel possessio pecuniæ, manifestū est q, simplr loquēdo, vltimus finis est ipsa res. Non.n. possessio pecuniæ est bona, nisi propter bonum pecuniæ: sed quo ad hoc adeptio pecuniæ est finis vltimus: non enim quæreret pecuniam auarus, nisi vt haberet eam. Ergo simpliciter loquendo & proprie, pecunia homo aliquam fruitur, quia in ea vltimum finem constituit: sed inquantum refert eam ad possessionem, dicitur vti ea.

Ad primvm ergo dicendum, q Aug. loquitur de vsu cōmuniter, sm quod importat ordinem finis ad ipsam fruitionem, quam aliquis quærit de fine.

Ad 2m dicendum, q finis assumitur in facultatem voluntatis, vt voluntas in illo quiesçat. Vnde ipse requies in fine, quæ fruitio est, dī hoc modo vsus finis, sed id, qd est ad finem, assumitur in facultatem voluntatis non solum in ordine ad vsum eius, qd est ad finē, sed in ordine ad aliā rē, in qua voluntas quiescit.

Ad 3m dicendum, q vsus accipitur in verbis Hilarij, p quiete in vltimo fine, eo modo quo aliquis, vtendo loquendo, dicit vti fine ad obtinendum ipsum, sicut dictum est. vnde Aug. in 6. de Tri. dicit, q illa delectatio, felicitas, vel beatitudo vsus ab eo appellat.

Articvlvs IIII.

¶ Super Quæstionem decimamsextam. Articulum quartum.

Vtrum vsus præcedat electionem.

Ad qvartvm sic procedit. Videtur q vsus præcedat electionem. Post electionem enim nihil sequit, nisi executio: sed vsus cum pertineat ad voluntatem, præcedit executionem. ergo præcedit etiam electionem.

¶ 2 Præt. Absolutum est ante relatum. ergo minus relatum est ante magis relatum: sed electio importat duas relationes, vnam eius quod eligitur ad finem, aliam vero ad id cui præeligitur: vsus autem importat solam relationem ad finem. ergo vsus est prior electione.

¶ 3 Præt. Voluntas vtitur alijs potentijs, inquantum mouet eas: sed

Circa quæstionē. quartum articulum, omissis quatuor tribus, adiuncta & memoriæ cōmendato distinctione duplicis habitudinis voluntatis ad volitum, quarum vna finem, quam habet quod est ad finē. & circa hoc duplex hæc habitudo diuersarū rationum, & explicatum vt in litera dicitur, differūt. Primo, quia prima est, sm quā volitum est in volente: secunda vero, qd voluntas refertur ad volitū in se realiter existens. Secūdo, q̄ pro-

ma comparatur ad secundam, vt imperfectum ad perfectum: & propterea ex prima itur ad secundā. Tertio, quia in prima perfectio attenditur, sm quod perfectio cadit supra velle. Tunc.n. voluntas est perfecta in prima habitudine respectu finis, quando complete vult finem, & respectu eius quod est ad finem, quando complete vult illud. In secūda vero, perfectio attenditur sm qd perfectio determinat habere. Tunc.n. voluntas est perfecta in secunda habitudine respectu eius quod est ad finem, qā habet illud realiter, & respectu finis, qn realiter obtinent illum. Vnde aliud est volūtatem perfecte intendere, eligere, velle, consentire &c. & aliud est ipsam perfecte habere volitum, intentū, electum &c. Et quia hæc sunt diuersarū rationum: ideo quantūcunq; crescat primæ voluntatis perfectio, semper remanet in sua imperfectione respectu secundæ, & nunquàm peruenit ad secundam.

¶ Circa eiusdē quæstionis 16. eundem quartum articulū, notandum occurrit, q ex litera hac, & superioribus, tres ordines actuum volūtatis colliguntur. Primus est sēm lineam rectā, & respectu eiusdem obiecti. Secundus, secundum reflexionem super hunc, vel illum. Tertius secundū ipsos reflexos inter se. Iuxta primum ordinem, duodecim motus sic ordinantur. Primo apprehenditur finis, verbi gratia, diuina gloria. Secundo est voluntas illius. Tertio imperfecta eius fruitio. Quarto intentio eiusdem: & hic finitur prima voluntatis habitudo ad finem. Cū.n. prædicta insunt perfecte, habet in seipsa finem. i. perfecte vult finem. Et hinc inchoat prima quoq; volūtatis habitudo ad id, quod est ad finem: intentio.n. ad id dēcensum præbet. Quinto igitur est consilium de his, quæ sunt ad finem. Sed quia consilium voluntarium est, & a voluntate mouetur ratio ad consiliādum, & hæc motio vsus vere est: ideo quinto loco vti ratione ad consilium, locatur a S. Tho. in litera, dū in corpore articuli dicit. Sed quia voluntas ét quodāmodo mouet rationem, & vtitur ea &c. Et sic sexto loco est consilium de his, quæ sunt ad finem, verbi gratia, de studio theologiæ, bonitate morum, & similium. Septimo est consensus adhærens cōclusioni, puta qd ista placét. Octauo est electio, præferens alterum cōclusorū, puta, bonitatē morum, & theologiā aliis scientiis &c. Et hic, vt in litera dī, finitur primo habitudo voluntatis ad id, qd est ad finem. hī.n. tunc in ea perfecte id, qd est ad finem. i. perfecte vult id, qd est ad finem. Nono est præceptum, seu imperium, de quo est sequēs qō, quo præcepit electa executioni mandari. Et inchoat secunda habitudo voluntatis ad id, qd est ad finem: quō iā incipit descendere ad hoc, vt habeat ipsum realiter. Decimo est vti, quo (vt in responsione ad primum litera dicit) voluntas mouet potentias executiuas, applicās eas ad executionem, puta, pedes ad eūdum ad studium, & intellectum ad studendum &c. Vndecimo est executio ipsa assecutiua p id, qd ē ad finē, ipm finē, puta, p iter & studium &c. Dei glorificationem videre. Et sic duodecimo consummatur totus progressus fruitione perfecta superueniente, quæ, vt dictum fuit, de fine habito realiter est. Iuxta ām vero ordinem quo locātur actus voluntatis, vt reflectuntur supra seipsos (vt in responsione ad tertium dī) tres voluntatis actus ad minus inueniuntur in quolibet actu libero, & prioritas, & posterioritas in hoc ordine attenditur iuxta prioritatē, & posterioritatem illius actus liberi supra quem caduntita q, vt in calce literæ dicitur, isti actus ordinati ad id, quod est pri°. i. cadētes supra priorem actum, sunt priores seipsis cadentibus supra posteriorē actū: verbi gratia, cum aliquis consentit acquirendis moribus, sunt ibi ipliciter tres alii actus cadētes supra illū consensum, s. vsus, consilio, & electio. Nā voluntas vtitur se ad consentiendum, & consentit se consentire, & eligit consentire. Et similiter cum exigit bonos mores, sūt ire rū implicite tres idē actus. Nam volūtas vtitur se ad eligendum, consentit electioni, & eligit illam. Et similiter accidit cum vtitur ratione ad consilium, vel executiuis potētiis ad opus. Nam voluntas consentit vsui, eligit vsum, & vtitur se ad vti. Et quia consensus est actus naturalr prior electione: ió isti actꝰ cadentes supra consensum, sunt priores seipsis cadentibus supra electionē. Et sic ordinātur isti actus respectu diuersorū, supra quę cadunt in hoc secundo ordine iuxta illorum, supra quæ cadunt, ordinē. Et inueniuntur implicite, & reflexe. In primo autem ordine ordinantur respectu eiusdem & explicite, & secundum lineam rectam. Iuxta tertium autem ordinem scito, quòd licet in litera, iuxta secundum ordinem, comparentur isti actus reflexi cadentes supra vnum actum ad seipsos cadentes supra alium: non tamen comparantur singuli reflexi inter se, quis quo sit prior, an scilicet, cum isti actus reflectuntur supra cōsensum, Vti, præcedebat consensum reflexum, vel econtra: & similiter de electione. Et quamuis possit dici, quòd author tradens eorum ordinem secundum lineam rectam, in qua attenditur ordo eorum respectu eiusdem, infinuauit eorundem ordinem secundum reflexionem supra eundem actum: ita quòd idē est ordo hic, & ibi, quia vtrobique sunt respectu eiusdem: & sic videretur, quòd primo consensus, deinde electio, & vltimo vti locare debet. Mihi tamen ex authore videtur dicendum, quòd Vti, tenet primum locum, consensus secundum, & electio tertiū. Et ratio est duplex, prima, quia est vniuersalius exteris: consensus quoque absolutior est quam electio. Nam Vti, est actiua libera applicatio cā uoluntatis, quām cuiuscunque alterius ad quod cumque opus. Consensus vero, est actiua libera applicatio solius appetitus acceptantis, seu adhærentis alicui quod constat sub se minus comprehendere. Consensus quoque acceptationem electio vero acceptationem præferendo aliis importat, quod cōstat posterius esse. Secunda est, quia etiam in ordine primo iam dicto secundum lineam rectam, quamuis uti executiuis potentiis ad acquirendum secundum esse reale, fit posterius electione & consensu: simpliciter tamen & absolute, Vti, præcedit cōsensum & electionem: quia Vti præuenit consilium, ut dictum est, absque reflectione. Tractauit tamen author prius de electione, quā de consensu, & Vti, vt a notioribus fieret disciplina.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum primum.

CIrca primum articulum quæstionis 17. aduerte, quòd ad imperij rationem tria concurrunt. Ordinatio alicuius ad aliquid: intimatio & motio. Cum enim præcipitur, Dilige deum, ordinatur aliquis ad amandum deum, & & intimatur hoc ei, & monetur ad hoc ab imperante. Ordinatio autem, & intimatio, ad rationem spectant: motio autem ad voluntatem. vnde actus imperij componitur ex eo, quòd est intellectus, & ex eo, quòd est voluntatis. Et quia iuxta doctrinam habitam superius in quæstio. 13. artic. 1. actus compositus ex duobus spectantibus ad diuersas potentias, illius est potentiæ essentialiter, & elicitiue, cuius e materialiter, seu quantum ad substantiã actus, vt patet in actibus habituum (Mori. n. propter Christũ, licet sit a charitate & fortitudine, elicitiue est fortitudinis, quia ipsius est quo ad materiale, cum in imperãdo voluntas cõcurrat vt suprema potentia, quia vt primũ mouens ad exercitium, & quod est a superiori potentia in actu composito, se habet vt formale: quod vero ab inferiori, vt materiale & substãtia actꝰ) consequens est, vt ordinatio intimatiua in imperio se habeat vt materia, & motiuꝫ vt forma, ac per hoc imperium est elicitiue, & essentialiter actus rationis, voluntatis vero primordialiter quo ad formam. Testatur autem hoc actus proprius prudentię, quẽ constat oportere esse actum rationis, & est recte præcipere. Prudens enim post inuẽtionem & iudicium, quæ spectant ad eubuliam, gnomen, & synesin, habet propriũ actũ, qui est recte præcipere. Est igitur præceptum, seu imperium actus rationis participantis voluntatem, vt primum mouens. Et hoc in loco diligẽter attendito, quòd non confiderare participationem voluntatis

Infr. q. 60 art. 1. cor. fi. Et 2. 2. q. 83 ar. 1. & 10. cor. Et ver. q. 22. ar. 12 ad quartũ. Et quo. 9. ar. 12. *q. 9 art. 1.

Lib. 4. cap. 9. in princ. & cap. 8. an te mediũ. *Arist. 1. Ethi. c. vlt. tom. 5.

QVAESTIO XVII.

De actibus imperatis a voluntate, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de actibus imperatis a voluntate.

Et circa hoc quæruntur nouẽ.

¶Primo, Vtrum imperare sit actus voluntatis, vel rationis.

¶Secundo, Vtrum imperare pertineat ad bruta animalia.

¶Tertio, De ordine impij ad vsũ.

¶Quarto, Vtrũ imperiũ, & actus imperatus, sint vnus actus, vel diuersi.

¶Quinto, Vtrum actus voluntatis imperetur.

¶Sexto, Vtrum actus rationis.

¶Septimo, Vtrum actus appetitus sensitiui.

¶Octauo, Vtrum actus animæ vegetabilis.

¶Nono, Vtrum actus exteriorum membrorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum imperare sit actus rationis, vel voluntatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ imperare non sit actus rationis, sed voluntatis. Imperare. n. est mouere quoddam. Dicit. n. Auic. ꝙ quadruplex est mouens. s. perficiens, disponens, imperans, & consilians: sed ad volũtatẽ pertinet mouere omnes alias vires animæ, vt dictum est* supra. ergo imperare est actus volũtatis.

¶ 2 Præt. Sicut imperari pertinet ad id, quod est subiectum, ita imperare pertinere videtur ad id, qd est maxime liberum: sed radix libertatis est maxime in voluntate. ergo voluntatis est imperare.

¶ 3 Præt. Ad imperiũ statim sequitur actus: sed ad actũ rationis non statim sequitur actus: non. n. qui iudicat aliquid esse faciẽdũ, statim illud operatur. ergo imperare nõ est actus rationis, sed voluntatis.

SED CONTRA est, quod* Greg. Nissenus dicit, & etiam* Philosophus, quòd appetitus obedit rationi. ergo rationis est imperare.

RESPON. Dicendum, quòd imperare est actus rationis, præsupposito tñ actu voluntatis. Ad

F ab intellectu, & intellectus a voluntate: nec discernere quid his potentiis conuenit ex seipsis, & quid ex alterius participatione, causa est exorbitandi a communibus animi conceptionibus. Et quamuis quolibet proferente contraria, sollicitum esse, stultum censeatur: quæ tamen ab illustribus viris, de quorum numero fuit Scotus, cõtraria asseruntur, nõ possum prætereire. Putat ipse voluntatem esse collatiuam, & ordinatiuam, non vt sapit intellectũ: sed hoc potius conuenire intellectui, & voluntati, secũdum aliquem eis communem naturam, puta, immaterialitatem, vt patet in 2. sen. distin. 6. quæst. 1. & in quolibeto, quæst. 17. Hoc autem esse falsum, ex cõmuni animi conceptione, qua tenemur, quòd ordinare, intellectus seu rationis est, patet. Quod enim ordinandi actus, sapientiæ, prudentiæ, arel &c. conueniat, liquet. Quòd vero solus intellectus ordinet, ex eo patet, qd quicquid ordinet in naturalibus, & volũtariis est, a ratione proficiscitur, & in illã resoluitur. Opus enim naturę, est opꝰ intelligentiæ: & electiones, in quibus maxime apparet ordo, quia sunt eorũ, quæ sunt ad finem propter finem, a consilio proficiscũtur ordinãte hoc in illud. Voluntas. n. eligens, & vtens, cedit in rem secundum ordinem ratiocinationis vere, vel falsæ, implicite, formaliter, vel virtualiter, diligentia hæc in illa. Vnde ex pluralitas sine necessitate admittẽda nõ fit, & in principiis natura studeat excitati, & omnis ordo qui apparet in volũtate, saluatur optime in resoluendo in intellectum. & communi animi conceptione, vt dictũ est, habeatur, quòd conferre & ordinare, rationis proprium opus est, abiicienda est Scotica hæ phãsis, & cedes ex indifferentia ne eius quod voluntati conuenit secundum se, vel vt participat intellectum.

¶ In responsione ad secundum, notato distinctionem de radice libertatis formaliter, vel causaliter, & quòd

supr. q. 11. ar. 1. cor.

Lib. 2. cap. 12.

ar. præced.

quòd radix libertatis formaliter, est voluntas: causaliter, est ratio, nec hoc dicit, sed probatur: qa ex hoc voluntas est formaliter libera, quia ratio est oppositorũ. Quia enim volũtas a bono cognito oritur, libera voluntas ab oppositis bonis cognitis absq; determinatione ad alterum nascitur. Ex hoc. n. liber est medicus ad præbendã potionem sanatiuã, vel ægrotatiuam, quia medicina est sani, & ægri ostensiua, absq; determinatione voluntatis ad alteram partem sequendam.

PRætermissis articulis, secũdo, tertio, quarto, quinto, & sexto, circa duos sequentes articulos simul dubium occurrit, An in istis quæstionis intendatur vniuersaliter, an indefinite, seu particulariter. Et est ratio dubii, quia si intẽditur vniuersaliter, falsa videtur decisio tam septimi, quãm octaui articuli. Septimi quidem, quia quandoque vult quis tristari & cõdolere ami co &c. & tamen non tristatur. Octaui vero, quia sępissime volens seminat, ita ꝙ non solum concupiscentia seminis, sed ipsa seminatio volũtaria est. Et constat quòd seminatio partis est vegetatiuæ.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ intentio authoris est loqui vniuersaliter, & quòd actus appetitus sensitiui, pro quanto pendent ex parte animæ, vniuersaliter subsunt imperio rõnis, & voluntatis. nec est verum, quòd velit quis perfecto imperio tristari, & non tristetur: quamuis pluries cõtingat, quòd vellet quis tristari, & non tristatur, quia non perfecte hoc vult. Et hoc dico, si non habet dispositionem organi repugnãtem. Sicut enim cõtingit totaliter impediri visum ex parte organi, dicente Aristot. quòd si senex accipiat oculum iuuenis, videbit vt iuuenis, ita actum tristitię. Quamuis in hoc casu putem, quòd quia tristitia pendet ex dispositione organi, quod quandoque est dispositũ ad hoc, propterea ita modica est tristitia, vt appareat non tristari. Inter actus autem appetitꝰ sensitiui, & ptis vegetatiuæ, hoc interest, quòd actus appetitus sensitiui subsunt imperio in ordine ad ppria principia elicitiua, & propria obiecta: actus vero partis vegetatiuæ neutro modo subsunt imperio, sed cõcupiscentia, & applicatio eorum, sicut aliorum actiuorum, & passiuorum naturalium. Cadit enim sub imperio rationis concupiscere hoc pulchrum, ita quòd & in potestate homi nis est concupiscere, & non concupiscere: & concupiscere hoc, & non hoc. Sed non cadit sub rationis imperio, qꝺ virtꝰ generatiua emittat, vel non emittat semen: aut quod generet, aut non: aut hoc, vel illud. quãuis cadat sub imperio applicatio virtutis generatiuæ cum sua actione, si habet. Sicut non cadit sub imperio, quòd ignis excutiatur ex lapide, sed hoc pendet ex virtute lapidis pcussi &c, quamuis applicatio lapidis & ferri cum suis efficaciis ad excutiẽdum, sub imperio cadat. Vnde nõ qñq; sic, & quãdoque non, pars generatiua imperio subditur: sed nunquãm actus eius vt sic, imperio subditꝰ quamuis ipsius cum sua efficacia & actione quæ naturam sequitur, applicabilitas imperio subsit rationis, & propterea inter voluntaria cõputatur.

Artic. 1. q. 16. art. 1. q. 16. art. 1. Lib. 2. Orthod. fidei, cap. 22. q. præced. artic. 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum imperare pertineat ad animalia bruta.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd imperare conueniat brutis animalibus, quia secundum Auic. Virtus imperãs motum, est appetitiua: & virtus exequens motum, est in musculis, & in neruis: sed vtraq; virtus est in brutis animalibus. ergo imperiũ inuenit in brutis aĩalibꝰ. B

¶ 2 Præt. De ratione serui est, quòd ei imperetur: sed corpus comparatur ad animam, sicut seruus ad dominũ, sicut dicit Philosophus in 1.* Poli. ergo corpori imperatur ab anima, etiã in brutis, quæ sunt composita ex anima, & corpore.

¶ 3 Præt. Per imperium homo facit impetum ad opus: sed impetus in opus inuenit in brutis animalibus, vt* Dam. dicit. ergo in brutis animalibus inuenitur imperium.

SED CONTRA. Imperium est C actus rõnis, vt* dictũ est: sed in brutis non est rõ. ergo neq; imperiũ.

RESPON. Dicendum, ꝙ imperare, nihil aliud est, q̃ ordinare aliquem ad aliquid agendum cũ quadam intimatiua motione. Ordinare autem est proprius actus rationis: vnde impossibile est, ꝙ in brutis animalibus, in quibus non est ratio, sit aliquo modo imperium.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vis appetitiua dicitur imperare motum, inquantum mouet rationem imperantem, sed hoc est solũ in hominibus: in brutis autẽ animalibus virtus appetitiua non est proprię imperatiua, nisi imperatiuum sumatur large pro motiuo.

AD 2ᵐ dicendum, quòd in brutis animalibus corpus quidem habet vnde obediat: sed anima non habet vnde imperet, quia non habet vnde ordinet. Et ideo non est ibi ratio imperantis, & imperati: sed solum mouentis, & moti.

AD 3ᵐ dicendum, quòd aliter inuenitur impetus ad opus in brutis animalibus, & aliter in hominibus. Homines enim faciunt impetum ad opus per ordinationem rationis, vnde habet in eis impetus rationem imperij: in brutis autem fit impetus ad opus per instinctum naturæ: quia scilicet appetitus eorum statim apprehenso conuenienti, vel inconuenienti, naturaliter mouetur ad psecutionem, vel fugam: vnde ordinãtur ab alio ad agendum: non autẽ ipsa seipsa

A ordinant ad actionẽ. & ideo in eis est impetus, sed non imperium.

ARTICVLVS III.

Vtrum usus præcedat imperium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd vsus præcedat imperium. Imperium enim est actus rationis, præsupponens actum volũtatis, vt supra dictum est:* sed vsus est actus voluntatis, vt supra dictum est, * ergo vsus præcedit imperium. B

¶ 2 Præt. Imperium est aliquid eorum quæ ad finem ordinãtur: eorum autem quæ sunt ad finem, est vsus. ergo videtur, quòd vsus sit prius, quàm imperium.

¶ 3 Præt. Omnis actus potentiæ mote a voluntate, vsus dr: quia voluntas vtitur alijs potentijs, vt supra dictum est: sed imperium est actus rõnis, put mota est a voluntate, sicut dictum est.* ergo imperium est quidam vsus: commune autẽ est prius proprio. ergo vsus est prius, quàm imperium.

SED CONTRA est, quod Dama. dicit,* quòd impetus ad operationem præcedit vsum: sed impetus ad operationem fit per imperiũ. ergo imperium præcedit vsum.

RESPON. Dicendum, quòd vsus eius quod est ad finem, secundum quod est in ratione referente ipsum in finẽ, præcedit electionẽ, vt supra dictum est,* vnde multo magis præcedit imperiũ: sed vsus eius, quod est ad finem, secundum quod subditur potentiæ executiuæ, sequitur imperium, eo quòd vsus vtentis coniunctus est cum actu eius, quo quis vtitur. Non. n. vtitur aliquis baculo, antequã aliquo modo p baculũ operetur. Imperium autem non est simul cum actu eius cui imperatur: sed naturaliter prius est imperium, quàm imperio obediatur, & aliquando etiam est prius tempore. vnde manifestum est, quòd imperium est prius, quàm vsus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omnis actus voluntatis præcedit hunc actum rationis, qui est imperiũ: sed aliquis præcedit, scilicet electio, & aliquis sequitur, scilicet vsus, quia post determinationem consilij, quæ est iudicium rationis, voluntas eligit, & post electionem ratio imperat ei, per quod agendũ est quod eligit: & tunc demũ voluntas alicuius incipit vti exercitio, cum aliquis imperat alteri: qñq; autem voluntas ipsius imperantis, cum aliquis imperat sibiipsi.

AD 2ᵐ dicendum, quòd sicut actus sunt præuij potentiis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentijs, ita obiecta actibus: obiectum autem vſus, eſt id, quod eſt ad finem. Ex hoc ergo quòd ipſum imperium eſt ad finem, magis poteſt concludi, quòd imperium ſit prius vſu, quàm quòd ſit poſterius.

AD 3^m dicendum, ꝙ ſicut actus voluntatis vtentis ratione ad imperandum, præcedit ipſum imperiū; ita etiam poteſt dici, ꝙ & iſtum vſum voluntatis præcedit aliquod imperiū rationis, eo quòd actus harum potentiarum ſupra ſeipſos inuicem reflectuntur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum imperium, & actus imperatus, ſint actus unus, uel diuerſi.

Intr. q.20. ar.3. cor. & ad 1. Et 3. q.19. art.2.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ actus imperatus non ſit vnus actus cum imperio. Diuerſarum enim potentiarum diuerſi ſunt actus: ſed alterius potentiæ eſt actus imperatus, & alterius ipſum imperium: quia alia eſt potentia quæ imperat, & alia cui imperatur. ergo nō eſt idem actus imperatus cum imperio.

¶ 2 Præt. Quæcunq; poſſunt ab inuicē ſeparari, ſunt diuerſa, nihil enim ſeparatur a ſeipſo: ſed aliquando actus imperatus ſeparatur ab imperio, præcedit enim quandoque imperium, & non ſequitur actus imperatus. ergo alius actus eſt imperium, ab actu imperato.

¶ 3 Præt. Quæcunque ſe habent ſecundum prius & poſterius, ſunt diuerſa: ſed imperiū naturaliter præcedit actum imperatum. ergo ſunt diuerſa.

Lib. 2. Topic. cap. 2. parū a principio, tom. 1.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit, ꝙ vbi eſt vnum pp alterum, ibi eſt vnum tm: ſed actus imperatus nō eſt niſi propter imperium. ergo ſunt vnum.

RESPON. Dicendum, quòd nihil prohibet aliqua eſſe ſecundū quid multa, & ſecundum quid vnū. Quinimmo omnia multa, ſunt ſecundū aliquid vnū, vt Dion. dicit vlti. cap. de diui. no. * Eſt tamen differentia attendenda in hoc, quòd quædam ſunt ſimpliciter multa, & ſecundum quid vnum: quædam vero econuerſo. Vnum autem hoc modo dicitur, ſicut & ens. Ens autem ſimpliciter eſt ſubſtantia, ſed ens ſecundum quid, eſt accidens, vel etiam ens rationis. Et ideo quæcunque ſunt vnum ſecundum ſubſtantiam, ſunt vnum ſimpliciter, & multa ſecundum quid. Sicut totum in genere ſubſtantiæ compoſitum ex ſuis partibus vel integralibus, vel eſſentialibus, eſt vnum ſimpliciter, nam totum eſt ens & ſubſtantia ſimpliciter: partes vero ſunt entia & ſubſtantiæ in toto. Quæ vero ſunt diuerſa ſecundum ſubſtātiam, & vnum ſecundum accidens, ſunt diuerſa ſimpliciter, & vnum ſecundum quid: ſicut multi homines ſunt vnus populus, & multi lapides ſunt vnus acernus, quæ eſt vnitas compoſitionis, aut ordinis. Similiter etiam multa individua, quæ ſunt vnum genere, vel ſpecie, ſunt ſimpliciter multa, & ſecūdum quid vnum: nam eſſe vnum genere, vel ſpecie, eſt eſſe vnum ſecundum rationem. Sicut autem in genere rerum naturalium aliquod totum componitur ex materia, & forma, vt homo ex anima & corpore, qui eſt vnum ens naturale, licet habeat multitudinem partium: ita etiam in actibus humanis actus inferioris potentiæ materialiter ſe habet ad actum ſuperioris, inquantum inferior potentia agit in virtute ſuperioris mouentis ipſam. Sic. n. & actus mouentis primi formaliter ſe habet ad actum inſtrumēti: vnde patet ꝙ imperium, & actus impatus ſunt vnus actus humanus: ſicut quoddam totum eſt vnum, ſed eſt ſecundū partes multa.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſi eſſent potentiæ diuerſæ adinuicem non ordinatæ, actus earum eſſent ſimpliciter diuerſi: ſed qñ vna potentia eſt mouens alterā, tunc actus earum ſunt quodāmodo vnus. nā idē eſt actus mouentis, & moti, vt dicitur in 3. phyſi. *

AD 2^m dicēdum, quòd ex hoc, quòd imperium, & actus imperatus poſſunt abinuicem ſeparari, habetur ꝙ ſunt multa partibus: nam partes hominis poſſunt abinuicem ſeparari, quę tamen ſunt vnum toto.

AD 3^m dicendum, quòd nihil prohibet in his quæ ſunt multa partibus, & vnum toto, vnum eſſe prius alio: ſicut anima quodammodo eſt prius corpore, & cor eſt prius alijs membris.

ARTICVLVS V.

Vtrum actus uoluntatis imperetur.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd actus voluntatis nō ſit imperatus. Dicit enim Aug. in 8. * confeſ. Imperat animus, vt velit animus, nec tamen facit: velle autem eſt actus voluntatis. ergo actus voluntatis non imperatur.

¶ 2 Præt. Ei conuenit imperari, cui conuenit imperiū intelligere: ſed voluntatis non eſt intelligere imperium, differt enim voluntas ab intellectu, cuius eſt intelligere. ergo actus voluntatis non imperatur.

¶ 3 Præt. Si aliquis actus voluntatis imperatur, pari ratione omnes imperantur: ſed ſi omnes actus voluntatis imperantur, neceſſe eſt in infinitum procedere: quia actus voluntatis præcedit actum imperantis rationis, vt * dictum eſt, qui voluntatis actus iterum imperatur, illud iterum imperium præcedet aliquis rationis actus, & ſic in infinitum: hoc autem eſt inconueniens, quòd procedatur in infinitum. non ergo actus voluntatis imperatur.

SED CONTRA. Omne quod eſt in poteſtate noſtra, ſubiacet imperio noſtro: ſed actus volūtatis ſunt maxime in poteſtate noſtra: nā omnes actus noſtri intantū dicuntur in poteſtate noſtra eſſe, inquantū voluntarij ſunt. ergo actus voluntatis imperantur a nobis.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut * dictum eſt, imperium nihil aliud eſt, q̃ actus rationis ordinantis cum quadā motione aliquid ad agendum. Manifeſtum eſt autem, ꝙ ratio poteſt * ordinare de actu voluntatis: ſecut. n. poteſt iudicare, ꝙ bonum ſit aliquid velle, ita poteſt ordinare imperando, ꝙ homo velit. ex quo patet quòd actus voluntatis * poteſt eſſe imperatus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut * Auguſt. ibidem dicit, Animus quando perfecte imperat ſibi, vt velit, tunc iam vult: ſed quòd aliquando imperet, & non velit, hoc contingit ex hoc, quòd non perfecte imperat. Imperfectum autem imperium contingit ex hoc, quòd ratio ex diuerſis partibus mouetur ad imperandum, vel non ad imperandum: vnde fluctuat inter duo, & non perfecte imperat.

AD 2^m dicendum, quòd ſicut in membris corporalibus quodlibet membrum operatur non ſibi ſoli, ſed toti corpori, vt oculus videt toti corpori: ita etiam eſt in potentijs animæ. Nam intellectus intelligit non ſolum ſibi, ſed omnibus potentijs: & voluntas vult non ſolum ſibi, ſed omnibus potentijs: & ideo homo imperat ſibiipſi actum voluntatis, inquantum eſt intelligens, & volens.

AD 3^m dicendum, quòd cum imperium ſit actus rationis, ille actus imperatur, qui rationi ſubditur. Primus autem voluntatis actus ex rationis ordinatione non eſt, ſed ex inſtinctu naturæ, aut ſuperioris cauſæ, vt * ſupra dictum eſt: & ideo nō oportet quòd in infinitum procedatur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum actus rationis imperetur.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd actus rationis nō poſſit eſſe imperatus. Inconueniens enim videtur, quòd aliquid imperet ſibiipſi: ſed ratio eſt quæ imperat, vt * ſupra dictum eſt. ergo rationis actus non imperatur.

¶ 2 Præt. Id quod eſt per eſſentiam, diuerſum eſt ab eo, quod eſt per participationem: ſed potentia, cuius actus imperatur a ratione, eſt ratio per participationem, vt dicitur in 1. * Ethic. ergo illius potentiæ actus non imperatur, quæ eſt ratio per eſſentiam.

¶ 3 Præt. Ille actus imperatur, qui eſt in poteſtate noſtra: ſed cognoſcere, & iudicare verū, quod eſt actus rationis, non eſt ſemper in poteſtate noſtra. non ergo actus rationis poteſt eſſe imperatus.

SED CONTRA. Id quod libero arbitrio agimus, noſtro imperio agi poteſt: ſed actus rationis exercetur per liberum arbitrium. dicit. n. Dama. * quòd libero arbitrio homo exquirit, & ſcrutatur, & iudicat, & diſponit. ergo actus rationis poſſunt eſſe imperati.

RESPON. Dicendum, quòd quia ratio ſupra ſeipſam reflectitur, ſicut ordinat de actibus aliarum potentiarum, ita etiam poteſt ordinare de ſuo actu: vnde etiam actus ſuus poteſt eſſe imperatus. Sed attendendum eſt, quòd actus rationis poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo, quātum ad exercitium actus: & ſic actus rationis ſemper imperari poteſt, ſicut cū indicitur alicui quòd attendat, & ratione vtatur. Alio modo, quantum ad obiectū, reſpectu cuius duo actus rationis attenduntur. Primo quidem, vt veritatē circa aliquid apprehēdat, & hoc nō eſt in poteſtate noſtra: hoc enim contingit per virtutem alicuius luminis vel naturalis, vel ſupernaturalis: & ideo quantum ad hoc, actus rationis nō eſt in poteſtate noſtra, nec imperari poteſt. Alius autem actus rationis eſt, dum his, quæ apprehendit, aſſentit. Si igitur fuerint talia apprehenſa, quibus naturaliter intellectus aſſentiat, ſicut prima principia, aſſenſus talium, vel diſſenſus non eſt in poteſtate noſtra, ſed in ordine naturæ: & ideo, vt prie loquēdo, naturæ imperio ſubiacet. Sūt autem quædam apprehenſa, quæ non adeo conuincunt intellectum, quin poſſit aſſentire, vel diſſentire, vel ſaltem aſſenſum, vel diſſenſum ſuſpēdere propter aliquā cauſam: & in talibus aſſenſus ipſe, vel diſſenſus in poteſtate noſtra eſt, & ſub imperio cadit.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ ratio hoc modo imperat ſibiipſi, ſicut & voluntas mouet ſeipſam, vt * ſupra dictum eſt, inquantum. ſ. vtraque potentia reflectitur ſupra ſuum actum, & ex vno in aliud tendit.

AD 2^m dicendum, ꝙ propter diuerſitatem obiectorum, quæ actui rationis ſubdūtur, nihil prohibet rationē ſeipſam participare: ſicut in cognitione concluſionum, participatur cognitio principiorum.

AD 3^m patet reſponſio ex dictis.

¶ *Super Q. meſſionis decimæſeptimæ Articulum ſeptimum.*

IN reſponſione ad ſecundum articu-

li ſeptimi, collecta ex litera ordine apprehenſionis, appetitus, motus cordis, & qualitatis ſequētis, alpice, quòd varius motus cordis ex apprehenſione, & appetitu animali naſcēs, corpus mouet, & alterat ſecundum diuerſas qualitates: alterantum autem corpus varie etiam affi cit imaginationem, & appetitum, vt ſuperius habitum eſt, & varie diſponitur ipſum corp^s ex hoc ad ſanitatem ad cor, ad habilitatem hāc, vel illā. Et cum hæc aſpexeris, videbis q̃ pluries accidētia cōtingētia perſonis patientibus eccleſiam, & huiuſmodi, cauſantur ex ſua apprehenſione originaliter: quamuis forte conſuetudo mutata in naturam, etiā inimicas poſtmodum afficiat. Cuius ſignum eſt, quòd ſi diutius ad oppoſitos mentis actus ſe toto conatu transferunt, ab huiuſmodi accidēbus deſeruntur, vt experientia fide digna dicit: quamuis exorbitans motus cordis manifeſte apparens in his, ſufficiens teſtimoniū afferat, quòd ſecūdū naturalē cāſārū ordinē hęc fiāt, ſecūdū quas materia corp alis nec proprio intellectui, nec angelico, ſed diuino rātum obedit ad alterationem, niſi mediante motu locali, propter quod ſaluandū, hæc ſunt dicta.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem ſeptimi articuli aduerte duo. Primum eſt, quòd imaginatio nō quorumcunque, ſed conſideratorum à ratione, ſubeſt imperio rationis, ſi tamen imaginabilia ſunt: quoniam imaginatio nata eſt ad imperiū rationis formare noua phantaſmata infra latitudinem intellectorum. quod dicimus propter cæcum natum, cuius imaginatio nūquām formabit phāntaſma coloris, qui nec a ratione eius intelligitur. Secundum eſt, quòd tam imaginati, vel non imaginati hbc

Eſt glo. Auguſt. lib. 3. contra Iulia. cap. 26. tom. 7.

†p.p.q.105. art. 1. & q. 110. art. 2.

Artic. 6.

D. 221.

Lib. 4. cap. 8. circa mediū & cap. 9. in princ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc, vel illud, subesse intelligitur nostro imperio, quatenus pẽ
det ex parte animæ, sicut de appetitu sensitiuo dictum est. Con-
tingit enim ex corporis dispositione, vel repentino motu, im-
probis pati imaginationes nullo imperante. Et in hoc est magna
latitudo, intantum vt aliqui patiantur huiusmodi imaginatio-
nes, sic, vt vigilantibus appareant, sicut aliis apparent dor-
mientibus. Et hinc plerunque fit, vt dicant se vidisse, vel au
diuisse, quod tamen non fuit in veritate,
sed sicut in somnijs,
vt patet non solũ in
phreneticis, sed me-
lancholicis. Vnde su
blatis impedimentis
ex parte corporis, in
potestate nostra est
has imaginationes
excludere, & alias as
sumere secundũ im-
perium rationis per-
fectum: sed cõtingit
negligentibus ppter
imperfectum impe-
rij, perseverare ple-
runque malas imagi
nationes, quas dicũt
se pati contra voluntatem, & non est sic
quia ex imperfecto
patiuntur imperio.

¶ *Super Quæstionis decimæ septimæ Articulum octauum.*

In corp. ar. IN responsione ad primum octaui articuli, dubium occurrit de rõne assignata ibidem. s. quòd quanto aliquis actus est immaterialior, tanto ẽ nobilior, & magis subditur imperio rationis. Cõtradicit enim hoc Aristo. primo Politicorum, & author in articulo præcedenti, & experientiæ. Experimur enim quòd corporis membra magis obediunt rationi, quàm passiones appetitus sensitiui. Et dictum est, q̃ ratio præest appetitui sensitiuo, nõ totaliter: coperi autem sic &c. Et tamẽ secundum hanc rationem passiones appetitus sensitiui, cũ sint actus spiritualiores, deberent magis imperio rationis subdi, quàm motus manus, & pedis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd obedientia oritur ex propinquitate: sed propinquitas est duplex, similitudinis scilicet, & proportionis. Et secundum similitudinem quidem, quanto actus est nobilior, tãto propior secundum naturam suam est rationi, & aptior vt sequatur eam. Secũdum proportionem vero, quanto bonum proprium, ad quod aliquid intra latitudinem obsequentium ordinatur, est ma

peditur, quin motus sensitiui appetit⁹ totaliter subdatur imperio rationis. Contingit autem etiam quandoq; q̃ motus appetitus sensitiui subito concitatur ad apprehensionem imaginationis, vel sensus: & tũc ille motus est præter imperium rationis, quamuis potuisset impediri a ratione, si præuidisset. Vnde Philosophus dicit in 1.⁰ Politicorum, q̃ ratio præest irascibili, & concupiscili, non principatu despotico, qui est domini ad seruum: sed principatu politiq̃, aut regali, qui est ad liberos, qui non totaliter subduntur imperio.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ hoc, quòd homo vult non concupiscere, & tamen concupiscit, cõtingit ex dispositione corporis, per quã impeditur appetitus sensitiuus, ne totaliter sequatur imperium rationis. Vnde & Apostolus ibidem subdit: Video aliam legem in membris meis, repugnãtem legi mentis meæ. Hoc etiam contingit propter subitum motum concupiscentiæ, vt⁰ dictum est.

AD 2ᵐ dicendum, q̃ qualitas corporalis dupliciter se habet ad actũ appetitus sensitiui. Vno modo vt præcedens, prout aliquis est aliqualiter dispositus secũdũ corpus ad hanc, vel illam passionem. Alio modo, vt consequens: sicut cum ex ira aliquis incalescit. Qualitas igitur præcedens non subiacet imperio rationis, quia vel est ex natura, vel ex aliqua præcedẽti motione, quæ nõ statim quiescere potest: sed qualitas cõsequens, sequitur imperium rationis, quia sequitur motum localem cordis, qđ diuersimode mouetur, secundũ diuersos actus sensitiui appetitus.

AD 3ᵐ dicendum, q̃ quia ad apprehensionẽ sensus requiritur sensibile exterius, non est in potestate nostra apprehendere aliquid sensu, nisi sensibili p̃sente, cuius præsentia non semper est in potestate nostra. Tũc. n. homo potest vti sensu cũ voluerit, nisi sit impedimentum ex parte organi. Apprehensio autem imaginationis subiacet ordinationi rationis s̃m modum virtutis, vel debilitatis imaginatiuæ

gis consonum rationi, tanto magis subditur eius imperio. Cõstat autem quòd appetitus sensitiuus, & corpus aptum natum obsequi rationi, sic se habent ad propria bona, q̃ ille ex natura propria inclinatur ad bonum, quandoque contrarium rationi. Caro enim cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Istud vero ex natura sua nõ inclinatur ad bonum dissonum rationi, imo a natura fabricatum est habile ad motum consonum rationi. Cuius duo signa sunt. Primum, quòd corpora cœlestia ad solã rationalem motũ habilia sunt, nihil omnino habentia impedimenti ad obediendum rationi motrici. Secundum, quòd in nobis nullus nouus motus animalis nostrorum membrorum subducitur ab obedientia rationis, nisi pudendorũ, quæ ad maxime delectabile s̃m sensum, qui est obiectum appetitus sensitiui, ordinatur, de quo scripsimus: Video aliam legẽ in membris meis repugnãre legi mentis meæ. Appetitus ergo passiones, licet ex naturæ nobilitate magis obediant rationi, quàm corpus motus: propter contrarietatẽ rationis nexã bono proprio ad rationem, nõ bene rationi subditur propter cuius cõtrarietatis defectũ, corporis membra plene subduntur rationi imperio ad suos proprios motus. Et hoc intellige Nouiter, q̃ insita sunt naturaliter dispositione. Si enim infirmitate, aut laboriosa assuetudine inclinatio pulsatiua fiat, hoc ex materiæ necessitate cõtingit. Appetitus autẽ sensitiuus ex sua immutatione naturali redditur in bonum illud rationi consonum est.

¶ In responsione ad vltimum octaui articuli, nota dictum est, quòd dispositio requisita ad motum horũ membrorum, non est vna qualitas, de qua dictum est, & perius dictam est, & sequitur, passiones appetitus mediante motu cordis: sed quælibet qualitas naturalis soli naturę subiecta, quodlibet eorum est quasi separatum animal. Secundum quod dictum est, quòd in littera duæ causæ ex Aristo. tanguntur, quare membra hæc habent motum proprium naturalem. Prima est, quia per quam motus iste non voluntarius, sed naturalis est. Secunda est, quia

4. c. 15 principi.

Istud vero ex natura sua nõ inclinatur ad bonum dissonum rationi, imo a natura fabricatum est habile ad motum consonum rationi. Cuius duo signa sunt. Primum, quòd corpora cœlestia ad solã rationalem motũ habilia sunt, nihil omnino habentia impedimenti ad obediendum rationi motrici. Secundum, quòd in nobis nullus nouus motus animalis nostrorum membrorum subducitur ab obedientia rationis, nisi pudendorũ, quæ ad maxime delectabile s̃m sensum, qui est obiectum appetitus sensitiui, ordinatur, de quo scripsimus: Video aliam legẽ in membris meis repugnãre legi mentis meæ. Appetitus ergo passiones, licet ex naturæ nobilitate magis obediant rationi, quàm corpus motus: propter contrarietatẽ rationis nexã bono proprio ad rationem, nõ bene rationi subditur propter cuius cõtrarietatis defectũ, corporis membra plene subduntur rationi imperio ad suos proprios motus. Et hoc intellige Nouiter, q̃ insita sunt naturaliter dispositione. Si enim infirmitate, aut laboriosa assuetudine inclinatio pulsatiua fiat, hoc ex materiæ necessitate cõtingit. Appetitus autẽ sensitiuus ex sua immutatione naturali redditur in bonum illud rationi consonum est.

¶ In responsione ad vltimum octaui articuli, nota dictum est, quòd dispositio requisita ad motum horũ membrorum, non est vna qualitas, de qua dictum est, & perius dictam est, & sequitur, passiones appetitus mediante motu cordis: sed quælibet qualitas naturalis soli naturę subiecta, quodlibet eorum est quasi separatum animal. Secundum quod dictum est, quòd in littera duæ causæ ex Aristo. tanguntur, quare membra hæc habent motum proprium naturalem. Prima est, quia per quam motus iste non voluntarius, sed naturalis est. Secunda est, quia

p. 81. art. 2. & 2 p. 168. ar. or. & 2. 20. q. 2. 2. ad 3. ert q. 25 4. ad 5. 5. ad 14. mal. q. 7 2. ad 15. 2. præce. 4. c. 15.

p. 16. nõ ocul 2 fi tom. 5.

p. 9. pa- n a prin no, tom.

quodlibet eorum est principium. Ex prima enim habetur, q̃ motus iste non subditur imperio superioris partis: ex quo enim est quasi separatum animal secundum seipsum, habet motum non imperatum ab alio. Ex se cũda vero, quòd motus iste est naturalis: quia principia oportet esse naturalia.

vnde, vt⁰ Gregorius Nyssenus dicit, quòd vocatur naturale, quod generatiuũ & nutritiuum: & pp hoc actus vegetabilis animæ non subduntur imperio rationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quanto aliquis actus est immaterialior, tanto est nobilior, & magis subditus imperio rationis. Vnde ex hoc ipso, quòd vires animæ vegetabilis non obediunt rõni, apparet has vires infimas esse.

AD 2ᵐ dicendum, quòd similitudo attenditur quantum ad aliquid, quia scilicet, sicut Deus mouet mundum, ita anima mouet corpus, non autem quantum ad omnia: non enim anima creauit corpus ex nihilo, sicut Deus mundum, propter quod totaliter subditur eius imperio.

AD 3ᵐ dicendum, q̃ virtus & vitium, laus & vituperiũ non debentur ipsis actibus nutritiuæ, vel generatiuæ potentiæ, quę sunt digestio & formatio corporis humani: sed actibus sensitiuæ partis ordinatis ad actus generatiuæ, vel nutritiuæ, puta, in concupiscendo delectationem cibi & venereorum, & vtendo s̃m quod oportet, vel non secundum quod oportet.

ARTICVLVS IX.

Vtrum actus exteriorum membrorum imperentur.

AD NONVM sic proceditur. Videtur q̃ membra corporis non obediãt rationi quantũ ad actus suos. Cõstat. n. quòd membra corporis magis distant a ratione, quàm vires animę vegetabilis: sed vires animæ vegetabilis non obediunt rationi, vt⁰ dictum est. ergo multo minus membra corporis.

¶ 2 Præt. Cor est principium motus animalis: sed motus cordis non subditur imperio rationis. dicit enim † Gregor. Nyssenus, quòd pulsatiuum non est persuasibile ratione. ergo motus membrorum corporalium non subiacet imperio rationis.

¶ 3 Præt. Aug. dicit 14. de⁰ ciui. Dei, q̃ motus membrorum genitalium aliquando importunus est nullo poscente: aliquando aũt destituit inhiantem, & cum in animo concupiscenti ferueat, friget in corpore. ergo motus membrorum non obediunt rationi.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 8.⁰ confess. Imperat animus vt moueatur manus, & tanta est facilitas, vt vix a seruitio discernatur imperium.

RESPON. Dicendum, q̃ membra corporis sunt organa quædã potentiarum animæ: vnde eo modo, quo potentię animę se habent ad hoc, q̃ obediant rationi, hoc modo se habẽt ẽt corporis membra. Quia igitur vires sensitiuæ subduntur imperio rationis, non aũt vires naturales: ideo omnes motus membrorũ, quæ mouentur a potentijs sensitiuis, subduntur imperio rationis. Motus aũt membrorum, qui consequuntur vires naturales, non subduntur imperio rationis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ mẽbra non mouent seipsa, sed mouentur per potentias aiæ, quarum quædã sunt rationi viciniores, q̃ vires animæ vegetabilis.

AD 2ᵐ dicendum, q̃ in his quæ ad intellectum & volũtatem pertinẽt, primum inuenitur id, qđ est s̃m naturam ex quo alia deriuantur, ut a cognitione principiorum naturaliter notorum, cognitio conclusionum: & a voluntate finis naturaliter desiderati, derivatur electio eorum quæ sunt ad finem: itaẽt in corporalibus motibus principium est s̃m naturã. Principiũ aũt corporalis motus est a motu cordis: vnde motus cordis s̃m naturã est, & non s̃m voluntatem. Consequitur. n. sicut per se accidens vitã, quæ est ex vnione corporis & animæ: sicut motus graviũ & leuium consequitur formam substantialem ipsorum. vnde & a generante moueri dicuntur secundũ Philosophum in 8. *Phys. & propter hoc motus iste vitalis dicitur, Vnde † Greg. Nyssen. dicit, quòd sicut generatiuum, & nutritiuum nõ obedit rationi: ita nec pulsatiuum quod est vitale. Pulsatiuum autem appellat motum cordis, qui manifestatur per venas pulsatiles.

AD 2** dicendum, q̃ verbum Aug. habet locum quando cognoscitur quòd inferior potestas præcipit aliquid contra præceptum superioris potestatis. Sed si aliquis crederet, quòd præceptum Proconsulis, esset p̃ceptũ Imperatoris, cõtemnendo præceptũ Proconsulis, contemneret præceptum Imperatoris. Et similiter, si aliquis homo cognosceret, quòd ratio humana dictaret aliquid contra præceptum Dei, non teneretur rationem sequi: sed tunc ratio non totaliter esset errans, sed quando ratio errans proponit aliquid vt præceptum Dei: tunc idem est contemnere dictamen rationis, & Dei præceptum.

Ad 3** dicendum, q̃ ratio, quando apprehendit aliquid vt malum, semper apprehendit illud sub aliqua ratione mali: puta, quia contrariatur diuino præcepto, vel quia est scandalum, vel propter aliquod huiusmodi: & tunc ad talem speciem malitiæ reducitur talis mala voluntas.

ARTICVLVS VI.

Vtrum uoluntas concordans rationi erranti sit bona.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas concordans rationi erranti sit bona. Sicut enim voluntas discordans a ratione, tendit in id quod ratio iudicat malum, ita voluntas concordãs rationi, tendit in id quod ratio iudicat bonum: sed voluntas discordans a ratione etiam errante, est mala. ergo volũtas concordans rationi etiam erranti, est bona.

¶ 2 Præt. Voluntas concordans præcepto Dei & legi æternæ, semp est bona: sed lex æterna, & præceptũ Dei proponitur nobis per apprehẽsionẽ rõnis ẽt errãtis. ergo volũtas cõcordans ẽt rõni erranti, est bona.

¶ 3 Præt. Voluntas discordans a ratione errãte est mala. Si ergo voluntas concordans rationi erranti sit ẽt mala, videtur q̃ omnis voluntas habentis rationem errantem, sit mala: & sic talis homo erit perplexus, & ex necessitate peccabit, quod est inconueniens. ergo voluntas concordans rationi erranti est bona.

SED CONTRA. Voluntas occidentium Apostolos erat mala. sed tamen concordabat rationi erranti ipsorum, secundum illud Ioan. 16. Venit hora, vt omnis q̃ interficit vos, arbitretur obsequiũ se pstare Deo. ergo voluntas cõcordans rationi erranti põt esse mala.

RESPON. Dicendum, quòd sicut præmissa quæstio eadem est cum quæstione, quã quæritur, Vtrum conscientia erronea liget: ita ista quæstio eadem est cum illa qua quæritur, Vtrum conscientia erronea excuset. Hæc autem quęstio dependet ab eo, quod supra de ignorantia dictum est*. Dictum est enim supra, q̃ ignorantia quandoque causat inuoluntarium, quandoque autem non. Et quia bonum, & malum morale consistit in actu, inquantum est voluntarius, vt ex præmissis patet, manifestum est, quòd illa ignorãtia, q̃ causat inuoluntarium, tollit rationem boni, & mali moralis, non autem illa quę inuoluntarium non causat. Dictum est etiam supra* quòd ignorantia, quę est aliquo modo volita siue directe, siue idirecte, nõ causat inuoluntarium. Et dico ignorantiam directe volũtariam, in quam actus voluntatis fertur: indirecte autem propter negligentiam, ex eo q̃ aliquis non vult illud scire, quod scire tenetur, ut supra dictum est*. Si igitur ratio, vel cõscientia erret errore voluntario vel directe, vel propter negligentiam, quia est error circa id qđ qs scire tenetur, tunc talis error rationis, vel conscientię non excusat, quin voluntas cõcordãs rationi, vel conscientię sic erranti, sit mala. Si autem sit error, qui causat inuoluntarium, prouenies ex ignorantia alicuius circunstantię absque omni negligentia, tunc talis error rationis, vel cõscientię excusat, vt voluntas concordans rationi erranti non sit mala: puta, si ratio errans dicat, quòd homo teneat ad vxorem alterius accedere, voluntas concordans huic rationi erranti est mala, eo quòd error iste prouenit ex ignorantia legis Dei, quam scire tenetur. Si autem ratio erret in hoc, q̃ credat aliquam mulierem submissam, esse suam uxorem, & ex petẽte debitum, velit eã cognoscere, excusatur voluntas eius, vt non sit mala: quia error iste ex ignorantia circunstantię prouenit, quę excusat, & inuoluntarium causat.

6. art. 8.

art.2.huius quæst.

7.6.art.8.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut Dion. dicit in 4. cap. de di. nomin*. Bonum causatur ex integra causa, malum autẽ ex singularibus defectibus. Et ideo ad hoc quòd dicatur malum id, in quod fertur volũtas, sufficit, siue quòd secundum suam naturam sit malum, siue q̃ apprehendatur vt malũ: sed ad hoc q̃ sit bonum, requiritur q̃ vtroque modo sit bonum.

par. 4.a me dio illius.

AD 2** dicendum, q̃ lex ęterna errare non potest, sed ratio humana potest errare: & ideo voluntas cõcordans rationi humanę non semper est recta, nec semper est concordans legi ęternæ.

AD 3** dicendum, quod sicut in syllogisticis, vno inconuenienti dato, necesse est alia sequi: ita in moralibus, vno inconuenienti posito, ex necessitate alia sequuntur: sicut supposito quòd aliquis quęrat inanẽ gloriam, siue propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur, siue dimittat, semper peccabit. Nec tamen est perplexus, quia potest intentionem malam dimittere: & similiter supposito errore rationis, vel conscientię, qui procedit ex ignorantia non excusante, necesse est q̃ sequatur malum in volũtate. Nec tamen est homo perplexus: quia potest ab errore recedere, cum ignorantia sit vincibilis, & voluntaria.

ARTICVLVS VII.

Vtrum uoluntatis bonitas in his, quæ sunt ad finem, dependeat ex intentione finis.

¶ *Super. Quæstionis decimænonæ Articulum septimum.*

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur qd bonitas voluntatis non dependeat ex intẽtione finis. Dictum est enim supra*, quòd bonitas voluntatis dependet ex solo obiecto: sed in his quę sunt ad finem, aliud est obiectum voluntatis, & aliud finis intentus. ergo in talibus bonitas voluntatis non dependet ab intentione finis.

¶ 2 Præt. Velle seruare mandatum Dei, pertinet ad volũtatem bonã: sed hoc potest referri ad malum finem, scilicet, ad finem inanis glóriç, vel cupiditatis, dũ aliquis vult obedire Deo propter temporalia cõsequenda. ergo bonitas voluntatis nõ dependet ab intẽtione finis.

¶ 3 Præt. Bonum, & malum sicut diuersificant voluntatem, ita diuersificant finem: sed malitia uoluntatis non dependet a malitia finis intenti. Qui enim vult furari vt det eleemosynam, voluntatem malam habet, licet intendat finem bonum. ergo ẽt bonitas volũtatis nõ dependet a bonitate finis intẽti.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 9. confessionum, quòd intentio remuneratur a Deo: sed ex eo aliquid remuneratur a Deo, quia est bonum, ergo bonitas voluntatis ex intentione finis dependet.

RESPON. Dicendum, quòd intentio dupliciter se potest habere ad volũtatem, Vno modo vt præcedẽs: alio modo vt concomitãs. Præcedit quidem causaliter intentio voluntatem, quando aliquid volumus propter intentionem alicuius finis: & tunc ordo ad finem, consideratur vt ratio quędam bonitatis ipsius voliti, puta, cùm aliquis vult ieiunare propter Deũ: habet enim ieiunium rationem boni ex hoc ipso, q̃ fit propter Deum. Vnde, cùm bonitas voluntatis dependeat a bonitate voliti, vt supra dictũ est*, necesse

2.dist.38.ar. 4.ad 4. & ar. 5.cor. & di. 40 art.2. & in expo. li. Art.2.

art. 1. & 2.

est

est quòd dependeat ex intentione finis. Consequitur autem intentio voluntarem, quando accedit voluntas præexistenti, puta, si aliquis vellet aliquid facere, & postea referat illud in Deum: & tunc primæ volũtatis bonitas nõ dependet ex intentione sequenti, nisi quatenus reiteratur actus volũtatis cũ sequẽti intẽtione.

in corp.art. AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quando intentio est causa volendi, ordo ad finem accipitur vt quædã ratio bonitatis in obiecto, vt dictum est*.

Dvra. 818 1200. AD 2^um^ dicendum, quod voluntas non potest dici bona, si sit intentio mala, causa volendi. Qui enim vult dare eleemosynam propter inanem gloriam consequendam, vult id, quod de se est bonum sub ratione mali: & ideo prout est volitum ab ipso, est malum. vnde voluntas eius est mala. Sed si intentio sit consequens, tunc voluntas potuit esse bona: & per intentionem sequentem non depranatur ille actus voluntatis, qui præcessit, sed actus voluntatis qui iteratur.

ar.6.ad 1. AD 3^um^ dicendum, quòd, sicut iam dictum est*, malum contingit ex singularibus defectibus, bonum autem ex tota & integra causa. Vnde siue voluntas sit eius quod est secundum se malum, & sub ratione boni, siue sit bona sub ratione mali, semper volũtas erit mala: sed ad hoc quòd sit volũtas bona, requiritur q̃ sit boni sub ratione boni, id est, quòd velit bonum, & propter bonum.

D.296.

¶ *Super quæstionis decimænonæ Art. octauum.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrum quantitas bonitatis, uel malitiæ in uoluntate, sequatur quantitatem boni, uel mali in intentione.

Supr. ar. 7. ad 2. Et ma. q. 2. ar. 2. ad 8. IN titulo articuli octaui, volũtas sumitur vt in præcedenti articulo.

¶ In corpore eiusdẽ articuli, aduerte primo, quòd author pl⁹ determinat, q̃ quæsierit. Quæsiuit enim de quantitate volũtatis & intentionis: determinat autẽ de quantitate prædictorum, & actus etiam exterioris: & hoc ad perfectionem doctrinæ, & propter idẽtitatem rationis, quo ad hoc, in volũtate, & actu exteriori sublatis impedimentis. Aduerte secundo, q̃ in litera distinguitur tam volũtas, quam actus exterior, respectu scilicet secundũ se, & vt stat sub intentione: & dicitur, quòd nec quantitas ex obiecto, nec quantitas ex modo intentionis descendit necessario i actũ volitionis, aut actus exterioris secũdum se, seu materialiter, idest, vt tendunt in sua obiecta propria: sed quantitas vtraque, scilicet ex obiecto, & modo intentionis, redundat in vtrumque actum, scilicet volũtatis, & exterioris, vt stant sub intentione, seu formaliter, idest, vt tendunt in finem, quẽ respicit intentio.

gloss. interl. ibid.

*art.præc.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, dubium occurrit, quomodo verificetur, q̃d quantum mala est intentio, tantum mala est voluntas, an scilicet verificatur de volũtate materialiter, & secundum se: aut formaliter, & vt stat sub intentione. Si secundo modo, nulla est differentia inter quantitatem bonitatis & malitiæ in hoc: quoniã, vt in corpore articuli patet, quantitas intentionis bonæ redundat in voluntatem, & actum formaliter. Si primo modo, sic cõmentator falsũ manifeste: quoniam neutra malitia necessario dedit ex intentione in voluntatem materialiter.

¶ Ad hoc dicitur, quod ea quæ dicta sunt in corpore articuli, verificantur de quãtitate bonitatis, & malitiæ. Et de bonitate quidem in vltera patet: de malitia autem ẽtionibus probatur. Quòd enim quantitas malæ intentionis ex obiecto, nõ necessario descẽdat in voluntatem secundum se, patet ex hoc, quòd intẽdẽs aliquod magnum malũ, potest velle vti aliquo modio non sufficienter consono tanto malo: sicut si quis vellet emere episcopatum, & offerret solas preces. Quòd etiam quantitas malæ intentionis ex modo, nõ descẽdat in quantitatem actus secũdũ se: patet ex hoc, quòd cõtingit interse intendẽtem adulterium, minus libenter frangere murũ, per quem ingreditur ad intentum habendum. Cum igitur nõ oporteat esse verum, quòd quantum mala est intentio, tantum mala sit voluntas materialiter: relinquitur, vt verificetur hoc dictum de voluntate formaliter, idest, vt stat sub intentione.

In corp. ar. Et ad obiectionẽ contra hoc, dicitur, quòd stante hoc falsitatur differẽtia inter quantitatem bonitatis & malitiæ in hoc, quòd quantitas malitiæ in intentionis, est semper quantitas malitiæ voluntatis formaliter, sicut quod absolute constituit eam tantũ malam: quantitas vero bonitatis intentionis nõ oportet quòd sit quantitas bonitatis voluntatis. Et ratio differentiæ est, q̃ sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. Cõstat autem, quòd malitia in intentione sufficit ad constituendam volũtatem malam, bonitas autem non: quia bonũ constat ex causis integris, malũ autem ex particularibus defectibus. Vnde dando eleemosynam propter inanem gloriam, non solum intentio est mala, sed etiam actus formaliter: & consequenter quanto peior est intentio, tãto peior erit actus formaliter. Sicut absolute conceditur, quòd actus dãtis eleemosynã propter inanem gloriam, est malus: ita absolute concedendum est, quòd actus dantis eleemosynam propter maximam affectionem inanis gloriæ, est peior. Et similiter si stat propter minus malũ, puta, subuersionem ædificij. Et sufficit propter subueniendum pauperib⁹, bonitas intẽtionis nõ constituit bonitatem actus: & consequenter quantitas bonitatis in intentione, nõ constituit quantitatẽ bonitatis in actu. In quo enim non ponitur bonitas, in eo nec quantitas illius cogitari potest. & hęc est intentio literæ.

art. 7. ad 2. & 3.

1. di. 48. ar. 1. ic. 1. Et ve ti qo. 23. ar. 7. cor.

¶ *Super Quæstionis decimænonæ Articulum nonum.*

IN articulo nono circa illa verba, Ad bonitatem voluntatis humanæ requiritur, quòd ordinetur in summum bonum: memento quòd ordinari in summum bonum, contingit tripliciter. Vno modo in communi, & hoc commune est bonis, & malis: quilibet. n. propter aliquid, operatur apparens sibi summum bonũ. Alio modo in speciali, contingit tamen: sicut si quis nesciens in quo consistat summũ bonum, puta, in visione Dei, vel in Deo, operatur propter summũ bonum, quod in veritate est summũ bonum: & hoc potest cõtingere bonis. Tertio modo in speciali, & distincte: vt si quis operari intendit propter deum cognoscẽdum, amandum &c. Et hoc etiam contingit dupliciter, puta, propter cognitionẽ, amoremque &c. ad quæ natura potest, et ad quæ gratia Dei eleuat. In proposito igitur, ad bonitatem voluntatis humanæ requiritur, q̃ ordinetur ad summum bonum nõ apparenter, sed q̃ in veritate est summũ confuse, vel distincte, naturaliter, vel supernaturaliter secundum statũ personæ. Quod dico propter Gentiles, & ignorantes. Si enim ẽm proportionem cõcelsi sibi luminis, in verum summum bonũ ordinẽt actiones suas, bonæ moraliter erũt: & si non, non.

*Habet cõtione prima i Ps. 32. super illud, Rectos decet collaudatio. to. 8. *art. 7.

tem intenti boni non sequitur bonitas actus interioris, vel exterioris, ut dictum est*. Et inde est, q̃ nõ quantum aliquis intendit mereri, meretur: quia quantitas meriti cõsistit in intensione actus, ut infra dicetur*.

In isto art. 3. 1 14. ar. 4

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glossa illa loquitur quãtum ad reputationẽ Dei, qui præcipue considerat intentionem finis. Vnde alia glossa dicit ibidem, quòd thesaurus cordis, intentio est, ex qua Deus iudicat opera. Bonitas enim intentionis, ut dictum est*, redũdat quodammodo in bonitatem voluntatis, quę facit etiam ex terioré actũ apud Deũ meritoriũ.

In corp. ar.

AD 2^um^ dicendũ, quòd sola bonitas intentionis non est tota causa bonę voluntatis: unde ratio non sequitur.

AD 3^um^ dicendum, q̃ sola malitia intentionis sufficit ad malitiam uoluntatis. Et ideo etiam quantum mala est intentio, tãtum etiam mala est uoluntas: sed non est eadem ratio de bonitate, ut dictum est*.

*art. 7. ad 2. & 3.

ARTICVLVS IX.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex conformitate ad uoluntatem diuinam.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd bonitas uoluntatis humanæ non dependeat ex conformitate uolũtatis diuinæ. Impossibile est enim uoluntatem hominis conformari uoluntati diuinæ: ut patet per id, quod dicitur Isai. 55. Sicut exaltantur cæli a terra, ita exaltatę sunt uię meæ a uiis uestris: & cogitationes meę a cogitationibus uestris. Si ergo ad bonitatem uoluntatis requireretur conformitas ad diuinam uoluntatem, sequeretur, q̃ impossibile esset hominis uoluntatem esse bonam: quod est inconueniens.

¶ 2 Præt. Sicut uoluntas nostra deriuatur a uoluntate diuina, ita scięntia nostra deriuatur a scientia diuina: sed non requiritur ad scientiam nostram, quòd sit conformis scientiæ diuinę. multa enim Deus scit, quę nos ignoramus. ergo non requiritur quod uoluntas nostra sit conformis uoluntati diuinę.

¶ 3 Præt. Volũtas est actionis principium: sed actio nostra nõ potest conformari actioni diuinę. ergo nec uoluntas uoluntati.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 26. Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis: quod dicit, quia rectum uult esse hominẽ, & ad Deũ dirigi, ut August. dicit in Enchir. *. Rectitudo autem uoluntatis est bonitas eius. ergo bonitas uoluntatis dependet ex conformitate ad uoluntatem diuinam.

*Habet cõtione prima i Ps. 32. super illud, Rectos decet collaudatio. to. 8. *art. 7.

RESPON. Dicẽdum, quòd sicut dictum est, *Bonitas uoluntatis dependet ex intentione finis: finis autem ultimus uoluntatis humanæ est summũ bonum, quod est Deus, vt supra dictum est*. Requiritur ergo ad bonitatem humanæ volũtatis, quòd ordinetur ad summũ bonum: hoc autem bonum primo quidem & per se, comparatur ad voluntatem diuinam vt obiectum proprium eius. Illud autem quod est primum in quolibet genere, est mensura, & ratio omnium quæ sũt illius generis. Vnumquodque autem rectum, & bonum est, inquantum attingit ad propriam mensuram. ergo ad hoc quòd voluntas hominis sit bona, requiritur q̃ cõformetur voluntati diuinæ.

q. 1. ar. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd voluntas hominis non potest conformari voluntati diuinæ per æquiparantiam, sed per imitationem. Et similiter conformatur scientia hominis scientiæ diuinæ, inquantum cognoscit verum: & actio hominis actioni diuinæ, inquantum est agenti conueniens: & hoc per imitationem, non autem per æquiparantiam. Vnde patet solutio ad secundum, & ad tertium argumentum.

ARTICVLVS X.

Vtrum necessarium sit uoluntatem humanam conformari uoluntati diuinæ in uolito ad hoc, quòd sit bona.

AD DECIMVM sic procedit. Videtur quòd uoluntas hominis non debeat semper conformari diuinæ uoluntati in volito. Non enim possumus uelle quod ignoramus. Bonum enim apprehensum, est obiectum voluntatis: sed quid Deus velit, ignoramus in plurimis. ergo non potest humana voluntas diuinæ voluntati conformari in volito.

¶ 2 Præt. Deus uult damnare aliquem, quem præscit in mortali peccato moriturum. Si ergo homo teneretur conformare voluntatem suam diuinę voluntati in volito, sequeret q̃ homo teneret velle suã damnationem: qd est incouenięs.

Inf. q. 39. articul. 2. ad 3. & 22. q. 104. art. 4. ad 3. & 1. dist. 48. art. 3. & 4. Et ve ti q. 23. ar. 7 & 8. Et op 9. qõ. 87.

¶ *Super Quæstionis decimæ Articulum primum.*

IN articulo 10. iungito verba in responsione ad primum, verbis in corpore articuli & memor supradictorum in articu. 6. quæstionis primæ, aduerte, quòd quia velle aliquid sub ratione boni, est velle illud propter summum bonũ: ideo dicitur, q̃ voluntas volens aliquid sub ratione boni, est conformis diuinæ volũtati in volito formaliter, quod est velle propter diuinum & communem bonum. Sed caue ne propterea dicas omnẽ voluntatem semper conformari diuinæ in volito formaliter: q̃a nullus operatur aspiciens ad malum, sed ad aliquam boni rationem. Et consequenter voluntas mala conformatur diuinæ voluntati in

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo volito formaliter. hoc enim falsum est: Licet enim voluntas quantumcunq; mala, inquantum habet aliquid boni, sit conformis diuinæ volũtati, ac per hoc possit secundum quid dici conformis diuinæ voluntati in volito formaliter, sicut potest secundũ quid dici bona: simpliciter tamẽ illa solajvoluntas est conformis diuinæ voluntari in volito formaliter, quæ sub ratione boni non apparentis, sed veri exercetur. Ad hanc enim conformitatẽ tenemur, cum illa, quæ est secundum boni rationẽ siue veri, siue apparẽtis nati sumus. In hac persistere, virtutis opus est.

Aug. cõcione 1. de prima parte Psal. tom. 8.

¶ 3 Præt. Nullus tenetur velle aliquid, quod est cõtra pietatem: sed si homo vellet illud quod Deus vult, hoc esset quandoque contra pietatem, puta, cũ Deus vult mori patrẽ alicuius: si filius hoc idem vellet, contra pietatem esset. ergo non tenetur conformare voluntatem suam voluntati diuinæ in volito.

SED CONTRA est, quia super illud Psal. 32. Rectos decet collaudatio, dicit glo. * Rectum cor habet, qui vult quod Deus vult: sed quilibet tenetur habere rectũ cor. ergo quilibet tenetur velle quod Deus vult.

¶ 2 Præt. Forma voluntatis est ex obiecto, sicut & cuiuslibet actus. si ergo tenetur homo conformare voluntatem suam voluntati diuinę, requiritur quòd teneatur cõformare in volito.

¶ 3 Præt.. Repugnãtia volũtatum consistit in hoc, quòd homines diuersa volunt: sed quicunque habet voluntatem repugnantem diuinæ voluntati, habet malam voluntatem. ergo quicunq; non conformat voluntatem suam voluntati diuinæ in volito, habet malam voluntatem.

art. 3.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex prædictis patet, * Voluntas fertur in suum obiectum, secundum quod a ratione proponitur. Contingit autem aliquid a ratione considerari diuersimode, ita quòd sub vna ratione est bonum, & secundum aliam rationem non bonum: & ideo si voluntas alicuius velit illud esse, secundum quod habet rationem boni, est bona: & voluntas alterius, si velit illud idem non esse, secundum quod habet rationem mali, erit voluntas etiam bona. Sicut iudex habet bonam voluntatẽ, dum vult occisionem latronis, quia iusta est: voluntas autẽ alterius, puta, vxoris, vel filii, qui vult nõ occidi ipsum, inquantum est secundum naturam mala occisio, est etiam bona. Cum autem voluntas sequatur apprehẽsionem rationis, vel intellectus, secundum quod ratio boni apprehensi fuerit communior, secundũ hoc & voluntas fertur in bonum communius: sicut patet in exemplo proposito. Nam iudex habet curã boni communis, quod est iustitia: & ideo vult occisionem latronis, quæ habet rationem boni secundum relationem ad statum communem. Vxor autem latronis considerare habet bonum priuatum familię, & secundum hoc vult maritum latronem non occidi. Bonum autem totius vniuersi est id, quod est apprehensum a Deo, qui est uniuersi factor & gubernator: vnde quicquid vult, vult sub ratione boni communis, quod est sua bonitas, quæ est bonum totius vniuersi. Apprehensio autem creaturæ secundum suam naturam, est alicuius boni particularis proportionati suę naturæ. Contingit autem aliquid esse bonum secundum rationem particularem, quòd non est bonum secundum rationem vniuersalem: aut econuerso, vt dictum est. * Et ideo contingit, quòd aliqua voluntas est bona volens aliquid secundum rationẽ particularem considerarum, quod tamen Deus non vult secundum rationem vniuersalem, aut econuerso. Et inde est etiam, quòd possunt diuersæ voluntates diuersorum hominum circa opposita esse bonę, prout sub diuersis rationibus particularibus volunt hoc esse, vel non esse. Non est autem recta voluntas alicuius hominis volentis aliquod bonũ particulare, nisi referat illud in bonum commune, sicut in finem: cum etiam naturalis appetitus cuiuslibet partis ordinetur in bonum commune totius. Ex fine autem sumitur quasi formalis ratio volendi illud, quod ad finem ordinatur: vnde ad hoc quòd aliquis recta voluntate velit aliquod particulare bonum, oportet q illud particulare bonum sit volitum materialiter: bonum autem commune dũinum, sit volitum formaliter. Voluntas igitur humana tenetur conformari diuinę voluntari in volito formaliter: tenetur enim velle bonum diuinum & commune, sed non materialiter, ratione iam dicta. * Sed tamen quantumcunq; vtrumque, aliquo modo voluntas humana conformatur voluntati diuinæ: quia secundum quod conformatur voluntati diuinę in communi ratione voliti, conformatur ei in fine vltimo: secundum autem quod non conformatur ei in volito materialiter, conformatur ei secundum rationẽ causæ efficientis: quia hanc propriam inclinationem consequentem naturam, vel apprehensionem particularem huius rei, habet res a Deo, sicut a causa effectiua: vnde consueuit dici, quòd conformatur, quantum ad hoc, uoluntas hominis voluntati diuinæ: quia vult hoc, quod Deus vult eum velle. Est & alius modus conformitatis secundum rationem causę formalis, vt scilicet homo velit aliquid ex charitate, sicut Deus vult. Et ista conformitas reducitur ad conformitatem formalemque attenditur ex ordine ad vltimum finem, quod est proprium obiectum charitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd volitum diuinum, secundum rationem communem, quale sit, scire possumus. Scimus enim, q Deus quicquid vult, vult sub rõne boni: & ideo quicunque vult aliquid sub quacunque rõne boni, habet voluntatẽ cõformẽ voluntati diuinæ, quantũ ad rõnem voliti: sed in particulari nescimus quid Deus velit: & quantũ ad hoc non tenemur conformare voluntatem nostrã diuinæ voluntati. In statu tamẽ gloriæ omnes videbũt in singulis, quę volẽt, ordinem eorũ ad id, quod Deus circa hoc vult: & ideo nõ solum formaliter, sed materialiter in omnibus suã voluntatem Deo conformabũt.

AD 2^um dicendum, quòd Deus non vult damnationem alicuius sub ratione damnationis: nec mortem alicuius, inquantum est mors: quia ipse vult omnes homines saluos fieri: sed vult ista sub rõne iustitię. vnde sufficit circa talia, q homo velit iustitiam Dei, & ordinem naturę seruari. unde patet solutio ad Tertium.

AD PRIMVM vero quod, in contrarium obiciebatur, dicendum, q magis vult quod Deus vult, qui conformat uoluntatem suam uoluntati diuinę quantum ad rationem uoliti, quàm qui conformat quantum ad ipsam rem volitam: quia uoluntas principalius fertur in finem, quàm in id quod est ad finem.

AD 3^um dicẽdum, quòd species, & forma actus magis attenditur secundum rationem obiecti, quàm secundum id, quod est materiale in obiecto.

AD 3^um dicendum, quòd non est repugnantia voluntatum, quando aliqui diuersa uolunt non secundum eandem rationem: sed si sub vna ratione esset aliquid ab uno uolitum, quod alius nollet, hoc indiceret repugantiam uoluntatum: quod tamen non est in proposito.

In isto art.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum primum.*

CIrca quæstionis 20. articulũ primũ, diligenter notato termi nos tituli. f. actum voluntatis, actum exteriorem, & prioritatem bonitatis moralis. Actus voluntatis sumi põt dupliciter, uno mõ fm se: alio mõ vt est forma, seu conditio actũ exteriorũ humanorũ: hic sumitur primo mõ. Similiter actus exterior sumitur triplici ter, primo, fm id prę cise qđ hẽt a potẽtia executiua, & re, tẽpore, loco, secluſa obedientia volũtatis. Et sic, cum nõ sit capax hõnestatis, uel malitiæ moralis: qm hæc circa volũtaria tm fiũt, non sumitur. Alio mõ sumitur, vt est cõpositũ ex supradictis, & actu voluntatis, ita q ex ipso & voluntatis actu fit vnus numero actus: & sic ẽt nõ sumitur hic. esset .n. cõparatio partis ad totũ, & econuerso. Tertio mõ sumitur fm id, quod hẽt ex se, & qđ participat ex actu volũtatis: ita q distinguatur actus exterior voluntarius cõtra ipsũ actũ volũtatis in se, quicqd sit illud qđ significat, ly, uolũtarius: & hoc mõ sumitur in proposito, vbi cõparatur actus exterior humanꝰ actui interiori volũtatis in se, cui prius cõueniat bonitas moralis: & est sermo de prioritate naturæ, & exteriori a volũtate. Actus enim intellectus hoc in loco actꝰ exterior vocat: currit enim cursus aliorum a voluntate.

¶ In corpore eiusdẽ articuli, aduerte primo diligẽter, q sicut de exteris rebus tractando, de rebus doctrinam facimus existentibus tẽpore suo in rerum natura: et tũ easdem in abstractione concepta discutimus & examinamus, & ea quæ de illis, quis abstracte conceptis, fm se vera deprehẽdimus, in eisdem in rerũ natura inuentis verificamus, vt patet inductiue: ita de actibus humanis exterioribus loquẽdo, intellige, quòd actus tales, puta, vti re sua quãdo oportet, vbi oportet &c. est fm se actus formaliter bonus moraliter ex genere & circunstantiis: sicut sapere, videre, &c. sunt quædã secundum se formaliter bona transcendenter: & quòd positi in rerum natura huiusmodi actus, sunt etiã formaliter boni: nec est alia bonitas, qua est bonꝰ actus abstracte conceptus, & actus in rerum natura positus: sicut non est alia humanitas, qua homo abstracte conceptus est homo, & qua homo positus in rerum natura est hõ: sed bene est alius essendi modus, quia in rerum natura, & in abstractione. Scito secundo, quod aliud est loqui de actibus absolute, aliud vt sunt obiecta, aliud vt sunt in rerum natura, aliud ut sunt in executione. Quæ enim cõueniunt alicui absolute, conueniunt in rerum natura, nisi conueniant non repugnanter, vt alibi dictum est: quæ autem conueniunt vt obiecta sunt, & quæ vt in executione sũt, habitudines important ad ea, quorũ sunt obiecta, & a quibus fiũt &c. Præfibata autem volui hæc esse, vt intelligas primo, q actus exterior, verbi gratia, Vti re sua absolute, est formaliter bonus moraliter: ac per hoc positus in rerum natura, est etiã formaliter bonꝰ moraliter: & positus in esse obiectiuo voluntatis nostræ, est bonus etiam obiective: & positus in executione, est effectus bonus. Secundo, quòd quia idem est loqui de conditionibus secundum se rei absolute, & in rerum natura, nõ distinguas inter bonitatẽ moralẽ actus exterioris secundum se, & vt in rerum natura, sed pro eodẽ cõputes: ac q hoc cũ dr, quòd bonitas ex materia & circunstantiis prius conuenit actui extra fm se, quàm voluntati, intelligas, quòd prius conuenit huiusmodi bonitas actui exteriori in rerum natura, quàm voluntati. Et cũ his intelligas tertio, quòd prius conuenit bonitas ista actui exteriori obiective, quã in executione. Et sic prius conuenit hęc bonitas actui exteriori secundum se, ac per hoc in rerum natura absolute: secundo, ipsimet obiectiue: tertio, actui voluntatis cui obiicitur: quarto, ipsimet in executione: sicut sanitas primo conuenit alicui, siue abstracte concepto, siue in rerum natura: deinde conuenit medicinæ & quibuscunque aliis. Scito quarto, q si quæras rationem, quare bonitas actus exterioris ex materia & circunstantiis prius conuenit ipsi, quàm voluntati: in litera tangitur duplex ratio. Prima est, quia conuenit ipsi per se, & consequenter voluntati per ipsam. Nõ enim ideo tollere altera est malꝰ actus moraliter, quia ve le hoc, est malũ, sed cõuerso, quia hoc ẽ malũ

QVAESTIO XX.

De bonitate & malitia exteriorum actuum humanorum, in sex articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de bonitate, & malitia quantum ad exteriores actus.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum bonitas, & malitia per prius sit in actu voluntatis, vel in actu exteriori.

¶ Secundo, Vtrũ tota bonitas, vel malitia actus exterioris dependeat ex bonitate voluntatis.

¶ Tertio, Vtrum sit eadem bonitas & malitia interioris, & exterioris actus.

¶ Quarto, Vtrũ actus exterior aliquid addat de bonitate, vel malitia supra actum interiorem.

¶ Quinto, Vtrum euentus sequẽs aliquid addat de bonitate, vel malitia ad actum exteriorem.

¶ Sexto, Vtrum idem actus exterior possit esse bonus, & malus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonitas, uel malitia per prius sit in actu uoluntatis, uel in actu exteriori.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd bonum & malũ per prius consistat in actu exteriori, quàm in actu voluntatis. Voluntas enim habet bonitatẽ ex obiecto, vt supra dictũ est: sed actus exterior est obiectũ intentionis actus voluntatis. dicimur enim velle furtum, vel velle dare eleemosynam. ergo malum & bonum per prius est in actu exteriori, quàm in actu voluntatis.

¶ 2 Præt. Bonum per prius conuenit fini, quia ea quę sunt ad finem, habẽt rationem boni ex ordine ad finẽ: actus autem voluntatis non potest esse finis, vt supra dictum est: * actus autem alterius potẽtiæ potest esse finis. ergo per prius cõsistit bonum in actu potentiæ alterius, quàm in actu voluntatis.

¶ 3 Præt. Actus voluntatis formaliter se habet ad actũ exteriorem, vt supra dictũ est: sed id quod est formale, est posterius, nam forma aduenit materiæ. ergo p prius est bonum & malum in actu exteriori, quàm in actu voluntaris.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. Retractationum, * quòd voluntas est, qua peccatur, & recte viuitur. ergo bonum & malũ morale p prius consistit in voluntate.

RESPON. Dicendum, quòd aliqui actus exteriores possunt dici boni, vel mali dupliciter. Vno modo secundum genus suum, & secundum circunstantias in ipsis consideratas: sicut dare eleemosynam, seruatis debitis circunstãtijs, dicitur esse bonum. Alio modo dicitur aliquid esse bonum, vel malum ex ordine ad finem: sicut dare eleemosynam propter inanem gloriam, dicitur esse malum. Cum autem finis sit proprium obiectum voluntatis, manifestum est, quòd ista ratio boni, vel mali, quã habet actus exterior ex ordine ad finem, per prius inuenitur in actu voluntatis, & ex eo deriuatur ad actum exteriorem. Bonitas autem, vel malitia, quam habet actus exterior secundum se propter debitam materiam & debitas circunstantias, nõ deriuatur a voluntate, sed magis a ratione. Vnde, si consideretur bonitas exterioris actus secundum quod est in ordinatione, & apprehensione rationis, prior est quàm bonitas actus voluntatis: sed, si consideretur secundum quod est in executione operis, sequitur bonitatem voluntatis, quæ est principium eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus exterior est obiectum volũtatis inquantum proponitur voluntati a ratione, vt quoddam bonum apprehensum, & ordinatum per rationem: & sic est prius

q. 1. arti. 1. ad 2.

q. 18. art. 6.

lib. 1. cap. 9. circa medium to. 1.

moraliter: ideo voluntas eius est mala. Secunda est, quia hæc bonitas pendet a ratione, & non a voluntate: sed quomodo hoc verum sit, in sequenti tractabitur art. Et quod reliquum est, scilicet, quomodo bonitas actus propria exterioris in executione sit a voluntate, in 3. artic. tractabitur.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum secundum,*

IN titulo 2. artic. statim dubium occurrit, quomodo post determinationem, quòd bonitas aliqua prius conuenit actui exteriori, quàm voluntati dubitari iure potest, an tota eius bonitas pẽdeat ex voluntate. Si enim prius actui conuenit quàm voluntati aliqua bonitas, liquet quòd illa non pendet a voluntate. Prius enim non dependet a posteriori: ac per hoc constat, quòd non tota bonitas actꝰ exterioris pẽdet ex voluntate. Nulla ergo est hic rõnabilis qõ.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia actus exterior voluntarius claudit in se depẽdentiam a voluntate: ideo stat, quòd bonitas prius secundum naturam insit ipsi actui humano exteriori, quàm voluntati. Adhuc restat ambiguum, an etiã illa bonitas, quæ prius ei conuenit, dependeat a voluntate. Licet enim prius non dependeat a posteriori, quod tamen prius ineat alicui, potest dependere ab eo, cui posterius inest. Et est simile, si concluso, quòd sanum prius insit animali, quàm medicinæ, quæratur an sanitas animalis dependeat a medicina.

¶ Circa doctrinam in corpore eiusdem secũdi articuli traditam, dubium occurrit quadruplex. Primo, quia sicut bonitas ex materia & circunstantiis est ex ratione, ita bonitas finis; neque enim finis, neque actus quicunque pertinet ad genus moris, nisi vt stat sub ordine rationis. Ratio ergo est causa omnis bonitatis: vtraque ergo bonitas debuit in rationem reduci, & non altera in voluntatem, & altera in rationem, vt in litera fit.

¶ Secundum dubium est, quia aut hic sermo est de actu exteriori absolute, aut vt est in executione. Si absolute, cum sic præueniat voluntatem vt obiectum, nihil aliud est dicere, quòd bonitas actus exterioris, non est a voluntate, quàm dicere, ꝙ bonitas obiecti voluntatis non est a voluntate, & cum hoc commune sit vtriq; voluntatis obiecto, scilicet fini, & actui extrinseco, debuit de vtroq; dici, quòd non dependet a voluntate, & non dispar iudicium proferri, vt in litera fit. Si autem, vt est effectus voluntatis, cum bonitas vtraque ex obiectis ad actum voluntatis, & ex actu voluntatis in actum exteriorem imperatum, & factum deueniri, par quoque debuit proferri sententia, quòd vtraque scilicet est a volũtate dependẽte ab obiecto sub ratione, & non sicut in litera fit, altera tantum bonitas in voluntatem reduci.

¶ Tertium dubium est, quia cum vna circunstãtiarum actus exterioris, sit finis, oportet quòd bonitas actus exterioris ex genere & circunstantiis dependeat a voluntate: quoniam ab ea dependet bonitas ex fine, vt in litera dicitur. Est ergo implicatio, dicere, quòd bonitas actus exterioris ex fine dependet a voluntate: & quòd bonitas eius ex genere, & circunstantiis non dependet ex ea. clauditur enim in hac bonitas ex fine.

¶ Quartum dubium est directe contra bonitatem actus exterioris in executione: quia cum respectu voluntatis obiectum & finis coincidant, vt dictum est, actus exterior obiectus voluntati, oportet quòd sit eius finis, ac per hoc voluntas sit bona ex eo, sicut ex fine. Et tunc sic, bonitas ex fine in actu exteriori pẽdet tota ex voluntate, quia finis est obiectum proprium volũtatis: sed bonitas actus exterioris est bonitas ex fine, quia actus exterior obiectũ & finis est voluntatis. ergo tota bonitas actus exterioris pendet ex voluntate: & idem est iudicium de vtraque bonitate.

¶ Ad primum horum dicitur, qđ hic nõ comparatur finis actui exteriori, vt argumẽtũ credit: sed cõparat bonitas vel malitia ex fine in actu exteriori inuenta, bonitati vel malitiæ ex genere & circunstantiis in eodem existenti. verbi gratia, In hoc actu, vt re sua qñ oportet &c. propter bonum præceditur, Videtur quòd tota bonitas, & malitia actus exterioris dependeat ex voluntate. Dicitur enim Matth. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere: nec arbor mala facere fructus bonos. p arborem autem, intelligitur volũtas & per fructum, opus, secundũ glo. ergo non potest esse, quòd volũtas interior sit bona, & actus exterior sit malus, aut econuerso.

¶ 2 Præt. August. dicit in lib. Retractationum, quòd non nisi voluntate peccatur: si ergo non sit peccatum in voluntate, non erit peccatũ in extetiori actu: & ideo tota bonitas vel malitia exterioris actus ex voluntate dependet.

¶ 3 Præt. Bonum & malum, de quo nunc loquimur, sunt differentiæ moralis actus: differentiæ autem per se diuidunt genus secundum Philosophum in 7. Metaph. cũ igitur actus sit moralis ex eo, quòd est voluntarius, videtur, quòd bonum & malum accipitur

ARTICVLVS II.

Vtrum tota bonitas, & malitia exterioris actus dependeat ex bonitate voluntatis.

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur quòd tota bonitas, & malitia actus exterioris dependeat ex voluntate. Dicitur enim Matth. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere: nec arbor mala facere fructus bonos. p arborem autem, intelligitur volũtas & per fructum, opus, secundũ glo. ergo non potest esse, quòd volũtas interior sit bona, & actus exterior sit malus, aut econuerso.

¶ 2 Præt. August. dicit in lib. Retractationum, quòd non nisi voluntate peccatur: si ergo non sit peccatum in voluntate, non erit peccatũ in extetiori actu: & ideo tota bonitas vel malitia exterioris actus ex voluntate dependet.

¶ 3 Præt. Bonum & malum, de quo nunc loquimur, sunt differentiæ moralis actus: differentiæ autem per se diuidunt genus secundum Philosophum in 7. Metaph. cũ igitur actus sit moralis ex eo, quòd est voluntarius, videtur, quòd bonum & malum accipitur

vtrunque ex voluntate, & voluntas ab obiectis, dissimiliter tamen hoc fit: quia bonitas ex fine descendit in actum interiorem voluntatis per se & formaliter: in actum vero exteriorem in executione, denominatiue tantum. Bonitas vero ex genere & circunstantia ex obiecto deriuatur in actum interiorem, denominatiue tantũ, & per eum in actum exteriorem formaliter: sũ cit ex sano in animali, denominatur medicina sana, qua animal fit sanũ formaliter: vnde nõ est de vtraque bonitate eadem ratio, etiã in executione. Et ad hoc inuestigãdum, in litera de secunda bonitate dicitur, quòd voluntas secundum quod in ratione fertur, habet hanc bonitatem, quasi non habeat ipsam simpliciter, sed in ordine ad aliud: sicut communiter accidit in huiusmodi denominationibus. Sed tũc insurgit quæstio mota in quarto dubio, Quare bonitas volũta ex fine, inest voluntati formaliter, & vocata ex obiecto, nõ, præcipue cum obiectum etiam sit finis voluntatis: & hæc quæstio soluetur in solutione quarti dubii.

¶ Ad tertium ergo dubium dicitur, quòd si posset separari bonitas alicuius finis, vt circunstantia est, a bonitate eiusdẽ, vt specificans respectu eiusdem actus, facile dici posset distinguendo, ꝙ finis vt circũstantia, spectat ad bonitate actus exterioris ex genere & circunstantiis: finis aũt ut specificans, spectat ad voluntatẽ: & sic non esset implicatio dicere, quòd bonitas ex fine in actu exteriori, pendet ex voluntate: & quòd bonitas ex genere & circunstantiis, etiam finis, non pendet ex voluntate: quia in prima propositione esset sermo de bonitate ex fine specificante actum exteriore formaliter sumptũ: in secunda vero de bonitate ex fine & circunstantia eiusde materialiter sumpti. Sed quia intelligi non potest, ꝙ idẽ numero actꝰ exterior moralis, sit talis materialiter sumptus ex aliquo fine, vt circunstantia, & non sit talis formaliter sumptus ex eodẽ fine, vt specificante (non enim si quis orat vt furetur, intelligi potest, quòd oratio sit mala ex furto specificante. Et rursus, quia finis vt finis licet adiunctus, est circunstantia actus exterioris moralis, vt ex supradictis patet: & finis vt finis est obiectũ proprium volũtatis (Ideo dicendum est, ꝙ bonitas ex fine siue circunstante, siue specificante, nuda voluntate ad exteriorem actũ pertinet: ita quòd actus exterior non habet bonitatẽ ex fine circunstante, nisi dependete a voluntate: & bonitas ex fine deriuatur in actum interiorem voluntatis specificatiue & formaliter: in actum vero exteriorem formaliter sumptũ, id est, vt stat sub interiori specificatiue quoque, sed secudario: in eũdẽ autem materialiter sumptum, vt adiacens circunstantia. Cum ergo comparatur bonitas exterioris ex fine, ad bonitatem eiusdem ex genere, & circunstantiis, intellige ex circunstantiis manentibus pure circunstantiis, qualis non est circũstantia finis: quia, vt superius est dictum, transit in specificans, & consequenter in substantiale.

¶ Ad quartum dubium, antequam respondeatur, aduertendum est, quòd quia quæritur de diuersitate bonitatis in ipso actu volũtatis ex fine, & ex actu volito, seu obiecto: & contra hanc diuersitatem arguit, & hæc diuersitas dicitur consistere in hoc: quòd bonitas ex fine inest voluntati formaliter: bonitas autem ex actu volito inest ipsi voluntati denominatiue, propter rationem supradictam, scilicet quia inter actus, bonitas ex fine primo saluatur in voluntatis actu, cuius finis est proprium obiectum: bonitas autem ex materia & circunstantiis, primo saluatur in ipso actu exteriori. Quia ergo hæc sunt connexa, primo videbitur quare finis bonificat volũtatem formaliter, & actus volitus, qui est etiam finis: quia obiectum & finis respectu volũtatis est idẽ, non bonificat ipsam formaliter sed denominatiue, et sic deinde formaliter: satisfiet quæsito. Dicitur ergo quòd quia, vt in artic. 2. quæstio. præcedentis dictũ est, differens bonitas actus interioris voluntatis ex obiecto & fine, per accidens inuenitur in eodem: in actu solum ex parte voluntatis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. contra Mendaciũ, quòd quædam sunt, quæ nullo quasi bono fine, aut bona volũtate possunt bene fieri.

RESPON. Dicendum, quòd sicut iam dictum est, in exteriori actu potest cõsiderari duplex bonitas, vel malitia. Vna secundũ debitã materiã & circunstantias: Alia secundum ordinem ad finem. Et illa quidẽ quę est fm ordinem ad finẽ, tota depẽdet ex voluntate: illa autem q̃ est ex debita materia, vel circunstantiis, dependet ex ratione. & ex hac depẽdet bonitas voluntatis, secundum quod in ipsam fertur.

Est autem cõsiderãdum, ꝙ sicut supra dictum est, ad hoc quòd aliquid sit malum, sufficit vnus singularis defectus: ad hoc autem ꝙ sit simpliciter bonum, nõ sufficit unũ singulare bonum, sed requiritur integritas bonitatis. Si igitur voluntas sit bona & ex obiecto proprio, & ex fine: consequens est, actum ex teriorem esse bonum: Sed non sufficit ad hoc, quòd actus exterior sit bonus bonitate uoluntatis, quę est ex intentione finis. Sed, si uoluntas sit mala siue ex irẽtione finis, siue ex actu uolito, cõsequẽs est, actum exteriorem esse malum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ volũtas bona, prout significatur per arborem bonam, est accipienda secundum quod habet bonitatẽ ex actu uolito, & ex fine intento.

AD 2ᵐ dicendũ, ꝙ nõ solum ali- ex proprio obiecto vt sic, ideo bonitas in actu interiori volũtatis ex fine, est formaliter, & ex obiecto, est denominatiue. Et secundum hoc oportet dicere, quòd quãdo actus exterior est finis, dat bonitatem actui interiori formaliter: qñ uero est obiectũ tãtum, dat bonitatem interiori actui denominatiue. Verbi gratia, Si quis vult fornicari, nõ propter alium adiunctũ finem, actus interior volũtatis erit in specie fornicationis formaliter: quia fornicari est finis. Si quis vero vult fornicari propter furari, tũc actus interior voluntatis erit in duabus speciebus, scilicet in specie furti formaliter: in specie uero fornicationis denominatiue. Sed quoniam superius dictum est, quòd uoluntas in quodcunque feratur, aut feratur sub ratione finis, aut propter finem: & quando fertur, in propter finem, fertur formaliter in finem: ideo non consonat dicere, quòd actus exterior in casu posito nõ est uolitus ut finis, sed ut obiectum tantũ. Oportet enim ut finẽ, uel propter finem esse uolitum, sed non propter finem tantum: quia etiam secundum se propter propriam bonitatẽ est uolitus: unde & in proprio reponit ipse actũ interiorẽ uoluntatis, licet denominatiue. Ergo. Sit cõfirmatur, quia in 2. ar. precedentis quæstionis, ubi dicitur, quòd non differt in uoluntate bonitas ex fine & obiecto, expresse obiectum ipsum uocatur finis, cum subditur, nisi ficut finis dependet ex fine. Aliter ergo distinguendo de fine & subfine: & ꝙ quando quis uult fornicari ut furetur, furtum est finis: fornicatio uero subfinis: & quòd finis facit actum interiorem formaliter talem, subfinis autem denominatiue. Sed hæc responsio non satisfacit: quoniã ex diffinctione subfinis à fine, nihil aliud apparet sequi, nisi quòd finis principalẽ locum tenet, & subfinis secundarium: ac per hoc finis bonificat formaliter actum interiorem uoluntatis, cum subfinis elandatur infra latitudinem finis, etiã ipse bonificabit eundem formaliter, licet secundario. Aliter ergo occurrit dicendum. Ad cuius euidentiam nota tria: Primũ est, quòd sicut sunt duo genera humanorũ actuum, scilicet actus interior uoluntatis, & actus uoluntatis exterior: ita dantur duo propria bonificatiua actuum formaliter, scilicet finis & materia cum circunstantiis. Et finis quidem ut sic, bonificatiuus est interioris actus uoluntatis, ita quòd ipse est primo formaliter bonus ex fine: materia autem cum circunstantiis, bonificatiua est actus exterioris uoluntarii, ita quòd ipse primo & formaliter bonus ex materia & circunstantiis. Secundum est, quòd licet multipliciter contingat bonitatem deriuari ex uno in aliud, puta, sicut ex fine, uel obiecto, seu materia circa quam, uel circunstantia, uel actione: in propolito dupliciter contingit bonitatem actus deriuari in alium actum, Vno modo ut sic: ita quòd quia talis actus, inquantum actus, est bonus, ideo ille alius actus, inquantum actus, est bonus, do, ut alter eorum, uel uterque induit rationem finis, uel obiecti cuiusuis alterius. Differentia autem inter has duas derivationes est, quòd prima deriuatio, ut diuo Thomæ placet in tum, ita quòd nec actus exterior ab interiori, nec interior ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

exteriori sit bonus formaliter, sed denominatur ideo bonus, quia est ab illo, aut ad illam. Secunda autem derivatio, quando est a fine, quia de aliis non est cura presens, secundum formalem est inhæsionem bonitatis. Vnde cum quis vult fornicari, vt furetur, licet furtum sit actus exterior: quia tamen concurrit ad actum interiorē voluntatis vt finis, qualificat eum formaliter, & reponit in specie furti formaliter. Tertium est, quòd ratio finis boni vel mali, & actus boni vel mali, inuenientur separate, & coniunctē. Separate quidem, q; scilicet est finis & non actus: vt cū quis vult deū esse, & econuerso, quod est actus & nō finis, vt cū quis vult actum indifferentē, puta, leuare festucā de terra: vel volitū nisi propter finem, vt protectione mercium in mare. Coniūcte vero ita quòd fini coniungit actus, sicut cum quis vult fornicari propter furari: furari enim tunc habet primo rationem finis, cui substernitur actus furandi: vel actui coniungitur finis, sicut in exemplo posito, fornicari, tenet primo rationem actus, cui coniungitur ratio finis: dum non solum ille vult incurrere malum furti, sed etiam malum fornicationis, qui propter furtum non incurreret malum incestus materni. Hoc enim signum est, quod vult vel horret etiam malitiam actus talis secūdum se, qđ est velle illum vt finem. Ex his autem dicitur ad motum dubium, quòd sermo dicens, quòd finis qualificat formaliter actum interiorem voluntatis, actus autem exterior denominatiue tantum, intelligendus est formaliter, inquantum finis, & inquantum actus: cum quo tamen fiat quòd actus exterior, vt finis, qualificet volūtatis actū interiorem formaliter: siue actus exterior rationem habeat finis principalis, siue secundarii. Vnde sicut non inconuenit, q; in exēplo posito, scilicet cum quis vult fornicari, vt furetur, quod furti malitia ex genere & circunstantiis, deriuetur formaliter in actum interiorem voluntatis, inquantum habet rationem finis, & nō deriuetur in eundē, nisi denominatiue, inquantū habet rationē actus: ita nō incōuenit quòd fornicationis malitia ex genere & circunstantiis, inquantū habet rationem actus, non deriuetur in actum interiorem voluntatis nisi denominatiue: & inquantū habet quandam finis rationem, deriuetur in eundem formaliter. Et sic, cum idem est actus & finis omnino, vt cum vult quis fornicari, non propter alium finem &c. actus interior voluntatis ex fornicatione, vt habet rationem finis est malus formaliter. Et ex eadem, vt habet rationē actus, est malus denominatiue. Sed ergo solutio in formali, quòd actus volitus inquantum actus, et inquantum finis, distinguendus est: & quòd de ipso inquantū actus verificatur, quòd aliter bonificat, & aliter, & aliunde est bonus. Et secundum hoc patet, quòd non eodem modo tota bonitas actus exterioris in executione, comparatur ad voluntatē: quia sola illa, quæ ex fine est, a voluntate pendet: reliqua enim a seipso per voluntatem descendit in seipsum in executione. Et sic omnia consonant: immo vt in sequentibus huius quæstionis patebit, nō videtur possibile saluare doctrinam authoris, De idē titate & diuersitate: &de additione bonitatis & malitiæ actus exterioris ad interiorem, nisi sic eam intelligendo.

quis voluntate peccat, quādo vult malum finem, sed etiam quando vult malum actum.

Ad 3^um dicendum, quòd voluntarium dicitur nō solum actus volūtatis, sed etiam actus exteriores, prout a voluntate procedunt & ratione: & ideo circa vtrosque actus potest esse differētia boni & mali.

Articvlvs III.

Vtrum bonitas & malitia sit eadem exterioris & interioris actus.

Ad tertium sic procedit. Videtur q; non eadem sit bonitas, vel malitia actus interioris voluntatis & exterioris actus. Act^us enim interioris principium, est vis animæ interior apprehensiua vel appetitiua. Actus autem exterioris principium, est potentia exequens motum. Vbi autem sunt diuersa principia actionis, ibi sunt diuersi actus: actus autem est subiectum bonitatis, vel malitię. Non potest autē esse idē accidens in diuersis subiectis. ergo nō pōt esse eadē bonitas interioris & exterioris actus.

¶ 2 Præt. Virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonū reddit: vt dicitur in 2. Ethico. *sed alia est virtus intellectualis in potentia imperante, & alia virtus moralis in potentia imperata, vt patet in principio 2. Ethic. * ergo alia est bonitas actus interioris, quę est potentię imperantis, & alia est bonitas actus exterioris, quę est potentię imperatæ.

¶ 3 Præter. Causa & effectus idem merositate subiecti & essentiæ, quandoque duæ numerositate essentiæ, non subiecti: quia vterque actus, est unum subiectum numero. Secundum est, quòd hinc expresse, vt responsio ad tertium manifestat, habet, quòd derivatio bonitatis vel malitiæ ex actu in actum, non est formalis, sed denominatiua tantum.

¶ Sed sunt hic plura dubitationē digna. Primum est, si actus exterior & interior sunt vnus actus, & vnum subiectum numero in genere moris, quomodo sunt tanta quæ dicta de prioritate, dependentia & causalitate bonitatis & malitiæ moralis vnius ab altero? Hæc enim supponant per accidens, ad moralem doctrinam spectare uidentur. Secundo est, quia author diminutus videtur. Bonitas enim actus exterioris, triplicitēr se habet ad bonitatem actus interioris. Primo, vt habens omnino eandem bonitatem, vt potio amara. Secundo, vt habens omnino aliam secundum se, vt bene epulari propter sanitatem. Tertio, vt habens ex se & non ex alio fine: vt cum actus exterior propter se est volitus, puta contemplatio vel adulterium: hic enim tertius modus in litera non ponitur, & tamen frequentissimus est, dū volumus actus virtutum vel vitiorum non propter aliam finem. Tertium est, quia voluntaria videtur doctrina authoris quo ad hoc, quòd derivatio bonitatis vel malitiæ actus ab actu, non est secundū formam, vt calidum deriuatur ex calido: sed secundum denominationē, vt sanum denominatur in aliis a sano in animali. Quartū est circa ipsam conclusionē, cōtra quā arguit Scotus in quol. quæst. 18. tripliciter probando, quòd nō est eadē bonitas vel malitia actus interioris & exterioris. Primo, authoritate Aug. 13. de Tri. dicētis, quòd male volēdo miser est, minus tamen esset, si nihil eorū quæ perperam voluit, haberet potestatis. Secundo ratione, quia alia est integritas requisitorū secundum rationē rectā ad bonitatē actus interioris, & alia requisitorū ad bonitatē actus exterioris. ergo. Tertio etiā ratione, quia nihil est causa, medium, & ratio suiipsius: sed actus interior bonus & exterior bonus se habent in bonitate vt causa & causatum, vt immediatum & mediatum, & huiusmodi. ergo. Quarto arguit contra idem Grego. de Arimino in libro sententiarum. Actus exterior est malus, & non est illud malum quod est actus interior: ergo sunt duo mala. probatur minor: quia adulterium, non est vel le adulterari, nec homicidium est, velle hominem occidere, & hoc de aliis. Sunt etiam apud Capreolū in 42. dist. 1. multa, quæ videbi: ex his enim solutis satisfactum credimus.

¶ Ad primum horum dicitur, q; sicut in naturalibus, qñ vnum numero constat ex pluribus, non per accidens, nec frustra quæritur quid ex quo in alterum redundat, vt patet in cōpositis ex materia & forma: ita in moralibus, licet actus imperans & imperatus sint vnus numero actus, nō vt simplex, sed vt compositus, non frustra, nec per accidens quæritur, quid, ex quo procedat.

¶ Ad secundum dicitur, quòd hæc obiectio tollitur illam esse authoris mentem, quam in præcedenti articulo diximus, scilicet, quòd distinctio bonitatis ex fine & actu intelligitur formaliter, idest, inquantum finis & inquantū actus. Propterea enim non oportuit tertiū membrū in litera poni: sed sub secundo membro comprehenditur, quandocunque actus exterior est secundū se bonus: vnde quando quis vult fornicari, non propter aliū finē, malitia actus interioris & exterioris est alia, & alia, non specie, sed numero: ita quòd actus interior voluntatis, est malus formaliter propria malitia fornicationis, quam habet ex fornicatione vt finis: & actus exterior est malus etiam formaliter propria malitia fornicationis, quam habet ut actus ex genere suo.

¶ Ad tertium dicitur, q; doctrina hæc non est voluntaria, sed in litera tangitur eius fundamentum: quia scilicet, quando aliquid dicitur tale ex ordine ad aliud, dicitur denominatiue: & nō oportet dici formaliter. Quod enim habet aliquid in se formaliter, dicitur tale secundum seipsum, vt patet inductiue. Consta autem

Autem, quòd actus interior voluntatis dicitur bonus ex actu exteriori in ordine ad ipsum. Dicitur n. velle furari, malum, quia est ad malum. Et similiter actus exterior dē ex actu interiori malus, in ordine ad ipsum. Dicit n. actio manus, qua furatur, mala, quia ordinatur a mala volūtate. Vnde cum multiplicare entia sine necessitate, nō sit rationabile, & ordo sit manifestus adinuicem, & sufficiat ad saluandum eorū bonitates & malitias: superfluum est ponere, q; etiam sit derivatio formalis vt calloris a colore. Et confirmatur, quia si in derivatione cōditionū, imōi actus ab actu ponat derivatio formalis: oportebit eadē rōne postmodū dicere, cū act^us vni^o virtutis imperāt ab alia, puta fortitudinis a charitate, vt in martyrib^us, q; a charitate in volūtate deriuat charitas alia in actū exteriorē, & similia, q; absurda sūt. Iacet ergo fundamentū hoc, q; derivatio bōitatis & malitiæ, & talis bōitatis, & talis malitiæ i actu ab actu, vt sic, est nō formalis, sed denominatiua, seu non per modum vniuocationis, sed attributionis: & ex eo illucescent tibi multa moralia. & hoc bene nota.

¶ Ad quartum vero dubium respondendo dicitur, q; ex authoritate illa Augu. nihil aliud dicit, nisi forte quòd exterior actus addit, & facit hoiem peiorem: qđ qualiter verum sit, in sequēti patebit artic. Prima vero ratio non cōcludit vniuersaliter, q; ois bonitas exterioris actus sit alia ab oi bonitate interioris actus, sed quòd aliqua: qđ gratis concedimus, q; sic de omni est intētio, oportet probare. Cōstat. n. q; eadem est integritas requisitorum ad bonitatem ex fine actus voluntatis interioris & exterioris, licet dissimiliter ad vtrunq; se habeat integritas illa, vt patet, cum aliquis vult pp finem aliquid nulla alia ratione moraliter bonum, nisi pp finē. Et hoc loquendo de his actibus in genere moris, licet forte impossibile sit in genere naturæ, eadem vtriq; connato intellectu positionis nrę procedit. Nō. n. dicimus q; eadem numero bonitas sit causa & causata, sed dicimus q; sicut sanitas vna numero non diuersificatur in animali, medicina & vrina, & cū hoc, a sanitate animalis deriuatur sanitas in vrina & medicinalita dicimus, q; eadem numero est bonitas vtriusq; actus: & q; ex altero in alterum deriuatur secundum denominationem. Vñ concedendo, q; idem non est causa nec ratio mediandi suipsius, negat' sequela. ergo alteri^us bonitatis, q; a est sophisma cōsequētis: oportet dicere. ergo alteri^us bonitatis, vel ꝓportionis, vel attributionis ad se: vñ bonitas act^us interioris est cā bonitatis exterioris, id est, proportionis actus exterioris ad bonitatē interiorem, & econuerso: & sic de aliis attributionibus, secundum quas deriuatur denominatio. Ad id quod affertur ex Greg. si non fiat vis in verbis

Art. 1. & 2. huius quæst. & q. 18. ar. 6.

*q. 18. ar. 6.

q. 17. art. 4. & q. 18. art. 6.

q. 18. art. 6.

D. 108.

esse nō pōt. nihil. n. est causa suipsius: sed bonitas act^us interioris est cā bonitatis actus exterioris, aut econuerso, vt dictū est. * ergo non pōt esse eadem bonitas vtriusque.

Sed contra est, qđ supra * ostensum est, q; actus voluntaris se habet vt formale ad actū exteriorem: ex formali autem & materia fit vnum. ergo est vna bonitas actus interioris & exterioris.

Respon. Dicendum, q; sicut supra dictū est, * actus interior volūtatis, & actus exterior, prout cōsiderant' in genere moris, sunt vnus actus. Cōtingit aūt qñq; actum, q; est vn^us subiecto, hēre plures rōnes bonitatis, vel malitiæ, & qñq; vnā tm. Sic ergo dicendum, q; qñq; est eadem bonitas, vel malitia interioris actus & exterioris: qñq; alia, & alia. Sicut. n. dictum est, * prædictæ duæ bonitates, vel malitiæ, s. interioris & exterioris actus adinuicē ordinant': cōtingit aūt in his, quæ ad aliud ^d ordinātur, q; aliquid est bonum ex hoc solū, q; ad aliud ordinatur: sicut potio amara ex hoc solo est bona, q; est sanatiua. vñ non est alia bonitas sanitatis & potionis, sed vna & eadem. Qñq; vero illud qđ ad aliud ordinatur, hēt in se aliquam rōnem boni, & præter ordinem ad aliud bonū: sicut medicina saporosa hēt rōnē boni delectabilis ꝓter hoc, q; est sanatiua. Sic ergo dicendum, q; qñ actus exterior est bonus, vel malus solū ex ordine ad finem, tunc est oino eadem bonitas & malitia actus voluntatis, quæ p se respicit finem, & actus exterioris, q; respicit finē mediāte actu voluntatis. Cū aūt actus exterior hēt bonitatē, vel malitiā neparatur sequela: non enim valet, Vrina est sana, & asal est sanū: &, Vrina sana nō est asal sanū, neq; econuerso. ergo sunt duę sanitates, quia stat numerus habentiū diuersimode eam vnitate numerali rei habitæ. Dixi aūt, si non fiat vis in verbis, quia pōt formari argumentum in adiectiuis, & substantiuis: & si in his fiat vis, tū scis ex prima parte, q; nota substātiua non pluificantur sine pluificatione formæ: sed de rebus nunc est qō. Pōt quoq; distingui minor, & dici, q; cum dī, & hoc malum nō est illud, materialiter quidem est verū, formaliter autem falsum: quia licet actus exterior malus non sit interior mal^us, nec econuerso formalitia tamen vnius est malitia alterius: sicut sanitas animalis est sanitas vrinæ.

Art. 1.

q. 17. art. 4. Cap. 1. in fine, tom. 5.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 3. articu. aduerte, q; quia argumentū tendebat ad hoc, vt qa duę virtutes exigunt ad bonificandū hos duos actus, singula singulis referendo: iō duę essent eorum bonitates: quæliber. n. virtus bonificat actū suum. Responsio primo percutit radicē, & intendit q; nō propter diuersitatem inter actum interiorē & exteriorem, opus est diuersa virtute, scilicet, morali & intellectuali: sed propter diuersitatem finis, & eius qđ est ad finem. nam moralis in fine, intellectualis vero in his quæ sunt ad finem, perficit. Deinde quia ad quēlibet actum virtutis concurrit bona ratio & bonus appetitus, quorum primum spectat ad virtutem intellectualē, secundum ad moralem, & hoc erat materia argumēti: ideo subdit, q; bonitas moralis rectæ rōnis de ipso fine virtutum, idest de eodem, de quo est virtutis moralis, non est alia a bonitate morali ipsius virtutis moralis: ac per hoc actus pendens ex recta ratione, & recto appetitu, non propterea habet duas bonitates morales: quomodo autem & quare hoc sit, subiungitur dicendo, Secundum quòd bonitas rationis participatur in qualibet virtute, idest, ideo non est dictinēta bonitas moralis virtuque: quia in qualibet virtute participatur bonitas rationis. Et scito, quòd ly; bonitas determinans rationem, cum dicitur, bonitas rationis participatur, dupliciter intelligi potest. Primo in se ipsa ratione, vt est res cuius pars capitur: & sic non significat bonitatem moralem formaliter, sed bonitatem intellectualem formaliter. Rectitudo enim rationis, quę eius est bonitas, non morale, sed intellectuale bonum est formaliter: primordialiter autem & causaliter bonitas est moralis, secundo in ipsis participantibus, vt est pars capta, & sic est bonitas moratibus moralibus, quocunq; mō intelligatur hæc litera, nō refert. Semper. n. verum est, q; nō est alia bonitas moralis, & q; rōnem participationis ipsius, in quamlibet coincidit virtutem moralē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Q æstionis vigesimæ Articulum quartum.*

IN titulo articuli quarti eiusdē quæstionis aduerte, quòd hic directe quæritur de actu exteriori, vt est in rerum natura.

¶ In articulum quartū eiusdem 20. quæst. tripliciter dubitatur: Primo circa primum membrum, scilicet quòd actus exterior nihil addat bonitatis supra actum interiorem quo ad bonitatem, quæ est ex fine, Manifestè. n. contradicit veritati; & secundo mēbro: quia si quis fornicari vult vt furetur, & deinde per fornicationē peruenit ad furtum intentum, certum est, quòd sicut ille peior est factus fornicando, ita peior factus est furando. Furtum autem est actus exterior: & actꝰ interior voluntatis est ex eo malus malitia, quæ est ex fine, ergo quo ad malitiam, quę est ex fine, actꝰ exterior addit in malitia supra malitiam actus interioris.

Infra q. 24. ar. 3. cor. Et q. 2. a. 7. ad 4. Et 2. dist. 40. artic. 3. Et mal. q. 2. ar tic. 2. ad 8. * ex homc. 19. in Mat. aliquantulum a principio tom. 2.

Art. præc.

¶ Secundum dubiū est circa secundum membrū, An voluntas quantum ex se, est parata sed propter impotētiam cessans ab opere, sit perfecta ac si operaretur. Et est ratio dubii, quia author vocat eā perfectā & consummatam. Et rursus ponit in ea defectum perfectionis, quæ est ex actu exteriori.

Art. præc.

¶ Tertium dubium est circa illud quod dicitur, s. quòd inuoluntarius defectus a faciendo, non tollit aliqd de præmio, vel pœna. Hoc enim patet esse falsum tam apud diuinum, quàm apud humanum iudicium. Martyr enim sola voluntate sitibunda, propter defectum exterioris martyrii perdit aliquid de præmio, quia caret aureola. Et similiter, qui similiter voluit percutere clericum, caret pœna excommunicationis; & qui voluit occidere, caret pœna mortis. Quarto loco essent forte, alterius iudicio, adducēde obiectiones recitatæ a Capreolo in 4. 2. d. 2. Sed quoniam solutis his, apparebit aut solutio, aut impertinentia earum, omitto.

¶ Ad euidentiam horum recolito primo, quòd sicut sanum in vrina non addit aliquid sanitatis supra sanitatem animalis: ita bonum ex fine in actu exteriori, nihil bonitatis addit supra bonum actum interiorem voluntatis. Et ratio vtrobiq; est eadem, quia denominationum extrinsecum nihil formæ addit supra denominatiuum formale: vnde ex hoc quòd author posuit, quòd bonitas ex fine, est formaliter in solo actu interiori, oportet consequēter dicere, quòd actus exterior nihil bonitatis illius addit: quoniam tali bonitate bonus est, quasi extrinseca denominatione. Et quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis, & econuerso: ideo secundum bonitatem, quam habet actus interior voluntatis ex actu exteriori volito, actus exterior in rerum natura, quia est formaliter bonus tali bonitate, addit ad bonitatem actus interioris, non aliam bonitatem, aut aliū bonitatis gradum: sed ipsam eandem bonitatem apponit in suo perfectissimo essendi modo, scilicet formaliter, ac per hoc terminat, perficit, & consummat motum voluntātis in ipsum ex propria forma, quam in se, & ex se habet. Vnde melior est volens, & faciens actum bonum, q̄ volens facere, & non faciens. Recolito secundo, quòd doctrina hæc de bonitate ex fine & actu, intelligitur formaliter, ideſt, inquantum huiusmodi: & videtis, quòd quando actus & finis coincidunt, tunc actus exterior addit, & non addit supra actum interiorem in bonitate & malitia: quia inquantum bonus ex fine vt sic, nō addit: vt autē bonus secundum se, sic addit. Et sm hoc ad primum dubiū dicitur, quòd ille furando fit proculdubio peior, non quia malitiæ ex fine in volūtate, actꝰ exterior vt talis, ex illa aliquid addat; sed q̄ illi malæ voluntati additur actus exterior sm se malꝰ formaliter. Verumtamen aduerte hic, quòd aliud est dicere, quòd actus exterior non addit in bonitate & malitia ex fine actui interiori: & aliud est dicere, quòd finis consequutus non addit in bonitate & malitia voluntati bonæ, vel malæ ex fine. Primum enim docemur in litera, secundum autē minime: quin potius ex litera habetur oppositum huius secundi, in ratione secundi membri, vbi dicitur, quòd inclinatio perficitur in hoc, quòd cōsequitur finem. Et pōt confirmari: quia finis est per se primo bonus. Et propterea si actus exterior, inquantum per se bonus, addit in bonitate, oportet quòd sit bonus, addat et in bonitate. Et hoc est verum absq; dubio. Vnde est sciendum hēat rōnē finis, eius cōsecutio, et si nō esset actꝰ, adderet in bonitate, vel malitia.

¶ Ad sm dubium dicitur, qd, vt ex art. 4. q. 16. superius patet, voluntas potest dici, & esse completa dupliciter. Vno modo sm illā habitudinem, qua voluntas est in voluntate. Alio modo sm illā, qua voluntas tendit in realem affectionem voliti. Iuxta primum modum significatur perfectio volūtatis per hoc, q̄ est relle perfecte: iuxta sm vero per hoc, q̄ est habere perfecte, vt videtis dictum est. Vnde voluntas parata operari si posset, est perfecta voluntas, quia perfecte vult, & hoc spectat ad primæ habitudinis perfectionem: & est imperfecta simpliciter, quia non peruenit ad hoc, quòd realiter habeat id quod vult, & para est habere. Omnis enim motus deficiens a termino, est imperfectus per priuationem perfectionis in affectione termini consistentis. Et cum prima perfectio sit alterius rationis a secunda: & tota latitudo primæ comparetur ad secundam, vt imperfectum ad perfectum, vt superius patet, consequens est, quòd quantumcunq; crescat, & intensissimus sit interior actus voluntatis, solus autem quāmi perueniet ad hoc, quòd sit perfectus simpliciter sine adiectione exterioris. Propter quod Saluator dixit Io. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quām vt animam suam ponat quis pro amicis suis: ponatꝰ dixit, non, velit ponere.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd sicut sermo præsens est de bono & malo moraliter, non secundum hanc, vel illam legem: ita etiam de præmio & pœna secundum exigentiam actus boni, vel mali, & non secundum hanc, vel illam legem; nisi forte diuinam. Igitur distinguendum est de præmio & pœna essentiali, vel accidentali, & dicendum q̄ voluntas parata, quamuis non operans propter impotentiam, nihil de præmio, vel pœna perdit essentiali, quia hoc respondet primæ proportioni voluntatis: quātūis careat aliqua accidentali remuneratione, vel pœna respondenti ipsi exercitio actus exterioris.

¶ *Super Q æstionis vigesimæ Articulum quintum.*

IN titulo artic. 5. nota duos terminos. Euentus enim cōmune vocabulum ad effectū per se, & per accidens, significat id, quod quomodolibet ex actione puenit. Adderē vero, præsupponit id, cui additur, & ad augmentū spectat: vnde addere ad malitiā, præsupponit malitiā in actu: & addere ad bonitatem, præsupponit bonitatem in eodem. Vnde non quæritur hic, an actus ex euentu reddatur malus, vel bonus sed an actus malus ex malo euentu reddatur peior, & bonꝰ ex bono euentu melior. Prima enim quæstio iam soluta est, cum determinatum est, vnde actus moralis, & vnde actus voluntatis sit bonꝰ, vel malus, scilicet ex fine, obiecto &c.

D. 791. 1202.

Art. 1.

¶ In corpore arti. dubium magnū occurrit, quia durissima, & falsa doctrina videtur hic tradita. Dicitur siquidem, quòd euentus potest dupliciter se habere, aut vt præcogitatus, aut non. Si vt præcogitatus, addit ad bonitatē, vel malitiā: si non, tunc dupliciter, aut p se sequitur, & vt in pluribus, & tūc etiam addit, aut p accidēs, & in paucioribus: & tunc nō addit. Ex hac enim doctrina habetur in primo mēbro distinctionis, quòd euētus sequens siue per se, siue per accidens, siue frequenter, siue rarissime, dūmodo sit præuisus, addit ad bonitatem, vel malitiam. Hoc autem esse durissimum verbum ex eo patet, q̄ si quis cōmittēs actū peccati venialis, præcognoscēs ex eo sine alia culpa sua alios peccare mortaliter, peccaret mortaliter. Et sic mulier pulchra, & adamata ab aliquibus, & sciens eum egreditur, illos in eam apperendā exaestuaros, non posset causa alicuius venialis solatii, ire ad ꝓpriū hortum absq; peccato mortali: & infinita similia videtur sequi, quæ homo forte non suffert audire. Falsum aūt esse conuincitur ex ratione sic. Actus non recipit additionem in bono, vel in malo sm id quod est per accidens, & in paucioribus: sed euentus per accidens, & in paucioribꝰ ex hoc, q̄ est præuisus, non trāsit ex per accidens & raro, in per se, aut frequenter. ergo euētus talis ex hoc q̄ ē præuisus, non addit in bonitate, vel malitia. Maior hi i calce corporis huius articuli. Minor est per se nota: quia præuisio sola nihil confert voluntati. Nō. n. ex hoc q̄ aliquis præcidet aliquid, est bonus vel malus: nec ex hoc q̄ aliquis præuidet aliquid per accidens futurum ex suo actu, ꝓpterea male facit: alioquin Christus præuidēs ex manifestatione sui, futura tot scelera Iudæorū, male faceret, manifestādo se. Et occidēs sui inuasores, præuidendo eius mortem, & defendendo ic, peccaret. Vnde supereminēte radice formatur alia rō sic: Præuisio euentus mali per accidēs non facit actū malū. ergo præuisio euentus mali per accidēs futuri, nō facit actū peiorem, si erat malꝰ, iuxta illā regulā. Sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis &c. Hic confirmatur: quia faciens actum bonum, puta, vadens ad ecclesiam, & præuidēs quòd ex eo sequentur alia bona per accidens, & non acceptans illa, nec odio habens, sed stans in sola præuisione, non propterea facit actū melioremꝰ: & tamen expresse in litera primi membri dicitur, quòd præuisus effectus addit ad bonitatem. Quid ergo dicemus? Dicendū est, si litera non est defectiua, q̄ author intendit de euentu quocunque præcogitato, sic, q̄ descendat in voluntatē, ita quòd voluntas ferat ipsum directe, vel indirecte: ita q̄ non intendit nisi de euentu puro, & voluto sine directe, sine indi-

Infra q. 73. ar. 8. Et ma. q. 1. ar. 3. ad 5. & q. 3. ar. 10. ad 5.

Cap. 6. in princip. tomo 5.

tiā volūtatis: quia ois inclinatio, vel motus perficitur in hoc, q̄ cōsequitur finem, vel attingit terminū: vnde non est perfecta volūtas nisi sit talis, quæ opportunitate data operet. Si vero passibilitas desit voluntate existēte perfecta, vt operaret si posset, defectus perfectionis, quæ est ex actu exteriori, est simpliciter inuoluntariū. Inuoluntariū aūt sicut non meretur pœnā, vel præmiū in operando bonū, aut malū: ita nō tollit aliquid de præmio, vel de pœna, si homo inuoluntarie simpliciter deficiat ad faciendum bonum, vel malum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chrysosto. loquitur, quādo voluntas hominis est consummata, & non cessatur ab actu, nisi propter impotentiam faciendi.

AD 2m dicendum, quòd ratio illa procedit de bonitate actus exterioris, quā hēt a bonitate finis: sed bonitas actus exterioris, quā habet ex materia & circunstantijs, est alia a bonitate voluntatis, quæ est ex fine: non autem alia a bonitate voluntatis, quam habet ex ipso actu volito, sed comparatur ad ipsam, vt ratio & causa eius, sicut supra dictum est. * Et per hoc etiā patet solutio ad tertium.

ARTICVLVS V.

Vtrum euentus sequens, aliquid addat de bonitate, vel malitia ad exteriorem actum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ euētus sequens addat ad bonitatem, vel malitiā actus. Effectus. n. virtute præexistit in causa: sed euentus consequuntur actus, sicut effectus causas. ergo virtute præexistit in actibus. Sed vnumquodq; secundum suam virtutem iudicatur bonum, vel malum: nā virtus est, quæ bonum facit habentem, vt dicitur in 2. Ethic. * ergo euentus addunt aliquid ad bonitatē, vel malitiā actꝰ.

¶ 2 Præt. Bona quæ faciunt audito, res, sunt effectus quidā consequentes ex prædicatione doctoris: sed huiusmodi bona redundāt ad meritum prędicatoris, vt patet per id quod dicitur Philippensium 4. Fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meū, & corona mea. ergo euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

¶ 3 Præt. Pœna nō additur, nisi crescēte culpa. Vnde dicitur Deuter. 25. Pro mēsura peccati erit & plagarum modus: sed ex euentu sequente additur ad pœnam. dicitur. n. Exod. 21. q̄ si bos fuerit cornupeta ab heri & nudius tertius, & cōtestati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occideritq; virū aut mulierē: & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident. Nō aūt occideretur, si bos non occidisset hominem. etiam nō reclusus. ergo euentus sequēs addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

¶ 4 Præt. Si aliquis ingerat causam mortis percutiendo, vel sententiā dādo, & mors non sequatur, non contrahitur irregularitas: contraheretur autē si mors sequeretur. ergo euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

SED CONTRA. Euentus sequēs non facit actum malū, qui erat bonus: nec bonum, qui erat malus, puta, si aliquis det eleemosynā pauperi, qua ille abutatur ad peccatū, nihil deperit ei, qui eleemosynam facit: & similiter si aliquis patienter ferat iniuriam sibi factam, non pp hoc excusatur ille, qui fecit. Ergo euentus sequens non addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

RESPON. Dicendū, q̄ euentus sequens aut est præcogitatus, aut non. Si est præcogitatus, manifestū est, q̄ addit ad bonitatem, vel malitiam. Cum. n. aliquis cogitās, q̄ ex opere suo multa mala possunt sequi, nec pp hoc dimittit: ex hoc apparet voluntas eius esse magis inordinata. Si aatē euentus sequens non sit præcogitatus, tunc distinguendum est: quia si per se sequitur ex tali actu, & vt in pluribus, sm hoc euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiā actus. Manifestum est. n. meliorem actum esse ex suo genere, ex quo possunt plura bona sequi: & peiorem, ex quo nata sunt plura mala sequi. Si vero per accidēs, & vt in paucioribus, tunc euentus sequens nō addit ad bonitatem, vel ad malitiam actus. Nō. n. datur iudiciū de re aliqua sm illud quod est per accidēs, sed solum sm illud quod est per se.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus causæ existimatur secundum effectus per se: nō autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

indirecte. Et hic sensus potest sumi, vt exponit ab ipsomet inferius in q.73. art. 8. ad primum, vbi dicit, quòd euentus sequens, si sit præuisus & intentus, addit ad bonitatem, vel malitiam actus, sicut supra dictum est, cum de bonitate & malitia humanorũ actuũ ageretur. Et quia in corpore illius articuli, ponit sub non intento volitum indirecte, ideo consulto dixi, quòd intentio authoris est loqui de præuiso & volito, siue directe, siue indirecte. Et potest quoque hicmet sẽsus ex hac litera sumi, dum dicitur voluntas magis inordinata. Cum enim voluntas non reddatur inordinata ex actu exteriori, nisi inquãtum volito, cõsequens est, quòd nec eius euentu deordinetur nisi volito: & consequenter ex eodem nõ magis deordinatur, nisi volito. Intẽdit ergo in primo membro siue per se, siue per accidens, siue frequẽter, siue raro, & breuiter, euentus quomodolibet actionis præuisus, & volitus, addit ad bonitatem vel malitiã actus. & hoc est manifestũ: quia hoc spectat ad voluntatem magis deordinatam in malis, & magis affectã in bonis.

Infra q.73. arti.6.c. Et 22.q.99.ar. 2. ad 2. & art.3. ad 2. Et 2.di.40. a.4. Et ma. q.2.ar.4.Et veri.q.1.ar. 4. c.& q.3. art.3. cor. Tex. 39. & 40.tom.2.

Tex.74.20. 21.tom.3.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum sextum.*

IN art. 6. eiusdem vigesimæ quæst. nihil occurrit scribendum, nisi reddere lectorem attentum, cp nõ dicit author, eũdem numero actum voluntatis non posse esse successiue bonum, & malum: sed dicit eundem numero actum in genere moris. Actus enim voluntatis fm se est in genere naturę, & secundum suas conditiones in genere moris. Ex hæc dixerim propter Durandum in 2. dist. 40. quæst. secunda, ne quis putet contra hanc doctrinam militare.

Artic. 3.

secundum effectus per accidens.

AD 1m dicendum, quòd bona, quę auditores faciunt, consequuntur ex predicatione doctoris, sicut effectus per se: vnde redundant ad præmium prædicatoris, & præcipue quando sunt præintenta.

AD 3m dicendum, cp euentus ille, pro quo illi pœna infligenda mandatur, & per se sequitur ex tali causa, & iterũ ponitur vt præcogitatus: & ideo imputat ad pœnã.

AD 4m dicendum, quòd ratio illa procederet, si irregularitas sequeretur culpam: non autem sequitur culpã, sed factum propter aliquem defectum sacramenti.

ARTICVLVS VI.

Vtrum idem actus exterior possit esse bonus, & malus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur cp vnus actus possit esse bonus, & malus. Motus.n. est vnus, qui est cõtinuus, vt dr in 5. Physi. * sed vnus motus continuus potest esse bonus, & malus, puta, si aliquis continue ad ecclesiam vadens, primo quidem intendat inanem gloriam, postea intendat Deo seruire. ergo vnus actus potest esse bonus, & malus.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophũ in 3. physic.* Actio & passio sunt vnus actus, sed potest esse passio bona, sicut Christi: & actio mala, sicut Iudæorum. ergo vnus actus potest esse bonus, & malus.

¶ 3 Præt. Cum seruus sit quasi instrumẽtum domini, actio serui est actio dñi, sicut actio instrumẽti est actio artificis: sed põt contingere, cp actio serui procedat ex bona volũtate dñi, & sic sit bona: & ex volũtate mala serui, & sit mala. ergo idẽ actus põt esse bonus, & malus.

SED CONTRA. Contraria non põt esse in eodẽ: sed bonũ, & malũ sunt contraria. ergo vnus actus non potest esse bonus, & malus.

RESPON. Dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse vnũ, fm quod est in vno genere: & esse multiplex fm qđ refertur ad aliud genus: sicut superficies continua est vna, secundum quod cõsideratur in genere quãtitatis: tamen est multiplex, fm quod refertur ad genus coloris, si partim sit alba, & partim nigra: & fm hoc nihil prohibet aliquem actum esse vnũ fm qđ refertur ad genus naturæ, qui tñ non est vnus fm quod refertur ad genus moris: sicut & econuerso, vt dictum est. * Ambulatio .n. continua, est vnus actus fm genus naturæ: potest tñ contingere cp sint plures fm genus moris, si muteretur ambulantis voluntas, quæ est principium actuũ moralium. Si ergo accipiatur vnus actus, prout est in genere moris, impossibile est cp sit bonus, & malus, bonitate, & malitia morali: si tamen sit vnus vnitate naturę, & nõ vnitate moris, potest esse bonus, & malus.

AD PRIMVM ergo dicendum, cp ille motus continuus, qui procedit ex diuersa intẽtione, licet sit vnus vnitate naturæ, non est tamen vnus vnitate moris.

AD 2m dicẽdum, cp actio & passio pertinent ad genus moris, inquantum habent rationem voluntarij. Et ideo fm quod diuersa voluntate dicuntur voluntaria, secundum hoc sunt duo moraliter, & potest ex vna parte inesse bonum, & ex alia malum.

AD 3m dicendum, cp actus serui, inquantum procedit ex voluntate serui, nõ est actus domini: sed solum inquantum procedit ex mandato domini. vnde sic non facit ipsum malum mala voluntas serui.

QVAESTIO XXI.

De ijs quæ consequuntur actus humanos, ratione bonitatis & malitiæ, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ primæ Articulum primum.*

DEINDE considerandũ est de his, quæ consequuntur actus humanos ratione bonitatis, vel malitię.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum actus humanus inquantum est bonus, vel malus, habeat rationem rectitudinis, vel peccati.

¶ Secũdo, Vtrum habeat rationẽ laudabilis, vel culpabilis.

¶ Tertio, Vtrũ habeat rationem meriti, vel demeriti.

¶ Quarto, Vtrum habeat rationem meriti, vel demeriti apud Deũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum actus humanus inquantum est bonus vel malus, habeat rationẽ rectitudinis, vel peccati.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur cp actus humanus inquantum est bonus, vel malus, non habeat rationem rectitudinis, vel peccati. Peccata enim sunt monstra in natura, vt dicitur in 2. Physic. * monstra autem non sunt actus, sed sunt quædam res generatæ prẽter ordinem naturę. Ea autem quæ sunt fm artem & rationem, imitantur ea quę sunt fm naturã, vt ibidem dicitur. ergo actus ex hoc, qđ est inordinatus & malus, non habet rationem peccati.

¶ 2 Præt. Peccatum, vt dicitur in 2. Phys.* accidit in natura & arte, cum non peruenitur ad finem intentum a natura uel arte: sed bonitas, vel malitia actꝰ humani maxime consistit in intentione finis, & eius prosecutione. ergo videtur quòd malitia actus non inducat rationem peccati.

¶ 3 Præt. Si malitia actus induceret rationem peccati, sequeretur cp vbicũq; esset malũ, ibi esset peccatũ. Hoc aũt est falsum: nã pœna, licet habeat rõnem mali, non tñ habet rationem peccati. nõ ergo ex hoc, quòd aliquis actus est malus, habet rationẽ peccati.

SED CONTRA. Bonitas actus humani, vt supra ostensum est, * principaliter dependet a lege æterna, & per consequens malitia eius in hoc consistit, quòd discordat a lege æterna: sed hoc facit rationem peccati. Dicit enim Aug. 22. contra Faustum, * quòd peccatũ est factũ, vel dictum, vel cõcupitũ aliquid, contra legẽ ęternam. ergo actus humanus ex hoc, quòd est malus, habet rationem peccati.

q.19. art.4.

Cap.27. in princip. tomo 6.

RESPON. Dicendum, cp malum in plus est q̃ peccatum, sicut & bonum in plus est q̃ rectum. Quilibet .n. priuatio boni in quocunque constituit rationem mali: sed peccatum proprie consistit in actu, qui agitur pp finem aliquem, cum non habet debitum ordinem ad finem illum. Debitus aũt ordo ad finem fm aliquam regulam mensuratur, quæ quidem regula in his, quæ fm naturã agunt, est ipsa virtus naturæ, quæ inclinat in talem finem. Qñ ergo actus procedit a virtute naturali fm naturalem inclinationem in finem, tunc seruatur rectitudo in actu, quia medium nõ exit ab extremis. s. actus ab ordine actiui pricipij ad finẽ: qñ autem a rectitudine tali actus aliquis recedit, tũc incidit ratio peccati. In his vero, quæ aguntur per voluntatem, regula proxima est ratio humana: regula autẽ suprema est lex æterna. Quãdocunq; ergo actus hominis procedit in finem secundum ordinem rationis, & legis æternæ, tunc actus est rectus: quando autem ab hac rectitudine obliquatur, tunc dicitur peccatum. Manifestum est autem ex præmissis, * quòd omnis actus voluntarius est malus per hoc, quòd recedit ab ordine rationis, & legis ęternæ: & omnis actus bonus concordat rationi, & legi æternæ. vnde sequitur, quòd actus humanus ex hoc, quòd est bonus, vel malus, habeat rationem rectitudinis, vel peccati.

q.19.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd monstra dicuntur esse peccata, inquantum producta sunt ex peccato in actu naturæ existente.

AD 2m dicendum, cp duplex finis. s. vltimus, & propinquus. In peccato aũt naturæ deficit quidem actus a fine vltimo, qui est perfectio generati, non autẽ deficit a quocunq; fine proximo: operatur enim natura aliquid formando. Similiter in peccato voluntatis, semper est defectus ab vltimo fine intento, quia nullus actus voluntatis malus, est ordinabilis ad beatitudinem, quæ est vltimus finis: licet non deficiat ab aliquo fine proximo, quem voluntas intendit, & consequitur. Vnde etiã cum ipsa intentio huius finis ordinetur ad finem vltimum, in ipsa intentione huiusmodi finis potest inueniri ratio rectitudinis, & peccati.

AD 3m dicendum, quòd vnumquodque ordinatur ad finem per actum suum: & ideo ratio peccati, quæ consistit in deuiatione ab ordine ad finem, proprie consistit in actu: sed pœna respicit personam peccantem, vt in primo dictum est. *

p.2.q.48.

ARTICVLVS II.

Vtrum actus humanus, inquantum est bonus uel malus, habeat rationem laudabilis, uel culpabilis.

3.di.24.ar. 3.q.2.co. Et 4.dist.16.q. 3.ar.1.q.1. ad primum & q.6.ar.2. ad 3. Et mal.q.2.ar. 2.ad tertiũ. Tex.82. 83 84. ‖ Cap.5. tomo 5.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur cp actus humanus ex hoc, cp est bonus, vel malus, non habet rationem laudabilis, vel culpabilis. Peccatum .n. contingit in his, quæ aguntur a natura, vt dicitur in 2. Phy.* sed tamen ea quæ sunt naturalia, non sunt laudabilia, nec culpabilia, vt dicitur in 3. Eth. † ergo actus humanus ex hoc cp est malus, vel peccatum, nõ habet rationem culpæ: & per consequens, nec ex hoc quòd est bonus, habet rationem laudabilis.

¶ 2 Præt. Sicut contingit peccatum in actibus moralibus, ita & in actibus artis: quia vt dr in 2. Phy.* peccat Grãmaticus non recte scribens, & Medicus nõ recte dans potionem: sed non culpatur artifex ex hoc, quòd aliquid malum facit, quia ad industriã artificis pertinet, cp possit & bonum opus facere, & malum, cum voluerit. ergo videtur, cp etiam actus moralis ex hoc quòd est malus, non habeat rationem culpabilis.

Text.82.tomo 2.

¶ 3 Præt. Dion. dicit in 4. cap. de di. no.* cp malum est infirmum & impotens: sed infirmitas vel impotẽtia, vel tollit, vel diminuit rationem culpæ: nõ ergo actus humanus est culpabilis ex hoc, quòd est malus.

p.4.a med.

SED CONTRA est, qd Philosophus dicit, cp laudabilia sunt virtutũ opera: vituperabilia aũt, vel culpabilia opera cõtraria. Sed actus boni, sunt actus virtutis: quia virtus est quæ bonũ facit habentẽ, & opus eius bonum reddit, vt dicitur in 2. Eth.* vnde actus oppositi sunt actus mali, ergo actus humanus ex hoc cp est bonus, vel malus, hẽt rõnẽ laudabilis, vel culpabilis.

Cap. 6. in princip. tomo 5.

RESPON. Dicendum, cp sicut malum est in plus, q̃ peccatũ, ita peccatum est in plus, q̃ culpa. Ex hoc.n. dicitur actus culpabilis, vel laudabilis, cp imputatur agẽti. Nihil.n. est aliud laudari, vel culpari, q̃ imputari alicui malitiam, vel bonitatem sui actus. Tũc enim actus imputatur agenti, qñ est potestate ipsius, ita cp habeat dominium sui actus. hoc autem est in omnibus actibus voluntarijs: quia per voluntatem homo dominium sui actus habet, vt ex supradictis patet. * Vnde relinquitur, quòd bonum, vel malum in solis actibus voluntarijs constituit rationẽ laudis, vel culpæ, in quibus idem est malum, peccatum, & culpa.

q.1.artic.1. & 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus naturales non sunt in potestate naturalis agentis, cum natura sit determinata ad vnum: & ideo licet in actibus naturalibus sit peccatum, non tamen est ibi culpa.

AD 2m dicendum, quòd ratio aliter se habet in artificialibus, & aliter in moralibus. In artificialibus .n. ratio ordinatur ad finem particularem, quod est aliquid per rationem excogitatum. In moralibus autem ordinatur ad finem cõem totius humanæ vitæ: finis autem particularis ordinatur ad finẽ cõem. Cum .n. peccatum sit per deuiationem ab ordine ad finem, vt dictũ est, * in actu artis contingit dupliciter esse peccatum. Vno modo, per deuiationem a fine particulari intento ab artifice: & hoc peccatum erit proprium arti, puta, si artifex intendens facere bonum opus, faciat malum: vel intẽdens malum, faciat bonum. Alio modo per deuiationẽ a fine cõi humanæ vitæ: & hoc modo, dicetur peccare, ẽt si intẽdat facere malũ opus, & faciat per hoc vt alius decipiatur. Sed hoc peccatũ non est proprium artificis, inquantum artifex, sed inquantum homo est. Vnde ex primo peccato culpatur

Artic. 1.

artifex

Universidad de Deusto
Biblioteca

artifex inquãtum artifex: sed ex secundo culpatur hõ, inquãtũ homo. Sed in moralibus, vbi attenditur ordo rationis ad finem cõem humanæ vitæ, semper peccatum, & malum attẽditur per deuiationem ab ordine rationis ad finem cõem humanæ vitæ: & ideo culpatur ex tali peccato homo & inquantum est homo, & inquantum moralis est. Vnde Philosophus dicit in 6. Ethic.* quòd in arte volens peccans est eligibilior, circa prudentiam autem minus: sicut & in virtutibus moralibus, quarum prudentia est directiua.

Cap. 5. circa finem. to mo 5.

AD 3^m dicendum, quòd illa infirmitas, quæ est in malis voluntarijs, subiacet potestati hominis: & ideo nec tollit, nec diminuit rationem culpæ.

¶ *Super Q. æstionis vigesimæprimæ Articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum actus humanus inquantũ est bonus, uel malus, habeat rationem meriti, uel demeriti.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd actus humanus non habeat rationẽ meriti, & demeriti propter suam bonitatem, vel malitiam. Meritum. n. & demeritum dicitur per ordinẽ ad retributionem, quę locum solũ habet in his, quę ad alterum sunt: sed non omnes actus humani boni, vel mali sunt ad alterũ, sed quidam sunt ad seipsum. ergo nõ oĩs actus humanus bonus, vel malus, habet rõnem meriti, vel demeriti.

¶ 2 Præt. Nullus meretur pœnam, vel prẽmium ex hoc, ꝙ disponit vt vult de eo, cuius est dns. sicut si homo destruat rem suam, non punitur, sicut si destrueret rẽ alterius: sed homo est dominus suorum actuum. ergo ex hoc quòd bene, vel male disponit de suo actu, non meretur pœnam, vel prẽmium.

¶ 3 Præt. Ex hoc ꝙ aliquis sibiipsi acquirit bonum, nõ meretur vt ei bene fiat ab alio: & eadẽ ratio est de malis. Sed ipse actus bonus est quoddã bonũ, & perfectio agẽtis: actus aũt inordinatus est quoddã malum ipsius. non ergo ex hoc, ꝙ homo facit malum actum, vel bonum, meretur, vel demeretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Isaiæ 3. Dicite iusto, qñ bene: qñ fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio in malum: retributio. n. manuum eius fiet ei.

RESPON. Dicendum, quòd meritum, & demeritum dicuntur in ordine ad retributionem, quæ fit fm iustitiam. Retributio autem fm iustitiam fit alicui ex eo, quod agit in profectũ, vel nocumentum alterius. Est autem considerãdum, quòd vnusquisq; in aliqua societate viuẽs, est aliquo modo pars, & membrum totius societatis. Quicunq; ergo agit aliquid in bonum, vel malum alicuius in societate existentis, hoc redundat in totam societatem: sicut qui lædit manum, per consequens lædit hominem. Cum ergo aliquis agit in bonum, vel malum alterius singularis personæ, caditibi dupliciter ratio meriti, vel demeriti. Vno modo, fm quod debetur ei retributio a singulari persona, quam iuuat, vel offendit: Alio modo fm quod debetur ei retributio a toto collegio. Quãdo vero aliquis ordinat actum suum directe in bonum, vel malum totius collegij, debetur ei retributio primo quidem, & principaliter a toto collegio: secundario vero ab omnibus collegij partibus. Cum vero aliquis agit quod in bonum proprium, vel malum vergit, etiam debetur ei retributio, inquantum ẽt hoc vergit in cõe, fm qđ ipse est pars collegij: licet non debeatur ei retributio inquãtum est bonũ, vel malum singularis personæ, quæ est eadem agenti, nisi forte a seipso fm quandam similitudinem, prout est iustitia hominis ad seipsum. Sic igitur patet, quòd actus bonus, vel malus habet rationem laudabilis, vel culpabilis fm quod est in potestate voluntatis: rationem vero rectitudinis, & peccati fm ordinem ad finem: rationẽ vero meriti, & demeriti secundum retributionem iustitiæ ad alterum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ qñq; actus humani boni, vel mali, etsi non ordinantur ad bonum, vel malũ alterius singularis pſonæ: tñ ordinantur ad bonum, vel ad malum alterius, qđ est ipsa communitas.

AD 2^m dicendum, quòd homo, qui habet dominium sui actus, ipse etiam inquãtum est alterius, scilicet communitatis, cuius est pars, meretur aliquid, vel demeretur, inquantum actus suos bene, vel male disponit: sicut etiam si alia sua, de quibus communitati seruire debet, bene, vel male dispensat.

AD 3^m dicendũ, ꝙ hoc ipsum bonum, vel malum quod aliquis sibi facit per suum actum, redundat in communitatem, vt dictum est.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actus humanus inquantum est bonus, vel malus, habeat rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd actus hominis bonus, vel malus, non habeat rationẽ meriti, vel demeriti per comparationem ad Deum: quia, vt dictum est,* meritum & demeritum importat ordinem ad recompensationem profectus, vel damni ad alterũ illati: sed bonus actus hominis, vel malus non cedit in aliquem profectum, vel damnum ipsius Dei. dicitur enim Iob. 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? porro si iuste egeris, quid donabis ei? ergo actus hominis bonus, vel malus non habet rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

¶ 2 Præt. Instrumentum nihil meretur, vel demeretur apud eũ qui vtitur instrõ, quia tota actio instrumenti est vtentis ipso: sed homo in agendo est instrumentum diuinæ virtutis principaliter ipsum mouentis: vnde dicitur Isa. 10. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? vbi manifeste hominẽ agentem comparat instrumento. ergo homo bene agendo, vel male non meretur, vel demeretur apud Deum.

¶ 3 Præt. Actus humanus hẽt rõnẽ meriti, vel demeriti, inquantũ ordinatur ad alterũ: sed non oĩs actus humanus ordinatur ad Deũ. ergo nõ oĩs actus bonus, vel malus habẽt rationẽ meriti, vel demeriti apud Deum.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. vlt. Cuncta quæ fiũt, adducet Deus in iudicium siue bonum, siue malum: sed iudicium importat retributionem, respectu cuius meritum, vel demeritum dicitur. ergo omnis actus hominis bonus, uel malus habet rationem meriti, uel demeriti apud Deum.

Art. 3.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dictum est,* Actus alicuius hominis habet rationem meriti, vel demeriti, fm quod ordinatur ad alterũ vel ratione eius, vel ratione communis: vtroque autem modo actus nostri boni, vel mali habent rationem meriti, vel demeriti apud Deum. Ratione quidem ipsius, inquantum est vltimus hominis finis: est autem debitum, vt ad finem vltimum omnes actus referantur, vt supra habitum est,* vnde qui facit actum malum non referibilẽ in Deum, nõ seruat honorem Dei, qui vltimo fini debetur. Ex parte vero totius communitatis vniuersi, quia in qualibet cõicatione ille, qui regit cõitatẽ, præcipue habet curam boni cõis: vnde ad eum pertinet retribuere pro his, quæ bene, vel male fiunt in communitate. Est autẽ Deus gubernator & rector totius vniuersi, sicut in primo habitum est: * & specialiter rationalium creaturarum. Vnde manifestũ est, ꝙ actus humani habent rationem meriti, vel demeriti per cõparationem ad ipsum: alioquin sequeretur, quòd Deus non haberet curam de actibus humanis.

9.19.ar.10.

9.103.ar.6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per actum hominis, Deo secũdum se nihil potest accrescere, vel deperire: sed tamen homo, quantum in se est, aliquid subtrahit Deo, vel ei exhibet, cum seruat, vel non seruat ordinem, quem Deus instituit.

AD 2^m dicẽdum, ꝙ homo sic mouetur a Deo vt instrumentum, ꝙ tñ nõ excludit quin moueat seipsum per liberum arbitrium, vt ex supradictis patet: & ideo per suum actũ meretur, vel demeretur apud Deum.

9.10.art.4.

AD 3^m dicendum, ꝙ homo non ordinatur ad cõitatem politicã secundũ se totum, & fm omnia sua: & ideo non oportet quòd quilibet actus eius sit meritorius, vel demeritorius per ordinem ad cõitatem politicam. Sed totum ꝙ homo est, & quòd potest & habet ordinandũ est ad Deum: & ideo omnis actus hominis bonus, vel malus habet rationẽ meriti, vel demeriti apud Deum, quãtum est ex ipsa ratione actus.

¶ *Super Q. æstionis vigesimæsecundæ Articulum primum.*

QVÆSTIO XXII.

De subiecto passionum animæ, in tres articulos diuisa.

CIrca rationẽ passionis magis propriè assignandam in 1. arti. 22. q. inducium occurrit quia cũ omnis passio animæ, de qua est sermo, sit cũ aliqua disconuenientia trãsmutatione corporali (qñ oportet motum cordis a naturali suo motu aliqualiter recedere) sequitur, ꝙ omnis passio est cum transmutatione in deterius, & nulla sit in melius. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ absolute loquẽdo, cõcedendum est, quòd omnis passio animæ est cum aliqua præternaturali mutatione, quia cordis motus intẽditur, aut remittitur a suo naturali motu: & ex hoc illa opera animę, quę vocamus eius passiones, habẽt rationem & nomen passionis. Verũ quia inter præternaturales mutationes datur latitudo, & minus mala respectu magis malæ habet rationem melioris: ideo passiones illę, quæ ad pei* declinant, magis proprie passiones dicuntur. Declinãt autem in peius mutationes illæ quæ sunt materia passionum consistentium in fuga, seu retractione, vt timor & tristitia, q̃ illæ, quæ sunt materia passionum consistentiũ in extẽsione, seu prosecutione, vt amor & lætitia: quia uita humana consistit in vitali extensione cordis ad totũ corpus. Fit propterea in litera dicitur, quòd tristitia habet magis rationem passionis, quam lætitia. Ista enim præter naturalitatem solã intensionis motus, habet: illa ultra præter naturalitatem remissionis motus, habet motum contrarium vitali extẽsioni cordis ad corporis partes. Ex eadẽ quoque radice, scilicet maioris recessu a naturali passione, quæcunque intense habent magis rationẽ passionis, quam temisse: motus. n. corporalis maior ibi interuenit. Hæc autem quæ dicimus, notanter diximus absolute dici: quoniam si esset sermo non absolute, sed in ordine ad hunc melancholice, vel sic quomodolibet dispositum, nihil prohibere videtur, qđ transmutatio oppositæ passionis, puta, lætitiæ, sit naturalis simpliciter etiã illis præternaturalis autem huic, sic, nũc, iuẽto. Altert. n. extremo nõ solum extremũ, sed mẽdium opponitur: vt dicitur in 5. Physi. & motus cordis qui huic, nunc, sic &c. est intensior, simpliciter ẽt ipsi bene dispositio potest esse naturalis: vt

3.dif.15.q.2.ar.1.Et ver.q.26.art.1. & 2.cor.

*q.75.ar.5.

†tex.19.20 21.& seq.

Lib.6.ca.2. inter princ. & mediũ.

Tex. 18. tomo 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt infimis videtur contingere, cum ad aliqualem lætitiam excitat ex corporis præstura leuantur. Signum autem, quòd in omni passione animæ fit transmutatio aliqua præternaturalis in corde, est, neminē in passione eadem actualiter diutius perdurare, sine corporali læsione aut curatione.

¶ In respondendo ad primum & secundum aduerte, quòd quia mōtus animi, qui vocantur animæ passiones, scilicet, amor, timor, ira & alia huiusmodi, habent rationem passionis propriè, secūdum quod interuenit in eis aliqua trāsmutatio corporalis: & huiusmodi transmutatio est annexa motui animæ: ideo huiusmodi actus appetitus animalis habent quidē rationē passionis, ratione annexi: habēt autem rationem appetitiui motus, & talis, puta, irę vel timoris secundum se: propter quod in litera dicitur, quòd animæ conueniat huiusmodi pati per accidens: & alibi, scilicet in 26. quæst. de veritate dicitur, quòd irasci, timere &c. conueniūt animæ per se: & reuera hoc habet compositum ratione animę, illud ratione corporis.

Tex. 12. tomo 2.

Tex. 63. tomo 2.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ secundæ Articulum secundum.*

Infra q. 41. ar. 1. cor. Et 3. q. 15 ar. 4 cor. Et veri. q. 26. art. 3. corp. & ad 18. Et Dio. 2 le. 5. Et 2. eth. le. 5. fi. & 1. Pe. le. 2 Tex. 4. tomo 3.

RESPON. Dicendum, q̄ paſsiones animæ dupliciter poſſunt cōſiderari, Vno modo, ſecundum ſe. Alio modo, ſecundum quod ſubiacent imperio rationis & voluntatis. Si igitur ſecundum ſe cōſiderentur, prout ſcilicet ſunt motus quidam irrationalis appetitus, ſic nō eſt in eis bonū, vel malū morale, quod dependet a ratione, vt* ſupra dictum eſt. Si autem cōſiderentur ſm̄ quod ſubiacent imperio* rationis & voluntatis, ſic eſt in eis bonum, vel malū morale. Propinquior enim eſt appetitus ſenſitiuus ipſi rōni & voluntati, quàm mēbra exteriora, quorum tamen motus & actus ſunt boni, vel mali moraliter, ſecundum quod ſunt volūtarij: vnde multo magis, & ipſę paſsiones ſecundum quod ſunt volūtariæ, poſſunt dici bonę, vel malę moraliter. Dicuntur autē voluntariæ, vel ex eo q̄ a voluntate imperantur, vel ex eo q̄ a voluntate non prohibentur.

D

¶ 19. art. 3. b. 228.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ iſtæ paſsiones ſecundum ſe conſideratæ, ſunt communes hominibus, & animalibus aliis, ſed ſecundum quod a ratione imperantur, ſunt propriæ hominibus.

E

AD 2^um^ dicendum, quòd etiam inferiores vires appetitiuæ dicuntur rationales, ſecundum quod participant aliqualiter rationem, vt dicitur in 1. Eth.*

cap. vlt.

AD 3^um^ dicendum, quòd Philoſophus dicit, quòd non laudamur, aut vituperamur ſecundum paſsiones abſolute conſideratas: ſed non remouet, quin poſſint fieri laudabiles, vel vituperabiles ſecūdum quod a ratione ordinantur. vnde ſubdit, Non enim laudatur, aut vituperatur qui timet, aut iraſcitur: ſed qui aliqualiter, ideſt ſecundum rationem, vel præter rationem.

ARTICVLVS. II.

Vtrum omnis paſsio animæ ſit mala moraliter.

¶ *Super Quæſtionis vigeſimæquartæ Articulum ſecundum.*

Infr. qu. 59. art. 2. & 3. Et 2. 2. qu. 123. art. 10. cor. Et ma. q. 12. art. 1. co & 1. Eth. le. 16 & li. 2. le. 3. & 7. phyſ. le. 6.

IN reſponſione ad ſecundum ſecundi articuli, reſtat adhuc dubium: quoniā ſi omnis paſsio eſt cum præternaturali rate aliqua mot^a^ cordis, ergo omnis paſsio nocet naturæ: ac p hoc ex genere ſuo eſt mala moraliter, quādo eſt volūtaria.

* cap. 4. in princ. & li. 14. cap. 9.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter, Primo ex parte corporeæ naturę, q̄ licet omnis paſsio exeat limites naturalis motus, non tamen omnis paſsio nocet, aut habet aliquid præter naturā: quia hoc conſonat naturæ, vt quandoque motus cordis vastrictur. Sed quia hoc videtur eſſe per accidens, propter incidētia: ſcilicet ideo melius dicitur ex parte rationis: quia ſcilicet recta ratio dictat, q̄ propter aliquod bonum corpori etiam nocumentum infertur. Et propterea ſicut abſque malitia moraliter actus exteriores, puta, ambulatio, motus manuū, & corporis in bello, & in variis exercitiis fiunt cum ampliori motu, quàm eſſet naturalis, & cum læſione corporis: ita abſque morali malitia eligī præternaturalis motus cordis per actus appetitus ſenſitiui pro aliquo opportuno exercendo, puta, pro vindicta, pro compaſſione &c.

† li. 2. orth. cap 22.

* li. 4. orth. fidei ca. 22.

† cap. 9. parum a prin. tom. 5.

Respon. Dicendum, q̄ circa hāc quæſtionē diuerſa fuit ſententia, Stoicorū, & Peripateticorū. Nā Stoici dixerūt, oēs paſsiōes eſſe malas: Peripatetici verò dixerūt, paſsiones moderatas eſſe bonas: quę quidem differētia, licet magna videatur ſm̄ vocem, tā ſecundum rem vel nulla eſt, vel parua, ſi qs vtrorūque intentiones cōſideret. Stoici .n. non diſcernebāt inter ſenſum & itellectū, & per cōſequens nec inter intellectiuum appetitū & ſenſitiuū, unde nec diſcernebāt paſsiones aīæ a motibus uoluntatis: ſm̄ hoc qd paſsiones aīæ ſunt in appetitu ſenſitiuo: ſimplices aūt motus uoluntatis ſunt in intellectiuo: ſed omnē rationabilē motū appetitiuæ partis uocabāt uoluntatē, paſsiones aūt dicebāt motū ꝓgrediētem extra limites rōnis. Et ideo eorū ſententiā ſequēs Tullius in. 3. l. de* Tuſculanis q̄ſt. oēs paſsiones uocat aīæ morbos: ex quo argumentat, q̄ qui morboſi ſunt, ſani nō ſunt: & qui ſani nō ſunt, inſipiētes ſunt. unde inſipiētes inſanos dicim^9^. Peripatetici uero oēs motus appetitus ſenſitiui paſsiones uocāt: unde eas bonas æſtimāt, cū ſunt a rōne moderatæ: malas aūt cū ſunt ꝓter moderationē rationis. Ex quo patet, q̄ * Tullius in eodē lib. Peripateticorū ſententiā, qui approbabāt mediocritatē paſsionū, incōueniēter ꝓbat, dicēs, q̄ oē malū ēt mediocre vitādū eſt. nā ſicut corp^9^ ēt mediocriter ægrū, ſanū nō ē: ſic iſta mediocritas morborū, uel paſsionū aię ſana nō ē. Nō. n. paſsiones dār morbi uel ꝓturbationes aię, niſi cū carent mo-

* lib. 4. fol. 3. a principio lib.

* lib. 3. fol. 5. a principio lib. numerando.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deratione rationis. vnde patet responsio ad primum.

Ad 2^m dicendum, ꝙ in omni passione animæ additur aliquid, vel diminuitur a naturali motu cordis, inquantum cor intensius, vel remissius mouetur, secundum systolem, aut diastolem: & secũdum hoc habet passionis rationem: tamen non oportet, ꝙ passio semper declinet ab ordine naturalis rationis.

Ad 3^m dicendum, ꝙ passiones animæ inquantum sunt præter ordinẽ rõnis, inclinãt ad peccatũ: inquãtum aũt sunt ordinatæ a rõne, pertinent ad virtutem.

ARTICVLVS III.

Vtrum passio addat, uel diminuat ad bonitatem, uel malitiam actus.

infr. qõ. 77. ar. 6. Et ueri. q. 26. art. 7. Et mal. q. 3 art. 11.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ passio quæcunque semper diminuat de bonitate act^e moralis. Omne enim quod impedit iudicium rationis, ex quo dependet bonitas actus moralis, diminuit per consequens bonitatem actus moralis: sed omnis passio impedit iudicium rationis. dicit enim Salustius in * Catilinario: Omnes homines qui de rebus dubiis consultãt, ab odio, ira, & amicitia, atque misericordia vacuos esse decet. ergo omnis passio diminuit bonitatem moralis actus.

* in cap. cuius tit. est: Cęsaris oratio in principio.

¶ 2 Præt. Actus hominis quanto est Deo similior, tãto est melior: vnde dicit Apostol. Ephe. 5. Estote imitatores Dei sicut filii charissimi. sed Deus, & sancti Angeli puniũt sine ira, sine miseriæ cõpassione subueniunt, vt Aug. dicit in 9. de * ciu. Dei. ergo est meli^o hmõi opera agere sine passione animę, q̃ cũ passiõe.

cap. 5. circa finem tõ. 5.

¶ 3 Præt. Sicut malum morale attenditur per ordinẽ ad rõnem, ita & bonum morale: sed malum morale diminuitur per passionem. minus enim peccat, qui peccat ex passione, quàm qui peccat ex industria. ergo minus bonum operatur, qui operatur sine passione, quàm qui operatur cum passione.

. 5. parũ ante medium tom. 5.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 9.* de ciu. Dei, ꝙ passio misericordiæ rationi deseruit, quãdo ita præbet^r misericordia, vt iustitia conseruetur, siue cũ indigenti tribuitur, siue cùm ignoscitur pœnitenti: sed nihil, quod deseruit rationi, diminuit bonum morale. ergo passio animæ non diminuit bonum moris.

RESPON. Dicendum, quòd Stoici, sicut ponebãt omnem passionem animæ esse malam: ita ponebant consequenter. Omnẽ passionẽ animæ diminuere act^e bonitatem: omne enim bonum ex permistione mali, vel totaliter tollitur, vel fit minus bonum. Et hoc quidem verum est, si dicamus passiones animæ solũ inordinatos motus sensitiui appetitus, prout sunt perturbationes, seu ęgritudines: sed si passiones simpliciter nominemus omnes mot^s appetitus sensitiui, sic ad perfectionem humani boni pertinet, ꝙ ẽt ipsę passiones sint moderatę per rationem. Cum. n. bonũ hominis consistat in ratione, sicut in radice: tanto istud bonum erit perfectius, quanto ad plura, quę homini cõueniunt, derivari potest. vnde nullus dubitat, quin ad perfectionem moralis boni pertineat, ꝙ actus exteriorum membrorum per rõnis regulam dirigantur. Vnde cùm appetitus sensitiuus possit obedire rationi, vt * supra dictum est, ad perfectionem moralis, siue humani boni pertinet, quòd etiam ipsæ passiones animæ sint regulatæ per rationem. Sicut igitur melius est, ꝙ homo & velit bonum, & faciat exteriori actu: ita etiam ad perfectionem boni moralis pertinet, ꝙ homo ad bonum moueatur, non solum secundum voluntatem, sed etiam secũdum appetitum sensitiuum: secundum illud quod in Psal. 83. dicitur*, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuũ: vt cor accipiamus pro appetitu intellectiuo, carnem autem pro appetitu sensitiuo.

q. 17. art. 7.

* Psal. 83.

Ad primvm ergo dicendum, quòd passiones animæ dupliciter se possunt habere ad iudiciũ rationis. Vno modo antecedenter: & sic cum obnubilent iudicium rationis, ex quo dependet bonitas moralis actus, diminuũt actus bonitatem. Laudabilius enim est, quòd ex iudicio rationis aliquis faciat opus charitatis, quàm ex sola passione misericordię. Alio modo se habent consequenter, & hoc dupliciter. vno modo per modum redundantię, quia scilicet cum superior pars animæ intense mouetur in aliquid, sequitur motum eius etiam pars inferior: & sic passio existens consequenter in appetitu sensitiuo, est signum intensionis voluntatis. & sic indicat bonitatem moralem maiorem. Alio modo, per modum electionis, quando scilicet homo ex iudicio rationis eligit assici aliqua passione, vt promptius operetur cooperante appetitu sensitiuo: & sic passio animæ addit ad bonitatem actionis.

Ad 2^m dicendum, quòd in Deo, & in angelis non est appetitus sensitiuus, neque etiam membra corporea: & ideo bonũ in eis non attenditur fm ordinatiõẽ passionũ, aut corporeorũ actuũ, sicut in nobis.

Ad 3^m dicendum, ꝙ passio tendens in malũ præcedens iudicium rationis, diminuit peccatum: sed consequens aliquo prædictorum modorum, auget ipsum, vel signat augmentum eius.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliqua passio sit bona, uel mala ex sua specie.

¶ *Super Quæstionis vigesimæquartæ Articulũ quartum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ nulla passio animæ secundum speciem suã sit bona, vel mala moraliter. Bonum enim & malum morale attenditur secũdum rationem: sed passiones sunt in appetitu sensitiuo, & ita id quod est secundũ rationem, accidit eis. cum ergo nihil, quod est per accidens, pertineat ad speciem rei, videtur ꝙ nulla passio secundum suã speciẽ sit bona uel mala.

¶ 2 Præt. Actus & passiones habẽt spẽm ex obiecto. si ergo aliqua passio fm aliquam suam speciem esset bona, vel mala, oporteret ꝙ passiones, quarum obiectum est bonum, bonæ essent fm suam speciẽ, vt amor, desiderium, & gaudium: & passiones, quarum obiectum est malũ, essent malæ fm suã spẽm, vt odiũ, timor & tristitia: sed hoc patet esse falsum, non ergo aliqua passio ẽ bona, vel mala ex sua spẽ.

¶ 3 Præt. Nulla species passionum est, quæ nõ inueniatur in aliis animalibus: sed bonum morale nõ inuenitur nisi in homine. ergo nulla passio aię bona est, vel mala ex spẽ.

SED CONTRA, est qđ Aug. dicit 9. de * ciu. Dei, ꝙ misericordia pertinet ad virtutẽ. Philos. etiã dicit in 2. * Eth. ꝙ verecũdia ẽ passio laudabilis. ergo aliquæ passiones sũt bonæ, vel malæ secũdum suam spẽm.

Omisso tertio articulo, in quarto notanda sunt, duo pro Nouit is. Primũ est, quòd sicut nomina exteriorũ actuum sunt distincta, sic ꝙ aliqua significãt actũ exteriorem, vt termin natur ad aliquid dissonum rationi, vt furtum, & adulterium: & aliqua, vt termin tur ad aliquid consonum rationi, vt orare deum, & subuenire pauperi: & aliqua naturaliter, vt ambulare, & loqui: ita cõtingit in passionib^s: quædam enim significant passiones vt rationi consonat, vt misericordia: quędã vt dissonant, vt inuidia: quædam neutraliter, vt tristitia. Et sicut de exterioribus actibus dictum est, quòd sunt secundum se boni, vel mali ex obiecto: ita eodem modo intellige de passionibus. Et quòd distinctum superius est de bonitate ex obiecto, & ex fine: ita applicare memento proposito.

Passiones enim ipsæ ad ipsum morale bonum & malũ se habẽt, sicut exteriores actus. vnde & in litera, & esi secundum propositum in principio corporis articuli, proponitur, ꝙ sicut de actibus, ita de passionibus: & in calce dicitur. Sic. n. pertinẽt ad speciem exterioris actus, scilicet bonum & malum moraliter, sc. ideſt, vt obiecta, ita quòd ly, pertinent, non recipitur passiones, vt subiectum loquutionis, sed bonũ & malũ moraliter, & directe cõplet ꝓportionalem doctrinã de actibus & passionibus.

¶. 18. art. 6. & 7. & qu. 20.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut de actibus * dictum est, ita & de passionibus dicendum videtur, ꝙ scilicet species actus, vel passionis dupliciter considerari potest. Vno modo, fm qđ est in genere naturę, & sic bonum, vel malũ morale nõ pertinent ad spẽm actus vel passionis. Alio modo, fm qđ pertinent ad gen^e moris, prout. s. participãt aliquid de voluntario, & iudicio rationis: & hoc modo bonum & malum morale possunt pertinere ad speciẽ passionis, fm quod accipitur vt obiectũ passionis aliquid de se conueniẽs rõni, vel dissonũ a rõne, sicut patet de verecundia, quę est timor turpis: & de inuidia, q̃ est tristitia de bono alteri^s. sic. n. pertinẽt ad spẽm exterioris actus.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit de passionibus secundũ quod pertinent ad spẽm naturæ: prout scilicet, appetitus, sensitiuus in se considerat ur: fm vero quod appetitus sensitiuus obedit rõni, iam bonũ & malum rõnis, non est ex passionibus eius per accidens, sed per se.

Ad 2^m dicendum, ꝙ passiones, quæ in bonum tendunt, si sit verum bonũ, sunt bonę, & similiter quæ a vero malo recedunt: econuerso vero, passiones quæ sunt per recessum a bono, & per accessum ad malũ, sunt malæ.

Ad 3^m dicendum, quòd in brutis animalibus appetitus sensitiuus non obedit rationi: & tamen inquãtum ducitur quadã æstimatiua naturali, quæ subiicitur rõni superiori, scilicet diuinę, est in eis quædã similitudo moralis boni, quãtũ ad animę passiones.

¶ *Super Quæstionis vigesimæquintæ.*

QVAESTIO XXV.

De ordine passionum adinuicem, in quatuor articulos diuisa.

CIrca titulum quæstionis vigesimæquintę aduerte, quòd præsens quæstio est ordine naturæ, non hoc, vel illo modo, sed simpliciter. Et quoniam in ordine naturalium applicato ad generabilia, inuenitur dupliciter aliquid prius vel posterius, scilicet secundum intentionem, vel secundum executionem. ideo in litera virũque traditur.



BINDE considerandum est de ordine passionum adinuicem.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, de ordine passionũ irascibilis ad passiões cõcupiscibilis.

¶ Secũdo, de ordine passionũ concupiscibilis adinuicem.

¶ Tertio, de ordine passionum irascibilis adinuicem.

¶ Quarto, de quatuor principalibus passionibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum passiones irascibilis sint priores passionibus concupiscibilis, uel econuerso.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ passiones irascibilis sint priores passionibus concupiscibilis. Ordo enim passionũ est secundum ordinẽ obiectorum: sed obiectum irascibilis est bonũ arduum, quod videtur esse supremum inter alia bona. ergo passiones irascibilis uidẽtur pẽsse passionibus concupiscibilis.

¶ 2 Præt. Mouens est prius moto: sed irascibilis comparatur ad concupiscibilem, sicut mouens ad motum ad hoc enim datur animalibus vt tollãtur impedimẽta, quib^s cõcupiscibilis prohibetur frui suo obiecto, vt^s supra dictum est. Remouens autem prohibens habet rationem mouentis, vt dicitur in 8. † Phys. ergo passiones irascibilis sunt priores passionibus concupiscibilis.

¶ 3 Præt. Gaudium & tristitia sunt passiones cõcupiscibilis: sed gaudiũ & tristitia cõsequuntur ad passiones irascibilis. dicit enim Philosophus in * 4. Eth. ꝙ punitio quietat impetum irę, delectationem loco tristitię faciens. ergo passiones cõcupiscibilis sunt posteriores passionibus irascibilis.

SED CONTRA, Passiones cõcupiscibilis respiciunt bonum absolutum: passiones autẽ irascibilis respiciunt bonum contractum, scilicet arduum. cum igitur bonum simpliciter sit prius quàm bonum contractum, videtur ꝙ passiones concupiscibilis ad plura se habẽt, q̃ passiones irascibilis.

RESPON. Dicendum, ꝙ passiones concupiscibilis ad plura se habẽt quã passiones irascibilis. Nam in passionibus concupiscibilis inuenitur aliquid pertinẽs ad motũ, sicut desiderium: & aliquid pertinẽs ad quietem, sicut gaudiũ & tristitia. Sed in passionibus irascibilis non inuenitur aliquid pertinẽs ad quietem, sed solum pertinens ad motũ: cuius ratio est: quia id, in quo iam quiescitur, non habet rationem difficilis seu ardui, quod est obiectum irascibilis: quies autem cum sit finis motus, est prior in intentione, sed posterior in executione. Si ergo comparentur passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis, quæ significant quietem in bono, manifeste passiones irascibilis præcedunt ordine executionis huiusmodi passiones concupiscibilis, sicut spes præcedit gaudium, vnde causat ipsum, fm illud Apostoli Rom. 12. Spe gaudẽtes. Sed passio concupiscibilis importans quietem in malo. s. tristitia, media est iter duas passiones irascibilis, sequitur enim timorẽ:

¶ *Super Quæstionis Vigesimæquintæ Articulũ primum.*

IN respõsione ad primũ primi articuli aduerte, ꝙ alia est distinctio proprii a ꝓprio, et proprii a cõmuni. Cõmune enim nõ distinguitur contra proprium per aliquod positiuum in se, quod non sit in proprio: duo autem disparata distinguuntur abinuicem suis positiuis distinctiuis, quorum alterum vnum, alterum reliquum constituit. Vnde qnia bonũ, & bonum arduum se habent sicut cõmune & propriũ, & non sicut duo propria: ideo in litera dicitur, quod rario in oppositum allata, scilicet bonum arduum, & supremum bonum haberet locum, si bonum quod obiectum est concupiscibilis, aliquid oppositũ diceret, ideſt, si distingueret ur cõtra bonum arduũ, ut quoddam aliud particulare, seu proprium bonum: sic enim diceret ali quid bono arduo oppositum suum, scilicet proprium distinctiuum. Tunc enim haberent se sicut duo partialia bona, quorum superius procul dubio esset naturaliter prius, sicut vniuersaliter apparet in cæteris. Sed quia se habent sicut cõmune & proprium: ideo quamuis bonum arduum sit quid excellentius bono absolute, est tamen posterius: quia illud commune, hoc proprium: illud absolute, hoc contractum: illud enim dicit bonum commune ad bonum in motu, & bonum in quiete, hoc tantummodo bonum in motu, vt in corpore articuli ostenditur. Cum autem audis, obiectum concupiscibilis comparari ad obiectum irascibilis, vt cõe ad proprium, & ad plura se

art. 3. ad 1. Et 3. di. 26. qõ. 2. art. 3. q. 2. cor. Et veri. q. 25. ar. 2. cor. Et mal. q. 4. ar. 2. ad 12.

*q. 23. ar. 1.

†te. 31. tõ. 2

cap. 5. paulo post medium, tõ. 5.

exēdere &c. nō intelligit se habere sicut vniuersale & particulare, vt animal & homo: hoc enim falsum est: sed scito, se habere sicut motus simpliciter, de quo est habitus libri Physicorum: & mot⁹ ad vbi, de quo est habitus libri De cælo & mundo. Bonum enim sensibile simpliciter spectat ad concupiscibilem: bonum autem sensibile determinatum ad arduitatem, spectat ad irascibilem: & sic oia consonant, scilicet & distinctio obiectorum ac potentiarum, & habitudo communis ad propriam, & maior ambitus illius quā huius, vt patet in simili adducto.

¶ *Super Quæstionis vigesimæquintæ Articulum secundum.*

IN secundo articulo aduerte quàm incongrue passionū notitiam tradiderit Scotus, dicēs in primo, distinct. 1. quæst. 4. quòd appetitus sēsitiui proprie nō est amare. Cū. n. amor sit prima passio appetitus sensitiui, si amare non conueniret proprie appetitui sensitiuo: ergo nec delectari, nec timere proprie conueniet: a primo enim reliqua pendent, & amorem ipsum reliquæ passiones includunt. Nam delectamur amato, timem⁹ malum amati, desperamus ab amato, vlciscimur conturbans amatum: vnde si amatum est impropriè, reliquę erūt passiones improprie, sicut in rebus naturalibus. Et tunc vltra, si passiōes sunt ꝓpriè in appetitu sensitiuo, & secundum veritatem sunt minus proprie in appetitu intellectiuo, nullibi erunt proprie.

¶ In corpore secundi articul. eiusdem quæstionis Nouitiorum dubium occurrit, quomodo vulgatum est inter philosophos, quòd omnis appetitus est bonī, & quòd nullus ope

1. q. 20. art. 1. cor. Et 3. di. 27. q. 1. art. 3. Et 4. contra Gēti. ca. 19. Et veri. qu. 26. art. 4. co. Et Gal. 5. le. 6. & 1. metaph. le. 5. fin.

*text. 49.

Cum enim occurrerit malū quod timebat, causat tristitia. Precedit aūt motū iræ: quia cum ex tristitia præcedēte aliquid insurgit in vindictā, hoc ptinet ad motum iræ: & qa repēderevicē malis, apprehēdit vt bonū, cū iratus hóc consecutus fuerit, gaudet. Et sic manifestum est, ꝙ oīs passio irascibilis termina tur ad passionē concupiscibilis ptinentem ad quietem. s. vel ad gaudiū, vel ad tristitiā. Sed si cōparent passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis, quæ importāt motum: sic manifeste passiones concupiscibilis sunt priores, eo quòd passiones irascibilis addunt supra passiones concupiscibilis: sicut & obiectū irascibilis addit supra obiectū concupiscibilis arduitatē, siue difficultatē. Spes. n. supra desideriū addit quendā conatū, & quā dā elcuationē animi ad consequēdum bonum arduum: & similiter timor addit supra fugam, seu abominationem, quandam depressionem animi propter difficultatem mali. Sic ergo passiones irascibilis medię sūt inter passiones cōcupiscibilis, quę importāt motū in bonū, vel ī malū: & iter passiones cōcupiscibilis, quæ importāt quietē ī bono, vel ī malo. Et sic patet, ꝙ passiones irascibilis & pricipiū habēt a passionib⁹ cōcupiscibilis, & ī passionib⁹ cōcupiscibilis terminant.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illa rō procederet, si de rōne obiecti cōcupiscibilis esset aliqd oppositū arduo, sicut de rōne obiecti irascibilis est, ꝙ sit arduū: sed quia obiectū cōcupiscibilis est bonū absolute, prius naturaliter est q̄ obiectū irascibilis, sicut cōe, proprio.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ remouēs prohibens nō est mouens per se, sed per accidens. Nunc autem loquimur de ordine passionū per se. Et ꝓterea irascibilis remouet prohibens quietē cōcupiscibilis i suo obiecto: vnde ex hoc ñ sequit, nisi ꝙ passiones irascibilis ꝓcedūt passiones cōcupiscibilis ad quietē ptinētes, de qbus ēt tertia rō ꝓcedit.

ARTICVLVS II.

Vtrum amor sit prima passionū cōcupiscibilis.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur ꝙ amor nō sit prima passionū concupiscibilis. Vis enim cōcupiscibilis a cōcupiscētia denominatur, quę est eadē passio cū desiderio: sed denominatio fit a potiori, vt dicitur in 2. * de aīa. ergo cōcupiscētia ē potior amore.

¶ 2 Præt. Amor vnionē quandā importat: est. n. vis vnitiua & cōcreti ua, ut Dio. dicit ī 4. c. de ꝺi. no: ſ3 cōcupiscētia, vl' desideriū ē mot⁹ ad vnionē rei cōcupitę vel desideratę. ergo cōcupiscētia est prior amore.

¶ 3 Præt. Causa est prior effectu, sed delectatio ē q̄nque causa amoris: quidā. n. ꝓpter delectationē amāt, ut dī in 8.* Eth. ergo delectatio est prior amore. nō ergo prima inter passiones cōcupiscibilis ē amor.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit ī 14.† de ciuit. Dei, ꝙ oēs passiones ex amore causantur. Amor enim inhians habere quod amatur, cupiditas est: id autem habēs, eoque frues, lætitia est. amor ergo est prima passionū cōcupiscibilis.

RESPON. Dicendum, ꝙ obiecta concupiscibilis sunt bonū, & malum. Naturaliter autē est prius bonum malo, eo ꝙ malum est priuatio boni: vnde & omnes passiōes, quarū obiectū est bonū, naturaliter sunt priores passionib⁹, quarū obiectum est malū, vnaquęq; scilicet, sua passione opposita. Quia. n. bonū quæritur, ideo refutatur oppositū malū: bonū aūt habet rōnē finis, q quidē est prior ī intētione, sed est posterior in executione. Pōt ergo ordo passionū cōcupiscibilis attendi vel ſm intentionē, vel ſm consecutionē. Scdm quidē consecutionē illud ē pri⁹, qd primo fit i eo, qd tēdit ad finē. Manifestū ē autē, ꝙ omne qd tēdit ad finē aliquē, primo quidē habet aptitudinē, seu proportionem ad finē: nihil. n. tendit in finē non ꝓportionatū: scdo mouet ad finem: tertio quiescit in fine post eius cōsecutionē. Ipsa aūt aptitudo, siue ꝓportio appetit⁹ ad bonū est amor, qui nihil aliud ē, q̄ cōplacentia boni. Motus aūt ad bonum, est desideriū vel concupiscētia: quies aūt bono, est gaudium vel delectatio: & ideo ſm hunc ordinē amor præcedit desiderū, & desideriū præcedit delectationē: sed ſm ordinē intentionis, est ecōuerso: nā delectatio ītēta causat desideriū & amorē. Delectatio. n. est fruitio, quę quodāmodo ē finis, sicut & ipm bonū, vt' supra dictū ē.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ hoc modo nominat aliquid, scdm qd nobis innotescit. Voces. n. sunt signa intellectuum ſm * Philosophum. Nos aūt vt plurimū p effectū cognoscim⁹ causā: effectus autem amoris, q̄ quidē habetur ipsum amatum est delectatio: q̄ vero non habetur, est desideriū vel concupiscentia. vt autē Aug. dicit

ratur, aspiciens ad malum. Et nunc in litera dicitur, quòd obiecta concupiscibilia sunt bonum & malum.

¶ Ad hoc breuiter pa. dicitur, quòd quia malum non est obiectum appetitus vt prosequendum, sed vt fugiendum, & ea dem ratione qua bonum appetitur, malum refutatur: ideo vtrunque verificatur, scilicet & quòd vtrunque est obiectum diuersimodè, & quòd bonum cōmuniter assignatur, & diuulgatur: quia bonum per se, malum vero per accidens, ideſt, per aliud scilicet bonum, est obiectum. Veruntamen esto cautus in re hac. Dupliciter enim inuenitur accidentalitas in aliquo, scilicet, referendo ꝙ sentiam ad obiectū, & referendo actum ad obiectum. Si consideretur nanque potentia in ordine ad suum per se proprium obiectum, sic bonū est per se obiectum omnis appetitus, malum vero per accidēs. Et hoc est quod resonat cōmuniter in ore philosophorum: & ratio assignatur in artic. sequenti, in responsione ad tertium. Si vero consideretur aliquis ipse actus appetitus in ordine ad suū proprium obiectū, scilicet & respectu boni, & respectu mali inueniuntur per se, & per accidēs. Actus enim tendens per se in bonum, est per modū protequentis: & tendens per se in malū, est per modum recedentis. bonum enim est, quod omnia appetunt: malum vero, quod omnia fugiūt. Vnde docet in hoc tractatu author ꝙ desperatio est actus appetit⁹ per accidēs respectu boni: quia recedit a bono: & audacia est actus per accidens respectu mali, quia accedit ad malum. Timor vero est actus per se respectu mali, quia fugit ipsū. Inter species ergo actus differētia ē, ꝙ alii per se, alii per accidens respectu boni, vel mali sunt: potentia autem ipsa per se, solum bonum respicit. Et nō est hic sermo de, ly, ꝙ accidēs, vt distinguitur contra per se, sicut dicimus, quòd album ædificat nō per se, sed per accidens: sed vt distinguitur contra per aliud, qd stat esse per se secundo, vt patet.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundi articuli, dubiū occurrit circa illa verba, Inter omnes passiones concupiscibilis, magis est sensibilis concupiscētia. Falsum enim hoc videt, experientia teste: nā tristitia manifeste magis sentitur, vt patet in cruciatibus corporis: & delectationes actum consequētes, vehementissime sentiuntur. Constat autem has esse passiones concupiscibilis. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ passiones esse magis sensibiles contingit dupliciter. Primo, vt se tenent ex parte animæ: Secundo, vt se tenēt ex parte corporis. Et quòd licet secundo modo concupiscētia nō sit magis sensibilis, sed dolor, & forte delectatio: primo tamē modo concupiscentia inter passiones concupiscibilis est maxime sensibilis: absque corporali nanque cōiunctione experimur concupiscere magis sensibiliter, q̄ amare, odisse &c. Et quia quòd se tenet ex parte animæ, est formale in passionib⁹: ideo de passionibus istis, formaliter loquēdo, dictum est, quod concupiscentia est magis sensibilis.

¶ *Super Quæstionis vicesimaquinta Articulum tertium.*

IN artic. tertio eiusdem quæstionis in responsione ad secundum, dubium occurrit ad hominē: quia ipse author superius in quæstio. 23. art. 2. expresse vult, ꝙ arduum habet rationem, vt in ipsum tēdit, & sic audacia tendit in ipsum: hic vero docet oppositū,

p. 12. dio t. 3.

D. 105

Sent. q. 23. art. 4. cor.

in 10. de * Trinit. Amor magis sentitur, cū eū prodit indigentia. Vnde inter omnes passiones concupiscibilis, magis est sensibilis concupiscentia: & propter hoc ab ea denominatur potentia.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ duplex ē vnio amati ad amantem, Vna quidem realis ſm cōiunctionem ad rē ipsam, & talis vnio ptinet ad gaudium, uel delectionem, quæ sequitur desiderium. Alia autem est vnio affectiua, ſm. ſ. quod aliquid habet aptitudinem, uel proportionem, prout scilicet ex hoc, ꝙ aliquid habet aptitudinem ad alterū, & inclinationem, iam participat aliquid eius: & sic amor * vnionē importat, quæ quidem vnio præcedit motum desiderij.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ delectatio causat amorem, secundū quod est prior in intentione.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes sit prima inter passiones irascibilis.

AD TERTIVM sic procedit. Vī ꝙ spes nō sit prima inter passiones irascibilis. Vis. n. irascibilis ab ira denominatur: cum ergo denominatio fiat a potiori, vī ꝙ ira sit potior & prior q̄ spes.

¶ 2 Præt. Arduum, est obiectū irascibilis: sed magis videtur esse arduum, quod aliquis conetur superare malum contrarium, qāod imminet vt futurum, quod pertinet ad audaciam: vel quod iniacet iā vt præsens, quod pertinet ad irā, quàm quòd conetur acquirere simpliciter aliquod bonum: & similiter magis videtur esse arduū, quod conetur vincere malum præsens, quàm malum futurum. ergo ira videt esse potior passio, quàm audacia: & audacia, quàm spes: & sic spes non videtur esse potior.

¶ 3 Præt. Prius occurrit in motu ad finem, recessus a termino, q̄ accessus ad terminū: sed timor & desperatio importāt recessum ab aliquo, audacia aūt & spes importāt accessum ad aliquid. ergo timor & desperatio ꝓcedunt spē & audaciā.

SED CONTRA, Quāto aliquid est propinquius primo, tanto est prius: sed spes est propinquior amori, qui est prima passionum. ergo spes est prior inter omnes passiones irascibilis.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut iā * dictum est, Omnes passiones irascibilis important motum in aliquid: motus autem ad aliquid in irascibili potest causari ex duob⁹,

A vno modo ex sola aptitudine, seu proportione ad finem, quæ pertinet ad amorem, vel odium. Alio modo ex presentia ipsius boni, vel mali, quæ pertinet ad tristitiā, vel gaudium: & quidem ex præsentia boni nō causatur aliqua passio in irascibili, vt * dictū est, sed ex præsētia mali causatur passio irę. Quia igitur in via generationis, seu consecutionis, proportio vel aptitudo ad finem, precedit consecutionem finis: inde est, quòd ira inter omnes passiões irascibilis, est vltima ordine generationis: inter alias autem passiones irascibilis, quæ important motū consequentem amorem, vel odiū boni, vel mali, oportet ꝙ passiones, quarum obiectū est bonum, scilicet spes & desperatio, sint naturaliter priores passionibus, quarum obiectum est malum, scilicet audacia & timor: ita tamen ꝙ spes est prior desperatione: quia spes est motus in bonum secundum rationem boni, quod B de sua ratione est attractiuū: & ideo est motus in bonum per se: desperatio autē est recessus a bono, qui non competit bono secundū quod est bonum, sed secundū aliquid aliud, vnde est quasi per accidens. & eadem ratione timor, cū sit recessus a malo, est prior quàm audacia. Quòd autē spes & desperatio sint naturaliter priores, q̄ timor & audacia, ex hoc manifestum est, quòd sicut appetitus boni est ratio quare vitetur malum: C ita etiam spes & desperano, sunt ratio timoris & audaciæ. Nam audacia consequitur spem victoriæ, & timor conseq uitur desperationem vincendi: ira autem consequitur audaciam. Nullus enim irascitur vindictam appetens, nisi audeat vindicare, secundū quod Auicen. dicit in 6. de naturalibus. Sic ergo pater, ꝙ spes est prima inter omnes passiones irascibilis. Et si ordine omnium passionum secundum viam generationis, scire velimus, primo occurrunt amor & odiū: D. 256 fo, desideriū & fuga: tertio spes, & * desperatio: q̄rto D. 258 timor & audacia: quinto * ira: sexto & vltimo gaudiū & tristitia, quæ consequuntur ad oēs passiones, vt dī in 2.* Ethicor. ita tamen, ꝙ amor prior odio, & desiderium fuga, & spes desperatione, & timor audacia, & E gaudium quàm tristitia, vt ex * prędictis colligi pōt. * ex isto ar. & ex 2. ar. huius quæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ga ira causatur ex aliis passionib⁹, sicut effectus a causis precedētib⁹: ideo ab ea tanquā a manifestiori denominat potentia.

AD 2ᵐ dicēdū, ꝙ arduū nō est rō accedēdi, vel appetē di, sed poti⁹ bonū: & ideo spes, q̄ directi⁹ respicit bonū, ē prior: q̄uis audacia aliqñ sit i magis arduū, vel ēt ira.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ appetitus primo & per se mouetur in bonum, sicut in proprium obiectū, & ex hoc causatur ꝙ recedat a malo: Proportionatur. n. mot⁹ appetitiuæ partis, non quidē motui naturali, sed intētioni naturę, quę per prius intendit finē, q̄ remotionem contrarii, quæ nō quæritur nisi pp adeptionem finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis vigesimæquinæ Articulum quartum.

In articulo quarto eiusdem quæs. vt resolute scias, & præferas primatū illarum quatuor passionum, colligito, quòd passiones primariæ exigunt duas conditiones. Prima est, ꝙ sint per se, id est, nihil per accidēs habentes admistum tā in se, quàm i suis causis. Secunda est, ꝙ sint vltimę in singulis generibus. Sūt autem, si bene distinguitur, quatuor genera passionum, scilicet mot⁹ in bonū, motus a malo, qes in bono, & inquietudo in malo. Vltima in primo genere, est spes: in secundo, timor: in tertio, delectatio: in quarto, tristitia. & omnes sūt p se, tā in se, quàm in suis causis. Et sic cessant omnes obiectiones, specialiter ā ira, quæ est vlterior motus in bonū, quā spes: ē enim post spē quia tamen consurgit & per accidens, scilicet ex audacia, vt in litera dicitur: iō primatu priuat.

Inf. qu. 84. art. 4. ad 2. Et qō. 123. art. 11. ad 1. & qō. 141. art. 7. ad 3. & veri. qu. 26. art. 5. *cap. 3. 7. 8. & 9. tom. 5.

Metr. vlt. in fin.

ARTICVLVS IIII.

Vtrū istæ sint quatuor principales passiones, gaudium, tristitia, spes, & timor.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ non sint istę quatuor principales passiones, gaudiū & tristitia, spes & timor. Augustin. in 14. de * ciuit. Dei, non ponit spē, sed cupiditatē loco eius. ¶ 2 Præt. In passionibus animæ est duplex ordo, scilicet intentionis, & cōsecutionis seu generationis. Aut ergo principales passiōes accipiuntur secundum ordinem intentionis, & sic tantum gaudiū & tristitia, quę sunt finales, erunt principales passiones: aut secundum ordinem consecutionis, seu generationis: & sic erit amor principalis passio. nullo ergo modo debēt dici quatuor passiones istæ principales, gaudium &, tristitia, spes & timor.

¶ 3 Præt. Sicut audacia causatur ex spe, ita timor ex desperatione: aut ergo spes & desperatio debent poni principales passiones tanquàm causæ, aut spes & audacia tanquā sibiipsis affines.

SED CONTRA est illud, quod Boet. in lib. de consol. enumerās quatuor principales passiones, dicit, Gaudia pelle, pelle timorē: spemque fugato, nec dolor adsit.

RESPON. Dicendum, ꝙ hę quatuor passiones communiter principales esse dicuntur, quarum duæ, scilicet gaudium & tristitia, principales dicuntur: quia sunt completiuę & finales simpliciter respectu omnium passionū, vnde ad omnes passiones consequuntur, vt dicitur in 2.* Ethi. Timor autem & spes sunt principales, non quidem quasi cōpletiuę simpliciter, sed quia sunt completiuę in genere motus appetitiui ad aliquid. Nam respectu boni incipit motus in amore, & procedit in desiderium, & terminatur in spe: respectu vero mali incipit in odio, & procedit ad fugā, & terminatur in timore. Et ideo solet harum quatuor passionum numerus accipi secundum differētiam presentis, & futuri: motus enim respicit futurum, sed quies est in aliquo presenti. De bono igitur presenti est gaudium, de malo presenti est tristitia, de bono futuro est spes, de malo futuro est timor: omnes autem alię passiones, quæ sunt de bono vel de malo, presenti vel futuro, ad has completiue reducuntur. Vnde etiam a quibusdam dicuntur principales hę prędictæ quatuor passiones, quia sunt generales: quod quidem verum est, si spes & timor designant motum appetitus communiter tendentem in aliquid appetendum, vel fugiendum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Augustin. ponit desiderium, vel cupiditatem loco spei, inquātum ad idē pertinere videntur, idest, ad bonum futurum.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ passiones istæ dicuntur principales secundum ordinem intentionis, & complemēti. Et quāmuis timor & spes non sint vltimæ passiones simpliciter, tamen sunt vltimæ in genere passionum tendentium in aliud, quasi in futurum: nec potest esse instantia, nisi de ira, quę tamen non potest poni principalis passio, quia est quidam effectus audaciæ, quæ non pōt esse passio principalis, vt * infra dr. 9.q. 46. ad 3.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ desperatio importat recessū a bono, quod est quasi per accidens: & audacia importat accessum ad malum, quod etiam est per accidēs: ideo hæ passiones non possunt esse principales, quia qd est p accidēs, non pōt dici principale: & sic ēt nec ita pōt dici passio pricipalis, quæ cōsequitur audaciā.

QVAESTIO XXVI.

De passionibus animæ in speciali, & primo de amore, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de passionibus animæ in speciali. Et primo, de passionibus concupiscibilis. Secundo, de passionibus irascibilis.

¶Prima consideratio erit tripartita. Nam primo considerabimus de amore, & odio. Secundo, de cōcupiscētia, & fuga. Tertio, de delectatione, & tristitia.

¶Circa amorem considerāda sunt tria.

¶Primo, de ipso amore. Secundo, de causa amoris. Tertio, de effectibus eius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum amor sit in concupiscibili.

¶Secūdo, Vtrum amor sit passio.

¶Tertio, Vtrum amor sit idem quod dilectio.

¶Quarto, Vtrum amor conuenienter diuidatur in amorem amicitiæ, & in amorem concupiscentiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum amor sit in concupiscibili.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ amor non sit in concupiscibili. Dicitur enim Sap. 8. Hanc, scilicet sapientiam, amaui, & exquisiui a iuuentute mea: sed concupiscibilis, cùm sit pars appetitus sensitiui, non potest tendere in sapientiā, quæ nō comprehēditur sensu. ergo amor non est in cōcupiscibili. ¶ 2 Præt. Amor uidetur esse idem cuilibet passioni. Dicit enim Aug. in 14. * De ciuit. Dei, Amor inhiās habere quod amatur, cupiditas est: id autem habens, eoque fruens, lætitia: & fugiens quod ei aduersatur, timor est: idque si acciderit sentiens, tristitia est: sed non omnis passio est in concupiscibili, sed timor etiā hic enumeratus est in irascibili. ergo non est simpliciter dicendum, ꝙ amor sit in concupiscibili.

¶ 3 Præt. Dion. in cap. † de diui. no. ponit quendam amorem naturalem: sed amor naturalis magis videtur pertinere ad vires naturales, quæ sunt animę vegetabilis. ergo amor nō simpliciter est in cōcupiscibili.

SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 2.* Topicorum, ꝙ amor est in concupiscibili.

RESPON. Dicendum, ꝙ amor est aliquid ad appetitum pertinens, cum vtriusque obiectum sit bonū: vnde secundum differentiam appetitus, est differentia amoris. Est enim quidam appetitus nō consequēs apprehensionem ipsius appetentis, sed alterius. & huiusmodi dicit appetitus naturalis. Res enim naturales appetunt quod eis conuenit secundum suam naturam, non per apprehensionem propriam, sed per apprehensionem instituentis naturam, ut in 1. li.* dictum est. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem

hensionem ipsius appetētis, sed ex necessitate, nō ex iudicio libero: & talis est appetitus sensitiuus in brutis, qui tamen in hominibus aliquid libertatis participat, inquantum obedit rationi. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem appetentis secūdum liberum iudicium, & talis est appetitus rationalis, siue intellectiuus, qui dicitur volūtas. In vnoquoque autem horum appetituum amor dicitur illud, qd est principium motus tendentis in finem amatum: in appetitu autem naturali principium huiusmodi motus est connaturalitas * apperentis ad id, in quod tendit, quæ dici potest amor naturalis: sicut ipsa connaturalitas corporis grauis ad locum medium est pgratitatem, & pōt dici amor naturalis. Et similiter aptatio appetitus sensitiui, uel voluntatis ad aliqd bonū, idest, ipsa complacentia boni, dicitur amor sensitiu⁹, vel intellectiuus seu rationalis. Amor igitur sensitiuus est in * appetitu sensitiuo, sicut amor intellectiuus in intellectiuo appetitu, & pertinet ad concupiscibilem: quia dicitur per respectū ad bonum absolute, nō p respectū ad arduū, qd est obiectum irascibilis.

D. 102.

D. 979.

Super. 1. pa. ante me dium.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ auctoritas illa loquitur de amore intellectiuo, vel rationali.

AD 2ᵐ dicendum, quòd amor dicitur esse timor, gaudium, cupiditas, & tristitia, non quidem essentialiter, sed causaliter.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ amor naturalis non solum est in viribus animæ vegetatiuæ, sed in omnibus potentiis animæ, & etiam in omnibus partibus corporis, & vniuersaliter in omnibus rebus: quia, ut Dionys. dicit 4. cap. * De diui. nom. Omnibus est pulchrū, & bonum amabile, cum vnaquæque res habeat connaturalitatē ad id, qd est sibi cōueniens sm̄sūā naturā.

ARTICVLVS II.

Vtrum amor sit passio.

Infr. art. 3. ad 3. & 4. q. 28. art. 6. ad 1. * c. 4. inpar. 2. declinando ad finē, & ēs par. 2 † lit. 8. de trin. ca. 10. habet cō. 3. * cap. 22.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd amor non sit passio. Nulla enim virtus, passio est: sed omnis amor est virtus quędam, ut dicit Dio. 4. cap. * de diui. no. ergo amor non est passio.

¶ 2 Præt. Amor est unio quędam, vel nexus, secundum Aug. in lib. de † Trin. sed vnio, vel nexus non est passio, sed magis relatio. ergo amor non est passio.

¶ 3 Præter. * Damascen. dicit in lib. 2. quòd passio est motus quidam: amor autem non importat motum appetitus, qui est desiderium, sed principium huiusmodi motus. ergo amor non est passio.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 8. * Ethic. quòd amor est passio.

RESPON. Dicendum, quòd passio est effectus agentis in patiente: agens autem naturale duplicem effectum inducit in patiens. Nam primo quidem dat formam, secundo dat motum consequentem formam: sicut generans dat corpori grauitatem, & motum consequentem ipsam. Et ipsa grauitas, quæ est principium motus ad locum connaturalem, propter grauitatem potest quodammodo dici amor naturalis: sic etiam ipsum appetibile dat appetitui primo quidem quandam coaptationem ad ipsum, quæ est quædam complacentia appetibilis, ex qua sequitur motus ad appetibile. Nā appetitiuus motus circulo agitur, vt dicitur in 3. de * anima. Appetibile enim mouet appetitum, faciens quodammodo in eo eius intentionem: & appetitus tendit in appetibile realiter consequendum, vt sit ibi finis motus, vbi fuit principium. Prima ergo immutatio appetitus ab appetibili, vocatur amor, qui nihil est aliud quàm complacentia appetibilis: & ex hac complacentia sequitur motus in appetibile, qui est desiderium, & vltimo quies, quæ est gaudium. Sic ergo cum amor consistat in quadam immutatione appetitus ab appetibili, manifestū est, ꝙ amor est passio, proprie quidem secundum quod est in concupiscibili, communiter autem & extenso nomine, secundum quod est in voluntate.

Infr. art. 3. ad 3. & 4. q. 28. art. 6. ad 1. * c. 4. inpar. 2. declinando ad finē, & ēs par. 2 † lit. 8. de trin. ca. 10. habet cō. 3. * cap. 22.

Ter. 55. tō. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quia virtus significat principium motus, vel actionis: ideo amor inquantum est principium appetitiui motus, a * Dion. vocatur virtus.

c. 4. par. 4. de diui. no. in pricipio. D. 105.

AD 2ᵐ dicendum, quòd † vnio pertinet ad amorē, inquantum per complacentiam appetitus amans se habet ad id, quod amat, ficut ad seipsum, vel ad aliquid sui. & sic patet, quòd amor non est ipsa relatio vnionis, sed vnio est consequens amorem. vnde & * Dion. dicit ꝙ amor est virtus vnitiua. Et Philosophus dicit in 2. * Politicæ, quòd vnio est opus amoris.

* Cap. 4. de diu. no. in par. 2. & in par. 1. declinando ad finem. † lib. 2. polit. cap. 2 a med. tō. 5.

AD 3ᵐ dicendum, quòd amor etsi non nominet motum appetitus tendentem in appetibile, nominat tamen motum appetitus, quo immutatur ab appetibili, vt ei appetibile complaceat.

ARTICVLVS III.

Vtrum amor sit idem quod dilectio.

AD TERTIVM sic proceditur. Videt⁹ quòd amor sit idem quod dilectio. Dion. enim 4. cap. de * diui. nom. dicit, quòd hoc modo se habent amor & dilectio, sicut quatuor & bis duo, rectilineum & rectas habens lineas: sed ista significāt idem. ergo amor & dilectio significant idem.

1. di. 10. † ex po. lit. & 3. di. 27. qu. 2. art. 1. & di. 4. lec. 9. co. 1. & 5. & psal. 17. & Ioan. 21. lect. 3. * c. 4. in 1. par. aliquātulum post mediū illi⁹.

¶ 2 Præt. Appetitiui motus secūdū obiecta differūt: sed idē est obiectū dilectionis, & amoris. ergo sūt idē.

¶ 3 Præt. Si dilectio et amor in aliquo differunt, maxime in hoc differre videntur, quòd dilectio sit in bono accipienda, amor autem in malo, vt quidam dixerunt, secundum quod Augustin. narrat in 14. de † ciuit. Dei. sed hoc modo non differunt, quia, vt ibidem * Augustin. dicit, in sacris scripturis vtrunque accipitur in bono, & in malo. ergo amor & dilectio non differunt, sicut ipse Augustin. ibidem concludit, quòd nō est aliud amorem dicere, et aliud dilectionem dicere.

† cap. 7. ante mediū. * lib. 14. de ciuit. dei, c. 7. tom. 5.

SED CONTRA est, quòd Dio. dicit 4. ca. de * diui. no. quòd quibusdam sanctorum visum est diuinius esse nomen amoris, quàm nomen dilectionis.

In 1. par. circa mediū et fin.

RESPON. Dicendum, quòd quatuor nomina innuiuntur ad idem quodammodo pertinentia, scilicet amor, dilectio, charitas, et amicitia. Differunt tamen in hoc, quòd amicitia secundum Philosophum in 8. * Ethi. est quasi habitus: amor autem et dilectio significantur per modum actus, vel passionis: charitas autem vtroque modo accipi potest, differenter tamen significatur actus per ista tria: nam amor cōmunius inter ea est. omnis enim amor dilectio ē, vel charitas, sed non econuerso: addit enim dilectio supra amorē, electionem præcedentem, vt ipsum nomen sonat. vnde dilectio non est in concupiscibili, sed in voluntate tantum, et est in sola rationali natura: charitas autē addit supra amorem perfectionem quādam amoris, inquantum id quod amatur, magni pretij æstimatur, vt ipsum nomen designat.

ca. 5. parum a medio. tō. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dion. loquitur de amore, et dilectione secūdum quod sunt in appetitu intellectiuo: sic.n. amor idē est quod dilectio,

AD

AD 3^m^ dicendum, ꝙ obiectum amoris est commu F
nius quàm obiectum dilectionis, quia ad plura se ex-
in corp.art. tendit amor quàm dilectio, sicut * dictum est.

in corp.art. AD 3^m^ dicendum, ꝙ non differunt amor & dile-
ctio secundum differentiam boni & mali, sed sicut *
cap. 7.& 9. lib.14.de ci uit.dei to.5 dictum est, in parte tamen intellectiua: idem est amor & dilectio: & sic loquitur ibi * Augustinus de amore: vnde parum post subdit, quòd recta volùtas est amor bonus: & ꝙ peruersa voluntas est malus amor: quia timen amor, qui est passio concupiscibilis, plurimos inclinat ad malum, inde habuerunt occasionem, qui prædictam differentiam assignauerunt.

AD 4^m^ dicendum, ꝙ ideo aliqui posuerunt etiam in ipsa voluntate nomen amoris, esse diuinius nomi- G
ne dilectionis: quia amor importat quandam passio
nem, præcipue secundum quod est in appetitu sensi-
tiuo, dilectio autem præsupponit iudicium rationis:
magis autem in Deum homo potest tendere per amo
rem passine quodammodo ab ipso Deo attractus, q̄
ad hoc cum propria ratio possit ducere, quod perti-
In corp.art. net ad rationem dilectionis, vt * dictum est: & propter hoc, diuinius est amor quàm dilectio.

¶ *Super Quæstionis vigesimæsextæ Articulū quærum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum amor conuenienter diuidatur in H *amorem amicitiæ, & amorem concupiscentiæ.*

1.q 60. art. 3.cor. & ar. 4. ad 3. Et mal.q.1.ar. 5.cor. Et ue ris.q.4.ar.3. Et Dio.4.l. 9.& 10. & 10.15.le.4. *ca.5.a me dio 10.5.

IN quæst. vig ma sexta, omissis pri-
mis tribus articulis, in quarto hoc solū aduerte, quòd diuisio amoris in amo-
rem amicitiæ & con cupiscentiæ non est tam diuisio amoris, quàm amatorū: seu, & in idem redit, nō est diuisio amoris se cundum se, sed secū dū diuersimode ama ta. Cum enim omne concupitū alicui cō cupiscatur, nullus amor concupiscen tiæ est sine amore amicitiæ illius cui cōcupiscitur. Et rur sus, cū omni amico aliquod bonum veli mus, nullus amor amicitiæ è sine amo re cōcupiscentiæ bo ni concupiti amato. Non ergo distingui tur amor in amorē amicitiæ & concupi scentiæ, tanquam in diuersos amores, sed tāquam in diuersos modos amādi. Vnus enim & idem amor est amicitiæ respectu amici, & concupiscē tiæ respectu boni il li voliti. Et si quan doque inuenias di uersos esse amores, sane interpretare, & denominari amorē quandoque a concu piscentia, quādoque ab amicitia scito, p- pter obiectū de quo e sermo, vt patet cū ost sermo de amore

†8.Eth. ca. 3.tom. 5.

cap.2. parū ante mediū tom. 1. *ca.11.a me dio illius tom. 5.

c.4.in prin cip.tom.6.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ amor inconue-
nienter diuidatur in amorem amici-
tię & concupiscētiæ. Amor enim est passio, amicitia vero est habit^s^, vt dicit Philosophus in 8. Ethico-
rum: sed habitus non potest esse pars diuisiua passionis. ergo amor nō cōuenienter diuiditur p amorē cōcupiscentiæ, & amorē amicitiæ. I
¶ 2 Præter. Nihil diuiditur per id, quod ei connumeratur. Non enim homo connumeratur animali: sed concupiscentia cōnumeratur amo ti, sicut alia passio ab amore. ergo amor non potest diuidi per concupiscentiam.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophū in 8. † Eth. triplex est amicitia, vti lis, delectabilis, & honesta: sed amicitia vtilis & delectabilis habet concupiscentiā. ergo concupiscen tia nō debet diuidi cōtra amicitiā. K

SED CONTRA, Quędam di cimur amare, qa ea concupiscim^s^: sicut dicitur aliquis amare vinum propter dulce, quod in eo concu piscit, vt dicitur in 2. * Topic: sed ad vinum, & ad huiusmodi nō ha bemus amicitiam, vt dicitur in 8. *Ethic. ergo alius est amor concu piscētiæ, et alius est amor amicitię.

RESPON. Dicēdum, quòd sicut Philosophus dicit in 2. * Rhetor. Amare est velle alicui bonū. Sic er go motus amoris in duo tendit. s. in bonum quod quis vult alicui, vel sibi, vel alii, & i illud, cui vult bonum. Ad illud ergo bonū quod quis vult alteri, habetur amor cō cupiscentiæ: ad illud autem, cui aliquis vult bonū, habetur amor amicitiæ: hæc autem diuisio est se cundum prius & posterius. Nam id quod amatur amore amicitiæ, simpliciter & per se amatur: quod autem amatur amore concupiscē tiæ, non simpliciter & secundum se amatur, sed amatur alteri. Sicut enim ens p se simpliciter est, quod habet esse: ens aūt G
secundum quid, quod est in alio: ita & bonū, quod conuertitur cum ente, simpliciter quidem est quod ipsam habet bonitatem. Quod autem est bonum alte rius, est bonum secundum quid: & per consequens amor, quo amatur aliquid vt ei sit bonum, est amor simpliciter: amor autem, quo amatur aliquid vt sit bonum alterius, est amor secundum quid.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ amor nō diuiditur per amicitiam, & concupiscentiam: sed per amorem amicitiæ & concupiscentię. Nam ille proprie dicitur amicus, cui aliquod bonum volumus: illud autem dicimur concupiscere, quod volumus nobis. & per H
hoc patet solutio ad secundum.

AD 3^m^ dicendum, quòd in amicitia, utilis & dele ctabilis, vult quidem aliquis aliquod bonum amico, & quantum ad hoc saluatur ibi ratio amicitię: sed quia illud bonum refert vlterius ad suam delectatio-
nem, & vtilitatem: inde est, ꝙ amicitia vtilis & dele-
ctabilis, inquantum trahitur ad amorem concupiscē-
tię, deficit a ratione veræ amicitiæ.

QVAESTIO XXVII.

De causa amoris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de causa amoris.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum bonum sit sola causa amoris.
¶ Secundo, Vtrum cognitio sit causa amoris.
¶ Tertio, Vtrum similitudo.
¶ Quarto, Vtrum aliqua alia animæ passionum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonū sit sola causa amoris.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ non solum bonū sit causa amoris. Bonum enim nō est causa amoris, nisi quia amat: sed contingit etiam malum amari, secundum illud Psalm. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam: alioquin omnis amor esset bonus. ergo non solum bonum est causa amoris.

¶ *Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum primum.*

IN corpore primi articuli quæstio-
nis vigesimæ septi-
mæ notato, quòd qa ratio cōstitit in hoc, Bonum est propriū obiectum amoris: er go est propria causa amoris. & probatur sequela: quia obie-
ctum potentię passiuæ comparatur ad ipsam, vt causa mo-
tus vel actus ipsius: ac per hoc obiectum proprium talis act^s^ huiusmodi potētiæ, est propria causa il-
lius actus: amor au-
tem est actus potentię appetitiuæ, quæ est passiua. Ex his habes de mente di-
ui Thomæ quatuor, scilicet ꝙ vis appeti tiua est passiua, & quòd obiectum eius est causa actiua: & ꝙ bonum effectiue causat amorem: & quòd vniuersaliter, obiectum proprium cuiusque actus, ap-
petitiue est causa actiua illius: quæ multū me-

*Rhet.ca 4 post med.

* In par. 1. parum ante mediū.

* cap. 3. in princip. tō. 3.& c.4. & 26.art. 1.

*q.26.ar.1 & 2.

1.q.26.art. 2.ad 1.et 4.dist. 15.q. 4.ad 3.

ad irrationalia, vel delectabilia, vel vti lia: in his enim a cō cupiscentia amor de nominatur, qui tā men nō est sine amo re amicitiæ ad se, vel alium. Cum uero de amore parētum, aut filiorum, ab amicitia denominatio fit amo ris, qui ramen eis cō cupiscit bonum vi tæ, &c.

memoriæ commen-
randa sunt.

¶ In responsione ad 3. cito Nouitię, for-
malem responsionē consistere in hoc, ꝙ pulchrum est quæ-
dam boni species: & propterea nō obstat adæquatæ causalita ti boni respectu amo ris, quòd pulchrum sit amabile, vtpote, non extraneum ab illo. Connumeratur tamē bono pulchrū in amabilitate: quia addit supra ipsum, sicut secundū quid ad simpliciter: bonū est enim quod sim pliciter complacet: pulchrum autem, quod secundum ap-
prehensionem, vt in litera dicitur.

¶ 2 Pręt. Philosophus dicit in 2.^o^ Rheto. quòd eos qui mala sua di-
cunt, amamus. ergo videtur ꝙ ma lum sit causa amoris.

¶ 3 Præt. Dio. dicit 4. cap. de* di ui. no. ꝙ non solum bonum, sed ēt pulchrū est omnibus amabile.

SED CONTRA est, quod Augus. dicit 8. de * Trinit. Non amatur certe, nisi bonum solum. ergo bo-
num est causa amoris.

RESP. Dicendū, quòd sicut * su pra dictum est, Amor ad appetitiuam potentiam pertinet, quæ est B
vis passiua: vnde obiectū eius com parat ad ipsam, sicut causa motus, vel actus ipsius. Oportet igitur vt illud sit proprie causa amoris, qd est amoris obiectum: amoris autē proprium obiectum, est bonum: quia, vt * dictum est, amor importat quandam connaturalitatem, vel complacentiam amantis ad amatum. vnicuique autem est bonum id, quod est sibi cōnaturale & proportionatum: vnde relinquitur, ꝙ bonum sit propria causa amoris.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ malū nunquàm C
amatur nisi sub ratione boni, scilicet, inquantum est secundum quid bonum, & apprehenditur vt simpli-
citer bonum: & sic aliquis amor est malus, inquantū tendit in id, quod non est simpliciter verum bonum. Et per hunc modum homo diligit iniquitatem, inquā tum per iniquitatem adipiscitur aliquod bonum, pu-
tā, delectationē, vel pecuniā, vel aliquid huiusmodi.

AD 2^m^ dicendum, ꝙ illi qui mala sua dicunt, non propter mala amantur, sed propter hoc, ꝙ dicunt ma la: hoc enim, quod est dicere mala sua, habet rationē boni, inquātum excludit fictionem, seu simulationē.

AD 3^m^ dicendum, ꝙ pulchrum est idem bono so- D
la ratione differens. Cum enim bonum sit quod om-
nia appetunt, de ratione boni est, ꝙ in eo quietetur appetitus: sed ad rationem pulcri pertinet, ꝙ in eius aspectu, seu cognitione quieretur appetitus. vnde & illi sensus præcipue respiciunt pulchrum, qui maxi-
me cognoscitiui sunt, scilicet visus, & auditus rationi deseruientes. Dicimus enim pulchra visibilia, & pul chros sonos: in sensibilibus autem aliorū sensuum nō vtimur nomine pulchritudinis. non enim dicimus pulchros sapores, aut odores. Et sic patet, ꝙ pulchrū addit supra bonum quendam ordinem ad vim cogno scitiuam, ita ꝙ bonum dicatur id, quod simpliciter complacet appetitui: pulchrum autem dicatur id, cuius ipsa apprehensio placet. E

¶ *Super Quæstionis vigesimæseptimæ Ar. secundū.*

ARTICVLVS II.

Vtrum cognitio sit causa amoris.

In artic. 2. eiusdē quæstio. aduerte, ꝙ in litera non ne-
gatur, ꝙ maior co-
gnitio causat maio rem amorem, sed ꝙ maior amor necessa rio exigat maiorem cognitionē. Et mul tū subtilis ratio de hoc redditur ex illa

AD SECVNDVM sic procedi-
tur. Videtur ꝙ cognitio nō sit causa amoris. Quòd enim ali-
quid quæratur, hoc contingit ex amore: sed aliqua quęruntur, quæ nesciuntur, sicut scientiæ. cùm. n. in his idē sit eas habere, quod eas nosce re, ut Aug. dicit in lib. 83.* quæst. si cognoscerentur, haberen

tur, & non quærerentur. ergo co-
gnitio non est causa amoris. A
¶ 2 Præt. Eiusdem rationis vide-
tur esse, quòd aliquid incognitū ametur, & quòd aliquid ametur pluſquàm cognoscatur: sed ali-
qua amantur pluſquàm cognoscā tur, sicut Deus, qui in hac uita po test per seipsum amari, non autem per seipsum cognosci. ergo cogni tio non est causa amoris.

¶ 3 Præter. Si cognitio esset causa amoris, nō posset inueniri amor, vbi non est cognitio: sed in omni bus rebus inuenitur amor, vt dicit Dion. in 4. cap. de * diui. no. non aūt in oībus inuenitur cognitio. er go cognitio non est causa amoris.

SED CONTRA est, ꝙ Aug. pro-
bat in 10. de * Tri. quòd nullus po test amare aliquid incognitum.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut * di ctum est, Bonum est causa amoris per modum obiecti: bonum autē non est obiectum appetitus, nisi prout est apprehensum & ideo amor requirit aliquam apprehen- C
sionem boni quod amatur: & pro pter hoc Philosoph^s^ dicit 9. * Eth. ꝙ visio corporalis est principium amoris sensitiui: & similiter con-
templatio spiritualis pulchritudi nis, vel bonitatis, est principium amoris spiritualis. Sic igitur cogni tio est causa amoris ea ratiōe, qua & bonum, quod non potest ama-
ri, nisi cognitum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ille qui quærit scientiam, nō om nino ignorat eam, sed secundum aliquid eā præcognoscit, vel in vni uersali, vel in aliquo eius effectu, vel per hoc quòd audit eam lauda ri, ut Aug. dicit 10. de * Trin. Sic autem eam cognoscere non est eā habere, sed cognoscere eā pfecte.

AD 2^m^ dicēdum, quòd aliquid requiritur ad perfectionem cogni tionis, quod non requiritur ad p-
fectionem amoris. Cognitio enim ad rationem pertinet, cuius est di stinguere inter ea quæ secundum rem sunt coniuncta, & compone re quodammodo ea, quæ sunt di-
uersa, vnum alteri comparando. Et ideo ad perfectionem cognitio nis requiritur, ꝙ homo cognoscat singillatim quicquid est in re, sicut partes, & virtutes, & ꝓprietates: sed amor est in vi appetitiua, quæ respicit rem, secūdum ꝙ in se est. Vnde ad perfectionem amoris suf ficit, ꝙ res prout in se apprehendi tur, ametur. ob hoc ergo contin-
git, ꝙ aliquid plus amatur, quàm cognoscatur: quia potest perfecte

radiezli differētia in ter apprehensiuā & appetitiuam potentiā in hoc, quòd ap-
prehensio trahit res ad animam, appeti-
tus vero animum ad res. Ex hoc inquàm infertur, ꝙ perfectio cognitionis attendi-
tur secundum mo-
dum, quo perficitur ratio, qui est distin-
guere etiam quæ sūt simplicia, ac per hoc ad perfectam cogni-
tionem boni exigit, & quòd bonum se-
cundum se apprehē datur, & quòd distin cte cognoscatur secū dum partes, proprie tates &c. Perfectio autem appetit^s^ amo ris non exigit tot co gnitiones boni, sed prima sufficit ei, sci-
licet ꝙ bonum secū dum se apprehenda tur: quia appetitus ad bonum, vt est, tē-
dit: & intendit dice re, quòd quia bonū perficit appetitum, secundum quod in-
uenitur in rerum na tura, apprehensione autem secundū ne-
gotiationem intelle ctus: ideo amor po-
test esse perfectus co gnitione existēte im perfecta. Sat enim ē appetitui repræsen-
tatio illius boni, quę non sufficit intelle-
ctui, sed oportet di-
stinguere vt perficia tur. Et si insletur, qa cognitio est propria causa amoris, ac per hoc minus cognitio-
nis, infert min^s^ amo tis: memento, ꝙ per fectio amoris duplici ex capite oritur, scilicet ex parte amā tis, & ex parte amati: & quod cognitio est causa amoris ex parte amati eadem quippe ratione co-
gnitio est causa amo ris, qua bonum est causa amoris, vt in litera dicitur: quia bonum cognitū est obiectum appetitus: magis autem & mi-
nus in amore ex par te vtriusq; s. amati, & amantis, proueni re potest: & sic pspi cies, quòd absq; ao-
gumento obiecti, ac p hoc cognitionis po-
test augeri amor ex parte amantis. Neq; igitur bonū, neque bonum cognitū est propria causa amo-
ris, nisi ex parte obie
cti,

In 1. par. post med.

* Statim a princip. lib. to. 3. art. præced.

cap.5. & ca. 12.tom.5.

c.1.circa fi. & cap. 2.& 3.tom.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, præter quod alia causa eiusdem ex altera parte exigitur: & ideo minus non infert minus simpliciter.

¶ Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum tertium.

IN articulo tertio dubium est de modo, quo similitudo est propria causa amoris. Si enim ponitur causa ex parte obiecti, sequitur contra primū articulum, ꝙ bonum absolute non est propria causa amoris, sed bonū cōtractum ad simile. Si vero nō ponitur causa ex parte obiecti, ruit totus processus in corpore articuli, assignans obiectum vtriusque amoris aliquid simile. Et in responsione ad 2. expresse dicitur, ꝙ amās in altero quod in se non amat, inuenitur bonū similitudinis &c. quasi author conatus fuerit ad saluandum, ꝙ semper bonum simile est obiectum amoris.

¶ Ad euidētiam huius dubii scito, quòd quinque modis intelligi potest, ꝙ similitudo est causa amoris. primo: vt speciale qđdam bonū, sicut certa bona specialia: sicut cum aliquis vult assimilari alteri, vel alterum sibi. Et sic similitudo est causa actiua amoris, sicut quodlibet aliud bonū: & sic non est ad propositū, vbi de propria & adequata causa amoris est quæstio. Secundo, vt ratio determinans formaliter boni rationē ad hoc, ꝙ sit amoris causa. & hoc contradicere videtur articulo primo, & Aristot. in nono Ethi. & primo Ethic. Et breuiter cōmuni dicto philosophorum sonatibus, ꝙ bonum vt sic, est amabile. & irrationabiliter hoc sustineri videtur: quia similitudo speciale quoddam bonū est, ac per hoc inadæquata ratio obiecti amoris extendentis se ad alia bona. Tertio, vt determinans formaliter bonum ad hoc, quòd sit causa amoris in hoc, ita quòd bonum inquantū bonum sit amabile: sed inquantum bonum sit simile, sit amabile huic: iuxta illud 9. Ethic. Amabile bonum, vnicuique autem proprium: & sicut bonum non est amabile, nisi cognitum ita bonum huic non est amabile nisi cognitū vt bonum huic. Idem autem videtur importare bonum huic, & bonū simile, extenso similitudinis nomine, vt in litera fit. Quod enim est actu simile, est huic bonum quasi idem sibi: quod vero secundum inclinationem vel potētiam, est huic bonum quasi proportionatum: relationem quoque importat vtrumque ad subiectū scilicet bonum proprium, seu huic, & bonum simile. & secundum hoc solueretur obiectio in oppositum ex hoc, quòd in primo articulo tradita est ratio formalis obiectiua amabilis absolute: in hoc uero tertio articulo traditur ratio formalis obiectiua amabilis huic. Sed huic sensui obstat, quòd tractatus iste in primo & tertio articulo, vt litera sonat, æque vniuersalis ac abstractus, est ac per hoc sicut ibi de amore absolute, ita hic accipiēdum est, & non ibi, de causa amoris absolute, & hic de causa amoris in hoc interpretādum est. Quarto, vt conditio boni ad hoc, quòd sit causa amoris: ita quòd bonum, inquantum bonū, sit causa amoris obiectiua simpliciter & huic: similitudo autem sit causa vt conditio causæ, sicut singularitas est conditio omnis causæ naturalis. Sed quia quod causat vt apprehensum, magis est causa ex parte obiecti, scilicet bonitate, & cognitione: in tertio de causa ex parte subiecti: in quarto, ex parte concomitantium passionum. Iuxta tertium autē modum prius de rationibus obiectiuis ex parte rei: & deinde de conditione communi vtrique rationi formali, scilicet bonitati & similitudini, fuisset tractādum. Et sic tertius articulus debuit esse secundus, cuius oppositum fatuet. Quinto, quòd sit sensus intentus ab authore.

¶ Circa quartum articulum nihil occurrit pro nunc scribendum.

Ecclē. 13. Omne animal diligit simile sibi.

RESPON. Dicendum, ꝙ similitudo, proprie loquendo, est causa amoris. sed considerandum est ꝙ similitudo inter aliqua pōt attendi dupliciter, Vno modo ex hoc, ꝙ vtrunque habet idem in actu: sicut duo habentes albedinem, dicūtur similes: Alio modo ex hoc, ꝙ vnum habet in potentia & in quādā inclinatione illud, quod aliud habet in actu: sicut si dicamus, ꝙ corpus graue existens extra suum locum, habet similitudinem cum corpore graui in suo loco existenti: vel etiam secundum quod potētia habēt similitudinem ad actū ipsum, nam in ipsa potentia quodammodo est actus. Primus ergo similitudinis modus causat amorem amicitiæ, seu beneuolētiæ. Ex hoc enim ꝙ aliqui duo sunt similes, quasi habentes vnam formam, sunt quodammodo vnum in forma illa: sicut duo homines sunt vnū in specie humanitatis, & duo albi in albedine: & ideo affectus vnius tendit in alterū sicut in vnū sibi, & vult ei bonum sicut & sibi. Sed secūdus modus similitudinis causat amorem concupiscentiæ, vel amicitiam vtilis, seu delectabilis: quia vnicuique existenti in potentia, inquantum huiusmodi, inest appetitus sui actus: & in eius consecutione delectatur, si sit sentiens & cognoscens. Dictum est autem * supra, quòd in amore concupiscentiæ amans proprie amat seipsum, cum vult illud bonum quod concupiscit: magis autem vnusquisque seipsum amat, quàm aliū: quia sibi vnus est in substantia: alteri vero in similitudine alicuius formę. Et ideo si ex eo quod est sibi similis in participatione formę, impediatur ipsemet a consecutione boni, quod amat, efficitur ei odiosus, non inquantum est similis, sed inquantum est proprii boni impeditiuus: & propter hoc figuli corrixantur adinuicem, quia seinuicem impediunt in proprio lucro: & inter superbos sunt iurgia, quia seinuicem impediunt in propria excellentia, quam concupiscunt. et per hoc patet responsio ad primum.

AD 2ᵐ dicēdum, quòd in hoc etiam quòd aliquis in altero amat, quod in se amat, inuenitur bonū si militudinis secundum proportionalitatem: nam sicut se habet aliꝰ ad hoc, quod in eo amatur, ita ipse se hēt ad hoc, quod in se amat, puta, si bonus cantor bonum amet scriptorem, attenditur ibi similitudo proportionis, secundum ꝙ vterque habet, quod conuenit ei secundum suam artem.

AD 3ᵐ dicēdum, quòd ille, qui amat hoc, quo indiget, habet similitudinem ad id quod amat, sicut qđ est potētia ad actū, utꝰ dictū est.

AD 4ᵐ dicendum, ꝙ secundum eādem similitudinem potentię ad actum, ille qui non est liberalis, amat eum qui est liberalis inquantum expectat ab eo aliquid quod desiderat: & eadem ratio est de pseuerante in amicitia ad eum, qui non perseuerat: vtrobique enim videtur esse amicitia propter vtilitatem. Vel dicendum, ꝙ licet non omnes homines habeāt huiusmodi virtutes secundum habitum completum, habent tamen eas secundum quędam seminalia rationis, secundum quæ, qui non habet virtutem, diligit virtuosum, tanquàm suæ naturali rationi conformem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliqua alia passionum animæ sit causa amoris.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ aliqua alia passio possit esse causa amoris. Dicit enim Philosophus in 8. * Eth. ꝙ aliqui amantur propter delectationem: sed delectatio est passio qđā. ergo aliqua alia passio est causa amoris.

¶ 2 Præt. Desiderium, quędam passio est: sed aliquos amamus propter desiderium quod ab eis expectamus, sicut apparet in omni amicitia, quę est propter vtilitatem. ergo aliqua alia passio est causa amoris.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in 10. de * Trin. Cuius rei adipiscendæ spem quisque non gerit, aut repide amat, aut omnino non amat, quàmuis quàm pulchra sit, videat. ergo spes est etiam causa amoris.

SED CONTRA hoc est, ꝙ omnes alię affectiones animę ex amore causant, ut Aug. dicit 14. * de ciu. Dei.

RESPON. Dicendum, quòd nulla alia passio est, quæ non supponat aliquem amorem, cuius ratio est: quia omnis alia passio animę importat motum ad aliquid, vel quietem in aliquo. Omnis autem motus in aliquid, uel quies in aliquo, ex aliqua cōnaturalitate, vel coaptatione procedit, quæ pertinet ad rationem amoris: vnde impossibile est, quòd aliqua alia passio animæ sit causa vniuersaliter omnis amoris: contingit tamē aliquā aliam passionem esse causam amoris alicuius, sicut etiam vnum bonū est causa alteriꝰ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cum aliquis amat aliquid propter delectationem, amor quidem ille causatur ex delectatione, sed delectatio illa iterum causatur ex alio amore præcedente. nullus enim delectatur, nisi in re aliquo modo amata.

AD 2ᵐ dicēdum, ꝙ desiderium rei alicuius semper prępsupponit amorem illius rei: & sic desideriū alicuius rei pōt esse causa, vt res alia ametur, sicut qui desiderat pecuniā, amat pp hoc eū, a quo pecuniā recipit.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ spes causat vel auget amorē, & hoc ratione delectationis: quia delectationem causat: & etiam ratione desiderii, quia spes desideriū fortificat. non enim ita intense desideramus, quę nō speramus, sed tū & ipsa spes est alicuius boni amati.

QVAESTIO XXVIII.

De effectibus amoris, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus amoris.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum unio sit effectus amoris.

¶ Secundo. Vtrum mutua inhęsio.

¶ Tertio, Vtrum ecstasis sit effectus amoris.

¶ Quarto, Vtrum zelus.

¶ Quinto, Vtrum amor sit passio læsiua amantis.

¶ Sexto, Vtrum amor sit causa omnium, quæ amans agit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum unio sit effectus amoris.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur ꝙ vnio non sit effectus amoris. Absentia. n. vnioni repugnat: sed amor compatitur secum absentiam. dicit. n. Apost. ad Galat. 4. Bonum æmulamini in bono semper, loquens de seipso, vt glo. dicit: & non tantum cum præsens sum apud vos. ergo vnio non est effectus amoris.

¶ 2 Præt. Omnis vnio aut est per essentiam, sicut forma vnitur materiæ, & accidens subiecto, & pars toti, vel alteri parti ad constitutionem totius: aut est per similitudinem vel generis, vel speciei, vel accidētis: sed amor non causat vnionem essentię, alioquin numquàm haberetur amor ad ea, quæ sunt per essentiā diuisa: vnionem autē, quę est p similitudinem, amor nō causat, sed magis ab ea causatur, vt * dictum est. ergo vnio non est effectus amoris.

¶ 3 Præt. Sensus in actu fit sensibi-

¶ Super Quæstionis vigesimæoctauæ Articulum primum.

IN responsione ad tertium primi art. quæstio. 28. scito, ꝙ si considerentur omnes vnitates concurrentes ad amorem, sic amor magis vnit, q̄ intellectio: quoniam causatiuus est vnionis realis, sed si comparetur amor & intellectio, secundum illā solam vnionem, quā facit formaliter, sic intellectio magis vnit, quàm amor, iuxta illud Auer. in tertio de Anima, Magis fit vnum ex intellectu et intellecto, quàm ex materia & forma. Et ratio est illa, quæ arguendo in litera tangitur: quia intellectus in actu, est intellectū in actu: amans autem nō est amatū in actu. Tanto namque maior est formalis vnio cognitionis, q̄ amoris, quanto maius est se esse aliquid, quàm habere se ad illud vt se. Intellectio enim facit formaliter intellectum esse rem intellectam in actu: amor vero non facit formaliter amātē esse amatum, sed vt amatum, & econuerso, scilicet amatum vt amantē. et hoc quo ad amorem amicitiæ. In amore vero concupiscentiæ amor vnit amatum vt alicui sui, scilicet amātis: intellectio vero facit formaliter intellectam rem in actu esse aliquid intelligētis. vnde cognitio videtur magis vnitiua formaliter: amor autē esse-

12. q. 20. ar. 1. ad 3. & q. 60. art. 3. ad 2. Et 3. dist. 27. qō. 1. ar. 1. & Dio. 4. le. 10.

q. 27. art. 3. & 4.

Universidad de Navarra Biblioteca

esse dine: sed qa vnio non communiter, non est vtilis realis, dicitur q amor est vis vnitiua, & q est magis vnitiuus quàm cognitio. quæ omnia sunt vera, referendo ad vnionē realem: & sunt vera, referendo ad effectus separatos a causis. Effectus enim formales a causis nō secernunt. vnde in litera nō respondetur argumēto secundū vnionē, quæ est effectus formalis, sed præponitur amor secundum vnionē finalem & effectibilē, quæ est realis: quasi diceret, q licet formalis vnio cognitionis sit maior secundū se formali amoris vnione, qa tamen sistit infra vnionē similitudinis, minor est simpliciter vnione amoris, claudente in sui latitudine vnionē realē.

in par. 2. & etiā in par. 1. declinando ad fin.

le in actu, & intellectus in actu fit intellectiuū in actu, nō autē amās in actu fit amatum in actu. ergo vnio magis est effectus cognitionis, quàm amoris.

F

SED CONTRA est, quod dicit Dion. 4. cap. de * diui. no. quòd amor quilibet est virtus vnitiua.

RESPON. Dicendum, q duplex est vnio amātis ad amatum. Vna q dem secundum rem, puta, cum amatū presentialiter adest amanti. Alia vero fm affectum, que quidē vnio cōsiderāda est ex apprehēsione precedente: nā motus appetitiuus sequitur apprehensionē. Cū autē sit duplex amor. s. cōcupiscētiæ, & amicitiæ, vterque procedit ex quadā apprehēsione vnitatis amati ad amātē: cū. n. aliquis amat aliquid, quasi cōcupiscēs illud, apprehendit illud quasi pertinēs ad suū bene esse. Similiter cū aliquis amat aliquē amore amicitiæ, vult ei bonū, sicut & sibi vult bonū. vnde apprehēdit eum vt alterū se, in quātū. s. vult ei bonū, sicut & sibiipsi: & inde est, q amicus dicitur esse alter ipse. Et Aug. dicit in 4.* Cōfes. Bene quidā dixit de amico suo, dimidium animæ suæ. Primā ergo vnionem amor facit effectiue, quia mouet ad desiderandum, & quærēdum præsentiā amati, quasi sibi conuenientis, & ad se pertinentis. Secundā autem vnionē facit formaliter, quia ipse amor est talis vnio, vel nexus. vnde Aug. dicit in 8. * De Trin. q amor est quasi iunctura quædā duo aliqua copulās, vel copulare appetens, amātē. s. & qd amatur. Quod. n. dicit copulās, refert ad vnionē affectus, sine qua nō est amor: qd vero dicit copulare intendens, ptinet ad vnionē realē.

G

cap. 6. circa finē tom. 1. & lib. 2. retrat. cap. 6.

cap. 10. parum a prin. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q obiecto illa procedit de vnione reali, quā quidem requirit dilectio sicut causam: desiderium vero est in reali absentia amati, amor vero & in absentia, & in præsentia.

I

AD SECVNDVM dicendum, q vnio tripliciter se habet ad amorem. Quædā enim vnio est causa amoris, & hæc quidem est vnio substantialis, quātum ad amorem, quo quis amat seipsum: quātū vero ad amorem, quo quis amat alia, est vnio similitudinis, vt* dictū est. Quædā vero vnio est essentialiter ipse amor, & hæc est vnio fm coaptationem affectus, quæ quidem assimilatur vnioni substantiali, inquantum amās se habet ad amatum, in amore quidem amicitiæ, vt ad seipsum, in amore autem concupiscentiæ, vt ad aliquid sui. Quædam vero vnio est effectus amoris: & hæc est vnio realis, quam amans quærit de re amata: & hæc quidem vnio est secundum conuenientiā amoris. vt enim Philosophus dicit 2. * Polit. Aristophanes dixit, quòd amantes desiderarent ex ambobus fieri vnum: sed quia ex hoc accideret aut ambos, aut alterum corrumpi, quærunt vnionem quæ conuenit, & decet: vt scilicet simul conuersentur, & simul colloquantur, & in aliis huiusmodi coniungantur.

q. precedēt. artic. 3.

K

eap. 2. post mediū to. 5.

AD TERTIVM dicendū, q cognitio perficitur per hoc, q cognitum vnitur cognoscenti secundum suam similitudinem: sed amor facit q ipsa res, quæ amatur, amāti aliquo modo vniatur, vt* dictum est. vnde amor est magis vnitiuus, quàm cognitio.

ad 2. argu. precedēt.

Vtrum mutua inhæsio sit effectus amoris.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd amor non causet mutuam inhæsionem, scilicet vt amans sit in amato, & econuerso. Quod enim est in altero, cōtinetur in eo: sed non potest idem esse continēs & contentum. ergo per amorē nō potest causari mutua inhæsio, vt amatum sit in amante, & ecōuerso.

G

¶ 2 Præt. Nihil potest penetrare in interiora alicuius integri, nisi per aliquam diuisionem: sed diuidere quæ sunt secūdum rem coniuncta, non pertinet ad appetitum, in quo est amor, sed ad rationem. ergo mutua inhæsio nō est effectus amoris.

¶ 3 Præt. Si per amorem amans est in amato. & econuerso, sequetur q hoc modo amatum vniatur amāti, sicut amans amato: sed ipsa vnio est amor, vt* dictum est. ergo sequitur q semper amans ametur ab amato: quod patet esse falsum. non ergo

H

mutua inhæsio est effectus amoris.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Charitas āt est amor Dei: ergo eadē rōne quilibet amor facit amatū esse ī amāte.

RESPON. Dicēdum, q iste effect* mutuæ inhęsionis potest intelligi & quantum ad uim apprehensiuam, & quantum ad vim appetitiuam. Nam quantum ad vim apprehensiuā, amatum dicitur esse in amante, inquantum amatum immoratur in apprehensione amantis, secundum illud Phil. 1. Eo quòd habeam vos in corde. Amans vero dicitur esse in amato secundum apprehensionem, inquantum amans non est contentus superficiali apprehēsione amati, sed nititur singula quæ ad amatum pertinent, intrinsecus disquirere, & sic ad interiora eius ingreditur: sicut de Spiritusancto, qui est amor Dei, dicitur 1. ad Corin. 2. q scrutatur etiā profunda Dei. Sed quantum ad vim appetitiuam, amatum dicitur esse in amante, prout est per quandam cōplacentiam in eius affectu, vt vel delectetur in eo, autī bonis eius apud

I

præsentiam, vel in absentia per desiderium tendat in ipsum amatū per amorē concupiscentiæ: vel in bona q vult amato eius per amorē amicitiæ, nō quidem ex aliqua extrinseca causa: sicut cum aliquis desiderat aliqd propter alterum, uel cum aliquis vult bonū alteri, ppter aliquid aliud, sed propter complacentiam amati interius radicatam. vnde & amor

¶ *Super Quæstionis vigesimæ octauæ Articulum secundum.*

IN articulo secundum eiusdem 28. quæst. aduerte tria, primo, quòd quia amor in modo essendi per apprehensionem addit moram in amante, & perscrutationem amati: ita quòd non quæcunque apprehensio est effectus amoris, sed apprehēsio quæ se continua & perscrutans. Et ex prima conditione ponitur amatum in amāte: ex secunda econuerso secundum apprehensionem. Secundo, quòd in affectu cōmune est amori amicitiæ & concupiscētiæ, quòd amatum constituit in amante per complacentiam interius radicatam ipsius amati. In eo enim quòd complacet sibi interius amans de concupito, vel amico, in eo sunt: & hoc etiam

Iohā. 2. 24.

respondet morę in apprehensione. Diuersimode autem amans cōstituitur in amato secūdū vtrūque amorem, vt in litera dicitur: quia in concupiscentia cō stituitur in eo per affectum perfectæ possessionis illius: in amicitia vero per affectum ad amicum & sua, ut ipsemet amicus: & ambo respondent perscrutationi in apprehensione. Tertio, quòd si hi modi mutuæ inhæsionis in affectu alicuius diuersimode considerentur, videbitur quòd proportionales sūt: & quòd sicut in apprehensionis modo vnica apprehēsio secundum duas eius conditiones vtrumque constituit, vt declarauimus: ita in amore. Amans quippe aliquid amore cōcupiscentiæ amat illud alteri, siue ille alter sit ipsemet amans, siue alter. In hoc autē sunt duo, scilicet complacentia illius concupiti, alioquin non amaret; & affectatio habendi, vtrobique illo, & ex complacentia amatum in amante

amante cōstituitur, ex affectu perfectæ habendi &c. ecōuerso. Egreditur enim amans ad ipsum talī affectu. amās quo que amicitiæ amore amat amicum vt se ipsum. In hoc autē includūtur duo, primo, q amans transit in personam amici: secundo q amicus transit in personam amantis. Ex hoc. n. q amat amicum propter ipsum amicū, vult etiam seipsum præbere quomodo potest: ac per hoc ip se transit in amicum voluntate, affectu, ac passiōe: ita vt bene, vel male afficiatur, sentiatq; amico sentiente. Ex hoc vero, q amat amicum vt seipsum, ponitur amicus vt ipse: & sic amicus trāsit in personam amantis. & hoc pertinet ad complacentiam. Cōplacet enī vt ipsemet, & sic in vtroq; amore egressus affectus in amatum constituit in eo. Ingressus autem amati per cō placentiam in amantem, vt ipse in amicitia, vel aliquid sui in concupiscentia, constituit ecōuerso amatum in amante.

1. 2. q. 175. art. 1. & 3. & 27. q. 1. art. 1. ad. 4. Iuuer. q. 13 Mat. 22. 9. & cap. 12.

Ar. 1. Eth. 2.

netur in amato, inquantum amans sequitur aliquo modo illud, quod est intimum amati. nihil enim prohiber diuerso modo esse aliquid continens, & contentum: sicut genus continetur in specie, & econuerso.

D

In corp. ar.

AD 2^um^ dicendum, q rationis apprehensio præcedit affectum amoris: & ideo sicut ratio disquirit, ita affectus amoris subintrat in amatū, vt ex* dictis patet.

e. 4. in par. 1. declinan do ad fin.

AD 3^um^ dicendum, quòd illa ratio procedit de tertio modo mutuæ inhæsionis, qui nō inuenitur in quolibet amore.

Vtrum ecstasis sit effectus amoris.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q ecstasis non sit effectus amoris. Ecstasis enim quādam alienationem importare videtur: sed amor non semper facit alienationem, sunt enim amantes interdum sui compotes. ergo amor non facit ecstasim.

E

¶ Præt. Amans desiderat amatum sibi vniri. magis ergo amatum trahit ad se, quàm etiam pergat in amatū extra se exiens.

¶ 3 Præt. Amor vnit amatum amanti, sicut* dictum est. Si ergo amans extra se tendit, vt in amatum pergat: sequitur q semper plus diligat amatū, quàm seipsum, qd patet esse falsum. nō ergo ecstasis est effect* amoris.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit. 4. c. de * diuino. q diuinus amor ecstasim facit, & qd ipse Deus propter amorem est ecstasim passus. Cum ergo quilibet amor sit q̄dā similitudo participata diuini amoris, vt ibidē* dicitur. videt q quilibet amor causet ecstasim.

eod c. 4. de diui. nomi.

RESPON. Dicēdū, q ecstasim pati aliquis dicitur, cū extra se ponitur: quod quidē contingit & fm vim apprehensiuā, & fm vim appetitiuā. Secundum quidem vim apprehensiuam aliquis dicitur extra se poni, qñ ponitur extra cognitionē sibi propriā, vel quia ad superiorē sublimatur, sicut homo dū eleuatur ad cōprehendēda aliqua, quæ sunt supra sensum & rationem, dicitur ecstasim pati, inquantum ponitur extra connaturalem apprehensionē rationis & sensus: vel quia ad inferiora deprimitur, puta, cū aliquis in furiā, vel amentiā cadit dī ecstasim passus. fm appetitiuam vero partem dicitur aliquis ecstasim pati, qñ appetitus alicuius in alterū fertur, exiēs quodāmodo extra seipsum. primā quidē ecstasim facit amor dispositiue, inquantū. s. facit meditari de amato, vt* dictū est: intensa āt meditatio vni* abstrahit ab alijs. Sed secūdā ecstasim facit amor directe, simpliciter quidē amor amicitiæ, amor aūt cōcupiscētiæ nō simpliciter, sed fm qd. Nā in amore concupiscentię quodāmodo fertur amās extra seipsum, inquantū. s. nō cōtentus gaudere de bono quod habet, quærit frui aliquo extra se: sed quia illud extrinsecū bonū q̄rit sibi habere, non exit simpliciter extra se, sed talis affectio ī fine infra ipsum cōcludit. Sed in amore amicitiæ affectus alicui* simpliciter exit extra se, quia vult amico bonū, & operat bonū, quasi gerēs curā & prouidentiā ipsi* pp ipsum amicū.

art. precedēt.

AD PRIMVM ergo dicendum, q illa ratio procedit de prima ecstasi.

AD 2^um^ dicendū, q illa ratio procedit de amore concupiscētiæ, q nō facit simpliciter ecstasim, vt* dictū ē.

in corp. ar.

AD 3^um^ dicēdū, q ille qui amat, intātū extra se exit, quantum vult bona amici, & operatur, non tamen vult bona amici magis quàm sua. vnde non sequitur quòd alterum plus quàm se diligat.

¶ *Super Quæstionis vigesimæctauæ Articulum quartum.*

Vtrum Zelus sit effectus amoris.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q zelus non sit effectus amoris. Zelus enim est contentionis principium. Vnde dicitur. 1. ad Cor. 3. Cum sit inter vos zelus & contentio &c. sed contentio repugnat amori. ergo zelus non est effectus amoris.

D

¶ 2 Præt. Obiectum amoris est bonum, quod est communicatiuum sui: sed zelus repugnat communicationi. ad zelū. n. ptinere videtur, q quis nō patitur cōsortiū in amato: sicut viri dicuntur zelare vxores, quas nolunt habere communes cum cęteris. ergo zelus non est effectus amoris.

E

¶ 3 Præ. Zelus nō est sine odio, sicut nec sine amore. dicit. n. in Psal. 72. Zelaui sup iniquos. nō ergo debet dici magis effectus amoris, q̄ odij.

SED CONTRA est, quod Dio. dicit. 4. c. * De diui. no. q Deus appellatur zelotes, propter multum amorem quem habet ad existentia.

Mal. q. 10. ar. 1. ad. 11.

ca. 4. in par. te. 1. paulo ante finem

RESPON. Dicendum, quòd zelus quocunq; modo sumatur, ex intētione amoris prouenit. Manifestū

est

Universidad de Bibliotecas

q.35.& 36. tom.4.

est enim ꝙ quanto aliqua virtus intensius tẽdit in ali F
quid, fortius repellit omne cõtrarium, vel repugnãs. Cum igitur amor sit quidã motus in amatũ, vt* Aug. dicit in lib.83.q. Intensus amor quærit excludere om ne id, quod sibi repugnat: aliter tamen hoc contingit in amore concupiscentiæ, & aliter in amore amicitiæ. Nam in amore cõcupiscentiæ, qui intense aliquid concupiscit, mouetur contra omne illud, quod repugnat consecutioni, vel fruitioni quietę eius qd amat: & hoc modo viri dicuntur zelare vxores, ne per consortium aliorum impediatur singularitas, quam in vxore quærunt. Similiter etiam qui quærunt excellentiam, mouentur contra eos, qui excellere videntur, quasi impedientes excellentiam eorum, & iste est zelꝰ G
inuidiæ, de quo dicitur in Psal. 36. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatẽ. Amor autem amicitię quęrit bonum amici: vnde quã do est intensus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici: & secundum hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quando si qua dicũ tur, vel fiunt contra bonum amici, homo repellere studet. Et per hunc etiam modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea, quæ sunt contra honorem, vel volũtatem Dei, repellere ꝼm posse conatur, ꝼm illud. 3. Reg. 19. Zelatus sum pro Dominio exercituũ. Et Ioã. 2. super illud, Zelus domus tuæ comedit me, H
dicitꝰ glos. Quòd bono zelo comediẽ, q̃ qlibet praua, quę viderit, corrigere satagit: si neqt, tolerat & gemit.

*Est gloss. Aug. in eu. Ioh. tract. 10. inter medium & fin. tom.9.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Apostolus ibi loquitur de zelo inuidiæ, qui quidem est causa contentionis, non contra rem amatam, sed pro re amata contra impedimenta ipsius.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ bonum amatur, inquantũ est communicabile amanti: vnde omne illud quod perfectionem huius communicationis impedit, efficitur odiosum: & sic ex amore boni zelus causatur: ex defectu autem bonitatis contingit, ꝙ quędam parua bona non possunt integre simul possideri a multis. & I
ex amore talium causatur zelus inuidiæ, non aũt proprie ex his quæ integre possũt a multis possideri. Nullus enim inuidet alteri de cognitione veritatis, quæ a multis integre cognosci potest, sed forte de excellentia circa cognitionem huius.

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ hoc ipsum, ꝙ aliquis odio habet ea quæ repugnãt amato, ex amore ꝓcedit: vnde zelus proprie ponitur effectꝰ amoris magis, quàm odii.

¶ *Super Quæstionis vigesimæoctauæ Articulum 5. & 6.*

In quinto autẽ & sexto articulo nihil scribendum occurrit, nisi ꝙ notentur ea, quę author dicit conuenire huiusmodi passionibus referendo appetitũ appetibili, seu formaliter. Quoniam hæc communia videntur huiusmodi passionibus, & actibus voluntatis similibus, his passionibus. Notetur quoque responsio ad primum in sexto articulo: quoniam in fine totius tractatus de actibus humanis seruiet proposito.

Articvlvs V.

Vtrum amor sit passio læsiua amãtis.

Ad qvintvm sic procedit. Videtur ꝙ amor sit passio læsiua. Languor. n. significat læsionẽ quãdam languentis: sed amor causat languorem. dicitur. n. Cant. 2. Fulcite me floribus: stipate me malis, quia amore lãgueo. ergo amor est passio læsiua. K

¶ 2 Præt. Liquefactio, est quædam resolutio: sed amor est liquefactiuus. dicitur. n. Cant. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est. ergo amor est resolutiuus: est ergo corruptiuꝰ, & læsiuꝰ.

¶ 3 Præt. Feruor designat quendã excessum in caliditate, qui quidem excessus corruptiuꝰ est: sed feruor causat ex amore. Dion. em 7. capꝰ Cel. hier. inter cæteras ꝓprietates ad amorẽ Seraphin pertinẽtes, ponit calidũ & acutũ, & superferuẽs. Et Can. 8. dicit de amore, ꝙ lampades eius sunt lãpades ignis atq; flammarum. ergo amor est passio læsiua, & corruptiua.

Sed contra est, quod dicit Dio. 4. ca. de* diui. no. ꝙ singula seipsa amant contẽtiue, ideſt conseruatiue. ergo amor non est passio læsiua, sed magis conseruatiua, & perfectiua.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut* supra dictum est, Amor significat coaptationẽ quandã appetitiuæ virtutis ad aliquod bonum. Nihil autem, quod coaptatur ad aliquid, quod est sibi conueniens, ex hoc ipso lædi tur, sed magis si sit possibile, proficit & melioratur: quod vero coaptatur ad aliquid, quod non est sibi cõueniens, ex hoc læditur & deterioratur. Amor ergo boni conueniẽtis est perfectiuus & melioratiuꝰ amãtis: amor autem boni, quod non est conueniens amãti, est lęsiuus & deterioratiuus amãtis. Vnde maxime homo perficitur & melioratur per amorem Dei: lędit aũt & deterioratur per amorẽ peccati, ꝼm illud Oseę. 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerũt. Et hoc quidem sic dictum est de amore, quantum ad id quod est formale in ipso, quod est scilicet ex parte appetitus: q̃tũ uero ad id quod est materiale in passione amoris, quod est immutatio aliqua corporalis, accidit ꝙ amor sit læsiuus propter excessum imutationis, sicut accidit in sensu, & in oĩ actu virtutis aĩę, qui exercetur per aliquã immutationẽ organi corporalis.

Ad ea vero quæ in contrariũ obijciuntur, dicendũ, ꝙ amori attribui possunt quatuor effectus proximi, scilicet liquefactio, fruitio, languor, & feruor, inter quę primum est liquefactio, quæ opponitur congelationi. Ea. n. quę sunt congelata, in seipsis cõstricta sũt, vt nõ possint de facili subintrationẽ alterius pati: ad amorẽ aũt pertinet, ꝙ appetitus coaptetur ad receptionẽ boni amati, prout amatũ est in amante, sicut iam* supra dictũ est. Vnde cordis congelatio vel duritia est dispositio repugnans amori: sed liquefactio importat quãdam mollificationẽ cordis, qua exhibet se cor habile, vt amatũ in ipsum subintret. Si ergo amatũ fuerit prẽsens & habitum, causatur delectatio, siue fruitio: si aũt fuerit absens, consequũtur duę passiones, s. tristitia de absentia, quæ significatur per languorem. Vnde & Tullius in 3. de* Tusculanis quæst. maxime tristitiã ægritudinem nominat, & intensum desideriũ de cõsecutione amati, quod significatur per feruorẽ. Et isti quidem sunt effectus amoris formaliter accepti ꝼm habitudinẽ appetitiuæ virtutis ad obiectũ: sed in passione amoris consequuntur aliqui effectus his proportionati ꝼm immutationem.

Articvlvs VI.

Vtrum amor sit causa omnium, quæ amans agit.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur ꝙ amans non agat omnia ex amore. Amor enim quædã passio est: vt* supra dictum est: sed non omnia, quæ agit homo, agit ex passione, sed quædam agit ex electione, & quędam ex ignorantia, vt dicitur in 5.* Eth. ergo non omnia, quæ homo agit, agit ex amore.

¶ 2 Præt. Appetitus est principium motus & actionis in omnibus animalibus, vt patet in 3.* De anima: si igitur omnia quæ quis agit, agit ex amore, aliæ passiones appetitiuæ partis erunt superfluæ.

¶ 3 Præt. Nihil causatur simul a contrariis causis: sed quædã fiunt ex odio. non ergo omnia sunt ex amore.

SED

¶ Super Quæstionis vigesimænonæ Articulum primum.

In arti. 1. q. 29. nota tria Nouitie, primo in titulo, ꝙ bis dicitur obiectum & causa odii, scilicet cũ enumerantur articuli, & eum proceditur ad primum. Ex hoc enim, & primo arg. manifeste habes, malũ non solum obiectũ, sed causam esse odii. Secundo, in corpore, quòd similitudo inter appetitum naturalem, & animalem sobrie intelligatur, scilicet proportionaliter secundũ naturas inanimatorum & animatorũ. In illis enim, vt in quæsti. 23. dictum est, idem est consonãtia & dissonãtia, in illis aliud: sicut in illis consonantia est proprietas, in illis est actus appetitus. Tertio, in rãsione ad primum, q̃ cõsistit in hoc, ꝙ obiectum & causa odii non est malum simpliciter, sed malum huic, quod est quoddam ens, quod non est malum huic inquantum ens, qa sic conuenit, sed inquãtum tale ens, quia sic repugnat. Percutiẽs enim me quoddam ens, est repugnans mihi, non inquantum ens, sed solum inquantum tale, scilicet offendens me: sicut aqua est mala igni, inquantum talis, non inquantum ens.

¶ Circa eũdem primum articulum dubiũ occurrit de explanatione odii, ꝙ scilicet est dissonantia ad appẽsum re pugnans, seu malũ. odium. n. consonare malo testatur inimicitia, dum quis malã vt malã inimico vult: imo hoc ẽ odisse, velle malũ malo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sicut amor dicitur in amorem amicitiæ & concupiscentiæ, ita & odiũ. Et odium quidem oppositũ amori concupiscentiæ, innomatum est: & potest vocari odium abominationis. Odium vero oppositum amori amicitiæ, odium inimicitię vocat. Et sicut, quia amare est velle bonũ alicui, duo ex parte obiecti includit, scilicet ly, bonũ, & ly, alicui: ita in odii obiecto duo claudũtur, malũ & persona. Quamuis aũt amor amicitiæ & cõcupiscẽtiæ vniformiter se habeant ad vtrunq;. s. per modum affirmationis, seu consonantiæ, odium tñ inimicitiæ, & odium abominationis dissimiliter se habent ad hæc. nã odium inimicitiæ hẽt se ad ꝓpo nã ꝓ modũ negationis & dissonantiæ, ad malũ vero ꝓ modũ affirmationis & cõsonãtiæ. odiũ autẽ abominatiõis ecõuerso, ad ꝓpoñ se hẽt per modum affirmationis & consonãtiæ, ad malum autem per modum negationis & dissonantiæ. Cum. n. aliquis odit flagella, & similia, illis quidem dissonat, & ea ab affectu suo abnegat: seipsum autem, vel alterũ, cui illa nollet, affirmat in affectu, eique consonat. Ecõtra vero, cũ odit quis hominẽ, ipsum quidẽ a suo affectu abnegat illiq; dissonat: sed malis illis cõsonat, affirmatque illa in suo affectu. vult. n. illi malum. Et si diligẽter ꝑscrutatꝰ fueris, videbis ꝙ dissimilitudo ista nõ variat dissonantiã odii a malo obiecto & causa: quoniã vtrobiq; id quod habet rationẽ mali obiecti & causæ odii, abnegatur ab affectu & dissonat: nam in odio inimicitiæ persona hẽt rationem mali obiecti & causæ. Et in odio abominationis non persona, sed res mala habet rõnem mali obiecti & causæ: sicut in amore amicitiæ, obiectum amatũ est amicus: & in amore concupiscentiæ est res concupita. Vniuersaliter igitur odium est dissonantia a malo obiecto, qa oportet malum obiectũ esse odio habitum. sed qa diuersum in vtroq; odio cõstituitur obiectum, quia vnius persona, alterius res, varietas apparet, sed nõ est. vn inimicitia non testatur, quòd odiũ consonat malo obiecto, sed quòd tñ dissonat ab inimico, vt cõsonet malis illiꝰ, vnde testatur magnam dissonantiam obiecti. Nec fallaris, audiens odium abominatiõis habere ꝙ obiecto rem, nõ personam: & putes propterea matrem non talí odio habere filias, quibus optat mortem, vel quia non potest date eas nuptui, vel quia despicitur a viro suo propterea. in similibus enim non habẽtur odio personæ vt personæ, sed vt res: vnde non est ad tales odium inimicitiæ, sed abominationis solius vitæ earum, quia repugnat dispositioni earum vel secundum paupertatem, vel gratiam cum viro, vel aliquid huiusmodi, in cuius signum nihil mali illis vellent: cuius oppositũ de odio inimicitiæ scribitur in secũdo Rheto. sed vitam tantum earũ, vt rem eis cõtrariã nolunt. Is quod in exẽplo mis

D Einde considerandum est de odio.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum causa, & obiectum odii sit malum.

¶ Secũdo, Vtrum odium causetur ex amore.

¶ Tertio, Vtrum odium sit fortius, quàm amor.

¶ Quarto, Vtrũ aliquis possit habere odio seipsum.

¶ Quinto, Vtrum aliquis possit habere odio veritatem.

¶ Sexto, Vtrum aliquid possit haberi odio in vniuersali.

Articvlvs I.

Vtrum causa, & obiectũ odii sit malũ.

Ad primvm sic procedi tur. Vĩ quòd obiectũ, & cã

Prima Secundæ S. Tho. I & filiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

illæ audis, in cæteris quæ sunt dominandi seruos, viri ad vxorē, & vniuersaliter ad oēs odio habitos, nō vt p sonæ sunt, sed vt aliquid illius, quasi no cumenta sunt, dicta intelligēs. De personis enim & rebus formaliter, inquantū scilicet persone, & inquantum res, intelige quæ diximus de obiectis propriis vtriusq; odii. Nec obiicias mihi, quod immemor in prædictorū de indistinctione amoris amicitiæ & concupiscentiæ, nunc penes obiecta distinxerim vtrumq; odiū. Nosti .n. quòd bonū vno mō, vtpote ex causa integra: malum autem omnifariam, vtpote ex particularibus defectibus dicitur. Constat autem, quòd amor ex parte boni, & odiū ex parte mali, se tenet: propter quod non est mirum, si odia distinguuntur ex persona, vel re, vt obiectis propriis odii, amor autē nō: sed sola habitudo ad personam & rem diuersimode amatam in quolibet amore distinguitur, vt superius declaratum est.

Sup.q. 28. ar. 6. ad 3. & infr. ar. 3. cor. Et 4. contra. c. 19.

In post præ dicamentis, c. de Simili

¶ *Super Quæstionis vigesimæ octauæ Articulum secundum.*

ar. præced.

ARticulo secūdo omisso, ex quo memoriæ commēda his rūsionem ad primū, & applicabis ad post prædicamenta.

Ad 2m dicendum, ꝙ sicut aliquid apprehenditur vt bonum, quod non est vere bonum, ita aliquid apprehenditur vt malū, qđ non est vere malū: vnde contingit quandoque nec odium mali, nec amorem boni esse bonum.

Ad 3m dicendum, ꝙ contingit idē esse amabile, & odibile diuersis, fm appetitum quidem naturalem ex hoc, ꝙ vnum & idem est conueniens vni fm suam naturam, & repugnans alteri: sicut calor conuenit igni, & repugnat aquæ. Fm appetitū vero animalem ex hoc, ꝙ vnum & idem apprehenditur ab vno sub ratione boni, & ab alio sub ratione mali.

ARTICVLVS II.

Vtrum odium causetur ex amore.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt ꝙ amor non sit causa odii. Ea.n. quæ ex opposito diuiduntur, naturaliter sunt simul, vt dicitur in *prædicamentis: sed amor & odium cum sint cōtraria, ex opposito diuiduntur. ergo naturaliter sunt simul. non ergo amor est causa odii.

¶ 2 Præt. Vnum contrariorum nō est causa alterius: sed amor & odium sunt contraria. ergo &c.

¶ 3 Præt. Posterius non est causa prioris: sed odiū est prius amore, vt vf. nā odiū importat recessum a malo: amor vero accessum ad bonum. ergo amor nō est causa odii.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. 14. de Ciu. Dei, ꝙ omnes affectiones causantur ex amore. ergo & odium, cum sit quædam affectio animæ, causatur ex amore.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, Amor consistit in quadam conuenientia amantis ad amatum: odium vero consistit in quadam repugnantia, vel dissonātia. Oportet autem in quolibet prius considerare quid ei conueniat, quàm quid ei repugnet. Per hoc.n. aliquid est repugnans alteri, quia est corruptiuum, vel impeditiuū eius quod est conueniens: vñ necesse est, ꝙ amor sit prior odio: & ꝙ nihil odio habeatur, nisi p hoc, quòd contrariatur conuenienti, quod amatur: & fm hoc, omne odium ex amore causatur.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in his q̄ ex opposito diuiduntur, quædā inueniuntur, quæ sunt naturaliter simul & fm rem, & fm rationem, sicut duæ species animalis, vel duæ species coloris. Quędā vero sunt simul fm rationem, sed vnum realiter est prius altero, & causa eius: sicut patet in speciebus numerorum, figurarum & motuum. Quædam vero non sunt simul nec fm rem, nec secūdum rationem, sicut substantia & accidens. nam substantia realiter est cā accidentis: & ens fm rōnem prius attribuitur substantiæ q̄ accidenti, quia accidenti nō attribuitur nisi inquā tū est in substātia. Amor autem & odium naturaliter quidem sunt simul fm rationem, sed non realiter: vñ de nihil prohibet amorem esse causam odii.

Ad 2m dicendum, quòd amor & odium sunt contraria, qñ accipiuntur circa idem: sed qñ sunt de contrariis, non sunt contraria, sed seinuicem consequentia. Eiusdem.n. rationis est, quòd ametur aliquid, & odiatur eius contrarium: & sic amor vnius rei, est causa quòd eius contrarium odiatur.

Ad 3m dicendum, ꝙ in executione prius est recedere ab vno termino, quàm accedere ad alterū terminum, sed in intensione est econuerso: propter hoc.n. receditur ab vno termino, vt accedatur ad alterum, motus autem appetitiuus magis pertinet ad intentionem, quàm ad executionem: & ideo amor est prior odio, cum vtrumque sit motus appetitiuus.

ARTICVLVS III.

Vtrum odium sit fortius, quàm amor.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ octauæ Articulum tertium.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ odiū sit fortius amore. Dicit.n. Aug. in li. 83. q. *Nemo est qui non magis dolorem fugiat, quàm appetat voluptatem: sed fugere dolorem pertinet ad odium, appetitus autem voluptatis pertinet ad amorem. ergo odium est fortius amore.

¶ 2 Præt. Debilius vincitur a fortiori: sed amor vincitur ab odio, qñ .s. amor conuertitur in odium. ergo odium est fortius amore.

¶ 3 Præt. Affectio animæ per effectum manifestatur: sed fortius insistit homo ad repellendum odiosum, quàm ad prosequendū amatum, sicut etiā bestiæ abstinent a delectabilibus pp verbera, vt Aug. introducit in lib. 83. q. ergo odium est fortius amore.

SED CONTRA. Bonum est fortius quàm malum: quia malū nō agit nisi virtute boni, vt Dio. dicit c. 4. de diuin. no. *sed odiū & amor differūt fm differētiā boni, & mali. ergo amor est fortior odio.

RESPON. Dicendum, ꝙ impossibile est effectum sua causa esse fortiorem. Omne autem odium procedit ex aliquo amore, sicut ex cā, vt supra dictum est, *vnde impossibile est, ꝙ odium sit fortius amore simpliciter, sed oportet vlteri⁹, ꝙ amor, simpliciter loquendo, sit odio fortior. Fortius.n. mouet ali qd in finē, q̄ i ea q̄ sunt ad finē. Recessus autem a malo ordinatur ad cōsecutionem boni, sicut ad finē: vnde simpliciter loquēdo, fortior est motus animæ in bonum, q̄ in malum: sed tñ aliquando videtur odiū fortius amore propter duo.

IN tertio articulo aduerte primo, quòd prima ratio, quare odiū videtur ꝙ fortius mouere, cōsistit in hoc, quòd odium magis constitit in immutatione, quàm amor. Quod declaratur ex parte obiecti, qa scilicet in amore tā actus, quàm obiectum consonat dispositioni amantis, ac per hoc nihil est ex parte obiecti alteritatis. In odio vero, licet actus dissonet obiecto odiētis, obiectum vero vtpote malum, vt malum dissonat, ac per hoc ex parte obiecti alteritas q̄dam inuenitur: & cum mutatio in alteritate cōsistat, magis ad mutationis naturam accedet odium, quàm amor. Et hæc ratio ponitur in litera, cum dicitur, quòd repugnantia eius quod oditur, magis percipitur q̄ conuenientia amati. Aduerte secundo, quòd secunda ratio & ma nifestat. sensum conclusionis principalis huius articuli, scilicet quòd odium non est fortius amore, sed econuerso. qđ intelligitur non de quocunque odio relato ad quemcunque amorem, & econuerso, sed de coniugatis. Quilibet enim amor habet vinculum odium sibi oppositi, & econuerso. & de his est sermo comparatiuus. Et manifestat fortitudinem odii super amorem extraneum esse non ex se, sed ex amore eius causa superante illum alterum amorem: vt in responsione ad primum, & secundum exprimitur. Et sic ex prima ratione odiū magis quodammodo incitat, quàm cōiugatus amor, quia magis sentitur. & ex secunda magis quam extraneus amor, quia agit virtute amoris maioris.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ octauæ Articulum quartum.*

ARticulo quarto omisso, quo in fine tractatus vtenitur in articulo 5. aduerte, quòd aliud est odio haberi, & aliud non amari: & quòd aliud est per se, & aliud per accidens. Nihil enim quātumcunque fuerit particularissimū & minimum bonū, sub ratione suæ bonitatis repræsentatum, odio habetur, per se loquēdo: quia obiecto odii contrariatur tota latitudo boni, non amari tamen potest, quia non habet vnde adæquet appetitum &c. per accidens autem potest partialiter bonum odio haberi, per adiunctam scilicet rationē malitiæ mali, vt quotidie experimur. in communi autem impossibile est: quia quilibet odiens, aliquid amat: ac per hoc non omne bonum odit. Et idem est iudicium de ente & vero in communi. Odiens enim quodcūque ens, aut quodcūque verum, licet ab illis dissonet, alicui tamen vero & enti remanet consonans, ac per hoc non abiicit totam entis, aut veri latitudinem a suo affectu, sed communis ratio entis, & veri semper saluatur consonans &c.

Primo quidem, quia odium est magis sensibile quàm amor. Cum.n. sensus perceptio sit in quadam immutatione, ex quo aliquid iam immutatum est, nō ita sentitur, sicut qñ est in ipso immutari: vnde calor febris ethicæ, quàmuis sit maior, non tñ ita sentitur, sicut calor tertianæ: quia calor ethicæ iā versus est quasi in habitum & naturā: & pp hoc ēt amor magis sentitur in absentia amati, sicut Aug. dicit in 10. de Trin. * ꝙ amor non ita sentitur, cum non prodit eum indigentia: & pp hoc etiā repugnantia eius quod oditur, sensibilius percipitur, quàm conuenientia eius quod amatur. Secundo, quia non cōparatur odium ad amorem sibi corrñdentem. fm .n. diuersitatem bonorum, est diuersitas amorū in magnitudine, & paruitate, quibus proportionantur opposita odia: vnde odium quod corrñdet maiori amori, magis mouet quàm minor amor. Et per hoc patet rñsio ad primum. nam amor voluptatis est minor, quàm amor conseruationis suipsius, cui rñdet fuga doloris: & ideo magis fugitur dolor, quàm ametur voluptas.

Ad 2m dicendum, ꝙ odium nunquā vinceret amorem, nisi pp maiorem amorem, cui odium corrñdet: sic homo magis diligit se, quàm amicum. & propter hoc, quòd diligit se, habet odio etiam amicum, si sibi contrarietur.

Ad 3m dicendum, quòd ideo intensius aliquid operatur ad repellendum odiosa, quia odium est magis sensibile.

ARTICVLVS IIII.

Vtrū aliquis possit odio habere seipsū.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ aliquis possit seipsum odio habere. Dī.n. in Psal. 10. Qui diligit iniquitatē, odit animam suam: sed multi diligunt iniquitatem. ergo multi odiunt seipsos.

¶ 2 Præt. Illum odimus, cui volumus & operamur malū: sed quandoq; aliquis vult & operatur sibiipsi malum, puta, qui interimunt seipsos. ergo aliq seipsos hēnt odio.

¶ 3 Præt. Boetius dicit in 2. de Consol. *ꝙ auaritia facit hoīes odiosos: ex quo potest accipi, quòd oīs hō odit auarum: sed aliqui sunt auari. ergo illi odiunt seipsos.

SED CONTRA est, qđ Apostolus dicit ad Ephes. 5. quòd nemo vnquàm carnem suā odio habuit.

RESPON. Dicēdū, ꝙ impossibile est, quòd aliquis, per se loquendo, odiat seipsum. Naturaliter .n. vnumquodq; appetit bonum, nec pōt aliquid sibi appetere, nisi sub ratione boni. nam malum est præter voluntatem, vt Dio. dicit 4. c. De diui. no. *Amare autem aliquem est velle ei bonum, vt suprà dictum est: *vnde necesse est, ꝙ aliquis amet seipsum, & impossibile est, ꝙ aliquis odiat seipsum, p se loquendo: per accidens tñ contingit, quòd aliquis seipsum odio habeat, & hoc dupliciter. Vno mō, ex parte boni qđ sibi aliquis vult. accidit.n. quandoque, illud quod appetitur vt fm quid bonum, esse simpliciter malum: & fm hoc aliquis p accidens vult sibi malum, quod ē odire. Alio modo, ex parte suiipsius cui vult bonū. Vnumquodque.n. maxime est id, quod est principalius in ipso: vnde ciuitas dicitur facere id, quod Rex facit, quasi Rex sit tota ciuitas. Manifestum est ergo, ꝙ homo maxime est mens hominis. cōtingit autem, quòd aliqui æstimant se maxime illud, quòd sunt fm naturam corporalem & sensitiuam: vnde amant se fm id, quòd æstimant se esse, sed oduntid quod vere sunt, dum volunt contraria rationi: & vtroque modo ille qui diligit iniquitatem, odit non solum animam suam, sed etiam seipsum. Et per hoc patet responsio ad primum.

Ad 2m dicendum, ꝙ nullus sibi vult & facit malum, nisi inquantum apprehendit illud sub ratione boni: nam & illi qui interimunt seipsos, hoc ipsum, quod est mori, apprehēdunt sub ratione boni, inquā tum est terminatiuum alicuius miseriæ, vel doloris.

Ad 3m dicendum, ꝙ auarus odit aliquod accidens suum, non tñ propter hoc odit seipsum: sicut æger odit suam ægritudinem ex hoc ipso, quòd se amat. Vel dicēdum, quòd auaritia odiosos facit aliis, non autē sibiipsi: quinimmo causatur ex inordinato sui amore, fm quem de bonis temporalibus plus sibi aliquis vult, quàm debeat.

¶ In vltimo articulo nihil occurrit scribendum, nisi quòd diligenter notetur differentia inter rē, puta, calorem vniuersalem vniuersaliter, & singularem.

par. 4. aliquant ulū ante finem. *q. 26. ar. 4.

ARTICVLVS V.

Vtrum aliquis possit odio habere veritatem.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis non possit habere odio veritatem. Bonum .n. & ens, & verum conuertuntur: sed aliquis non potest habere odio bonitatem. ergo nec veritatē.

¶ 2 Præt. Omnes hoīes naturaliter scire desiderant, vt dicitur in principio Met. * sed scientia non est nisi verorū. ergo veritas naturaliter desideratur, & amatur: sed quod naturaliter inest, semper inest. nullus ergo potest habere odio veritatem.

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 2. Rhetor. *quòd homines amant non fictos, sed non nisi pp veritatem. ergo hō naturaliter amat veritatē. non ergo eā odio habet.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Galat. 4. Factus sum vobis inimicus, verum dicens vobis.

RESPON. Dicendum, ꝙ bonum, & verum, & ens sunt idem fm rem, sed differunt ratione. Bonum.n. habet rationem appetibilis, nō autem ens vel verum: quia Bonum est quod omnia appetunt. & ideo bonum fm rationem boni, non potest odio haberi nec in vniuersali, nec in particulari. Ens autem & verum in vniuersali quidē, odio haberi non possunt: quia dissonantia est causa odij, et conuenientia causa amoris.

2. 2. q. 34. ar. 1. cor.

li. 1. metaph. to. 3.

ca. 4. 2 me diò tom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ens autē & verum sunt cōmunia oībus sed in particulari nihil prohibet quoddam ens, & quoddam verū odio haberi, inquātum habet rōnem contrarij & repugnantis: contrarietas.n.& repugnantia non aduersat rationi entis & veri, sicut aduersatur rōni boni. Contingit aūt verum aliquod particulare tripliciter repugnare, vel contrariari bono amato. Vno mō, fm qđ veritas est causaliter & originaliter in ipsis rebus: & sic hō quādoq; odit aliquā veritatē, dum vellet non esse verum, quod est verum. Alio modo, fm quod veritas est in cognitione ipsius hois, q̄ impedit ipsum a prosecutione amati: sicut si aliqui vellēt non cognoscere veritatem fidei, vt libere peccarent, ex quorum persona dicitur Iob 21. Scientiā viarum tuarum nolumus. Tertio modo, hī odio veritas particularis tanquā repugnās, prout est in intellectu alteri°, puta, cum aliquis vult tacere in peccato, odit quod aliquis veritatem circa peccatum suum cognoscat. & fm hoc dicit Augu. in 10. Confes. ° quod homines amant veritatem lucentem, oderunt eam redarguentem. Et per hoc patet responsio ad primum.

c.23. a medio, to.1.

Ibidem.

AD 1^m dicendum, q̄ cognoscere veritatem, fm se est amabile. pp quod dicit Aug. ° quod amant eā lucentem: sed per accidens cognitio veritatis potest esse odibilis, inquantum impedit ab aliquo desiderato.

AD 3^m dicendum, q̄ ex hoc procedit, q̄ non ficti amantur, quōd homo amat secundum se cognoscere veritatem, quam homines non ficti manifestant.

ARTICVLVS VI.

Vtrum aliquid possit haberi odio in vniuersali.

Sup. ar. 5. cor.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ odium non possit esse alicuius in vniuersali. Odiū.n. est passio appetitus sensitiui, qui mouetur ex sensibili apprehensione: sed sensus non pōt apprehendere vniuersale. ergo odiū non pōt esse alicuius in vniuersali.

¶ 2 Præt. Odium causatur ex aliqua dissonantia, q̄ cōitati repugnat: sed cōitas est de ratione vniuersalis. ergo odium non potest esse alicuius in vniuersali.

tex. 8. to. 3.

¶ 3 Præt. Obiectum odij est malum: malum autem est in rebus, & non in mente, vt dī in 6. Meta. † cum ergo vniuersale sit solum in mente, quæ abstrahit vniuersale a particulari, videtur quōd odium non possit esse alicuius vniuersalis.

ca. 4. a medio, tom. 6.

SED CONTRA est, qd Philosophus dicit in 2. Rhetor. qd ira semp fit inter singularia: odium aūt ēt ad genera. Furem.n. odit & calumniatorem vnusquisque.

RESPON. Dicendum, q̄ de vniuersali dupliciter contingit loqui. Vno modo, fm quod subest intentioni vniuersalitatis: alio autem modo dī de natura, cui talis intentio attribuitur, alia est.n. consideratio hominis vniuersalis, & alia hominis in eo quod est hō. Si igitur vniuersale accipiatur primo modo, sic nulla potentia sensitiuæ partis, neq; apprehensiua, neq; appetitiua potest ī vniuersale: quia vniuersale fit p abstractionē a materia indiuiduali, in qua radicatur oīs virtus sensitiua. potest tn aliqua potentia sensitiua, & apphensiua, & appetitiua ferri in aliquid vniuersaliter: sicut dicimus q̄ obiectum visus est color fm genus, non quia visus cognoscat colorem vniuersalem: sed quia, q̄ color sit cognoscibilis a visu, non conuenit colori, inquātum est hic color, sed inquātū est color simpliciter. Sic ergo odium ēt sensitiuæ partis, potest respicere aliquid in vniuersali: quia ex natura cōi aliquid aduersatur animali, & non solum ex eo quod est particularis, sicut lupus oui: vñ ouis odit lupum generaliter. Sed ira semp causat ex aliquo particulari, quia ex aliquo actu lędentis: actus aūt particularium sunt. & pp hoc Philosophus dicit, * q̄ ira semp est ad aliquid particulare: odium vero potest esse ad aliquid in genere. sed odium fm qđ est in parte intellectiua, cum consequatur apprehensionem vniuersalem intellect^s, potest vtroq; modo esse respectu vniuersalis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sensus non apprehendit vniuersale, prout est vniuersale: apphendit tn aliquid, cui per abstractionem accidit vniuersalitas.

AD 2^m dicendum, q̄ id quod commune est omnibus, non potest esse ratio odii: sed nihil prohibet aliquid esse commune multis, quod tamen dissonat ab aliis: & sic est eis odiosum.

AD 3^m dicendum, quōd illa obiectio procedit de vniuersali secundum quod subsłat intentioni vniuersalitatis: sic enim non cadit sub apprehensione, vel appetitu sensitiuo.

QVAESTIO XXX.

De concupiscentia, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de concupiscentia.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum concupiscentia sit in appetitu sensitiuo tantum.

¶ Secūdo, Vtrum concupiscentia sit passio specialis.

¶ Tertio, Vtrum sint aliquæ concupiscentiæ naturales, & aliquæ non naturales.

¶ Quarto, Vtrum concupiscentia sit infinita.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum concupiscentia sit tantum in appetitu sensitiuo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quōd concupiscentia non solum sit in appetitu sensitiuo. Est enim quędam concupiscentia sapientiæ, vt dicitur Sap. 6. Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum: sed appetitus sensitiuus non potest ferri in sapientiam. ergo concupiscentia non est in solo appetitu sensitiuo.

¶ 2 Præt. Desideriū mandatorū Dei nō est in appetitu sensitiuo: imo Apostō. dicit Ro. 7. Nō habitat in me, hoc est, in carne mea bonū: sed desideriū mandatorū Dei sub concupiscentia cadit: fm illud Psal. 118. Cōcupiuit aia mea desiderare iustificationes tuas. ergo concupiscentia non est solum in appetitu sensitiuo.

¶ 3 Præt. Cuilibet potentiæ est concupiscibile proprium bonum. ergo concupiscentia est in qualibet potentia animæ, & non solum in appetitu sensitiuo.

SED CONTRA est, q̄ Damasc. dicit, * quōd irrationale obediens & persuasibile rationi diuiditur in cōcupiscentiam, & iram: hæc autem est irrationalis animæ pars passiua, & appetitiua. ergo concupiscentia est in appetitu sensitiuo.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut Philosophus dicit in 1. Rhetor. ' Concupiscentia est appetitus delectabilis. Est aūt duplex delectatio, vt infra dicetur: ^vna, q̄ est in bono intelligibili, quod est bonum rōnis: alia, quæ est in bono fm sensum. Prima quidem delectatio videtur esse animæ tantum. Secunda autem est

animæ & corporis: quia sensus est virtus in organo corporeo. vnde & bonum secundum sensum, est bonum totius coniuncti. talis aūt delectationis appetitus videtur esse cōcupiscētia, q̄ simul pertineat & ad aīam & ad corpus, vt ipsum nomē concupiscentiæ sonat: vnde cōcupiscētia, pprie loquēdo, est in appetitu sensitiuo, & ī vi cōcupiscibili, q̄ ab ea denominatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ appetitus sapiētiæ, vel aliorum spiritualium bonorum interdum cōcupiscentia nominatur, vel propter similitudinē quādam, vel propter intensionē appetitus superioris partis, ex quo fit redundantia in inferiorem appetitū, vt simul etiam ipse inferior appetitus suo modo tendat in spirituale bonum consequens appetitum superiorem, & eriam ipsum corpus spiritualibus deseruiat, sicut in Psal. 83. dicitur. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

AD 2^m dicendum, q̄ desiderium magis pertinere potest, proprie loquendo, nō solum ad inferiorem appetitum, sed etiam ad superiorem. Non.n. importat aliquam consociationem in cupiendo, sicut cōcupiscētia: sed simplicem motum in rem desideratam.

AD 3^m dicendū, q̄ vnicuiq; potētiæ animæ appetere competit proprium bonū appetitu naturali, qui non sequitur apprehensionē: sed appetere bonū appetitu animali, qui sequitur apprehensionē, pertinet solum ad vim appetitiuam. Appetere aūt aliquid sub ratione boni delectabilis secundū sensum, quod proprie est concupiscere, pertinet ad vim concupiscibilē.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ Articulum secundum.*

1.d.26.q.1. ar.3.cor.

ARTICVLVS II.

Vtrum concupiscentia sit passio specialis.

IN quæstione trigesima omisso primo arti. in secundo aduerte quatuor. Primo, quōd distinctio i litera facta superius declarata est, & in sequenti articulo amplius patefiet. Secundo, q̄ author propter annexā causalitatē actiuam finali superius declaratā, incipit a virtute actiua, & descendit ad virtutem motiuā finis. Et quia finis determinat actiuam sui virtutem & finem, constat aliter finalizare præsentem, aliter absentē: ideo etiā aliter agit præsens & absens: & nō se habent absens & præsens vt approximatio & elongatio se habent in agentibus naturalibus, scilicet vt conditiones, sine quibus actio non fit, sed se habent vt virtutes actiuę. Vbi scito, Nouitię, commune esse omni actiuo, si agat proximum esse passo, nec ab hoc exorbitat actiuum in appetitum tam sensitiuum, quam intelle

ca. 11. non ergo sensus a principio.

q. 33. posteriorum, to. 4.

Sup. q. 23. ar. 2. corpo. Ethic. ca. 12. fine. Ex Gregor. Moral. li. 4. ca. 9.

A

B

C

D

E

ctiuum: & approximationē ipsam, q̄quid sit, non esse rationem, aut virtutē actiuam, sed conditionē, sine qua non: & de hac, vtpote ad communissimum artificē spectante, non est sermo hic: sed de præsentia & absentia reali dicitur, q̄ concurrunt ad actiunum in appetituni, vel rationes partiales agendi, ita quōd distinguunt speciē passiones. Integratur enim ratio obiecti passionis appetitus sensitiui ex bonitate, vel malitia, præsentia vel absentia, vel indifferentia & apprehensione. Et bonitas quidem & malitia ex natura appetit^e exigit. Omnis enim appetitus per se appetit bonū, & fugit malum: absentia vero vel præsentia, vt in responsione ad primum littera dicit, particularitati potētiæ respōdet: apprehensio vero animalitati eiusdem. Tertio, q̄ sermo præsens est de distinctione passionum in genere naturæ tantum. Cōcupiscere enim delectabile in propria, vel aliena vxore, in genere naturæ distinguuntur solo numero sub eadem naturæ specie existētes, sed in genere moris sunt diuersū specierum, immo diuerforum generum virtutis, & vitii. Quarto, quōd ex responsione ad secundum, mirandū est de Greg. de Arimino in primo sentē. distin. 1. q. 2. art. 2. dicente, quōd nullus doctorum, quos vidit, tenet cupiditatē, seu desideriū distingui essentialiter ab amore. Patet eni expresse hic & superius: sed forte excusari potest in voluntate, in qua tamen manifeste errat, ponens etiam delectationē esse amorem, vt superius dictum est.

q. 23. ar. 1. ca. 1.

Sed contra est, q̄ passio, quæ directe opponit cōcupiscentiæ, innominata est, quæ ita se habet ad malum, sicut concupiscentia ad bonū: sed quia est mali

¶ *Super Quæstionis trigesimæ Articulum tertium.*

IN articulo 3. dubiū occurrit, quia male videtur assignari distinctio cōcupiscentiæ. Omne n. delectabile animaliter, est cōueniens apprehensum. Cibus. n. & potus si non apprehendantur, nō concupiscuntur animaliter, quāuis appetatur a natura, vt patet in melancholicis nolentibus comedere. valde enim egent cibo, & tamen non concupiscunt illum, apprehendentes vel se mortuos, vel non egentes &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd obiectio procedit ex malo intellectu distinctionis. Nō. n. distinguitur delectabile naturale, a delectabili rationali, propterea quòd illud est cōueniens non apprehensum, & hoc est conueniēs apprehensum. Commune enim est omni delectabili delectatione, quæ est passio appetitus, esse delectabile apprehensum. nec in hoc ponitur differentia in litera: sed hac communi conditione delectabilis præsuppositā, distinctio in litera fit. Ad cuius intellectum recolito doctrinam de amore superius traditam, scilicet quòd similitudo, seu proportio est propria causa ex parte subiecti disponens ad amorem: & dicito, quòd cum nec cōcupiscatur, nec delectet nisi amatum, sicut dupliciter aliquis disponitur ad amandum: ita ad concupiscendum, & delectandum, est si quidem aliquis dispositus & ex natura, & ex æstimatione ad amandum aliquid. ex natura quidem ad amandum consonū naturæ, vt cibum; ex æstimatione vero ad amandū consonum æstimāti, vt adorati. Et similiter aliqua cōcupiscētia ineſt nobis ex natura, qua s. concupiscimus consona naturæ nostræ, apprehensa in: & aliqua ineſt nobis ex æstimatione, qua .s. consona concupiscimus nobis reputantibus illa esse bona. Et primæ quidem concupiscētia, est naturalis: secunda rōnalis: quia in prima delectabile, qd est obiectum cōcupiscentiæ, consonat naturæ in secunda ratioui. Vnde cum in litera distinguitur delectabile inconueniens fm naturā, & secundum apprehensionē, ly, secundum, denotat causam conuenientiæ ex parte subiecti & non ex parte obiecti. Commune enim est omni delectabili, vt dictum est, esse conueniens secundum apprehensionem ex parte obiecti. Si enim non apprehenditur vt conueniens, non delectat, vt experientia testatur: vnde in concupiscentia rationali apprehensio cōcurrit dupliciter, scilicet obiectiue, vt concurrit in aliis, & dispositiue ex parte subiecti: propter quod Aristote. in primo Rhetо. capit. 13. ponit æstimationem, vel persuasionem esse causam huius concupiscentiæ, illius vero naturam.

¶ Circa differentiam positam in litera inter vtrāque concupiscentiam secūdum communitatem & proprietatē, dubium occurrit: quia concupiscentiæ propriæ sunt etiam naturales, secundum naturā individualem: vt patet in his quos naturaliter delectat comedere talē vel talem cibū, qui aliis abominabilis est.

¶ Ad hoc dicitur, quòd delectationes propriæ in individuo sunt duplices, quædā consonæ naturæ individuali & quędā æstimationi, seu, quod idem est, consuetudini ex additione: Primæ ad naturales concupiscentias spectant, vt ipsemet Arist. videtur eas locasse in primo Rhetо. cap. 13. dum concupiscentiā alimenti secundum vnamquanque speciem naturalem posuit: & in 3. Ethic. dixit quòd aliquid naturalitatis habēs, quia alia aliis sunt delectabilia: alterā vero ad rationales concupiscentias spectant, iuxta illud quòd in hac litera dicitur in calce corporis articuli, scilicet, quia diuersi diuersimode ratiocinātur; ideo huiusmodi delectationes propriæ, & appositæ dicuntur.

¶ In responsione ad secundum aduerte, q̄ author indesefle dispositionem specificā ex obiecto sequens (quia in obiecto appetitus duo sunt, res, & apprehensio & ex doctrina præcedenti constat, quòd distinctio rei materialiter concurrit) ad distinctionem apprehensionis consugit: apprehensio autem prima distinctione dividitur in absolutam, & discursiuam. Intellectus enim & ratio primo distinguunt apprehensionem intellectiuam, & his proportionaliter respondentia distinguunt apprehensionem. Igitur author illa quę absolute apprehensa delectant, naturaliter concupisci, & illa, quæ ratiocinatione apprehensa delectant, rationaliter concupisci, ac per hoc specie distingui infert, vt patet in litera. Absoluta autem apprehensio hoc in loco excludit non solum actualem discursum, sed omnem collationem, tam formaliter, quàm virtualiter communiter requisitam. Dico autem hoc propter persuasos ex consuetudine, vel leuitate, qui etsi absoluta apprehensione formaliter ad concupiscentiam rationalem mouentur: videtur tamen ibi esse apprehensio discursiua virtualiter, vel ex præcedentium efficacia, vel ex dispositione subiecti. Ex hac autem responsione manifestę liquet, quòd apprehensio respectu obiecti appetitus non se habeat vt approximatio actiui, vel passiui, sed vt ratio obiectiua. Et hoc sine dubio oportet omnes fateri ex eo, quòd nihil differt bonum, vel apparens bonum, ex diuersitate obiecti actiui: obiectum autem appetitus est bonum apprehensum. vnde ad diuersitatem actiui pertinet diuersitas apprehensionis, prout scilicet apprehenditur aliquid vt cōueniēs absoluta apprehensione, ex qua causantur cōcupiscētię naturales, quas Philosophus in Rhet. vocat irrationales: & prout apprehenditur aliquid cum deliberatione, ex qua causantur concupiscentiæ nō naturales, quę propter hoc in Rhetо. dicuntur, cum ratione.

AD 3^m dicendum, quòd in homine non solum est ratio vniuersalis, quæ pertinet ad partem intellectiuā, sed etiā ratio particularis, quæ pertinet ad partem sensitiuā, vt in 1. lib. dictum est: & fm hoc etiam cōcupiscentia, quæ est cum ratione, potest ad appetitum sensitiuum pertinere: & propter hoc appetitus sensitiuus potest etiā a rōne vniuersali moueri, mediante imaginatione particulari.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum concupiscentia sit infinita.

AD QVARTVM sic procedi tur. Vī quòd cōcupiscentia non sit infinita. Obiectū. n. cōcupiscētię est bonū, qd habet rōnem finis: q aūt ponit infinitū, excludit finem, vt dī in 2. Met. * concupiscentia ergo nō pōt esse infinita.

¶ 2 Præt. Concupiscentia est boni conuenientis, cum procedat ex amore: sed infinitum, cum sit proportionatum, non potest esse cōueniens. ergo concupiscentia nō potest esse infinita.

¶ 3 Præt. Infinita non est transire, & sic in eis non est peruenire ad vltimum: sed cōcupiscenti sit delectatio p hoc, q attingit ad vltimum finem. ergo si concupiscentia esset infinita, sequeretur q nūquàm fieret delectatio.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. Politic. * quòd infinito concupiscentiæ existente, homines infinita desiderant.

RESPON. Dicēdum, quòd sicut dictum est, *Duplex est cōcupiscētia, vna naturalis, & alia nō naturalis. Naturalis quidē cōcupiscentia nō pōt esse infinita in actu, est .n. eius qd natura requirit: natura vero semp intendit in aliquid finitum & certum: vñ nunquā hō cōcupiscit infinitum cibum, vel infinitum. Et ex eo q̄ appetitus est malus tēdens in vere bonū apprehensum ut malū. Et hæc bñ notabis contra Sco. & quoscunque ponentes apprehensionem vt præuiū quid ad appetitum, quasi approximationem actiui ad passiuum, & appetitum ad cognitionem, quasi solo ordine præsuppositionis consequi, q̄ longe est a philosophia.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ Articuli quartum.*

IN articu. 4. titulo aduerte, quòd cōcupiscentiā esse infinitam, potest intelligi dupliciter, scilicet obiectiue, & subiectiue, seu ex parte obiecti, & ex parte actus. Ex parte quidem actus esset infinita vel intensiue, vel fm successionem: & neutro modo hic directe quæritur. communia namq; hęc sunt naturalibus. Ex parte autem obiecti infinita esset, si haberet obiectum infinitū, vel secundum perfectionem, vel secundum numerum, vel secundum quantitatem continuam manentem, vel successiuam. Et in hoc sensu hic quęritur, an cōcupiscentia sit infinita.

¶ In corpore articuli eiusdem aduerte, quòd duplex ratio infinitatis concupiscentiæ in litera assignata, duplicē non solum causam, sed modū infinitatis in obiecto concupiscibilis insinuat. Est in primis duplex causa, altera se tenens ex parte concupiscentis, altera ex parte concupiti. Ex parte siquidem concupiscentis, duplex assignata est causa concupiscendi, scilicet dispositio naturalis, & rationalis: & ex differentia inter naturā & rōnem redditur ratio infinitatis concupiscentiæ rationalis: quia natura determinata est ad certum: ratio vero non, sed in infinitum procedit. & sic ex eo quòd obiectum concupiscentiæ rationalis cōsonat rationi, infinitatem compatitur: sicut etiam ratio apprehendens infinitas diuitias, infinitum honorem, infinitum tempus &c. vt quæ dam bona. Ex parte autem cōcupiti duplex assignatum est obiectū, scilicet finis, & id quod est ad finem: & ex horum differentia redditur ratio infinitatis concupiscentiæ rationalis. Ex eo enim q̄ id, quod est ad finem, commensuratum oportet esse fini, omne concupitum propter finem est finitum, ac per hoc, omne naturaliter concupitum est finitum, quia propter naturā vt finem. Ex eo autem quòd finis sine mensura appetitur, & ratio de eo quod secundum se est ad finem, facit finem, consequens est vt rationalis concupiscentia sit quandoque infiniti. Non est autem vtrobique idem infinitatis modus, scilicet in honore infinito concupito, & in honore vt fine concupito. In primo enim infinitas est quasi pars rei appetitæ: in secundo vero est modus, quo res appetita terminat appetitum. In, primo namque reputante aliquo fore sibi bonum, habere infinitas diuitias, concupiscit hoc totum. .s. diuitias infinitas. In secundo vero reputante aliquo summum bonum in voluptate, vel diuitiis &c. cōcupiscit talia vt finem, qđ est cōcupiscere absq; determinatione alicuius quantitatis: & est talia absque mensura aliqua termina re appetitū, & hæc infinitas attenditur penes negationē termini in obiecto: illa vero quasi penes positionem infinitatis in eodem.

¶ Circa secundam rationem dubium occurrit: quia fm illā concupiscentia naturalis est infinita, probatur. Concupiscentia naturalis aut tendit in aliquid vt finem, aut non. si tendit in aliquid vt finem, ergo est infinita: quia finis infinite appetitur. Si in nihil tendit vt finem, sequitur primo, quòd est infinita: quia omnis actus tendens ad aliquid sine fine, est infinitus. Secundo, quòd nullum delectabile appetitur naturali cōcupiscentia: quia delectabile per se appetitur, vt patet in 10. Ethic. & finis rationem habet.

¶ Ad hoc dicitur, quòd concupiscentia naturalis, & rationalis conueniunt in hoc, quod vtraque est passio animalis, & tendit in bonum secundū vtrāq; rationem boni, scilicet finis, & propter finem, seu per se, & per aliud, vt patet in operibus animalium. Hiranndo enim appetit apprehensam paleam, vt bonū vtile ad nidum &c. appetit vero apprehensum de lectabile in cibo & generatione pp se. differunt autem in hoc, q̄ illa a natura, dirigitur, hæc a ratione. Directio autē appetitus a natura, manifestę patet in appetitu naturali, in quo liquet ad nullam rem esse inclinationem, nisi commēsuratam naturæ. Nō enim materia appetit formam, nisi proportionatā sibi neq; grauitas inclinat ad locum, nisi proportionatum sibi: nec corpus animalis inclinatur in calidum & frigidum, nisi proportionatum sibi. vn de obiectum appetitus naturalis est cōmensuratū, seu proportionatum naturæ: & non est res secundū se, nisi forte per accidens res aliqua per se sit proportionata illi naturæ: vt esse deorum per se commensuratur graui, ac per hoc magis & maxime appetitur. Cōcupiscētia autem naturalis nō differt ab appetitu naturali quo ad obiectum, sed quo ad modum: naturaliter liquidem & animaliter appetere cibū nec essarium, in modo differunt: quia animaliter appetere, est appetere illum apprehendendo per actum propriū: naturaliter vero est absque cognitione & proprio actu inclinationem habere in illum. Quatenus igitur cōcupiscentia naturalis in obiectum tendit apprehensum, in finem & per finem tendit: quatenus vero a natura dirigitur, finis ille modificatur commensuratione ad naturam, quod est ordinari ad naturam vt ad finem non apprehensum, sed inditum: & propterea repugnat obiecto concupiscentiæ naturalis appeti vt finis simpliciter, sicut repugnat ei appeti absq; commensuratione ad naturam. Concupiscentia autem rationalis, quia ad obiectum apprehensum fm se tendere permittitur, reputante aliquo id sibi pro bono ex ipsa commensuratione obiecti ad rationem, infinitate modificatum sortitur effectum. Ex eo enim quòd in voluptate constituit quis finem, voluptas non commensuratur illius rationi vt appetibile, nisi vt infinite appetibile, vt patet. Est ergo differentia inter rationalis, & naturalis concupiscentiæ obiectum, non q̄ alterius finis, alterius id qđ est ad finē, obiectum est, sed qđ alterius, scilicet rationalis obiectū & est finis, & hēt, totaliter rōnē finis: alterius vero, scilicet naturalis obiectum, etsi sit finis, non tñ habet totaliter rationem finis, tum quia habet rationē modificati ad naturā: tum quia ordinatur ad alium finem inditum .s. naturā. Ad obiectionem ergo primā patet quid dicendum est: formaliter tñ dicito, quòd concupiscentia naturalis tendit in aliquid dupliciter, scilicet vt apprehensum, & vt inditum. & concedito, quòd stando in apprehensis tendit in aliquid vt finem, sed non vt totaliter exercentem rationem finis: quia tota latitudo suorū obiectorū apprehensorū subordinatur naturæ vt fini: & propterea nō ē infinita, sed terminata ad obiectū apphēsum terminū, & finem, vt dictum est. Ad sēm vero dicitur eodem modo, quòd delectabile est secundum se formaliter obiectum, & finis naturalis concupiscentiæ, modificatum tamen commensu-

In princ. li. & clarius tex. 49. c. 2.

li. 3. eth. c. 11. Et 1. rheto. c. 11. to. 5. & 6.

Inf. qō. 31. ar. 3. & q. 41. ar. 3. cor & q. 77. ar. 5. co. Et 2. 2. q. 117. ar. 5. ad 2.

*ar. 1. ad 3.

li. 1. cap. 11. tom. 6.

li. 1. rheto. c. 11. paulo a prin. to. 6

p. p. q. 78. art. 4.

tex. 8. to. 3.

c. 6. post medium to. 5.

art. præced.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationem ad naturam: & subordinatum fini inferiori, qui est natura: propter quod concupiscentia naturalis ipsius delectabilis saturatur. Rationalis autem concupiscētia delectabilis insatiabilis est, vt patet in personis dediris venereis.

¶ Circa responsionem ad primū in eo dē articulo aduerte, quòd illa verba litere, prout concupiscibile semel in actu, replicanda sunt super secūdo membro, ita quòd sensus est, q̄ cōcupiscibile prout concupiscitur semel in actu, est finitum: vel quia est finitum ſm rem, vel quia est finitum, secundū apprehensionem. Potest enim concupisci semel in actu tam finitum quàm infinitū secundū rē, vt patet in concupiscente simul infinitam pecuniā. Apponit autem has duas conditiones, scilicet, vnitatis, & actualitatis: quia plurium concupiscētiarū nihil prohibet infinitum concupiscibile esse obiectum: & similiter cōcupitum in potentia potest infiniti rationem, sed semel & in actu concupitum nō nisi finitum vel vt finitum est. Apposuit autem author verba illa inter primum & secundum membrū in litera, eum tamē vtrique mēbro præposita clariorem esse cīssent sensum prædictum, vt merito ipſ* finiti ſm rē a finito ſm rōnē differneret. Finitum.n. secūdum rē ex parte sui habet, quòd semel in actu concupiscatur. Infinitum autem nō ex parte sui, sed rationis apprehēdētis vt finitum, habet vt semel in actu concupiscatur.

ar. 3.

cap. 6. post medium tomo 5.

eod. 1. Pol. c. 6. tom. 5.

* al. simul.

te. 03. to. 2.

nitum potum. Sed sicut in natura contingit esse infinitum in potentia per successionem: ita huiusmodi concupiscentiā contingit infinitam esse per successionem, vt scilicet, post adeptū cibum iterū alia vice desideret cibum, vel quodcūque aliud, quod natura requirit: quia hmōi corporalia bona cum aduenium, non perpetuo manēt, sed deficiūt. Vnde dixit Dominus Samaritanæ, Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum: sed concupiscentia nō naturalis omnino est infinita, sequitur enim rōnē, vt dictum est*: rationi aūt cōpetit in infinitum procedere. vnde qui cōcupiscit diuitias, pōt eas concupiscere non ad aliquem certum terminū, sed simpliciter se diuitē esse, quantumcūque potest. Pōt & alia ratio assignari ſm Philosophū in 1. Politic.* quare quædam concupiscentia sit finita, & quædā in finita. Semper enim concupiscētia finis, est infinita: finis enim p se cōcupiscitur, vt sanitas: vnde maior sanitas magis concupiscitur, & sic in infinitum: sicut si album per se diſgregat magis album, magis disgregat. Concupiscentia vero eius quod est ad finem, non est infinita, si ſm illam mensuram appetit, quæ conuenit fini. Vnde qui finem ponunt in diuitiis, habent concupiscentiam diuitiarū in infinitum: qui autē diuitias appetūt propter necessitatem vitæ, concupiscunt diuitias finitas sufficiētes ad necessitatē vitæ, vt Philosoph* dicit ibidē. *Et eadē est ratio de cōcupiscētia quarūcunq; aliarū rerū.

Ad primvm ergo dicēdum, q̄ omne quod cōcupiscitur, accipitur vt quoddam finitum, vel quia est finitum ſm rem, prout concupiscitur * semel in actu: vel quia est finitum, ſm quod cadit sub apprehēsione. Non enim potest sub ratione infiniti apprehendi: quia infinitum est, cuius quātitatē accipiētibus, semper est aliquid extra sumere, vt dicitur in 3. Physic.*

Ad 2^m dicendum, q̄ ratio quodammodo est virtutis infinitæ, inquantum potest in infinitum aliquid considerare, vt apparet in additione numerorum & linearum: vnde infinitum aliquo modo sumptum, est proportionatum rationi. Nam vniuersale quod ratio apprehendit, est quodāmodo infinitum, inquantum in potentia continet infinita singularia.

Ad 3^m dicendum, q̄ ad hoc, quòd aliquis delectetur, non requiritur quòd omnia consequatur, quæ concupiscit: sed in quolibet concupito, quod consequitur, delectatur.

QVAESTIO XXXI.

De delectatione secundum se, in octo articulos diuisa.

Deinde considerandum est de delectatione, & tristitia.

¶ Circa delectationem vero consideranda sunt quatuor. Primo, de ipsa delectatione secundum se. Secundo, de causis delectationis. Tertio, de effectibus eius. Quarto, de bonitate, & malitia ipsius.

Circa primū quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum delectatio sit passio.
¶ Secūdo, Vtrū sit in tempore.
¶ Tertio, Vtrū differat a gaudio.
¶ Quarto, Vtrum sit in appetitu intellectiuo.
¶ Quinto, De comparatione delectationū superioris appetitus, ad delectationem inferioris.
¶ Sexto, De comparatione delectationū sensitiuarum adiuicē.
¶ Septimo, Vtrum sit aliqua delectatio non naturalis.
¶ Octauo, Vtrum delectatio possit esse contraria delectationi.

Articvlvs primvs.

Vtrum delectatio sit passio.

Ad primvm sic procedi tur. Videtur quòd delectatio non sit passio. Damas. enim in 2. lib.* distinguit operationem a passione, dicens, qd operatio est motus, qui est ſm naturam: passio vero est motus contra naturam: sed delectatio est operatio, vt Philosophus dicit in 7. & 10. Ethicorū. † ergo delectatio nō est passio.

¶ 2 Præt. Pati, est moueri. vt dicitur in 3. Phyſi. * sed delectatio nō consistit in moueri, sed in motum esse, causatur enim delectatio ex bono iam adepto. ergo delectatio non est passio.

¶ 3 Præt. Delectatio cōsistit in quadā perfectione delectati, perficit enim operationem, vt dicitur in 10. Ethi. † sed perfici, non est pati, vel alterari, vt dicitur in 7. Physicor. & in 2. de Anima. ergo delectatio non est passio.

Sed contra est, quod August. in 10. & 14. de ciuitat. Dei, ponit delectationē, siue gaudium, vel lætitiam inter alias passiones animæ.

Respon. Dicendum, quòd motus appetitus sensitiui, prie passio nominat, sicut supra dictū est. * Affectio autem quæcunq; ex apprehēsione sensitiua procedens, est motus appetitus sensitiui: hoc autē ne

¶ *Super Quæstionis trigesimæprimæ Articulum primum.*

In 1. articu. q. 31. colliga requisita ad delectationem, & vt de quandoque exigi subiectum, obiectū, & tres actus, scilicet coniunctiones eorū, quæ diuersimode fit (vt infectus patet) quā significat ly, cōstitutio cognitionis tā obiecti, quàm cōiunctionis: & hanc significat ly, sensibilis, & immutationis appetitus, quæ est formalis delectatio: & hāc significat ly, motus animi: obiectum exigit connaturalitatem, quam significat ly, naturā existentem: coniunctio vero exigit simultatem, quam significat ly, tota simul. Et sic diffinitio adunat omnia, quæ inferū singillatim dicenda sunt.

¶ In secundo vero nota, q̄ illa verba, Si bonum adeptum sit omnino intransmutabile, delectatio nec per se nec per accidens erit in tempore, intelliguntur de bono adepto vt adepto: ita quòd nō solum ipsum secundum se, sed vt adeptum sit omnino intransmutabile, quare erit bonum beatis in patria.

¶ In tertio autē aduerte, q̄ illa verba in calce totius articuli, scilicet, q̄ illa nominibus, scilicet, lætitia, exultatione, & iocunditate non vtimur, nisi in naturis rationalibus: intelligenda sunt secundum proprietatem, q̄ scilicet non vtimur eis proprie, nisi in rationalibus. Dico autē hoc propter exultationem, quæ etiam pecoribus attribuitur, vt Augustin. dicit in epistola ad Dardanum, & in Psal. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium.

I

K

ARTIC. II.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in 10. Ethicorum*. Quòd secundum nullum tempus accipiet quis delectationem. li. 10. eth. c. 4. & 3 to. 5

Respon. Dicendum, quòd aliquid contingit esse in tempore dupliciter, vno modo ſm se: alio modo per aliud, & quasi per accidens. Quia enim tempus est numerus successiuorum, illa ſm se dicuntur esse in tempore, de quorum ratione est successio, vel aliquid ad successionem pertinens: sicut motus, quies, locutio, & alia huiusmodi: ſm aliud vero, & non per se dicuntur esse in tempore illa, de quorum ratione non est aliqua successio, sed tñ alicui successiuo subiacent: sicut esse hominem, de sui rōne non habet successionem: nō.n. est motus, sed terminus motus, vel mutationis, scilicet generationis ipsius: sed quia humanū esse, subiacet causis trāsmutabilibus, ſm hoc, hominē esse, est in tempore. Sic igitur dicendū est, qd delectatio ſm se quidē non est in tempore. Si est.n. delectatio in bono iam adepto quod est quasi terminus motus: sed si illud bonum adeptum transmutationi subiacet, erit delectatio per accidens in rempore: si autem sit omnino intransmutabile, delectatio non erit in tempore nec per se, nec per accidens.

Ad primvm ergo dicendū, quòd sicut dicitur in 3. de Anima †, Motus dupliciter dicitur. Vno mō, qui est actus imperfecti, scilicet existentis in potētia, inquātum huiusmodi: & talis motus est successiuus, & in tempore. Alius autem motus est actus perfecti, ideſt, existentis in actu, sicut intelligere, sentire, & velle, & huiusmodi, & etiam delectari: & huiusmodi motus non est successiuus, nec per se in tempore.

li. 3. de anī. tex. 28. t. 2.

Ad 2^m dicendum, quòd delectatio dicitur morosa, vel diuturna ſm quod per accidēs est in tempore.

Ad 3^m dicendum, quòd aliæ passiones non habent pro obiecto bonum adeptum, sicut delectatio: vnde plus habent de ratione motus imperfecti, quàm delectatio: & per consequens magis delectationi cōuenit non esse in tempore.

Articvlvs iii.

Vtrum delectatio differat a gaudio.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd gaudium sit omnino idem quod delectatio. Passiones enim animæ differunt ſm obiecta: sed idem est obiectum gaudij & delectationis, scilicet bonum adeptum. ergo gaudium est omnino idem quod delectatio.

Inf. q. 35. ar 2. & 7. cor. & q. 41. ar. 3. cor. Et 3. di. 27. q. 1. ar. 2. ad 3. Et 4 dis. 49. q. 3. ar. 3. q. 1. ad 3.

¶ 2 Præt. Vnus motus non terminatur ad duos terminos: sed idem est motus qui terminatur ad gaudiū & delectationem, scilicet concupiscentia. ergo delectatio & gaudium sunt omnino idem.

¶ 3 Præt. Si gaudium est aliud a delectatione, videtur q̄ pari ratione, & lætitia, & exultatio, & iucunditas significēt aliquid aliud a delectatione, & sic erunt omnes diuersæ passiones, quod videtur esse falsum. non ergo gaudium differt a delectatione.

Sed contra est, quod in brutis animalibus nō dicimus gaudium, sed in eis dicimus delectationem. non ergo est idem gaudium, & delectatio.

Respon. Dicendum, quòd gaudium, vt Auicenna dicit in lib. suo de Anima, est quædam species delectationis. Est.n. considerandum, quod licut sunt quædā concupiscentiæ naturales, quædam autem nō naturales, sed consequuntur rōnem, vt supra dictum est: ſ ita etiā delectationum quædā sunt naturales, & quædam

q. præcedē. art. 3. c

li. 1. Rhet. c. 10. in fine tom. 6.

esse est competere delectationi. Nam sicut Philosophus dicit in 1. Rhetor.* Delectatio est quidā motus animæ, & constitutio simul tota, & sensibilis in naturam existentem. Ad cuius intellectum considerandū est, q̄ sicut contingit in rebus naturalibus aliqua consequi suas perfectiones naturales, ita hoc contingit in animalibus: & quamuis moueri ad perfectionem non sit totum simul, tñ cōsequi naturalem perfectionem, est totum simul. Hæc autem est differentia inter animalia, & alias res naturales, quòd aliæ res naturales qñ constituuntur in id, quod conuenit eis ſm naturam, hoc non sentiunt, sed animalia hoc sentiunt: & ex isto sensu causatur quidam motus animæ in appetitu sensitiuo, & iste motus est delectatio. Per hoc ergo qd dicitur, q̄ delectatio est motus animæ, ponitur in genere: per hoc autem q̄ dicitur, cōstitutio in existētem naturam, ideſt, in id qd existit in natura rei, ponitur causa delectationis. ſ. præsentia connaturalis boni. Per hoc autē quod dicitur, simul tota, ostendit quòd constitutio non debet accipi prout est in constitui, sed prout est in constitutum esse, quasi in termino motus. Non.n. delectatio est generatio, prout Plato posuit, sed magis cōsistit in factum esse, vt dicitur in 7. Ethic. * Per hoc autem quòd dicitur, sensibilis, excluduntur perfectiones rerum insensibilium, in quibus non est delectatio. Sic ergo patet, quòd cum delectatio sit motus in appetitu animali consequens apprehensionem sensus, delectatio est passio animę.

li. 7. eth. c. 12. & li. 10 c. 3. to. 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd operatio connaturalis non impedita, est perfectio secunda, vt habetur in 2.* de Anima: & ideo qñ constituitur res in propria operatione cōnaturali, & non impedita, sequitur delectatio, q̄ consistit in perfectum esse, vt dictum est. † Sic ergo cum dicitur, q̄ delectatio est operatio, nō est prædicatio per essentiam, sed per causam.

li. 1. ex tex. 2. 5. & 6. si mul. to. 2.

† in corp.

Ad 2^m dicendū, q̄ in animali duplex motus considerari potest, vnus ſm intentionem finis, qui pertinet ad appetitum: alius ſm executionem, qui pertinet ad exteriorem operationem. Licet ergo in eo, qui iam consecutus est bonum, in quo delectatur, cessaret motus executionis, quo tendit ad finem: nō tñ cessat motus appetitiuæ partis, quæ sicut prius desiderabat non habitum, ita postea delectatur in habito. Licet.n. delectatio sit quies quędam appetitus cōsiderata præsentia boni delectantis, quod appetitui satisfacit: tñ adhuc remanet immutatio appetitus ab appetibili, ratione cuius delectatio motus quidā est.

Ad 3^m dicendum, q̄ quamuis nomen passionis magis proprie cōueniat passionibus corruptiuis, & in malum tendentibus, sicut sunt ægritudines corporales, & tristitia & timor in anima: tamen etiam in bonum ordinantur aliquæ passiones, vt supra dictū est. * & secundum hoc delectatio dicitur passio.

¶ 22. & 23 art. 2.

Articvlvs ii.

Vtrum delectatio sit in tempore.

Ad secvndvm sic proceditur. Videt q̄ delectatio sit in tempore. Delectatio enim est motus quidam, vt in 1. Rhet. * Philosophus dicit: sed motus ois est in tempore. ergo delectatio est in tempore.

Inf. ar. 5. cor. Et 4. d. 49. q. 3. ar. 1. q. 3. Et ver. q. 8. ar. 14. ad 12. li. 1. Rhe. ca. 10. in fi.

¶ 2 Præt. Diuturnum, vel morosum dicitur aliquid secundum tempus: sed aliquæ delectationes dicuntur morosæ. ergo delectatio est in tempore.

¶ 3 Præt. Passiones animę sunt vnius generis: sed aliquæ passiões animę sunt in tēpore. ergo & delectatio.

A

B

C

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

Super Quæstionis trigesimæprimæ Articulum quartum.

Circa dicta in 4. artic. Scotica subtilitas discutienda occurrit. Ipse namq; vt superius allegatum est, ponit in voluntate non solũ operationes, sed passiones, illas liberas, istas naturales: illas a voluntate in volũtate, istas in nolũtate ab obiecto. vnde in 3. senten. dist. 15. ex proposito probare nititur tristitiã in volũtate non esse operatione eius, sed passionẽ quadrupliciter. primo, quia si est operatio, aut est velle, aut nolle: sed nõ è velle vt patet, nec nolle, vt probat: quia deus & beati possunt nolle, & tamẽ non possunt tristari. Secundo, quia summe nolente Sortẽ aliquid euenire, si illud eueniat, tristabitur: & tamen in eo nõ fiet aliqua operatio simplr, nec secundum aliquem gradũ, quia iã ponit qd summe noluit. Tertio, quia operatio est immediate in potestate volũtatis, vt patet de velle & nolle. Tristari autẽ non est in potestate volũtatis, cum nolitũ aduenit. Quarto, quia operatio est & a volũtate, & in volũtate: tristitia ãt est q dẽ in volũtate, sed nõ a volũtate: est. n. de his quæ nobis nolentibus accidunt.

¶ Ad euidentiã huius difficultatis motæ hoc in tractatu, scilicet de delectatione, quia oppositum eadem est disciplina, nec inferius specialiter quæretur de tristitia, an sit in volũtate: scimo, q̃ si solę delectationes & tristitię essent passiones, cum ipsæ consequantur alios motus appetitus, amorem, & odium formaliter, vel virtualiter (nihil enim delectat nisi amatum, & nihil contristat nisi odio habitũ, seu nolitum) dicendum videretur, quod passiones differunt ab operatiõibus in voluntate, quia illæ immediatæ sunt illi, hæ autẽ mediantibus illis: sed quoniam, vt ex dictis patet, amor est prima passio, quæ tamen in volũtate manifeste est operatio: ideo non potest talis conditio eniuer saliter assignari passionibus translatis in voluntatem. Propter q̃ ad tales passiones declarandas, dico quatuor. Primo quòd tam delectatio quàm tristitia est a voluntate, & in voluntate. probatur. Omnis motus volũtatis est a duobus motoribus, altero quo ad specificationem, altero quo ad exercitium: & motor quo ad primum est obiectũ, quo ad secundũ vero est triplex, scilicet deus, natura, & libertas, vt ex supradictis patet: & quocunq; horum causante, voluntas ipsa causatur a volũtate quo ad exercitium actus, ab obiecto autem quo ad specificam determinationem. Delectatio igitur & tristitia, cũ sint animi motus secũdũ appetitũ intellectiuũ, vt modo loquimur, a volũtate sũt, & in volũtate, quia immanentes actus sunt. Secundo, quòd delectatio, proprie loquendo, non est velle, nec tristitia nolle. probatur, quia superiꝰ fuit dictũ actus specie distinctus est contra velle & intendere: constat autẽ, quòd delectatio in voluntate aut est fruitio, aut eius species. Et pari ratione tristitia, ut ibi innuitur, distinguenda videtur a nolle: & hoc loquendo proprie de velle, & nolle. Et si largo vocabulo per velle, omnis acceptatio voluntatis, & per nolle omnis refutatio significetur, ut Augustini authoritas ibi littera allata sonat, dicẽs quòd lætitia est voluntas: sic delectatio est velle, & tristitia nolle. Tertio, q̃ tã delectatio, quàm tristitia est a voluntate vt natura, seu naturaliter declaratur ex antedictis: & quòd aliqua operatio est a voluntate naturaliter, & q̃ fruitio dei clare visę est naturalis. & probatur: quia non in potestate nostra est videtur tristari, vel delectari, apprehensis delectabilibus, & cognitis tristabilibus ipsis volentibus, aut nolentibus a nobis. Quarto, quòd delectatio & tristitia habent magis rationem passionis in volũtate, quàm amor & odium: pro quanto illæ sunt vnibus liter a voluntate vt natura, hæc non. Et ideo volũtas ad hoc se habet magis actiue, quam ad illas immediate: quoniã ad hoc cum dominio, ad illas non. Et propterea putatæ sunt vere passiones. i. causatæ solũmodo ab obiectis immediate, cum tamen sint operationes naturales ipsius voluntatis, consequentes ab ipsa, & in ipsa ex obiectis apprehensis & volitis, aut nolitis formaliter vel virtualiter. Et qui hoc medium est interesse oino passiones, vt Scot. posuit, & esse omnino operationes voluntatis: ideo obiecta utramque ũcertatem participant, soluenda tamen simpliciter sunt, & dicendum id primum, quòd tristitia, proprie loquendo, nec est velle, nec nolle, sed quantum. s. interius gaudium pro filit ad exteriora. Iucunditas vero dicitur a quibusdã specialibus lętitiæ signis, vel effectibus: & tamen omnia ista nomina videntur pertinere ad gaudium. nõ enim vtimur eis nisi in naturis rationalibus.

Libr. 2. de orth. fide. c. 17. & 22. in princ. Item c. 10. & 12. fine.

c. 7. præcc. ar. 3. ad 2.

Articvlvs IIII.

Vtrum delectatio sit in appetitu intellectiuo.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur q̃ delectatio non sit in appetitu intellectiuo. Dicit enim Philosophus in. 1. Rhet. * quòd delectatio est motus quidã sensibilis, qui nõ est in parte intellectiua. ergo delectatio nõ est in parte intellectiua.

¶ 2 Præt. Delectatio est passio quædam: sed omnis passio est in appetitu sensitiuo. ergo delectatio non est nisi in appetitu sensitiuo.

¶ 3 Præt. Delectatio est communis nobis & brutis. ergo non est nisi in parte, quæ nobis & brutis communis est.

Sed contra est quod in Psal. 36. dicitur, Delectare in Domino: sed ad Deum non potest extendi appetitus sensitiuus: sed solum intellectiuus. ergo delectatio potest esse in appetitu intellectiuo.

Respon. Dicendũ, q̃ sicut dictum est *, delectatio quædam sequitur apprehensionem rationis. Ad apprehensionem autem rationis non solum commouetur appetitus sensitiuus per applicationem ad aliquid particulare, sed etiam appetitus intellectiuus, qui dicitur volũtas. & fm hoc, in appetitu intellectiuo, siue in voluntate est delectatio. quæ dicitur gaudium, nõ autem delectatio corporalis. Hoc tamẽ interest inter delectationem vtriusque appetitus, q̃ delectatio appetitus sensibilis est cum aliqua transmutatione corporali: delectatio autem appetitus intellectiui nihil aliud est, quàm simplex motus voluntatis. & fm hoc Aug. dicit in

quædam non naturales, quæ sunt cum ratione. Vel sicut Damas. * & Greg. Nyss. † dicunt, Quædã sunt corporales, quædã animales, quod in idem redit. Delectamur enim & in his quæ naturaliter concupiscimus ea adipiscentes, & in his quę concupiscimus fm rationem: sed nomen gaudij non habet locum, nisi in delectatione, quæ consequitur rationem: vnde gaudium non attribuimus brutis animalibꝰ, sed solum nomen delectationis. Omne autem, quod concupiscimus fm naturam, possumus etiam cum delectatione rationis concupiscere, sed non econuerso: vnde de omnibus, de quibus est delectatio, potest esse gaudium in habentibus rationem, quamuis non semper de omnibus sit gaudium. Quãdoque enim aliquis sentit aliquam delectationẽ fm corpus, de qua tamen non gaudet secundum rationẽ. & secundum hoc patet, q̃ delectatio est in his, plus quàm gaudium.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ cum obiectum appetitus animalis sit bonum apprehensum, diuersitas apprehentionis pertinet quodammodo ad diuersitatem obiecti: & sic delectationes animales, quæ dicuntur etiam gaudia, distinguuntur a delectationibus corporalibus, quæ dicuntur solum delectationes, sicut & de concupiscentijs supra dictum est *.

Ad 2m dicendum, q̃ similis differentia inuenitur etiam in concupiscẽtijs: ita quod delectatio respondeat concupiscentiæ, & gaudium respondeat desiderio, quod magis videtur pertinere ad concupiscentiam animalem, & sic secundum diuersitatem motus, est etiam differentia quietis.

Ad 3m dicendum, q̃ alia nomina ad delectationem pertinentia, sunt imposita ab effectibus delectationis, nam lætitia imponitur a dilatatiõe cordis, ac si diceretur, latitia, exultatio vero dicit ab exterioribus signis delectationis interioris quæ apparent exterius, inquantum. s. interius gaudium pro filit ad exteriora. Iucunditas vero dicitur a quibusdã specialibus lętitiæ signis, vel effectibus: & tamen omnia ista nomina videntur pertinere ad gaudium. nõ enim vtimur eis nisi in naturis rationalibus.

c. 6. & 9. circa princ. to. 5.

c. 4. post medium tom. 5.

Ad 2m dicendum est, q̃ delectatio habet rationem passionis, proprie loquendo, inquantum est cũ aliqua transmutatione corporali: & sic non est in appetitu intellectiuo, sed secundum simplicem motum. sic enim etiam est in Deo & in angelis: vnde dicit Philosophus in 7. Eth. * quòd Deus vna simplici operatione gaudet. Et Dio. dicit in fin. cæle. Hierar. † quòd angeli non sunt susceptibiles nostræ passibilis delectationis, sed congaudent Deo secundum incorruptionis lætitiam.

II. 7. eth. ca. vlt. circa fi ne to. 5.

Ad 3m dicendum, q̃ in nobis non solum est delectatio, in qua communicamus cum brutis: sed etiã in qua communicamus cum angelis. vnde ibidem Dionys. dicit, * quòd sancti homines multotiens fiunt in participatione delectationum angelicarum: & ita in nobis est delectatio non solum in appetitu sensitiuo, in quo communicamus cum brutis, sed etiã in appetitu intellectiuo, in quo communicamus cum angelis.

Tex. nõ re inuole a fine.

Articvlvs V.

Vtrum delectationes corporales, & sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus, & intelligibilibus.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd delectationes corporales, & sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus intelligibilibus. Omnes enim aliquam delectationem sequuntur, secũdum Philosophum in 10. Eth. * sed plures sequuntur delectationes sensibiles, quàm delectationes spirituales intelligibiles. ergo delectationes corporales sunt maiores.

¶ 2 Præt. Magnitudo causæ ex effectu cognoscitur: sed delectationes corporales habent fortiores effectus. transmutant enim corpus, & quibusdã insanias faciunt. vt dicit in 7. Eth. * ergo delectationes corporales sunt fortiores.

¶ 3 Præt. Delectationes corporales oportet temperare, & refrænare propter earum vehementiam: sed delectationes spirituales non oportet refrænare. ergo delectationes corporales sunt maiores.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et Philosophus dicit in 10. Ethic. * quòd maxima delectatio est, quæ est fm operationem sapientię.

Respon. Dicendum, q̃ sicut iam dictum est, * Delectatio prouenit ex coniunctione cõuenientis, cum sentitur & cognoscitur. In operibus autem animæ, præcipue sensitiuæ & intellectiuę, est hoc considerandum, quòd cum non transeant in materiam exteriorem, sunt actus, vel perfectiones operantis, scilicet intelligere, sentire, velle, & huiusmodi: nam actiones, quæ transeunt in exteriorem materiam, magis sunt actiones & perfectiones materiæ transmutatæ: Motus enim est actus mobilis a mouente. Sic igitur prædictæ actiones animæ sensitiuæ & intellectiuæ, & ipsæ sunt quoddam bonum operantis, & sunt etiam cognitæ per sensum, vel intellectum: vnde etiam ex ipsis consurgit delectatio, & non solum ex eorum obiectis. Si igitur comparentur delectationes intelligibiles delectationibus sensibilibus, secundũ quod delectamur in ipsis actionibus (puta, in cognitione sensus, & in cognitione intellectus) non est dubium, quòd multo sunt maiores delectationes intelligibiles, quàm sensibiles. Multo enim magis delectatur homo de hoc, quòd cognoscit aliquid intelligendo, quàm de hoc, quòd cognoscit aliquid sentiendo: quia intellectualis cognitio & perfectior est, & etiam magis cognoscitur, quia intellectus magis reflectitur supra actum suum, quàm sensus. Est etiam cognitio intellectiua magis dilecta: nullus enim est qui non vellet magis carere visu corporali, quàm visu intellectuali, eo modo quo bestię, vel stulti carent, sicut August. dicit in lib. de ciuit. Dei. * Sed si comparentur delectationes intelligibiles spirituales delectationibus sensibilibus corporalibus, sic secundum se & simpliciter loquendo, delectationes spirituales sunt maiores: & hoc apparet secundum tria, quæ requiruntur ad delectationem, scilicet bonum coniunctum, & id cui coniungitur, & ipsa coniunctio. Nam ipsum bonũ spirituale & est maius, quàm corporale bonum, & est magis dilectum: cuius signum est, quòd homines etiam a maximis corporalibus voluptatibus abstinent, vt non perdant honorem, qui est bonum intelligibile: similiter etiam ipsa pars intellectiua est multo nobilior, & magis cognoscitiua, quàm pars sensitiua. Coniunctio etiã vtriusque est magis intima, & magis perfecta, & magis firma. Intimior quidem est, quia sensus sistit circa exteriora accidentia rei, intellectus vero penetrat viq; ad rei essentiam. Obiectum enim intellectus est quod quid est: perfectior autem est, quia coniunctioni sensibilis ad sensum adiungitur motus, qui est actus imperfectus: vnde & delectationes sensibiles non sunt totæ simul, sed in eis aliquid pertransit, & aliquid expectatur consummandum, vt patet in delectatione ciborum & venereorum: sed intelligibilia sunt absque motu, vnde delectationes tales sunt totæ simul. Est etiam firmior, quia delectabilia corporalia sunt

c. 7. præcc. ar. 3. ad 2.

c. 3. post medium.

Libr. 14. de trin. cap. 14. post medium, to. 5.

c. 7. & 8. to. 5. ar. 1.

D. 1122

coctu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corruptibilia, & citò deficiunt: bona verò spiritualia sunt incorruptibilia: sed quo ad nos, delectationes corporales sunt magis vehementes pp tria. Primo, qa sensibilia sunt magis nota quo ad nos, quàm intelligibilia. Secundo ẽt, quia delectationes sensibiles, cum sint passiones sensitiui appetitus, sunt cum aliqua trãsmutatione corporali, qd nõ contingit in delectationibus spiritualibus, nisi per quandã redundantiã a superiori appetitu in inferiorẽ. Tertio, quia delectationes corporales apperuntur vt medicinæ q̃dã cõtra corporales defectus, vel molestias, ex quibus tristitiæ quędã cõsequunt. vnde delectationes corporales, tristitiis hmõi superuenientes, magis sentiuntur: & per consequẽs, magis acceptantur, q̃ delectationes spirituales, quę non habent tristitias contrarias, vt infra* dicetur.

q.35.art.4.

Ad primvm ergo dicẽdum, q̃ ideo plures sequũtur delectationes corporales: quia bona sensibilia sũt magis, & pluribus nota: & etiã quia homines indigẽt delectationibus, vt medicinis cõtra multiplices dolores, & tristitias. Et cum plures hominũ nõ possint attingere ad delectatiões spirituales, q̃ sunt proprię virtuosorum, cõsequens est, q̃ declinent ad corporales.

Ad 2^m dicendum, q̃ transmutatio corporis magis contingit ex delectationibus corporalibus, inquantum sunt passiones appetitus sensitiui.

Ad 3^m dicendũ, q̃ delectationes corporales sunt fm partem sensitiuã, quæ regulatur ratione: & ideo indigent temperari & refrænari per rationem, sed delectationes spirituales sunt fm mentem, quæ est ipsa regula: vnde sunt fm seipsas sobriæ & moderatæ.

¶ *Super Quæstionis trigesimæprimæ Articulum sextum.*

Articvlvs VI.

Vtrum delectationes tactus sint maiores delectationibus, quæ sunt secundum alios sensus.

Ad sextvm sic proceditur. Videt̃ q̃ delectationes, quæ sunt fm tactum, non sint maiores delectationibus, quæ sunt secundum alios sensus. Illa enim delectatio videtur esse maxima, qua excluſa, gaudium omne cessat: sed talis est delectatio quæ est fm visum. Dicitur .n. Tobiæ 5. Quale gaudiũ erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumẽ cœli nõ video? ergo delectatio, q̃ est per visum, est maxima inter sensibiles delectatiões. ¶ 2 Præt. Vnicuique fit delectabile illud, quod amat, vt Philosophus dicit in 1. Rhetor.* sed inter alios sensus maxime diligit visus. ergo delectatio, quæ est secundum visum, est maxima.

*c.11 to.6.

¶ 3 Præt. Principium amicitiæ delectabilis, maxime est visio: sed causa talis amicitiæ est delectatio. ergo secundum visum videtur esse maxime delectatio.

Sed contra est, q̃ Philosophus dicit in 3. Eth.* q̃ maxime delectationes sunt fm tactum.

*c.10.to.5.

Respon. Dicendum, quòd sicut iam dictum est,* vnũquodque, inquantum amatur, efficitur

artic 2.

delectabile: sensus autem, vt dicitur in 1. Met.* pp duo diliguntur, scilicet pp cognitionẽ, & pp vtilitatem: vnde & vtroque modo cõtingit esse delectationem fm sensum. Sed quia apprehendere ipsam cognitionem tanquã bonum quoddã, proprium est hoĩs: ideo primæ delectationes sensuum, q̃. s. sunt fm cognitionem, sunt propriæ hominum: delectationes autem sensuum, inquantum diliguntur pp vtilitatem, sunt communes oĩbus animalibus. Si igitur loquamur de delectatione sensus, q̃ est ratione cognitionis, manifestum est, q̃ fm visum est maior delectatio, quàm fm aliquem alium sensum. Si autem loquamur de delectatione sensus, quę est ratione vtilitatis, sic maxima delectatio est fm tactum. Vtilitas enim sensibilium attenditur fm ordinem ad conservationem naturę animalis: ad hanc autem vtilitatem propinquius se habent sensibilia tactus. Est.n. tactus cognoscitiuus eorũ, ex quibus consistit animal .s. calidi, & frigidi, & humidi, & sicci, & hmõi: vñ fm hoc delectationes, quæ sunt fm tactum, sunt maiores, quasi fini propinquiores: & pp hoc etiam animalia alia, quæ non habent delectationem fm sensum, nisi ratione vtilitatis, non delectantur fm alios sensus, nisi in ordine ad sensibilia tactus. Neque .n. odoribus leporum canes gaudent, sed cibatione: neq; leo voce bouis, sed comestione, vt dr̃ in 3. Eth.* Cum igitur delectatio tactus sit maxima rõne vtilitatis, delectatio aũt visus ratione cognitionis, si quis vtrãq; comparare velit, inueniet simpliciter delectationẽ tactus esse maiorem delectatione visus, fm qd consistit infra limites sensibilis delectationis: quia manifestum est q̃ id, quod est naturale, in vnoquoq; est potentissimũ. Huiusmodi aũt delectationes tactus sunt, ad quas ordinãtur concupiscentiæ naturales, sicut cibi, & venereæ, & huiusmodi. Sed si considerem us delectationes visus, secundum quod visus deseruit intellectui, sic delectationes visus erunt potiores ea ratione, qua & intelligibiles delectationes sunt potiores sensibilibus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd gaudium, sicut supra dictum est,* significat animalem delectationem, & hæc maxime pertinet ad visum: sed delectatio naturalis magis pertinet ad tactum.

Ad 2^m dicendum, q̃ visus maxime diligitur propter cognitionem, eo quòd multas rerum differentias nobis ostendit, vt ibidem dicitur.*

Ad 3^m dicendum, q̃ alio modo delectatio est causa amoris carnalis, & alio mõ visio: nã delectatio & maxi-

sunt quęcunque dicuntur esse natura: & subiungit de sensibus omnibus. Et confirmatur ratione, quia pulchra delectant visum: & similiter suaues cantus auditũ, & ẽt soni absque omni vtilitate, & absque existimatione, sola naturali conuenientia, vt experientia testatur. Secundo igitur possunt intelligi iucundum excellentiam, vt scilicet ad primas delectationes maxime ordinẽtur concupiscentiæ naturales. Et ex hoc habet intentum author ex naturalitate, quia ex hoc q̃ naturale est potentissimũ in vnoquoque, magis naturale est potentius: ac per hoc delectationes illę, ad quas præcipue ordinantur cõcupiscentiæ naturales, sunt maiores. Potest etiam tertio dici, quòd licet ambæ delectationes, scilicet tactus, & visus, sint secundum se naturales cum suis concupiscentiis: comparatæ tamen adinuicem, delectatio visus habet rationem animalis, & delectatio tactus, naturalis: quia tactus fundamentum est & necessarium naturæ, visus autem ad bene esse posterius aduenit. Et quia littera comparabat delectationem horum duorum sensuum ideo illã, quæ tactus est, distinxit contra illam, vt naturalem contra animalem. & huic sensui fauent comparatiua aduerbia in responsione ad primã in littera posita.

¶ *Super Quæstionis trigesimæprimæ Articulum octauum.*

In articulo sexto aduerte, quòd cũ dicitur, quòd delectationes tactus sunt ad quas ordinantur concupiscentiæ naturales, potest tripliciter intelligi, Primo cum præcisione, vt scilicet ad solas delectationes sensuum in quantum vtiles, quæ appellantur in litera delectationes tactus, ordinentur concupiscentiæ naturales: & hunc sensum insinuat distinctio harum delectationum contra delectationes sensuum, inquantum faciunt cognoscere, cum illæ sint naturales, illæ non: & ideo illæ potiores. Sed contra hunc sensum occurrit authoritas Aristotelis in in primo Rhetoricæ capitulo decimotertio, ponens concupiscentias & delectationes naturales, quæcunque sunt, non per æstimare aliquid: & subdit, quòd tales

2.2.q.154.a.3.cor. Et q.141.artic.4.co. & ad 3. & ar.7.cor. Et 4.dist.49.q.3.ar.1.q.2. Et mal. q.14. ar.4.cor. & ad 1.

maximè quæ est fm tactum, est causa amicitiæ delectabilis per modum finis: visio autem est causa, sicut vnde est principium motus, inquantũ per visum amabilis imprimitur species rei, quæ allicit ad amandum, & ad concupiscendum eius delectationem.

Articvlvs VII.

Vtrum aliqua delectatio sit non naturalis.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur q̃ nulla delectatio sit innaturalis. Delectatio .n. in affectibus animæ proportionatur quieti in corporibus: sed appetitus corporis naturalis nõ quiescit nisi in loco cõnaturali. ergo nec quies appetitus animalis, quæ est delectatio, potest esse nisi in aliquo connaturali. nulla ergo delectatio est non naturalis.

Lib.1.reth. c.11. circa prin. to.6.

¶ 2 Præt. Illud quod est contra naturam, est violentum: sed omne violentum est contristans, vt dicitur in 5. Metaphysic.* ergo nihil, quod est contra naturam, est delectabile.

5.c.1.huius quæst.

¶ 3 Præt. Constitui in propriam naturam, cum sentitur, causat delectationem, vt patet in diffinitione Philosophi supra posita: sed cõstitui in naturã, vnicuiq; est naturale: quia motus naturalis ẽ, qui est ad terminum naturalem. ergo omnis delectatio est naturalis.

c.12.parũ a principio, & t.vl.to.5

Sed contra est, quod Philosophus dicit in 7. Ethic.* quòd quædam delectationes sunt ægritudines, & contra naturam.

vt co.4. Et 5.habetur, in.2.

Respon. Dicendum, q̃ naturale dicitur, qd est fm naturam, vt dicitur in 2. Physic.* Natura autem in homine dupliciter sumi potest, Vno modo prout intellectus & ratio est potissime hominis natura: quia fm eam homo in specie constituitur, & fm hoc naturales delectationes hominum dici possunt: quia sunt in eo, quod conuenit homini fm rationem: sicut delectari in contemplatione veritatis, & in actibus virtutum, est naturale hominum. Alio modo potest sumi natura in homine fm quod cõdiuiditur rationi, scilicet id quod est commune homini, & aliis, præcipue quòd rationi non obedit: & fm hoc ea, quæ pertinent ad conseruationem corporis, vel fm indiuiduum, vt cibus, potus, lectus, & huiusmodi: vel fm speciem, sicut venereorum vsus dicuntur homini delectabilia naturaliter. fm vtrasque autem delectationes contingit aliquas esse innaturales, simpliciter loquendo, sed connaturales fm quid. Contingit .n. in aliquo indiuiduo corrumpi aliquod principiorum naturalium speciei: & sic id quod est contra naturam speciei, fieri per accidens naturale huic indiuiduo: sicut huic aquæ calefactæ est naturale, q̃ calefaciat. Ita igitur contingit, q̃ id, quod est contra naturam hominis vel quantum ad rationem, vel quantũ ad corporis conseruationem, fiat huic homini connaturale pp aliquam corruptionem naturæ in eo existentem: quæ quidem corruptio potest esse vel ex parte corporis, sicut ex ægritudine, sicut febricitãtibus dulcia videntur amara, & econuerso: siue pp malam complexionem, sicut aliqui delectantur in comestione terræ, vel carbonum, vel aliquorum huiusmodi: vel etiam ex parte animæ, sicut propter consuetudinem aliqui delectantur in comedendo homines, vel in coitu bestiarum, aut masculorum, aut aliorum huiusmodi, quæ non sunt fm naturam humanam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articvlvs VIII.

Vtrum delectatio possit esse delectationi contraria.

Ad octavvm sic proceditur. Vr quòd delectationi non sit delectatio contraria. Passiones .n. animæ speciem & cõtrarietatẽ recipiunt secundũ obiectum: obiectum autem delectationis est bonum. cum igitur bonum non sit contrarium bono, sed bonum malo contrarietur, & malum malo, vt dicitur in prædicamentis: videtur quòd delectatio non sit contraria delectationi.

¶ 2 Præt. Vni est cõtrarium vnum, vt probatur in 10. Metap. sed delectationi contraria est tristitia. nõ ergo delectationi contraria est delectatio.

¶ 3 Præt. Si delectationi contraria est delectatio, hoc non est nisi pp contrarietatẽ eorum in quibus aliquis delectatur: sed hæc differẽtia est materialis, contrarietas aũt est differentia fm formã, vt dr̃ in 10. Metap.* ergo contrarietas non est delectationis ad delectationem.

Sed contra, Ea quę se impediunt in eodem genere existentia fm Philosoph.* sunt contraria: sed quædam delectationes seinuicem impediunt, vt dicitur in 10. Ethicorum.† ergo aliquæ delectationes sunt contrariæ.

Respon. Dicendum, q̃ delectatio in affectionibus animæ, sicut dictum est,* proportionatur quieti in corporibus naturalibus. Dicuntur aũt duę quietes esse contrariæ, q̃ sunt in contrariis terminis: sicut quies q̃ est sursum, ei q̃ ẽ deorsum, vt dr̃ 5. Phys.* vñ & contingit in affectibus animæ duas delectationes esse contrarias.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ verbum illud Philosophi, est intelligẽdum, fm quod bonum & malum accipitur in virtutibus & vitiis: nam inueniuntur duo contraria vitia, non autem inuenitur virtus cõtraria virtuti. In aliis aũt nil prohibet duo bona esse adinuicẽ contraria: sicut calidum & frigidum, quorũ vnum est bonũ igni, alterum aquæ. Et per hunc modũ delectatio potest esse delectationi contraria, sed hoc in bono virtutis esse non põt: quia bonum virtutis nõ accipitur, nisi p conueniẽtiã ad aliqd vnũ. s. rõnẽ.

Ad 2^m dicendum, q̃ delectatio se habet in affectibus animæ, sicut quies naturalis i corporibus: est .n. in aliquo conuenienti, & quasi connaturali. Tristitia autem se habet sicut quies violenta. Tristabile .n. repugnat appetitui animali, sicut locus quietis violentæ appetitui naturali: quieti autem naturali opponit̃ &

¶ *Super Quæstionis trigesimæprimæ Articulum octauum.*

Articulo septimo omisso, circa octauum in respõsione ad tertium, dubium occurrit: quia superius in quæstio. 30. artic. secundo dictum est, quòd differentia obiecti secundum naturam facit materialem diuersitatem passionum, hic vero dicitur q̃ obiecta delectationũ diuersificant nõ solum materialiter, sed formaliter delectationem.

In post præ dic. e. de oppositis circa prin. t.1. † text. 13. to. 3.

¶ Ad hoc dicitur breuiter, quòd doctrinæ superiori nõ repugnat præsens: quoniam ibi didicimus, quòd diuersitas obiecti secundum virtutem causat diuersitatem passionum, non autem diuersitas secũdum naturam. Et vtrumque est verum vniuersaliter intellectum: non enim omnis diuersitas naturæ obiecti diuersificat speciem passionis, nunc vero dicimus, quòd aliqua diuersitas naturæ obiecti (illa scilicet quæ redundat in diuersam rationem delectabilis) diuersificat speciem passionis. constat autem hæc sibiinuicem nõ aduersari, nec hoc est singulare in delectatione: nã idẽ est de cõcupiscentia iudicium. Cum enim cõcupiscentia sit appetitus delectabilis, ad delectationẽque se habeat vt motus ad quietem ipsum terminantẽ, consequẽs est, quòd delectabilibus existentibus cõtrariis, ac per hoc distinctis specie, necesse sit & delectationes, & cõcupiscentias esse cõtrarias, ac per hoc specifice distinctas.

tex.13.t.3.

li.10.Met. tex.13. Et 14.to.3.

c2. 5. inter principium & medium to. 5. ar.2.uius q quæst.

li.5.Phys. tex.54.t.2.

¶ *Super Quæstionem vigesimam secundam.*

Circa primum articulum q. 32. dubium occurrit, An operatio sit propria causa delectationis, vt constitutio in connaturale bonum: an indistincte. Et vt clarior sit quæstio, recolito, q̃ in diffinitione delectationis positi sunt duo actus pro causa delectationis. s. cognitio & cõstitutio: & quia nulli dubiũ est quòd cognitio ẽ operatio, si ea rõne operatio est cã propria delectationis, quia oportet cognitionem intervenire vt causam, quæstionis solutio clara ẽ. Quia vero satis ambiguum est, an constitutio sit necessario operatio: ideo si ea ratione operatio causa propria delectationis dicit, quia omnis itaque constitutio talis in cõnaturale bonum causans delectationem est operatio, singulare dictũ & disputabile est. Et est inter hos duos sensus tanta differentia, q̃ si primo indistincte, & sine contradictione aliqua operatio ponitur causa delectationis: in secundo uero operatio ponitur prima causa eiusdem, & vt constituens in connaturale. Et pro parte affirmatiua huius secũdi sensus sunt verba authoris in litera volentis, q̃ consecutio boni cõuenientis consistit in operatione. Et in respõsione ad primum dicitur, q̃ quæ habemus, non delectant, nisi apprehensa ut habita: & habere nihil aliud est quàm eis uti, uel posse uti: quod est per aliquã operationẽ. Pro parte uero negatiua ẽ, quia proprium esse & uiuere, & alia huiusmodi delectãt: & tamẽ constitutio nostra in eis nõ ẽ p operari, sed per esse. Delectant quoque nos multa, in quibus cõstituimur nõ p operari, sed per recipere, seu pati: ut patet cum calefieri, uel rẽ frigerari delectamur delectat, & conueniens locus in quo per esse in loco, non per operari constituimur.

¶ Ad euidentiã huius dubii scito, quòd quia delectatio quietis rationẽ habet, consecutio boni connaturalis exigitur ad causandam delectationem propter consecutum esse, quod est totum simul, & consecutum esse exigitur per esse, quod est magis a motu elongatum. Et & quies violenta eiusdem corporis, & quies naturalis alterius, vt dicitur in 5. Physi.* vnde delectationi opponitur: & delectio, & tristitia.

2.i. 5. Phy. tex. 54. & 55. tom. 2.

quæst. 23.

Ad 3^m^ dicendum, quòd ea in quibus delectamur, cũ sint obiecta delectationis, non solum faciunt differentiã materialẽ, sed ẽt formalẽ, si sit diuersa ratio delectabilitatis. Diuersa enim ratio obiecti diuersificat speciem actus, vel passionis, vt ex supradictis patet*.

QVAESTIO XXXII.

De causa delectationis, in octo articulos diuisa.

Deinde considerandum est de causis delectationis.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum operatio sit causa propria delectationis.
¶ Secũdo, Vtrum motus sit causa delectationis.
¶ Tertio, Vtrũ spes & memoria.
¶ Quarto, Vtrum tristitia.
¶ Quinto, Vtrum actiones aliorũ sint nobis delectationis causa.
¶ Sexto, Vtrum benefacere alteri sit causa delectationis.
¶ Septimo, Vtrũ similitudo sit causa delectationis.
¶ Octauo, Vtrũ admiratio sit causa delectationis.

Articvlvs primvs.

Vtrum operatio sit causa propria delectationis.

Ad primum sic procedit. Videtur q̃ operatio nõ sit ꝓpria & prima causa delectationis. vt. n. Philosophus dicit in 1. Rhet. 'Delectari, cõsistit i hoc, qd sensus aliquid patiat'. Requirit. n. ad delectationẽ cognitio, sicut dictũ est:* sed p prius sunt cognoscibilia obiecta operationum, q̃ ipsę operationes. ergo operatio nõ est propria causa delectationis.

4.dist.49.q. 3.ar.5.q.4. cor.

C.2.11.to.6

q.31.art.1.

¶ 2 Præt. Delectatio potissime cõsistit in fine adepto: hoc enim est quod præcipue cõcupiscitur: sed propterea magis causa est delectationis consecutum esse, quàm consecutio, & magis esse quàm cõsecutum esse. in cuius signum scientiæ & uirtutes olim acquisitæ uel inditæ modo ut inexistentes apprehensæ delectant, & non solum quando acquisitæ sunt, aut secundum acquisitionis memoriam. Et omnis consecutio, & omne cõsecutum esse delectat, inquantum ponit i aliquo esse contento. Vnde cum in diffinitione delectationis dicitur, quòd delectatio est constitutio tota simul in naturã &c. nomine constitutionis intellige non solum consecutum esse, sed esse: siue sit tale esse per constitutionem, siue nõ. Cõstituitur enim Deus gloriosus in esse sine constitutione, & delectationem tamẽ summam apprehensum in eo facit: & nos nostrum esse apprehensum delectat non quia a natura constitutũ, sed quia inest nobis. Nihil. n. minus delectaret, si non aliunde haberemus: pro intellectu tamen litera expresse dicentis utrunq; requisitum ad delectationis causam in operatione consistere, distingue, & dicito, quòd delectabilia sunt duplicia, q̃dam congenita, & quædam superueniẽtia. Et quod author de superuenientibus solicitus in litera, cõsecutiõis nomine intentionem suam significauit, & uoluit consecutionẽ in operatione cõsistere, extenso operationis uocabulo ad omnem actionem, passionẽ, motumq;. Delectabilia quippe omnia, quæ superueniunt, iunguntur nobis mo tu aliquo, vel ut obiecta operationũ immanentium, uel talẽ ut materia alias, ut in respõsione ad primum & secundũ dicitur. Nec tamen tacuit omnino author de constitutione causante delectationem in congenitis: nam in articu. 7. expresse dixit, quòd similẽ inquãtum est, num, est delectabile. Constat enim quòd unitas similium, est unitas in essendo: & quia (ut dicitur in 1. Rhet. Aristot.) simile delectat ut ipsummet, consequens est, quod constitutio in delectatione congenitorum sicut & in delectatione similium, sit secundũ esse; ecia si nulla inde operatio ꝓueniret. Et per hæc patet solutio obiectorum, & quæstionis.

¶ Circa

¶ Circa causam delectationis ex parte obiecti, scilicet bonum conueniens, dubium occurrit, an sit conueniens formaliter, an denominatiue, idest, an obiectum causans delectationem sit res denominata a relatione conuenientiæ, an sit ipsa conuenientia. Quòd enim res sit absoluta, quæ denominatur conueniens, probatur ex communi cõditione actiuorũ. ratio enim agẽdi in quolibet actiuo res absoluta est, relatio autẽ actiui, aut approximationis cõdicto ẽ sine qua nõ. Cõstat autem quòd bonum conueniens actiuum est delectationis. Quòd autẽ sit ipsa conuenientia, probatur ex eo, quòd nisi apprehendatur aliquid vt cõueniens, non causatur delectatio.

¶ In hac dubitatione inuenio Scotum in 3. sent. distin. 15. tenuisse, quòd conueniens & disconueniens secundum sola absoluta dicunt rationes causãdi de lectationem & tristitiam: secundum relationes vero dicere causas, sine quibus non, vt relationes actiui & approximationis, nec aliud inuenio eius fundamẽtum. Mihi vero videtur, quòd relatio conuenientiæ vel disconuenientiæ in actu exercito, concurrat ad causandam delectationẽ, vel tristitiam, vt ratio agẽdi. & mouetur ex eo, quòd delectatio & tristitia de eodẽ differunt specie, vt pote contrariæ. ergo delectabile & tristabile earum obiecta & propria per se possitiue actiua differũt specie secundum rationes agendi illas, sed non secundum rationes absolutas. ergo secundum rationes respectiuas conuenientiæ & disconuenientiæ. Prima sequela patet notatis terminis appositis in cõsequente ad excludendas causas excedentes aut per accidens, aut negatiue: vt nauta præsens, vel absens causat contraria, & differentiam actiuorum secundum impertinentia, aut subtracta, & alia huiusmodi. Oportet enim contrarias actiones a contrariis rationibus agendi proficisci in naturaliter agentibus propriis, qualia sunt delectabile vel tristabile. Destructio vero consequentis patet ad sensum: experimur enim quòd idem absolutũ, puta calor, modo causat delectationẽ, modo tristitiam, apprehensus, vel sensatus vt conueniens vel disconueniens. Existente igitur forma absoluta eadem, & facto transitu de delectabili in tristabile propter variationem de conuenientia in disconuenientiam, & per se causatis contrariis actionibus ac passionibus, scilicet delectatione & tristitia, manifestum sit, quòd conuenientia & disconuenientia, vt rationes agendi concurrunt. Et confirmatur hoc, quia illud qd concurrit ad causandam delectationem vel tristitiam vt apprehensum, non se habet vt conditio approximationis, sed vt ratio agendi: quoniam apprehensum est, q̃ mouet appetitum, vt ratio agendi, sed conuenientia vel disconuenientia concurrit ad hæc, vt apprehensa: quoniam quantumcunque aliquis frigens calefieret conuenienter, nisi perciperet illud vt conueniẽs in actu exercito, vt exercet conuenientiam, non delectaretur.

a.dist.49.q. 3.art.1.2d 3.

*q. præced. ar. 1.

6.1.to.5.

text.14.in fi 28.to.2.

nes sunt delectabiles, inquantum sunt proportionatæ & connaturales operãti. Cum autem virtus humana sit finita, fm aliquam mẽsuram operatio est sibi proportionata. vnde si excedat illã mensurã, iã nõ erit sibi proportionata nec delectabilis, sed magis laboriosa & accidians: & fm hoc otium, & ludus, & alia, quę ad requiem pertinent, delectabilia sunt, inquãtum auferunt tristitiã, q̃ est ex labore.

Articvlvs ii.

Vtrum motus sit causa delectationis.

Ad secvndvm sic procedi tur. Videtur q̃ motus non sit causa delectationis Quia, sicut supra dictũ est,* bonũ præsentialiter adeptum est causa delectationis. vñ Philosophus in 7. Eth. dicit,† quòd delectatio non cõparat generationi, sed operationi rei iã existentis. Id autẽ qd mouetur ad aliud, nondum habet illud, sed quodãmõ est in via generationis respectu illius, fm quod oi motui adiũgitur generatio & corruptio, vt dicitur in 8. Physic.* ergo motus non est causa delectationis.

¶ 2 Præt. Motus præcipue laborem & lassitudinem inducit in operibus: sed operatiões ex hoc, q̃ sunt laboriosæ & lassantes, nõ sunt delectabiles, sed magis afflictiuæ. ergo motus nõ est cã delectationis.

¶ 3 Præt. Motus importat innouationem quandã, q̃ opponitur consuetudini: sed ea quæ sunt consueta, sunt nobis delectabilia, vt Philosophus dicit in 1. Rhe.* ergo motus non est causa delectationis.

Sed contra est, quod Aug. dicit in 8. Cõfess.* Quid est hoc, domine Deus meus, cum tu in æternum tibiipsi sis gaudium, & q̃dã de te circa te semp gaudeãt, quòd hęc rerum pars alterno defectu & profectu, offensionibus & cõciliatiõibus gaudet? Ex quo accipitur, q̃ hoies gaudent, & delectãtur in quibusdã alternationibus: & sic motus vt esse causa delectationis.

Respon. Dicendum, q̃ ad delectationem tria requiruntur. s. bonum delectans, coniunctio delectabilis, & tertium quod est cognitio huius cõiunctionis: & fm hęc tria motus efficitur delectabilis, vt Philosophus dicit in 7. Ethic. & in 1. Rhe.* Nam ex parte nostra qui delectamur, tranſmutatio efficitur nobis delectabilis propter hoc, quòd natura nostra transmutabilis est, & pp hoc, q̃ est nobis conueniens nunc, non erit conueniens postea sicut calefieri ad ignẽ est conueniens hoi in hieme, non autem in æstate. Ex parte vero boni delectãtis, quod nobis cõiungitur, fit ẽt trãſmutatio delectabilis: quia actio cõtinuata alicuius agentis auget effectum, sicut quãto aliquis diutius appropinquat igni, magis calefit, & deliccat. Naturalis autẽ habitudo in quadã mensura cõsistit; & iõ qñ continuata præsentia delectabilis supexcedit mensurã naturalis habitudinis, efficitur remotio eius delectabilis. Ex parte vero ipsius cognitionis, qa

lib. 7. eth. c. 7. Et 1. Rh. c. 11. to. 5. & 6.

c. 11. non procul a prine ip. tomo 6.

* c. 3. post mediũ, t.

sæ, scilicet constitutio, & bonum connaturale: reliqua autem, scilicet apprehensio, superius dilucidata est. ad hæc enim tria reducuntur omnia causantia delectationem, quæ per totam hanc trigesimam secundam disputantur, & in 1. Rhetor. tanguntur. operatio enim delectat & vt constitutio, & vt bonum conueniens: motus vt afferens bonum conueniens, vel auferens disconueniens: memoria & spes vt supplentes constitutionem: tristitia per accidens ratione oblationis vel memoriæ. alienæ actiones, vt in proprio nos bono faciunt constitui passione, vel æstimata possessione, vel identitate: benefacere quoque & simile, & admirari ad eadem spectare, exercitatis non est difficile deducere. Vnum tamen in his aduerte, quòd quia in his quę ad appetitum spectant, nihil differt esse, aut apparere; ꝓpterea delectatio causatur ex æstimato habere, ex æstimato possidere, ex representato abundare, & similibus: & non solum ex habere, possidere, abundare, & similibus. in huiusmodi enim ipsa imaginatio horum delectans sic constituit in connaturale bonum, vt supplens vicem ipsius habere, & non solum vt apprehensio: talis autem est dispositio eorum, qui delectantur principatu, honore, & similibus.

¶ Super

Universidad de Deusto Biblioteca

homo desiderat cognoscere aliquod totū & pfectū. Cū ergo aliqua nō poterunt apprehendi tota simul, delectat in his transmutatio, vt vnum transeat, & alterum succedat, & sic totū sentiatur. vnde August. dicit in 4. Confess. 'Non vis vtiq; stare syllabā, sed trāsuolare, ut aliæ veniant, & totum audias: ita semper oīa, ex quibus vnum aliquid constat, & non sunt oīa simul, plus delectant oīa, q̄ singula, si possint sentiri oīa. Si ergo sit aliqua res, cuius natura sit intransmutabilis, & non possit in ea fieri excessus naturalis habitudinis p continuationem delectabilis, & quæ possit totum suum delectabile simul intueri, non erit ei trāsmutatio delectabilis: & quātū aliquæ delectationes plus ad hoc accedūt, tāto plus cōtinuari possunt.

1.1.4.cōfess. c.11.2 medio tom.1.

G

Ad primvm ergo dicēdum, q̄ id quod mouet, etsi nondum habeat perfecte id, ad quod mouetur, incipit tamen iam aliquid habere eius, ad quod mouetur: & secundum hoc ipse motus habet aliquid de lectationis, deficit tamē a delectationis perfectione: nam perfectiores delectationes sunt in rebus immobilibus. Motus etiam efficitur delectabilis inquātum per ipsum sit aliquid conueniens, quod prius conueniens non erat, vel definit esse, vt supra dictum est.'

In corp. ar.

Ad 2^m dicendum, q̄ motus laborē & lassitudinē inducit, secundum quod trāscendit habitudinē naturalem: sic autē motus non est delectabilis, sed secundum qđ remouētur contraria habitudinis naturalis.

Ad 3^m dicendum, q̄ id quod est consuetum, efficitur delectabile, inquantum efficitur naturale. nam consuetudo est quasi altera natura. Motus autē est delectabilis, nō quidē quo receditur a cōsuetudine, sed magis secundum quod per ipsum impeditur corruptio naturalis habitudinis, quæ posset prouenire ex assiduitate alicuius operationis. Et sic ex eadē causa cōnaturalitatis efficit cōsuetudo delectabilis, & mot⁹

Articvlvs iii.

Vtrum spes & memoria sint causæ delectationis.

Inf. q. 40. ar. 8. Et 22. q. 30. art. 1. ad 3. Et 12. Me. le. 6. co. 5.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q̄ memoria & spes non sint causæ delectationis. Delectatio. n. est de bono præsenti, vt Damas. dicit *: sed memoria & spes sunt de absenti. est enim memoria præteritorum, spes vero futurorum. ergo memoria & spes non sunt causa delectationis.

*Li. 2. orth. fidei, ca. 12. in fine.

I

¶ 2 Præt. Idē nō est causa cōtrariorū: sed spes est causa afflictionis. dicitur. n. Prouerb. 14. Spes q̄ differtur, affligit animam. ergo spes nō est causa delectationis.

¶ 3 Præt. Sicut spes cōuenit cum delectatione in eo, quod est de bono: ita etiā & cōcupiscentia & amor. non ergo magis debet assignari spes causa delectationis, quàm concupiscentia, vel amor.

K

Sed contra est, quod dī Rom. 12. Spe gaudentes. & in psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum.

Respon. Dicendum, q̄ delectatio causatur ex præsentia boni conuenientis, secundum quod sentit, uel qualitercunq; percipitur. Est autē aliquid præsens nobis dupliciter, Vno modo, secundum cognitionem, prout. s. cognitum est in cognoscente secundum suā similitudinē: Alio modo, secūdum rem, prout. s. vnū alteri realiter coniungitur uel actu, vel potētia secūdum quēcunq; cōiunctionis modum. Et quia maior est coniunctio secundum rem, q̄ secundum similitudinē, quæ est coniunctio cognitionis, item maior est coniunctio rei in actu q̄ in potentia: ideo maxima est delectatio, quæ fit per sensum, qui requirit præsentiā rei sensibilis. Secūdum autē gradum tenet delectatio spei, in qua non solum est delectabilis coniunctio secundum apprehensionem, sed etiam secundum facultatem, vel posibilitatem adipiscendi bonum, quod delectat. Tertium āt gradum tenet delectatio memoriæ, quæ habet solam coniunctionem apprehēsionis.

F

Ad primvm ergo dicendum, q̄ spes & memoria sunt quidem eorum, quæ sunt simpliciter absentia, quæ tamē secundum quid sunt præsentia, scilicet vel secundum apprehēsionem solam, vel secundum apprehensionem & facultatem, ad minus æstimatam.

Ad 2^m dicendum, q̄ nihil prohibet idem secundum diuersa, esse causam cōtrariorū. Sic igitur spes, inquantum habet presentem æstimationem boni futuri, delectationem causat: inquantum autem caret præsentia eius, causat afflictionem.

Ad 3^m dicendum, q̄ amor & cōcupiscentia delectationem causant. Omne enim amatum sit delectabile amanti, eo q̄ amor est quædam vnio, vel connaturalitas amantis ad amatum. Similiter etiam omne concupitum est delectabile concupiscenti, cum concupiscentia sit præcipue appetitus delectationis: sed tamen spes, inquantū importat quandam certitudinem realis præsentiæ boni delectantis, quam nō importat nec amor, nec concupiscentia, magis ponitur causa delectationis, q̄ illa: & similiter magis q̄ memoria, quę est de eo quod iam transijt.

Articvlvs iiii.

Vtrum tristitia sit causa delectationis.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur q̄ tristitia non sit causa delectationis. Contrarium. n. non est causa contrarij: sed tristitia contrariatur delectationi. ergo non est causa delectationis.

Art. 2. huius quæst.

¶ 1 Præt. Contrariorum contrarij sunt effectus: sed delectabilia memorata sunt causa delectationis. ergo tristia memorata sunt cā doloris, & non delectationis.

¶ 3 Præt. Sicut se habet tristitia ad delectationem, ita odium ad amorem: sed odium non est causa amoris, sed magis econuerso, vt supra dictum est. ergo tristitia non est causa delectationis.

Sed contra est, quod in Psal. 41. dicitur, Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte. Per panem autem refectio delectationis intelligitur: ergo lacrymæ, quæ ex tristitia oriūtur, possunt esse delectationis cā.

Respon. Dicendum, quòd tristitia potest dupliciter considerari, Vno modo, secundū quod est in actu: Alio modo, secundum quod est in memoria: & vtroque modo tristitia potest esse delectationis causa. Tristitia quidem in actu existens est causa delectationis, inquantum facit memoriam rei dilectæ, de cuius absentia aliquis tristatur, & tamen de sola eius apprehensione delectatur. Memoria autem tristitiæ fit causa delectationis, propter subsequentem euasionē: nā carere malo accipitur in ratione boni. vnde secūdū quod homo apprehendit se euasisse ab aliquibus tristibus & dolorosis, accrescit ei gaudij materia, secundum qđ Aug. dicit 22. de Ciuit. Dei *. Quòd sæpe læti tristium meminimus, & sani dolorū sine dolore, & inde amplius læti & grati sumus. Et in 8. Cōfessi. dicit *, Quod quanto maius fuit periculum in prælio, tanto maius erit gaudium in triumpho.

Ad primvm ergo dicendum, quòd contrarium quādoq; per accidens est causa contrarij, sicut frigidū quandoq; calefacit, vt dicitur in 8. Phys. * & similiter tristitia

tristitia per accidens est delectationis causa, inquantum sit per eam apprehensio alicuius delectabilis.

A

Ad 2^m dicendū, quòd tristia memorata, inquantum sunt tristia & delectabilibus contraria, non causant delectationem, sed inquantum ab eis homo liberatur: & similiter memoria delectabilium ex eo, quòd sunt amissa, potest causare tristitiam.

Ad 3^m dicendum, q̄ odium etiam per accidens potest esse causa amoris, prout scilicet aliqui diligūt se, inquantum conueniunt in odio vnius & eiusdem.

Articvlvs v.

Vtrum actiones aliorum sint nobis causa delectationis.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur q̄ actiones aliorū non sint nobis delectationis causa. Causa. n. delectationis est proprium bonum coniunctum: sed aliorum operationes non sunt nobis coniunctæ. ergo non sunt nobis causa delectationis.

¶ 2 Præt. Operatio est proprium bonum operantis. si igitur operationes aliorum sint nobis causa delectationis, pari ratione omnia alia bona aliorum erunt nobis delectationis causa: quod patet esse falsum.

Cap. 3. in principio tom. 3.

¶ 3 Præt. Operatio est delectabilis, inquantū procedit ex habitu nobis innato. vnde dicitur in 2. Eth. * q̄ signū generati habitus oportet accipere fientē in operē delectationem: sed operationes aliorū non procedūt ex habitibus qui in nobis sunt, sed interdū ex habitibus qui sunt in operātibus. nō ergo operationes aliorū sunt nobis delectabiles, sed ipsis operantibus.

C

Sed contra est, quod dicitur in secunda Canonica Ioannis. Gauisus sum valde, quia inueni de filijs tuis ambulantes in veritate.

Respon. Dicendum, q̄ sicut iam dictum est, 'ad delectationem duo requiruntur. s. cōsecutio proprij boni, & cognitio proprij boni consecuti. Tripliciter ergo operatio alterius potest esse delectationis causa. Vno modo inquantum per operationem alicuius cōsequimur aliquod bonum, & fm hoc operationes illorum, qui nobis aliquod bonū faciunt, sunt nobis delectabiles, qa bene pati ab alio est delectabile. Alio modo fm qđ p operationes aliorū efficitur nobis aliqua cognitio, vel aliqua æstimatio proprij boni, & pp hoc homines delectantur in hoc quòd laudātur, vel honorantur ab alijs, quia. s. per hoc accipiunt æstimationem, in seipsis aliquod bonum esse: & quia ista æstimatio fortius generatur ex testimonio bonorū & sapientium, ideo in horum laudibus & honoribus homines magis delectantur. Et quia adulator est apparēs laudator, pp hoc ēt adulationes quibusdam sunt delectabiles. Et quia amor est alicuius boni, & admiratio est alicuius magni, idcirco amari ab alijs & in admiratione haberi est delectabile, inquantū per hoc fit homini æstimatio propriæ bonitatis vel magnitudinis, in quibus aliquis delectatur. Tertio modo inquantum ipsæ operationes aliorum si sint bonæ, æstimantur vt bonum propriū propter vim amoris, qui facit æstimare amicum quasi eundem sibi: & propter odium, quod facit æstimare bonum alterius esse sibi contrarium, efficitur mala operatio inimici delectabilis. vnde dicitur 1. ad Corinth. 13. quòd charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.

D

Ad primvm ergo dicendum, q̄ operatio alterius potest esse mihi coniuncta vel per effectum, sicut in primo modo, vel per apprehensionem, sicut in secundo modo, vel per affectionem, sicut in tertio modo.

Ad 2^m dicendum, q̄ ratio illa procedit quantū ad tertium modum: non aūt quantum ad duo: primos.

Ad 3^m dicendum, q̄ operationes aliorum etsi non procedant ex habitibus qui in me sunt, causant tn in me aliquid delectabile, vel faciunt mihi æstimationē siue apprehensionem proprij habitus, vel procedunt ex habitu illius qui est vnum mecum per amorem.

Articvlvs vi.

Vtrum benefacere alteri sit causa delectationis.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur q̄ benefacere alteri non sit delectationis cā. Delectatio. n. causatur ex consecutione proprij boni, sicut supra dictum est: * sed benefacere non pertinet ad consecutionem proprij boni, sed magis ad emissionem. ergo magis videtur esse causa tristitiæ quàm delectationis.

B

Art. præce.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 4. Eth. * quòd illiberalitas cōnaturalior est hominibus, quàm prodigalitas: sed ad prodigalitatem pertinet benefacere alijs, ad illiberalitatem autem pertinet desistere a benefaciendo. cum ergo operatio connaturalis sit delectabilis vnicuique, vt dicitur in 7. & 10. Ethi. * videtur quòd benefacere alijs non sit causa delectationis.

cap. 1. 2 medio, tom. 5.

Lib. 9. cap. 12. & 13. & lib. 10. c. 4. & 5. tom. 5.

¶ 3 Præt. Contrarij effectus ex contrarijs causis procedunt: sed quædam quæ pertinent ad malefacere, sunt naturaliter homini delectabilia, sicut vincere, redarguere, vel increpare alios, & etiam punire quantum ad iratos, vt dicit Philosophus in 1. Rhet. ergo benefacere magis est causa tristitiæ, quàm delectationis.

C

Cap. 11. tomo 6.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in primo Politicor. * quòd largiri & auxiliari amicis, aut extraneis, est delectabilissimum.

Lib. 1. Pol. cap. 3. ante medium, tomo 5.

Respon. Dicendum, quòd hoc ipsum, quod est benefacere alteri, potest tripliciter esse delectationis causa. Vno modo per comparationem ad effectum, quod est bonum in altero constitutum: & secundum hoc, inquantum bonum alterius reputamus quasi nostrum bonum propter vnionem amoris, delectamur in bono quod per nos fit alijs, præcipue amicis, sicut in bono proprio. Alio modo per comparationem ad finem: sicut cum aliquis per hoc quòd alteri benefacit, sperat cōsequi aliquod bonum sibi ipsi, vel a Deo, vel ab homine: spes autē delectationis est causa. Tertio modo per comparationem ad principium, & sic hoc, quod est benefacere alteri, potest esse delectabile per comparationem ad triplex principium. Quorum vnum est facultas benefaciendi, & secundum hoc benefacere alteri fit delectabile, inquantum per hoc fit homini quædam imaginatio abundantis boni in seipso existētis, ex quo possit alijs communicare: & ideo homines delectantur in filijs & operibus proprijs, sicut quibus communicant proprium bonum. Aliud principium est habitus inclinans, secundum quem benefacere fit alicui connaturale: vnde liberales delectabiliter dant alijs. Tertium principium est motiuum, puta cum aliquis mouetur ab aliquo quem diligit, ad benefaciendum alicui: omnia enim quæ facimus, vel patimur propter amicū, delectabilia sunt, quia amor præcipua causa delectationis est.

E

Ad primvm ergo dicendum est, quòd emissio inquantum est indicatiua proprij boni, est delectabilis: sed inquantum euacuat proprium bonum, potest esse contristans, sicut quando est immoderata.

Ad 2^m dicendum, quòd prodigalitas habet immoderatam emissionem, quæ repugnat naturæ. &

ideo prodigalitas dicitur esse contra naturam.

AD 3^m dicendum, ꝙ vincere, redarguere, & punire, non est delectabile inquantum est in malum alterius, sed inquātum pertinet ad proprium bonum qđ plus homo amat, quam odiat malum alterius. Vincere.n. est delectabile naturaliter, inquantum per hoc fit æstimatio propriæ excellentiæ: & propter hoc oēs ludi in quibus est concertatio, & in quibus potest esse victoria, sunt maxime delectabiles, & vniuersaliter omnes concertationes, secundum quod habent spem victoriæ. Redarguere autem & increpare potest esse dupliciter delectationis causa. Vno modo, inquātum facit homini imaginationem proprię sapientiæ & excellentiæ: increpare enim & corripere est sapientum & maiorum. Alio modo, secundum quod aliquis increpando & reprehendendo, alteri benefacit, quod est delectabile, vt dictum est. irato autem est delectabile punire, inquantum videtur remouere apparentē minorationem, quæ videtur esse ex præcedenti læsione. Cū enim aliquis est ab alio læsus, videtur per hoc ab alio minoratus esse: & ideo appetit ab hac minoratione liberari per retributionem læsionis. Et sic patet quòd benefacere alteri, per se potest esse delectabile: sed malefacere alteri non est delectabile, nisi inquantum videtur pertinere ad proprium bonum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum similitudo sit causa delectationis.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ similitudo non sit causa delectationis. Principari.n. & præesse quandam dissimilitudinem importat: sed principari & præesse naturaliter est delectabile, vt dicitur in 1. Rhetor.* ergo dissimilitudo magis est causa delectationis, quàm similitudo.

*Cap. 11. nō procul a fine, tom. 6.

¶ 2 Præt. Nihil magis est dissimile delectationi, quàm tristitia: sed illi qui patiuntur tristitiam, maxime sequūtur delectationes, vt dicitur in 7. Eth.* ergo dissimilitudo est magis causa delectationis, q̄ similitudo.

*Cap. 14. circa medium tom. 5.

¶ 3 Præt. Illi, qui sunt repleti aliquibus delectationibus, non delectantur in eis, sed magis fastidiunt eas, sicut patet in repletione ciborum. non ergo similitudo est delectationis causa.

SED CONTRA est, quod similitudo est causa amoris, vt dictum est supra:* amor autem est causa delectationis. ergo similitudo est causa delectationis.

*q. 27. ar. 3.

RESPON. Dicendū, ꝙ similitudo est quædā vnitas, vnde id qđ est simile, inquantum est vnū, est delectabile, sicut & amabile, vt supra dictū est* & si quidem id, qđ est simile, proprium bonū non corrumpat, sed augeat, est simpliciter delectabile, puta hō homini, & iuuenis iuueni. Si vero sit corruptiuū ꝓprij boni, sic per accidens efficitur fastidiosum vel contristans, nō quidem inquantum est simile & vnum, sed inquantū corrumpit id, qđ est magis vnū. Qđ autem aliquid simile corrumpat proprium bonum, contingit dupliciter. Vno modo, quia corrumpit mēsurā proprij boni per quendā excessum. bonum.n. præcipue corporale, vt sanitas, in quadā commensuratione consistit, & pp hoc superabundantes cibi, vel quælibet delectationes corporales fastidiūtur. Alio modo, per directā contrarietatē ad propriū bonū, sicut figuli abominantur alios figulos, nō inquantū sunt figuli, sed inquantum per eos amittunt excellentiam propriā, siue proprium lucrum, quæ appetunt sicut proprium bonū.

*q. 27. art. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cum sit quædam cōiicatio principantis ad subiectum, est ibi quædam similitudo, tamen secundum quandam excellentiā, eo ꝙ principari & præesse pertinent ad excellentiam proprij boni. sapientum.n. & meliorum est principari & præesse: vnde per hoc fit homini propriæ bonitatis imaginatio, vel quia per hoc quòd homo principatur & præest, alijs benefacit, quod est delectabile.

AD 2^m dicendū, ꝙ id, in quo delectatur tristatus, etsi non sit simile tristitiæ, est tū simile homini contristato: quia tristitiæ contrariantur proprio bono eius, qui tristatur. & ideo appetitur delectatio ab his, qui in tristitia sunt, vt cōferens ad propriū bonū, inquātū est medicatiua contrarij. Et ista est causa, quare delectationes corporales, quibus sunt contrarię quædam tristitiæ, magis appetūtur, q̄ delectationes intellectuales, quæ non habent contrarietatem tristitiæ, vt infra dicetur.* Exinde ét est, ꝙ omnia animalia naturaliter appetunt delectationem: quia semper animal laborat per sensum & motum: & propter hoc ét iuuenes maxime delectationes appetunt pp multas transmutationes in eis existentes, dum sunt in statu augmenti, & ét melancholici vehementer appetunt delectationes ad expellendum tristitiā: quia corpus eorum quasi prauo humore corroditur, vt dicitur in 7. Ethico.*

*1 Ethic. Poetic. c. 1. nō longe a princ. tom. 6.

*Ca. 11 post medium cap. tom. 6.

AD 3^m dicendum, quòd bona corporalia in quadam mensura consistunt: & ideo superexcessus similium corrumpit proprium bonum, & propter hoc efficitur fastidiosum & contristans, inquantum contrariatur bono proprio hominis.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum admiratio sit causa delectationis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videt ꝙ admiratio non sit causa delectationis. Admirari.n. est ignorantis naturæ, vt Dam. dicit:* sed ignorantia non est delectabilis, sed magis scientia. ergo admiratio nō est causa delectationis.

*Cap. 4. in. medio & finem cap. Tom. 3.

¶ 2 Præt. Admiratio est principiū sapientię; quasi via ad inquirendū veritatē, vt dicitur in princip. Metaph. † Sed delectabilius est contemplari iam cognita, q̄ inquirere ignota, vt Philosophus dicit in 10. Eth.* cum hoc habeat difficultatē & impedimentum, illud autē non habeat: delectatio autem causatur ex operatione non impedita, vt dicitur in 7. Ethic.† ergo admiratio non est causa delectationis, sed magis delectationem impedit.

¶ 3 Præt. Vnusquisque in consuetis delectatur: vnde operationes habituum per cōsuetudinem acquisitorum sunt delectabiles; sed consueta non sunt admirabilia, vt dicit Aug. super Io.* ergo admiratio contrariat causę delectationis.

*Infra q. 37. art. 4. cor.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. Rhetor. † quòd admiratio est delectationis causa.

RESPON. Dicendum, quòd admirisci desiderata est delectabile, vt supra dictum est:* & ideo quanto

*1. 27. ar. 4.

alicuius rei amatæ magis accrescit desiderium, tāto magis per adeptionē accrescit delectatio: & etiā in ipso augmento desiderij fit augmentum delectationis, fm qđ fit ét spes rei amatæ, sicut supra dictum est,* ꝙ ipsum desiderium ex spe est delectabile. Est aūt admiratio desiderium quoddā sciendi, quod in homine contingit ex hoc, ꝙ videt effectū, & ignorat causam: vel ex hoc, ꝙ causa talis effectus excedit cognitionē, aut facultatem ipsius. & ideo admiratio est causa delectationis, inquantum habet adiunctam spem cōsequendi cognitionem eius, quod scire desiderat. Et propter hoc, omnia admirabilia sunt delectabilia, sicut quæ sunt rara, & omnes representationes rerum, etiā quæ in se nō sunt delectabiles. Gaudet enim anima in collatione vnius ad alterum: quia conferre vnum alteri, est proprius & connaturalis actus rationis, vt Philosophus dicit in sua Poetria.* & propter hoc etiam liberari a magnis periculis, magis est delectabile, quia est admirabile, vt dicitur in primo Rhetori.*

Art. 3.

*1 Poetic. c. 1. nō longe a princ. tom. 6.

*Ca. 11 post medium cap. tom. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd admiratio non est delectabilis inquantum habet ignorantiam, sed inquātum habet desiderium addiscendi causam, & inquantum admirans aliquid nouum addiscit, scilicet talem esse, quem non æstimabat.

AD 2^m dicendum, quòd delectatio duo habet, scilicet quietem in bono, & hmōi quietis perceptionē. Quantum igitur ad primum, cum sit perfectius contemplari veritatem cognitam, quàm inquirere ignotam, contemplationes rerum scitarum per se loquendo, sunt magis delectabiles, quàm inquisitiones rerū ignotarum: tamen per accidens, quantum ad secundum, contingit quòd inquisitiones sunt quandoque delectabiliores, secundum quod ex maiori desiderio procedunt. Desideriū autem maius excitatur ex perceptione ignorantiæ: vnde maxime homo delectatur in his, quæ de nono inuenit, aut addiscit.

AD 3^m dicendū, ꝙ ea quæ sunt consueta, sunt delectabilia ad operandum, inquantum sunt quasi connaturalia: sed tū ea, quæ sunt rara, pūt esse delectabilia vel ratione cognitionis, quia desideratur eorum scientia, inquantum sunt mira: vel ratione operationis, quia ex desiderio magis inclinatur mēs ad hoc, ꝙ intense in nouitate operet, vt dicitur in 10. Eth.* Perfectior. n. operatio causat perfectiorem delectationē.

*Cap. 4. in. medio & finem cap. Tom. 3.

QVAESTIO XXXIII.

De effectibus delectationis, in quatuor articulos diuisa.

EINDE considerandum est de effectibus delectationis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum delectationis sit dilatare.
¶ Secūdo, Vtrum delectatio causet sui sitim, vel desiderium.
¶ Tertio, Vtrū delectatio impediat vsum rationis.
¶ Quarto, Vtrum delectatio perficiat operationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum delectationis sit dilatare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd dilatatio non sit effectus delectationis. Dilatatio enim videtur ad amorem magis pertinere, secundum quod dicit Apostolus 2. ad Corinth. 6. Cor nostrum dilatatum est. Vnde & de præcepto charitatis in Psalm. 118. dicitur, Latum mandatum tuum nimis: sed delectatio est alia passio ab amore. ergo dilatatio non est effectus delectationis.

¶ 2 Præt. Ex hoc ꝙ aliquid dilatatur, efficitur capacius ad recipiēdum: sed receptio pertinet ad desiderium, quod est rei nondum habitæ. ergo dilatatio magis videtur pertinere ad desiderium, q̄ ad delectationem.

¶ 3 Præt. Constrictio dilatationi opponitur: sed constrictio videtur ad delectationem pertinere. nam illud constringimus, quod firmiter volumus retinere: & talis est affectio appetitus circa rem delectantem. ergo dilatatio ad delectationem non pertinet.

SED CONTRA est, qđ ad expressionem gaudij dicit Isai. 60. Videbis. & afflues: & mirabitur, & dilabitur cor tuum. Ipsa ét delectatio ex dilatatione nomen accepit, vt lætitia nominetur, sicut supra dictum est.* q. 31. art. 3. ad 3.

RESPON. Dicendum, ꝙ latitudo est quædā dimensio magnitudinis corporalis: vnde in affectionibus animæ nō nisi fm metaphoram dicitur. Dilatatio autem dicitur quasi motus ad latitudinem, & competit delectationi fm duo, quę ad delectationem requiruntur, quorum vnum est ex parte apprehensiuæ virtutis, quę apprehendit coniunctionē alicuius boni conuenientis. Ex hac autem apprehensione apprehendit se homo perfectionem quandam adeptum, quæ est spiritualis magnitudo: & secundum hoc animus hominis dicitur per delectationem magnificari, seu dilatari. Aliud aūt est ex parte appetitiuæ virtutis, quę assentit rei delectabili & in ea quiescit, quodammodo se præbens ei ad eam interius capiendam, & sic dilatatur affectus hominis per delectationem, quasi se tradens ad continendum interius rem delectantem:

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nihil prohibet in his, quæ dicuntur metaphoricē, idem diuersis attribui fm diuersas similitudines: & secundū hoc, dilatatio pertinet ad amorem ratione cuiusdā extensionis, inquantum affectus amantis ad alios extenditur, vt curet non solum quæ sua sunt, sed quæ aliorum: ad delectationem vero pertinet dilatatio, inquantum aliquid in seipso ampliatur, vt quasi capacius reddatur.

AD 2^m dicendum, ꝙ desiderium habet quidem aliquā ampliationē ex imaginatione rei desideratæ, sed multo magis ex præsentia rei iā delectantis, quia magis præbet se animus rei iam delectanti, quàm rei nō habitæ desideratæ, cum delectatio sit finis desiderij.

AD 3^m dicendum, ꝙ ille qui delectatur, constringit quidem rem delectātem, dum ei fortiter inhæret, sed cor suum ampliat, vt perfecte delectabili fruatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum delectatio causet sui sitim, vel desiderium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ delectatio nō causet desideriū sui ipsius. Omnis.n. motus cessat, cum peruenerit ad quietem: sed delectatio est quasi quædā quies motus desiderij, vt supra dictū est.* cessat ergo motus desiderij, cū ad delectationem peruenerit. nō ergo delectatio causat desideriū.

4. dist. 49. q. 3. arti. 2. ad 3.

*q. 23. ar. 4. & q. 30. ar. 2.

¶ 2 Præterea. Oppositum non est causa sui oppositi: sed delectatio quodammodo desiderio opponitur ex parte obiecti. nam desiderium est boni non habiti: delectatio vero boni iam habiti. ergo delectatio non causat desiderium sui ipsius.

¶ 3 Præt. Fastidium desiderio repugnat: sed delectatio plerunq; causat fastidiū. non ergo facit sui desideriū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tract. 15. super Ioan. non multũ remote ante medium. tom. 9.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Io. 4. Qui F biberit ex hac aqua, sitiet iterum. per aquam autem significatur, secundum Aug.* delectatio corporalis.

RESPON. Dicendũ, ꝙ delectatio dupliciter potest considerari. Vno modo ſm qđ est in actu: alio modo ſm quod est in memoria. Item sitis, vel desideriũ potest dupliciter accipi. Vno modo proprie, ſm qđ importat appetitum rei nõ habitæ: alio modo cõiter ſm quod importat exclusionẽ fastidij. Sc̃dm igitur quod est in actu, delectatio nõ causat sitim, vel desiderium suũ ipsius, per se loquendo, sed solum per accidens. Si tamen sitis, vel desiderium dicatur rei non habitæ appetitus, tunc delectatio non causat simpliciter sitim, vel desiderium: nam delectatio est affectio appetitus circa rem præsentem. Sed contingit rem præsentẽ nõ perfecte haberi, & hoc potest esse vel ex parte rei habitæ, vel ex parte habentis. Ex parte quidem rei habitæ, eo ꝙ res habita non est tota simul, vnde successiue recipitur: & dum aliquis delectatur in eo qđ habet, desiderat potiri eo qđ restat: sicut qui audit primam partem versus, & in hoc ꝙ delectatur, desiderat alterã partẽ versus audire, vt Aug. dicit 4. Confess.* Et hoc modo oẽs fere delectationes corporales faciunt suũ ipsarum sitim quousq; consummentur, eo ꝙ tales delectationes consequuntur aliquem motum, sicut patet in delectationibus ciborum. Ex parte aũt ipsius habẽtis, sicut cum aliquis aliquã rem in se perfectam existentem non statim perfecte habet, sed paulatim acquirit: sicut in mundo isto, percipientes aliquid imperfecte de diuina cognitione, delectamur, & ipsa delectatio excitat sitim, vel desiderium perfectæ cognitionis: ſm qđ potest intelligi quod habetur Eccl. 20. Qui bibũt me, adhuc sitient. Si vero per sitim, vel desiderium intelligatur sola intentio affectus tollens fastidium, sic delectationes spirituales maxime faciunt sitim, vel desiderium suũipsarum. Delectationes. n. corporales, quia augmentatæ, vel continuatæ faciunt superexcrescentiã naturalis habitudinis, efficiuntur fastidiosæ, vt patet in delectatione ciborum. & pp hoc qñ aliquis iam peruenit ad perfectum in delectationibus corporalibus, fastidit eas, & quandoq; appetit aliquas alias: sed delectationes spirituales nõ superexcrescunt naturalem habitudinẽ, sed perficiunt naturam. vnde cum peruenitur ad cõsummationem in ipsis, tunc sunt magis delectabiles, nisi forte per accidens, inquantum operationi contemplatiuæ adiunguntur aliquæ operationes virtutum corporaliũ, quę per assiduitatem operandi lassantur. Et per hunc modum etiã potest intelligi quod dicitur Eccles. 23. Qui bibit me, adhuc sitiet. Quia etiam de angelis, qui perfecte Deum cognoscunt, & delectantur in ipso, dicitur 1. Petri 1. quòd desiderant in eum conspicere. Si vero consideretur delectatio prout est in memoria, & nõ in actu, sic per se nata est causare suũipsius sitim & desiderium, quando scilicet homo redit ad illã dispositionem, in qua erat sibi delectabile quod præterijt: si vero immutatus sit ab illa dispositione, memoria delectationis non causat in eo delectationem, sed fastidium, sicut pleno existenti, memoria cibi.

Cap. 11. a medio. to. 1

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quando delectatio est perfecta, tunc habet omnimodam quietem, & cessat motus desiderij tendentis in non habitum: sed quando imperfecte habetur, tunc non omnino cessat motus desiderij tendentis in non habitum.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ id quod imperfecte habetur, ſm quid habetur, & ſm quid non habetur: & ideo

simul de eo potest esse & desiderium, & delectatio.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ delectationes alio modo causant fastidium, & alio modo desiderium, vt dictũ est.* Ia. q.

ARTICVLVS III.

Vtrum delectatio impediat usum rationis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd delectatio non impediat vsum rationis. Quies enim maxime confert ad debitum rationis vsum. vnde dicitur in 7. Phys.* quòd in sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens. & Sapient. 8. Intrans in domum meam conquiescam cum illa, scilicet sapientia: sed delectatio est quædam quies. ergo non impedit, sed magis iuuat rationis vsum. G

¶ 2 Præt. Ea quæ non sunt in eodem, etiã si sint contraria, non se impediunt: sed delectatio est in parte appetitiua, vsus autem rationis in parte apprehensiua. ergo delectatio non impedit rationis vsum.

¶ 3 Præt. Quod impeditur ab alio, videtur quodammodo transmutari ab ipso: sed vsus apprehensiuæ virtutis magis mouet delectationem, quàm a delectatione mouetur: est enim causa delectationis. ergo delectatio non impedit vsum rationis.

SED CONTRA est, qđ Philosophus dicit in 6. Eth.* ꝙ delectatio corrumpit existimationem prudentiæ. H

RESPON. Dicendũ, ꝙ sicut dicitur in 10. Eth.* Delectationes propriæ adiugent operationes, extraneæ vero impediunt. Est ergo quædã delectatio, quæ habetur de ipso actu rationis: sicut cum aliquis delectatur in contemplando, vel ratiocinãdo, & talis delectatio non impedit vsum rationis, sed adiuuat: quia illud attentius operamur, in quo delectamur. attentio autem adiuuat operationem: sed delectationes corporales impediunt vsum rationis triplici ratione. Primo quidẽ, ratione distractionis: quia, sicut iã dictum est, ad ea, in quibus delectamur, multum attendimus. Cum aũt intentio fortiter inhæserit alicui rei, debilitatur circa alias res, vel totaliter ab eis reuocat̃, & ſm hoc, si delectatio corporalis fuerit magna, vel totaliter impediet vsum rõnis ad se intentionem animi attrahendo, vel multum impediet. Secundo, rõne contrarietatis: quędam. n. delectationes, maxime superexcedẽtes, sunt contra ordinem rationis. & per hunc modũ Philosophus dicit in 6. Eth.* ꝙ delectationes corporales corrumpunt existimationem prudentiæ, non autem existimationem speculatiuam, cui delectatio non contrariatur, puta, ꝙ triangulus hẽt tres angulos æquales duobus rectis: ſm autem primum modum vtranque impedit. Tertio modo, secundum quandam ligationem, inquantum. s. ad delectationem corporalem sequitur quædam transmutatio corporalis, maior etiã quàm in alijs passionibus, quanto vehementius afficitur appetitus ad rem præsentem, quàm ad rem absentem. huiusmodi autẽ corporales perturbationes impediunt vsum rationis, sicut patet in vinolentis, qui habent vsum rationis ligatum, vel impeditum. K

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd delectatio corporalis habet quidem quietem appetitus in delectabili, quæ quies interdum contrariatur rationi: sed ex parte corporis semper habet trãsmutationem, & quantum ad vtrumque impedit rationis vsum.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ vis appetitiua & apprehensiua sunt quidem diuersæ partes, sed vnius animæ: & ideo cum intentio animæ vehementer applicatur ad actum vnius, impeditur ab actu contrario alterius.

A ꝙ

Tract. 34. ad ter. lit. & q. 40 ar. 3. cor. Et 4. dist. 17. q. 2. ar. 5. q. 1. ad 3. Et ver. 24. q. 26. art. 10. cor. & 28. q. 1. ar. preced. Ethic. 7. Eth. c. 12. & 13. & lib. 10. c. 6. & 3. & 4. tom. 5.

ar. præced.

Li. 10. Eth. c. 4. post medium illius tom. 5.

Li. 10. Eth. c. 4. post medium illius tom. 5.

Eccl. 24. & exp. mone ci nat.

Li. 10. Eth. c. 5. parum ante med. tom. 5.

Ter. 30. to. 2.

In corp. ar.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ vsus rationis requirit debitũ A vsum imaginationis, & aliarum viriũ sensitiuarum, quæ vtuntur organo corporali: & ideo ex transmutatione corporali vsus rationis impeditur, impedito actu virtutis imaginatiuæ, & aliarum sensitiuarum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum delectatio perficiat operationem.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ delectatio non perficiat operationẽ. Omnis. n. humana operatio ab vsu rationis dependet: sed delectatio impedit vsum rationis, vt dictum est.* ergo delectatio non perficit, sed debilitat operationem humanã. B

¶ 2 Præt. Nihil est perfectiuũ suiipsius, vel suæ causæ: sed delectatio est operatio, vt dicitur in 7. & 10. Eth.† quod oportet vt intelligatur vel essentialiter, vel cauſaliter. ergo delectatio non perficit operationem.

¶ 3 Præt. Si delectatio perficit operationẽ, aut perficit ipsam sicut finis, aut sicut forma, aut sicut agens: sed non sicut finis, quia operationes non ꝙrunrur pp delectationem, sed magis ecõuerso, vt supra dictum est:* nec iterum per modum efficientis, quia magis operatio est causa efficiens delectationis: nec iterum sicut forma. non enim perficit delectatio operationem, vt habitus quidã, secundum Philosophum in 10. Ethi.* delectatio ergo non perficit operationem.

SED CONTRA est, quod dicitur ibidem, quod delectatio operationem perficit. C

RESPON. Dicendum, quòd delectatio dupliciter operationem perficit. Vno modo per modum finis, non quidem secundum quod finis dicitur id, propter quod aliquid est, sed secundum quod omne bonum completiue superueniẽs, potest dici finis: & secundum hoc dicit Philosoph. in 10. Ethic.* quòd delectatio perficit operationem, sicut quidam superueniens finis, inquantum scilicet super hoc bonum, qđ est operatio, superuenit aliud bonum quod est delectario, quæ importat quietationem appetitus in bono prẽsuppositio. Secundo modo, ex parte causæ agentis, non quidem directe: quia Philosophus dicit in 10. Ethicor.* quòd perficit operationem delectatio, non sicut medicus sanum, sed sicut sanitas: indirecte autem, inquantum scilicet agens, quia delectatur in sua actione, vehementius attendit ad ipsam, & diligentius eam operatur: & secundum hoc dicitur in 10. Ethicor.* quòd delectationes adaugent proprias operationes, & impediunt extraneas. D

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omnis delectatio impedit actum rationis, sed delectatio corporalis, quæ non consequitur actum rationis, sed actum concupiscibilis, qui per delectationem augetur: delectatio autem, quæ consequitur actum rationis, fortificat rationis vsum. E

AD 2ᵐ dicendum, quòd sicut dicitur in 2. Phys.* contingit quòd duo sibiinuicem sunt causa, ita quòd vnum sit causa efficiẽs, & aliud causa finalis alterius: & per hunc modum operatio causat delectationem sicut causa efficiens. delectatio autem perficit operationem per modum finis, vt dictum est.*

AD 3ᵐ patet responsio ex dictis.

QVAESTIO XXXIIII.

De bonitate, & malitia delectationũ, in quatuor articulos diuisa.

¶ Super Quæstionem trigesimamquartã.

DEINDE considerandum est de bonitate, & malitia delectationum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum omnis delectatio sit mala.

¶ Secũdo, Dato quòd non, Vtrum omnis delectatio sit bona.

¶ Tertio, Vtrum aliqua delectatio sit optima.

¶ Quarto, Vtrum delectatio sit mensura, vel regula, secundum quam iudicetur bonum, vel malum in moralibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis delectatio sit mala.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ omnis delectatio sit mala. Illud. n. quod corrumpit prudentiam, & impedit rationis vsum, videtur esse secundum se malum: quia bonum hominis est secũdum rationem esse, vt Dio. dicit in 4. cap. de diui. no.* sed delectatio corrumpit prudentiam, & impedit rationis vsum: & tanto magis, quanto delectationes sunt maiores. vnde in delectationibus venereis, quæ sunt maximæ, impossibile est aliquid intelligere, vt dicitur in 7. Ethi.† Et Hiero. etiam dicit super Mat.* quòd illo tempore, quo coniugales actus geruntur, prẽsentia Sancti Spiritus nõ dabitur, etiam si propheta videatur esse, qui officio generationis obsequitur. ergo delectatio est secundum se malum. ergo omnis delectatio mala.

¶ 2 Præt. Illud qđ fugit virtuosus, & prosequitur aliquis deficiens a virtute, videtur esse ſm se malum & fugiendum: quia, vt dicitur in 10. Eth.† Virtuosus est quasi mensura & regula humanorũ actuum. Et Apostolus dicit 1. ad Corin. 2. Spiritualis iudicat omnia: sed pueri & bestię, in quibus non est virtus, ꝓsequuntur delectationes: fugit autem eas temperatus. ergo delectationes secundum se sunt malæ, & fugiendæ.

¶ 3 Præt. Virtus & ars sunt circa difficile, & bonum, vt dicitur in 2. Ethic.* sed nulla ars ordinata est ad delectationem. ergo delectatio non est aliquid bonum.

SED CONTRA est, qđ in ps. 36. dicitur: Delectare in Domino. cum igitur ad nihil mali authoritas diuina inducat, videtur quòd nõ omnis delectatio sit mala.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dẽ in 10. Eth.* aliqui posuerunt oẽs delectationes esse malas, cuius ratio vẽ fuisse: quia intentionẽ suã referebant ad solas delectationes sensibiles & corporales, quæ sunt magis manifestę. Nã & in cęteris intelligibilia a sensibilibus antiqui Philosophi non distinguebant, nec intellectũ a sensu, vt dicitur in li. de Ani.* Delectationes aũt corporales arbitrabantur dicendũ omnes esse malas, vt sic homines, qui ad delectationes immoderatas sunt proni, a delectationibus se retrahentes, ad medium virtutis perueniãt. Sed hæc existimatio non fuit conueniens: cum enim nullus possit viuere sine aliqua

4. dist. 39. q. 3. ar. 4. q. 3. co. Et veri. q. 15. art. 4. Et 10. Eth. le. 1. 2. 3. & 4.

* pa. 4. non remote a fi.

Cap. 11. nõ procul a fine.

* Hiero. in ep. de monogamia a medio, tomo 1.

Cap. 5. paulo ante finẽ tom. 5.

Cap. 3. non multum ante fin. to. 5.

Cap. 2. & 3 tom. 5.

Lib. 2. text. 150. tom 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensibili & corporali delectatione, si illi qui docent F
oēs delectationes esse malas, deprehendantur aliquas
delectationes suscipere, magis homines ad delectatio
nes erunt procliues exēplo operum, verborū doctrina p̄termissa. In operationibus.n. & passionibus humanis, in quibus experientia plurimum valet, magis mouent exempla q̄ verba Dicendum est ergo, aliquas delectationes esse bonas, & aliquas esse malas. Est.n. delectatio quies appetitiuæ virtutis in aliquo bono amato, & consequens aliquam operationem: uñ huius ratio duplex accipi p̄t. Vna quidem ex parte boni, in quo aliquis quiescens delectatur. bonum.n. & malum in moralibus dicitur fm quod conuenit rationi, vel discordat ab ea, vt supra dictum est. * Sicut G
q. 19. ar. 3. & 9. in rebus naturalibus aliquid dicitur naturale ex eo, q̄ naturæ conuenit: innaturale vero ex eo, quod est a natura discordans. Sicut igitur in naturalibus est q̄dam quies naturalis, quæ.s. est ex eo qd conuenit naturæ, vt cum graue quiescit deorsum: & quædam innaturalis, quæ est in eo quod repugnat naturæ, sicut cum graue quiescit sursum: ita & in moralibus est q̄dā delectatio bona, fm quod appetitus superior, aut inferior requiescit in eo quod conuenit rationi: & q̄dā mala ex eo, quòd quiescit in eo quod a ratione discordat, & a lege Dei. Alia ratio accipi potest ex parte operationum, quarum q̄dam sunt malæ, & quædā bonæ. operationibus autem magis sunt affines dele- H
ctationes, quæ sunt eis coniunctæ, q̄ concupiscentiæ, quæ tempore eas præcedunt: vnde, cum concupiscentiæ bonarum operationum sint bonæ, malarum vero malæ, multo magis delectationes bonarum operationum sunt bonæ, malarum vero malæ.

q. 23. ar. 3. AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut supra dictū est, * Delectationes quæ sunt de actu rationis, non impediunt rationem, neq; corrumpunt prudentiam, sed delectationes extraneæ, cuiusmodi sunt delectationes corporales, q̄ quidem rationis vsum impediunt, sicut
q. 23. ar. 3. supra dictum est, * & per contrarietatē appetitus qui quiescit in eo quod repugnat rationi, & ex hoc habet delectatio, quòd sit moraliter mala: vel fm quandam ligationem [d] rationis, sicut in concubitu coniugali delectatio, quāuis sit in eo quod cōuenit rationi, tñ impedit rationis vsum propter corporalem transmutationem adiunctā: sed ex hoc non cōsequitur ma
D. 858 litiam [d] moralē, sicut nec somnus quo ligatur vsus rationis, moraliter est malus, si sit fm rationem receptus: nam & ipsa ratio hoc habet, vt quandoq; ratio nis vsus intercipiatur. Dicimus tñ quòd huiusmodi ligamentum rationis ex delectatione in actu coniugali, etsi non habeat malitiam moralem, quia non est peccatum mortale, nec veniale, prouenit tñ ex quadam morali malitia, scilicet ex peccato primi parentis: nam hoc in statu innocentiæ non erat, vt patet ex K
his quæ in primo dicta sunt. *
p.p.q. 98. ar. 2. AD 2^m dicendum, q̄ temperatus non fugit omnes delectationes, sed immoderatas, & rationi non conuenientes. Quòd autem pueri & bestiæ delectationes prosequantur, non ostendit eas vniuersaliter esse malas: quia in eis est naturalis appetitus a Deo, qui mouetur in id quod est ei conueniens.

q. 57. ar. 3. AD 3^m dicendum, q̄ non omnis boni est ars, sed exteriorum factibilium, vt infra dicetur. * Circa ope
rationes autem & passiones quę sunt in nobis, magis est prudentia & virtus, quàm ars: & tamen aliqua ars
ead. non re mote a fin. est factiua delectationis, scilicet pulmentaria, & pigmentaria, vt dicitur in 7. Ethicor.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnis delectatio sit bona.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur q̄ oīs delectatio sit bona. Sicut.n. in primo dictum est, * bonum in tria diuidit, s honestum, vtile, & delectabile: sed honestum omne est bonum, & similiter omne vtile. ergo & omnis delectatio est bona.

¶ 2 Præt. Illud fm se est bonum, qd non quæritur pp aliud, vt dicitur in 1. Ethicor. † sed delectatio non quæritur pp aliud. ridiculum.n. vī ab aliquo quærere, quare vult delectari. ergo delectatio est p se bona: sed quod per se p̄dicatur de aliquo, vniuersaliter p̄dicatur de eo. ergo oīs delectatio est bona.

¶ 3 Præt. Id quod ab omnibus desideratur, videtur esse p se bonum. nam bonum est quod omnia appetunt, vt dicitur in 1. Ethi. * sed oēs appetunt aliquam delectationem etiā pueri. & bestiæ. igitur delectatio est fm se bonum. omnis ergo delectatio est bona.

SED CONTRA est, quod dī Prouerb. 2. Qui lætantur cum malefecerint, & exultāt in reb⁹ pessimis.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut ali qui Stoicorum posuerunt oēs delectationes esse malas, ita Epicurei posuerunt delectationem fm se esse bonam, & per consequens delectatiōes omnes esse bonas: qui ex hoc decepti esse videntur, q̄ non I
distinguebant inter id quod est bonum simpliciter, & inter id qđ est bonum quo ad hunc. simpliciter quidem bonū est, quod fm se bonum est. Contingit autem quod non est fm se bonum, esse huic bonum dupliciter. Vno modo, quia est ei conueniens fm dispositionē in qua nunc est, quæ tñ non est naturalis: sicut leproso bonum est quandoque comedere aliqua venenosa, quæ non sunt simpliciter cōuenientia complexioni humanæ. Alio modo, quia id quod non est cōueniens, æstimatur vt cōueniēs. Et quia delectatio est quies appetitus in bono, si sit bonū simpliciter illud, in quo qescit appetitus, erit simpliciter delectatio, & simpliciter bona: si aūt non sit bonū simplr, sed quo ad hunc, tūc nec delectatio est simpliciter, sed huic: nec simpliciter est bona, sed bona fm quid, vel apparens bona.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ honestum & vtile dicuntur fm rationem: & ideo nihil est honestum, vel vtile, quod non sit bonum. Delectabile autem dī secundum appetitum, qui quandoque in illud tendit, quod non est conueniens rationi: & ideo nō om-
ne

¶ *Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulum secundum.*

IN secundo artic. trigesimæquartæ quæstionis omisso primo, dubium occurrit circa respōsionem ad primū, p quātō dicit, q̄ nihil est vtile quod nō sit bonum: quia aut est fermo de bonitate naturæ, aut de bonitate moris. Si de bonitate naturæ, nulla est differentia inter vtile & delectabile: quia vtrunq; ē bonū tali bonitate. Si de bonitate moralis, tunc falsa quoq; est differentia: quia multa vtilia bona, aūt mala moraliter, vtpote ad malū delectabilia: sicut multa delectabilia mala sunt moraliter, mala operata consequentia.

¶ Ad hoc dicitur, quòd hic est fermo de bonitate morali, & q̄ bonū vtile est secundum se rationi consonans. Cum enim dicis bonū vtile, dicis aliquid consonū rationi: sicut cū dicis, pascere equum rientem. & in hoc differt vtile a delectabili, vt in littera dicitur: quia vtile significat aliquid consonū rationi: delectabile vero consonū appetitui. Bonū aūt & malum morale cōstituitur ex consonātia & dissonantia ad rationē, & nō ad appetitum. Et ideo vtile non abstrahit a bono & malo morali, sicut delectabile, sed est bonū morale: nec p hoc sequitur, nullum bonum vtile esse malum moraliter: quoniā sicut pascere equum est vtile malum moraliter, vt si fiat pp adulterium &c. ita multa bona vtilia possunt mala fieri, dum ordinantur ad malum.

¶ *Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulum tertium.*

IN arti. 3. dubium Thomistis molestum occurrit propter illa verba, Aliqua delectatio hominis potest dici optimum inter bona humana. Repugnat siquidem hoc doctrinæ authoris tenentis operationē præcedentem, puta, visionē Dei, esse optimum inter bona humana.

¶ Ad hoc licet dupliciter dici possit, puta, quòd delectatio est optimum, vt accidēs, operatio autem ut substātia, iuxta dictū in quæst. 2. ar. 6. vel quòd delectatio est optimū in genere motuum appetitiuorum, vel quòd est optimū secundum se, quia habet in se vnde vltimo quieret appetitū, licet héat aliud optimū melius ipso, non vt bono magis bonum, sed vt optimo i ordine optimum alterius ordinis, honestum.n. & delectabile duorum bonorum ordines constituunt. Ad literam tamē loquēdo, distinguo: quia aut est sermo de bonitate naturæ, aut moris. Si quis enim inspexerit, quòd tractatus iste de bonitate & malitia é moralis, videbit quòd quæstio est de optimo moraliter, idest, summe consonante rationi, omitte dāq; celebit cōtradictionem aliis dictis S. Tho. puta, quòd vitio est nobilior, quòd est finis etiam delectationis. Hæc enim omnia ad maiorem bonitatē naturæ spectant: delectatio siquidem & operatio consequens eadē numero bonitate morali, bonæ sunt. Eadem quippe consonantia, vel dissonantia consonant, vel dissonant rationi, ac per hoc optimam operationem sequens delectatio, optima est non minore bonitate, & non magis nec minus bona moraliter. Nec obstat huic sen
sui, quod in respon-
ne delectabile est bonū bonitate A
morali, q̄ attendit secundū rōnē.

AD 2^m dicendum, q̄ ideo delectatio non quæritur pp aliud, quia est quies in fine. finē aūt contingit esse bonum & malū, quàmuis nunquàm sit finis, nisi secundum quod est bonū quo ad hūc: ita etiam est de delectatione.

AD 3^m dicēdū, q̄ hoc modo oīa appetunt delectationem, sicut & bonū, cū delectatio sit quies appetitus in bono: sed sicut contingit non oē bonū quod appetitur, esse B
per se & vere bonū, ita nō oīs delectatio est per se & vere bona.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliqua delectatio sit optimum.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur q̄ nulla delectatio sit optimum. Nulla.n. generatio est optimū, nā generatio nō p̄t esse vltimus finis: sed delectatio consequitur generationem, nā ex eo, q̄ aliquid cōstituitur in suā C
naturam, delectatur, vt supra dictum est. * ergo nulla delectatio potest esse optimum.

¶ 2 Præt. Illud quod est optimum, nullo addito potest fieri melius: sed delectatio aliquo addito fit melior. est enim melior delectatio cum virtute, q̄ sine virtute. ergo delectatio non est optimum.

¶ 3 Præt. Id quod est optimum, est vniuersaliter bonum, sicut per se bonum existens. nā quod est per D
se, est prius & potius eo quod est per accidens: sed delectatio nō est vniuersaliter bonum, ut dictū est. * ergo delectatio non est optimū.

SED CONTRA. Beatitudo, est optimum, cum sit finis humanæ vitæ: sed beatitudo nō est sine delectatione. dicitur enim in psalm. 15. Adimplebis me lætitia cū vultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem.

RESPON. Dicēdum, q̄ * Plato non posuit omnes delectationes E
esse malas, sicut Stoici: neq; omnes esse bonas, sicut Epicurei: sed quasdam esse bonas, & quasdam esse malas, ita tamen quòd nulla sit summum bonum, vel optimū. Sed quantū ex eius rationibus datur intelligi, in duobus deficit. In vno quidem, quia cum videret delectationes sensibiles & corporales in quodam motu & generatione consistere, sicut patet in repletione ciborum, & huiusmodi, æstimauit oēs delectationes cōsequi generationem & motū: vnde, cum generatio & motus sint actus impfecti, sequeretur q̄ delectatio non haberet rōnem vltimę pfectionis: sed hoc manifeste apparet falsum in delectationib⁹ intellectualibus. Aliqs.n. non solū delectat in gñatione scientiæ, puta, cum addiscit, aut miratur, sicut supra dictū est: sed ét in contēplando fm scientiā iā acquisitā. Alio vero modo q̄a dicebat optimum illud, qd est simpliciter summum bonum, quod s. est ipsum bonum quasi abstractū, & nō participatum, sicut ipse De⁹ est summum bonum: nos aūt loquimur de optimo in rebus humanis: optimum autem in vnaquaq; re ē vltimus finis. Finis autem, vt * sup. dictum est, dupliciter dī. ē. ipsa res, & vsus rei: sicut finis auari est vel pecunia, vel possessio pecuniæ. & fm hoc, vltim⁹ finis hominis dici potest vel ipse Deus, qui est summum bonum simpliciter, vel fruitio ipsius, quæ importat delectationem quandā in vltimo fine: & p hunc modum aliqua delectatio hominis potest dici optimum inter bona humana.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ non oīs delectatio consequitur generationem, sed aliquæ delectationes consequuntur operationes pfectas, vt * dictum est: & ideo nihil prohibet aliquam delectationē esse optimā, etsi nō oīs sit talis.

AD 2^m dicendum, q̄ ratio illa procedit de optimo simpliciter, p cuius participationē omnia sunt bona, vñ ex nullius additione fit melius: sed in aliis bonis vniuersaliter verum est, q̄ quodlibet bonū ex additione alterius fit melius. Quamuis posset dici, q̄ delectatio non est aliquid extraneum ab operatione virtutis, sed concomitans ipsam, vt in 1. * Eth. dicitur.

AD 3^m dicendum, q̄ delectatio non habet quòd sit optimum ex hoc, quòd est delectatio, sed ex hoc quòd est perfecta quies in optimo. vnde non oportet, quòd omnis delectatio sit optima, aut etiā bona: sicut aliqua scientia est optima, non tamen omnis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrū delectatio sit mēsura, uel regula, secundum quam iudicetur bonū, uel malum, in moralibus.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videt q̄ delectatio nō sit mensura, vel regula boni & mali moralis. Omnia enim mensuran tur primo sui generis, vt dicitur

sione ad secundum in prima responsione author videtur velle, q̄ delectatio est melior actu virtutis, quam sequit. hoc enim author non dicit, nec intendit dicere: sed prima responsio ibi data respōdet maiori propositioni argumenti, quæ est communissima propositio, scilicet, Optimū nullo adiecto sit melius: & dicit quòd est vera de optimo simpliciter, & non de optimo in genere, quale é delectatio. & ideo dato etiam quòd ex actu virtutis esset melior, adhuc stat q̄ sit optimum in genere. Secunda vero responsio respondet minori, scilicet, De lectatio addita operationi est melior. & dicit quòd operatio non est adiecta delectationi, sed intranea eidem. & hæc responsio nullam patitur in se calumniam, & nihil extorquens omnia saluat. Sic enim & é optima moraliter inter bona humana summe consonans rationi: quia nihil est melius moraliter ipsa: & est minus bona naturaliter operatione quā sequitur, q̄ est optima & in genere moris & naturæ in vtroque ordine vltimus finis existens, quamuis diuersimode: quia in illo communi sibi & delectationi, bonitate: in isto, propria. propter quod in isto ordine finis est etiā delectationis. in illo autem non.

in corp. ar.

c. 8. a med. to. 5.

¶ *Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulum quartum.*

IN titulo articuli 4. aduerte, quòd quia mēsura est certificatiua quantitatis mensurabilium, & regula certificatiua dispositionis, & vtrunque horum exigit primitatem in cognoscendo, & quodammodo in essendo secundum ali quod genⁿ causæ, id

4. dist. 49. q. 3. ar. 4. ad 1.

li.10.meta. tex.3.& 4 to.3.

circo author. propo nendis, hic articulũ in enumeratiõe om nium articulorum i principio q. quærit, vtrum delectatio sit mensura secundum quã iudicetur: hic vero absolute, vtrũ sit mensura, quasi ibi primitatem in cognoscendo, hic in essendo inuenuans. Et in corpore articu li, mensuram secun dum cognitionẽ & iudicium determinat: in respõsioni bus vero ad primũ & vltimum, causã tatem finalem quo dãmodo ei tribuit. Et scito, quòd quia ad rationem mensu ræ & regulæ nõ sufficit primitas in essendo, sed exigitur quòd sit nobis certissima, ideo licet bonum honestũ sit secundum se prius, & certius quam delectabile, quia consequitur ad illud, & potest esse bona & mala delectatio: quia tamen delecta tio est nobis magis certa, ideo ipsi attribuitur ratio mensuræ, & operatio ipsa mendicat quo ad hoc a delectatione, propter qđ author

c.5.post me diũ.to.5.

* sup. istud verb. Psalmistæ to.6.

cap. 11.in in prin.t.5.

q. 20.ar. 1.

studuit in corpore articuli ad probandum rationem mensuræ in delectatione ex cognitione & iudicio. Et sat fuit saluare vtcunque prioritatem in essendo, vt patet in rõsione ad tertium, vbi finis ratiõe, satis large propter hoc saluandum, vtitur.

¶ Circa calcem responsionis ad tertiũ in eodem quarto articulo, dubium occurrit nouitijs, quia videtur aduersari supradictis. Si enim bonitas delectatiõis est cã quodammodo bonitatis in operatione, aut econuerso, sequitur nõ esse eãdẽ numero bonitatẽ vtriusq; : cui* oppositum dictum fuit.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd vt ex superius dictis appareat, in analogis cãu salitate seu redundãtia, saluaẽ idẽtitas numeralis in causa & causato. vñ hoc nihil obstat proposito: sicut nec bonitatibus actus exterioris & interioris.

in 10.* Meta. sed delectatio non est primum in genere moralium, sed præcedunt ipsam amor & desiderium. non ergo est regula bonitatis & malitiæ in moralibus.

¶ 2 Præt. Mensuram & regulam oportet eẽ vniformẽ: & ideo motus, qui est maxime vniformis, est mẽsura & regula oĩum motuum, vt dr in 10.* Meta. sed delectatio est varia & multiformis, cum q̃dã earum sint bonæ, & quædam malæ. ergo delectatio non est mensura & regula moralium.

¶ 3 Præt. Certius iudicium sumitur de effectu per causam, q̃ econuerso: sed bonitas, vel malitia operationis ẽ causa bonitatis, vel malitiæ delectationis, quia bonę delectationes sunt q̃ cõsequuntur bonas operatiões, malæ autem q̃ malas, vt dr in 10.* Eth. ergo delectationes nõ sunt regula & mensura bonitatis, & malitiæ in moralib*.

SED CONTRA est, qđ* Aug. dicit super illud Psal. 7. Scrutans corda & renes Deus. Finis curæ & cognitionis est delectatio, ad quam quis nititur peruenire. Et Philosophus dicit in 7.† Eth. q̃ delectatio est finis architectorũ, idest principalis, ad quã respicientes, vnumquodque hoc quidem malum, hoc autem malum simpliciter dicimus.

RESPON. Dicendum, q̃ bonitas vel malitia moralis principaliter in voluntate consistit, vt* supra dictum est. vtrum autẽ voluntas sit bona, vel mala, p̃cipue ex fine cognoscitur: id autem hẽ pro fine, in quo voluntas quiescit, quies autẽ voluntatis, & cuiuslibet appetitus in bono, ẽ delectatio: & ió f̃m delectationẽ voluntatis humanæ p̃cipue iudicatur hõ bonus, vel malus. Est. n. bon* & virtuosus, q̃ gaudet in operibus virtutũ: malus autem qui in operib* malis. Delectationes autẽ appetitus sensitiui nõ sunt regula bonitatis, vel malitiæ moralis: nã cibus cõiter delectabilis est f̃m appetitũ sensitiuũ bonis & malis: sed voluntas bonorũ delectatur in eis secundũ conuenientiam rationis, quã non curat voluntas malorum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ amor & desideriũ sunt priora delectatione in via generationis: sed delectatio est prior f̃m rationẽ finis, qui in operabilibus habet rõnẽ principii, a quo maxime sumit' iudiciũ, sicut a regula vel mẽsura.

AD 2^m dicendum, q̃ ois delectatio in hoc est vniformis, quòd est quies in aliquo bono: & secundum hoc potest esse regula vel mẽsura. Nã ille bonus est, cuius voluntas quiescit in vero bono: malus aũt cuius voluntas qescit ĩ malo.

AD 3^m dicendum, q̃ cum delectatio p̃ficiat operationem p̃ modum finis, vt* supra dictum est, nõ põt esse operatio p̃fecte bona, nisi etiã adsit delectatio in bono: nã bonitas rei pendet ex fine, & sic quodãmodo bonitas delectationis est cã bonitatis in operatione.

QVAESTIO XXXV.

De dolore, seu tristitia secundum se, in octo articulos diuisa.

SEINDE considerandum est de dolore & tristitia.

¶ Et circa hoc primo considerandum est de tristitia, seu dolore secundum se. Secundo, de causis eius. Tertio, de effectibus ipsius. Quarto, de remediis. Quinto, de bonitate, vel malitia eius.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum dolor sit passio animæ.
¶ Secũdo, Vtrum tristitia sit idem quòd dolor.
¶ Tertio, Vtrum tristitia, seu dolor sit cõtraria delectationi.
¶ Quarto, Vtrũ ois tristitia oĩ delectationi cõtrarietẽ.
¶ Quinto, Vtrum delectationi contemplationis sit aliqua tristitia contraria.
¶ Sexto, Vtrum magis fugienda sit tristitia, quàm delectatio appetenda.
¶ Septio, Vtrũ dolor exterior sit maior, q̃ dolor interior
¶ Octauo, De speciebus tristitiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dolor sit passio animæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ dolor non sit passio animæ. Nulla. n. passio animæ est in corpore, sed dolor potest esse in corpore. dicit. n. Augustin. in lib. de* vera relig. quòd dolor qui dicitur corporis, est corruptio repentina salutis eius rei, quam male vtendo anima corruptioni obnoxiauit. ergo dolor non est passio animæ

¶ 2 Præt. Ois passio animæ ptinet ad vim appetitiuã; sed dolor non pertinet ad vim appetitiuã, sed magis apprehensiuam. dicit. n. Aug. in lib. de* natura boni, quòd dolorem in corpore facit sensus resistens corpori potentiori. ergo dolor non est passio animæ.

¶ 3 Præt. Ois passio animæ pertinet ad appetitum animalem: sed dolor non pertinet ad appetitum animalem, sed magis ad appetitum naturalem. dicit. n. Augustin. 8.* sup Genes. ad literam: Nisi aliquod bonum remansisset in natura, nullius boni amissi esset dolor in pæna. ergo dolor non est passio animæ.

SED CONTRA est, qđ Aug. 14. de ciuit. Dei, ponit dolorem inter passiones animæ, inducens illud Virgil. Hinc metuunt, cupiunt, gaudentque, dolentq;.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut ad delectationem duo requiruntur. s. coniunctio boni, & perceptio huiusmodi cõiunctionis; ita etiã ad dolorem duo requiruntur. s. cõiunctio alicuius mali, quod ea ratione est malum, quia priuat aliquod bonum, & p̃ceptio hmõi coniunctionis. Quicquid autem cõiungitur, si nõ habeat, respectu eius cui cõiungitur, rationem boni vel mali, non potest causare delectationem, vel dolorem. ex quo patet, quòd aliquid sub ratione boni, vel mali est obiectum delectatiõis & doloris. Bonum autem & malum inquantum hmõi, sunt obiecta appetitus. vñ patet q̃ delectatio, & dolor ad appetitum pertinent. ois autem motus appetitiuus, seu inclinatio cõsequens app̃hensionem ptinet ad appetitum intellectiuum, vel sensitiuũ: nã inclinatio appetit* naturalis nõ consequitur app̃hensionem ipsius apprehendentis, sed alterius, vt in 1.* dictum est. Cum igitur delectatio & dolor p̃supponant in eodem subiecto sensum, vel app̃hensionem aliquã, manifestum est, q̃ dolor sicut & delectatio, est in appetitu intellectiuo, vel sensitiuo. Ois autem motus appetitus sensitiui dr passio, vt* supra dictum est: & præcipue illi, qui in defectum sonant. vnde dolor secundum quod est in appetitu sensitiuo, propriissime dicitur passio animæ: sicut molestiæ corporales propriẽ passiones corporis dicuntur. vnde & Aug. 14.* de ciuitate Dei, dolorem specialiter ægritudinem nominat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dolor dr esse corporis: quia causa doloris est in corpore, puta, cum patimur aliquod nociuum corpori, sed motus doloris semper est in anima: nam corpus non potest dolere nisi dolente anima, vt Aug. dicit.

AD 2^m dicendum, q̃ dolor dr esse sensus, non quia sit actus sensitiuæ virtutis, sed quia requiritur ad dolorem corporalem, sicut ad delectationem.

AD 3^m dicendum, quòd dolor de amissione boni demonstrat bonitatem naturæ, non quia dolor sit actus naturalis appetitus, sed quia natura aliquid appetit vt bonum, quod cum remoueri sentitur, sequitur doloris passio in appetitu sensitiuo.

ARTICVLVS. II.

Vtrum tristitia sit idem quòd dolor.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ tristitia nõ sit dolor. Dicit. n. Aug. 14.* de ciu. Dei, quòd dolor in corporibus dr, tristitia autem dicitur magis in anima. ergo tristitia non est dolor.

¶ 2 Præt. Dolor non est nisi de præsenti malo: sed tristitia potest esse de præterito & de futuro, sicut pœnitentia est tristitia de præterito, & anxietas de futuro. ergo tristitia omnino a dolore differt.

¶ 3 Præt. Dolor non videtur consequi nisi sensum tactus: sed tristitia potest consequi ex oĩbus sensibus. ergo tristitia non est dolor, sed se habet in pluribus.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Ro. 9. Tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo, pro eodem vtens tristitia & dolore.

RESPON. Dicendum, q̃ delectatio & dolor ex duplici apprehensione causari possunt, vel ex apprehensione exterioris sensus: vel ex apprehẽsione interiori siue intellectus, siue imaginationis. Interior autẽ apprehensio ad plura se extendit q̃ exterior, eo quòd q̃cunque cadunt sub exteriori apprehensione, cadunt sub interiori, sed non econuerso. Sola igitur illa delectatio, q̃ ex interiori apprehensione causatur, gaudiũ nominatur, vt* supra dictum est: & similiter ille solus dolor, qui ex apprehensione interiori causatur, nominatur tristitia. Et sicut illa delectatio, quæ ex exteriori apprehensione causatur, delectatio quidem nominatur, non autem gaudium: ita ille dolor, qui ex exteriori apprehensione causatur, nominatur quidem dolor, non autem tristitia. Sic igitur tristitia est quædam species doloris, sicut gaudium delectatiõis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Aug. loquitur ibi quantum ad vsum vocabuli, quia dolor magis vsitatur in corporalibus doloribus, qui sunt magis noti, quàm in doloribus spiritualibus.

AD 2^m dicendum, q̃ sensus exterior non percipit nisi præsens, vis autem cognitiua interior potest p̃cipere præsens, præteritum, & futurum: & ideo tristitia potest esse de p̃senti, præterito, & futuro. dolor autem corporalis, qui sequitur apprehensionem sensus exterioris, non potest esse nisi de p̃senti.

AD 3^m dicendum, q̃ sensibilia tactus sunt doloro sa, non solum inquantum sunt improportionata virtuti app̃hensiuæ, sed etiã inquantum contrariantur naturæ: aliorum vero sensuum sensibilia possunt quidem esse improportionata virtuti apprehensiuæ, non tñ cõtrariantur naturę, nisi in ordine ad sensibilia tactus. vñ solus hõ, qui est animal p̃fectum in cognitione, delectatur in sensibilibus aliorum sensuum f̃m se ipsa: alia vero ãalia nõ delectantur in eis, nisi f̃m qđ referuntur ad sensibilia tact*, vt dr in 3.* Eth. & ideo de sensibilibus aliorũ sensuum non dr esse dolor, f̃m quod contrariatur delectationi naturali, sed magis tristitia, q̃ contrariatur gaudio animali. Sic igitur si dolor accipiatur pro corporali dolore, quod vsitat* est, dolor ex opposito diuiditur contra tristitiam f̃m distinctionem apprehensionis interioris & exterioris, licet quantum ad obiecta, delectatio ad plura se extendat q̃ dolor corporalis. Si vero dolor accipiatur communiter, sic est genus tristitiæ, vt* dictum est.

c.10. a medio to.5.

in corp. ar.

ARTICVLVS. III.

Vtrum tristitia, seu dolor, sit contraria delectationi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ dolor delectationi nõ contrarietur. Vnum. n. contrariorum non est causa alterius; sed tristitia potest esse causa delectationis. dicitur. n. Mat. 5. Beati qui lugent: q̃m ipsi consolabuntur. ergo non sunt cõtraria.

¶ 2 Præt. Vnũ contrariorum nõ denominat aliud: sed in quibusdam ipse dolor, vel tristitia est delectabilis, sicut Aug. dicit in 3.* Confes. q̃ dolor in spectaculis delectat. Et 4. Confes. dicit, q̃ fletus amara res est, & tñ q̃nq; delectat. ergo dolor nõ contrariat delectatiõi.

¶ 3 Præt. Vnum contrariorum non est materia alterius, quia contraria simul esse non possunt: sed dolor potest esse materia delectationis. dicit. n. Aug. in lib. de* pœnitent. Semper pœnitens doleat, & de dolore gaudeat. et Philosophus dicit in *9. Ethic. quod econuerso malus dolet de eo, quòd delectatus est. ergo delectatio, & dolor non sunt contraria.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 14.† de ciuita. Dei, quòd lętitia est voluntas in eorum consensione q̃ volumus: tristitia autem est voluntas in dissensione ab his q̃ volumus: sed consentire, & dissentire sunt contraria. ergo lætitia, & tristitia sunt contraria.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut Philosophus dicit 10.* Metaph. Contrarietas est differentia f̃m formam: forma autẽ, seu species passionis & motus sumitur ex obiecto, vel termino. vnde cum obiecta delectationis, & tristitiæ, seu doloris sint contraria, scilicet bonum præsens, & malum præsens, sequitur quòd dolor & delectatio sint contraria.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ nihil prohibet vnum contrariorum esse causam alterius p accidẽs: sic autem tristitia potest esse causa delectatiõis, Vno quidem mõ, inquantũ tristitia de absentia alicui* rei, vel de p̃sentia contrarii, vehementius q̃rit id in quo delectat: sicut sitiens vehementius q̃rit delectationem potu

4.di.49.q. 3.ar.3.q.1.

c.2.& 4. cõfes. c.5. in fi.tom.1.

li.de ver.& falſ. pœnit. c.13. circa fi.to.4.

*li.9. eth.c. 4. nõ lõge a fi.to.5.

†li.14.c.7. tom.5.

li.10.meta. tex.13. & 14.to.3.

Universidad de Deusto Biblioteca

tus, vt remedium cõtra tristitiam quam patitur. Alio mõ, inquantum ex magno desiderio delectationis alicuius nõ recusat aliquis tristitias pferre, vt ad illã delectationem pueniat. & vtroq; modo luctus psens ad consolationem futuræ vitæ pducit: quia ex hoc ipso ꝙ homo luget ꝓ peccatis, vel pro dilatiõe glorię, meretur consolationem æternam. Similiter meretur etiã eam aliquis ex hoc, ꝙ ad ipsam consequendam non refugit labores & angustias propter ipsam sustinere.

AD 2^m dicendum, ꝙ dolor ipse potest esse delectabilis per accidens, inquantum. ſ. habet adiunctam admirationem, vt in spectaculis: vel inquantum facit recordationem rei amatæ, & facit percipere amorem eius, de cuius absentia doletur. Vñ cum amor sit delectabilis: & dolor, & oĩa q̃ ex amore cõsequuntur, inquãtum in eis sentitur amor, sunt delectabilia: & pp hoc etiam dolores in spectaculis possunt esse delectabiles, inquantum in eis sentitur aliquis amor conceptus ad illos, qui in spectaculis commemorantur.

AD 3^m dicendum, ꝙ voluntas & ratio supra suos actus reflectuntur, inquantum ipsi actus voluntatis & rationis accipiuntur sub ratione boni, vel mali: & hoc modo tristitia potest esse materia delectationis, vel econuerso, non per se, sed p accidens, inquantum scilicet vtrunque accipitur in ratione boni vel mali.

¶ *Super Quæstionis trigesimæquintæ Articulum quartum.*

Inf. art. 6. cor. fi. & q. 38. ar. 1. ad prim. Et 3. q. 6. 46. ar. 8. ad 2. Et 4. di. 14. q. 1. ar. 4. q. 2. cor.

OMissis primis trib^9 articulis quæsti. trigesimæquintæ, circa quartum duo occurrunt aduertenda. Primũ est, ꝙ author nõ loquitur hic de absolutis, vt distinguuntur contra relatiua, sed determinat seipsum de quali absolutione inédit., scilicet specificatione ab extrinseco: qđ qualiter intelligatur, in prima parte dictum dissuse est. Secundum est, quòd author posuit intemperantiã & iustitiam sub absolutis, non quia

Li. 7. eth. c. vlt. tom. 5.

li. 7. eth. ca. vlt. tom. 5.

non ipsæ specificentur ab extrinseco, cum sint actus aut habitus, sed vel exẽplariter, vel accipiendo eas vt qualitates. Sicut. n. potentiæ animæ sumũtur vt potentiæ, & vt proprietates naturæ: ita actus & habitus vt sic, & vt qualitates ſm se.

li. 10. ethic. c. 13. & 14. tom. 5.

dicitur in 10.^* Meta. Contrarietas est differentia ſm formam: forma autem est, & generalis, & specialis, vñ contingit esse aliqua contraria ſm formam generis, sicut virtus & vitium: & ſm formam speciei, sicut iustitia & iniustitia. Est autem considerandum, quòd quædam specificantur ſm formas absolutas, sicut substantiæ & qualitates: q̃dã vero specificantur

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnis tristitia omni delectationi contrarietur.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur ꝙ oĩs tristitia oi delectationi contrarietur. Sicut. n. albedo & nigredo sunt contrariæ species coloris, ita delectatio & tristitia sunt contrariæ species aiæ passionũ: sed albedo & nigredo vniuersaliter sibi opponuntur. ergo etiam delectatio & tristitia.

¶ 2 Præt. Medicinæ per contraria fiunt: sed q̃libet delectatio est medicina cõtra quamlibet tristitiam, vt patet per Philosoph. in 7.^* Eth. ergo quælibet delectatio cuilibet tristitiæ contrariatur.

¶ 3 Præt. Contraria sunt, q̃ seinuicem impediunt: sed q̃libet tristitia impedit quamlibet delectationẽ, vt patet per illud quod dicitur 10.^* Eth. ergo quælibet tristitia cuilibet delectationi contrariatur.

SED CONTRA. Contrariorum non est eadem cã: sed ab eodem habitu procedit, ꝙ aliquis gaudeat de vno, & tristetur de opposito. ex charitate. n. contingit gaudere cũ gaudentibus, & flere cũ flentibus, vt dĩ Ro. 12. ergo non oĩs tristitia omni delectationi contrariatur.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut

p cõparationẽ ad aliquid extra, sicut passiones & motus recipiunt speciem ex terminis, siue ex obiectis. In his ergo, quorum species cõsiderantur ſm formas absolutas, contingit quidem species, q̃ continentur sub contrariis generibus, non esse contrarias ſm rõnem speciei: non tñ contingit, ꝙ habeant aliquam affinitatem vel cõuenientiam adinuicem. Intemperantia. n. & iustitia, q̃ sunt in contrariis generibus, virtute. ſ. & vitio, non contrariantur adinuicem ſm rationem propriæ speciei, nec habent aliquam affinitatem, vel conuenientiam adinuicem. Sed in illis, quorum spes sumuntur ſm habitudinem ad aliquid extrinsecum, contingit ꝙ species cõtrariorum generum nõ solum non sunt contrariæ adinuicẽ, sed ẽt habent quandam conuenientiam & affinitatem, eo ꝙ eodem modo se habere ad contraria, contrarietatem induciti: sicut accedere ad album, & accedere ad nigrum, hẽnt rõnem cõtrarietatis. sed contrario mõ se habere ad cõtraria, hẽnt rationẽ similitudinis, sicut recedere ab albo, & accedere ad nigrũ: & hoc maxime apparet in contradictione, q̃ est principiũ oppositionis. Nã in affirmatione & negatione eiusdem consistit oppositio, sicut album & non album: in affirmatione autem vni^9 oppositorum, & negatione alterius attẽditur conueniẽtia & similitudo, vt si dicã nigrum, & non album. Tristitia aũt & delectatio, cùm sint passiones, specificanẽ ex obiectis, & qdem ſm genus suum contrarietatẽ habent: nã vnum primet ad psecutionẽ, aliud vero ad fugam, q̃ se habẽt i appetitu, sicut affirmatio & negatio in ratione, vt dr in 6.^* Eth. Et iõ tristitia & delectatio, q̃ sunt de eodem, habent oppositionem adinuicẽ ſm speciem: tristitia vero & delectatio de diuersis. si quidem illa diuersa non sint diuersa opposita, sed disparata, non habent oppositionem adinuicem ſm rationem speciei, sed sunt etiam disparata, sicut tristari de morte amici, & delectari in contẽplatione. Si vero illa diuersa sint contraria, tunc delectatio et tristitia non solum non habent contrarietatem ſm rationem speciei, sed etiam habent conuenientiam & affinitatem, sicut gaudere de bono, et tristari de malo.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ albedo & nigredo non habent spẽm ex habitudine ad aliquid exterius, sicut delectatio et tristitia: vñ non est eadẽ ratio.

AD 2^m dicendum, ꝙ genus sumitur ex materia, vt patet in 8.^* Met. in accidentibus autem loco materiæ est subiectum. *Dictum est autem quòd delectatio & tristitia contrariantur ſm genus: & ideo in qualibet tristitia est contraria dispositio subiecti dispositioni, q̃ est in qualibet delectatione. nam in qualibet delectatione appetitus se hẽt vt acceptans id qđ habet: in qualibet autem tristitia se habet vt fugiẽs. et ideo ex parte subiecti q̃libet delectatio est medicina contra quamlibet tristitiam: et q̃libet tristitia est impeditiua cuiuslibet delectationis, ſcipue tñ qñ delectatio tristitiæ contrariatur etiam secundum speciem. Vnde patet solutio ad tertium. Vel aliter dicendum, quòd etsi non oĩs tristitia contrarietur omni delectationi secundũ speciem, tamen quantum ad effectum contrariatur. nam ex vno confortatur natura animalis: ex alia vero quodammodo molestatur.

ARTICVLVS V.

Vtrũ delectationi cõtẽplatiõis sit aliqua tristitia cõtraria.

AD QVINTVM sic proceditur. Vt quòd delectationi contemplationis sit aliqua tristitia contraria.

traria. dicit enim Apost. 2. ad Cor. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilẽ operatur: sed respicere ad Deum pertinet ad superiorem rationem, cuius est contemplationi uacare, secundum Augustin. in 12. de^* Trinit. ergo delectationi contemplationis opponitur tristitia.

li. 12. c. 3. 4. & 14. to. 3.

¶ 2 Præt. Contrariorum contrarii sunt effectus. si ergo vnum contrariorum contemplatum est causa delectationis, aliud erit causa tristitiæ: & sic, delectationi contemplationis erit tristitia contraria.

¶ 3 Præt. Sicut obiectum delectationis est bonum, ita obiectum tristitiæ est malum: sed contemplatio potest habere mali rationem dicit. n. Philosop. in 12.^* Met. ꝙ quædam inconueniens est meditari: ergo contemplationis delectationi potest esse contraria tristitia.

li. 12. met. tex. 51. t. 3.

¶ 4 Præt. Operatio quælibet, ſm quod non est impedita, est causa delectationis, vt dicitur in 7. & 10.^* Eth. sed operatio contemplationis potest multipliciter impediri vel vt totaliter non sit, vel vt cum difficultate sit. ergo in contemplatione potest esse tristitia delectationi contraria.

li. 7. eth. ca. 12. & li. 10. ca. 4. & 5. to. 5.

¶ 5 Præ. Carnis afflictio est cã tristitiæ: sed sicut dr Eccl. vltimo, Frequens meditatio, carnis est afflictio. ergo contemplatio habet tristitiã delectationi contrariam.

SED CONTRA est, quod dicitur Sapien. 8. Non habet amaritudinem cõuersatio illius, scilicet sapientiæ, nec tædium conuictus eius, sed lætitiam & gaudium. conuersatio autem & conuictus sapientiæ est per contemplationem. ergo nulla tristitia est, quæ sit contraria delectationi contemplationis.

RESPON. Dicendum, ꝙ delectatio contemplationis potest intelligi dupliciter. Vno mõ ita, quod contemplatio sit delectationis causa, & non obiectum: & tũc delectatio non est de ipsa contemplatione, sed de re cõtemplata. Contingit autem contemplari aliquid nocium & contristans, sicut & aliquid conueniens & delectans: vnde si sic delectatio contemplationis accipiatur, nihil prohibet delectationi contemplationis esse tristitiã contrariam. Alio modo potest dici delectatio contemplationis, quia contemplatio est eius obiectum & causa, puta, cum aliquis delectatur de hoc ipso qđ contemplatur. & sic, vt dicit^* Gregor. Nyssen. ei delectationi, quæ est secundum cõtemplationem, non opponitur aliqua tristitia: & hoc idem Philosophus dicit in 1. Topic. & in 10. Ethic. sed hoc est intelligendum per se loquendo, cuius ratio est, quia tristitia p se contrariatur delectationi, quæ est de contrario obiecto: sicut delectationi, quæ est de calore, contrariatur tristitia quæ est de frigore. Obiecto autem contemplationis nihil est contrarium. contrariorum. n. rationes, ſm quod sunt apprehensæ, non sunt contrariæ, sed vnum contrarium est ratio cognoscendi aliud. vnde delectationi, quæ est in contemplando, per se loquendo, non potest esse aliqua tristitia contraria, sed nec etiam habet tristitiam annexam, sicut corporales delectationes, q̃ sunt vt medicinæ quædam contra aliquas molestias, sicut aliquis delectatur in potu ex hoc, ꝙ anxiatur siti: qñ autem iam tota sitis est repulsa, etiam cessat delectatio potus. Delectatio enim contemplationis nõ caulatur ex hoc, quòd excluditur aliqua molestia, sed ex hoc quòd est secundum seipsam delectabilis: non est. n. generatio, vt dictum est,^* sed operatio quædam plecta. Per accidens autem admiscetur tristitia delectationi apprehensionis, & hoc dupliciter. Vno modo, ex parte organi: alio modo, ex impedimento apprehensionis. Ex parte quidem organi admiscetur tristi-

9. 34. ar. 3.

tia uel dolor apprehensioni, directe quidẽ in viribus apprehensiuis sensitiuæ partis, quæ habent organum corporale, uel ex sensibili, quod est contrarium debitæ complexioni organi: sicut guttus rei amaræ, & olfactus rei fœtidæ: uel ex continuitate sensibilis conuenientis, qđ per assiduitatem facit superexcrescentiam naturalis habitus, ut^* supra dictum est, & sic redditur apprehensio sensibilis, q̃ prius erat delectabilis, tædiosa. sed hæc duo directe in contemplatione mentis locum nõ habent: quia mens nõ habet organum corporale, unde* dictum est in auctoritate inducta, ꝙ nõ habet cõtemplatio mẽtis nec amaritudinem, nec tædium. Sed quia mens humana utitur in contemplando uiribus apprehensiuis sensitiuis, in quarum actibus accidit lassitudo, iõ indirecte admiscetur aliqua afflictio, uel dolor cõtemplationi: sed neutro mõ tristitia cõtemplationi adiuncta per accidens, cõtrariatur delectatiõi eius. Nã tristitia quæ est de impedimento cõtemplationis, non contrariatur delectationi cõtemplatiõis, sed magis habet affinitatem & conuenientiam cum ipsa, ut ex* supradictis patet. Tristitia uero, uel afflictio q̃ est de lassitudine corporali, nõ ad idẽ genus refertur, unde est penitus disparata: & sic manifestũ est, ꝙ delectationi, quę est de ipsa contemplatione, nulla tristitia cõtrariatur, nec adiungitur ei aliqua tristitia, nisi per accidens.

in arg. Sed contra.

ar. præced.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ illa tristitia quæ est ſm Deum, nõ est de ipsa contẽplatione mentis, sed est de aliquo, qđ mens contemplatur. ſ. de peccato, qđ mens considerat vt contrarium delectationi diuinæ.

AD 2^m dicendum, ꝙ ea quæ sunt contraria in rerũ natura, ſm quod sunt in mente non habent contrarietatem. Non. n. rationes contrariorum sunt contrariæ, sed magis vnum contrarium est ratio cognoscẽdi aliud, propter quod est vna scientia contrariorum.

AD 3^m dicendum, ꝙ contemplatio ſm se, nunquã habet rationem mali, cum contẽplatio nihil aliud sit quàm cõsideratio veri, quod est bonũ intellectus: sed per accidens tantum, inquãtum. ſ. contẽplatio viloris impedit contemplationem melioris, vel ex parte rei contẽplatæ, ad quã inordinate appetitus afficitur.

AD 4^m dicendum, ꝙ tristitia quæ est de impedimento cõtemplationis, non contrariatur delectationi contemplationis, sed est ei affinis, vt* dictum est.

in corp. ar.

AD 5^m dicendũ, ꝙ afflictio carnis, p accidẽs & indirecte se hẽt ad contẽplationẽ mentis, vt* dictum est.

in corp. ar.

ARTICVLVS VI.

Vtrum magis sit fugienda tristitia quàm delectatio appetenda.

¶ *Super Quæstionis trigesimæquintæ Articulum sextum.*

ARticulo quinto omisso, circa sextum eiusdem quæstionis aduerte, quòd superius in q. 29. articulo tertio, vbi odium comparatum est amori in fortitudine, duæ tantum rationes dictæ sunt, quare per accidens odium est fortius amore: scilicet ex tensu, & mala coniugatione. hic autem cum cõparatur delectationi tristitia, tres rationes afferũtur, scilicet ex tensu, ex mala cõiugatione, & ex

2. 2. q. 138. ar. 1. cor. Et 3. d. 27. q. 1 ar. 3. ad 3. Et 4. d. 49. q. 3. ar. 3. q. 3.

^to. 4. li. 83. quæst. q. 36 paulo post princ.

† li. 1. sum ma. 3. c. 2. a medio.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur ꝙ magis sit fugienda tristitia, q̃ delectatio appetẽda. Dicit. n. Aug. in li. 83.^* quæst. Nemo est q nõ magis dolorem fugiat, quàm appetat voluptatem. Illud aũt in quo cõmuniter oĩa consentiũt, videtur esse naturale. ergo naturale est & conueniens, ꝙ plus tristitia fugiatur, quam delectatio appetatur.

¶ 2 Præt. Actio contrarij facit ad velocitatẽ & intensionem motus. Aqua. n. calida citius & fortius cõgelatur, vt dicit Philosophus in li.† Meteo, sed fuga tristitiæ est ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ex effectu, vt patet in 1.ethi: quoniã non expetimur odiũ ira impedire amore omnem, sicut tristitia delectationem: quoniam nec amor ira cõfortat natura, sicut delectatio, nec odium debilitat illã sicut tristitia.

Cap.3. non procul a fine, tom.5.

¶ 4 In responsione ad secundum aduerte, quòd motus ab extrinseco ex parte actiui est fortior in principio ex ratione contrarietatis, qua vnumquodque & se ipsum primere, & opposito contrariari obsistere nititur: & hoc intendit littera. Et ex hoc sequitur quòd triste cõfuctum fortius agit, vtpote contrarium, & consequenter magis sentitur priuatio delectabilis, quàm sentiebatur ipsius cõiunctio: & sic per accidens vehementi fugitur tristitia, quàm acceptabatur delectatio, ratione tamen cuius hæc fugitur. ex parte autem patientis, motus ab extrinseco debet esse minor in principio, quia magis contrariatur in principio.

*cap.9. non remote a fine, tom. 6.

contrarietate contristantis: appetitus autẽ delectationis non est ex aliqua cõtrarietate cõtristãtis, sed magis procedit ex conuenientia delectantis. ergo maior est fuga tristitiæ, quàm appetitus delectationis.

¶ 3 Præt. Quanto aliquis fm rõnẽ fortiori passioni repugnat, tanto laudabilior ẽ & virtuosior: qa virtus est circa difficile & bonum, vt dicitur in 2.Eth. *sed fortis qui resistit motui, quo fugitur dolor, est virtuosior, quàm temperatus qui resistit motui, quo appetitur delectatio. dicit enim Philosophus in 1.* Rhet. quòd fortes & iusti maxime honorãtur. ergo vehementior est motus, quo fugitur tristitia, q̃ motus quo appetitur delectatio.

*pa.4. a me dio.

SED CONTRA. Bonum est fortius q̃ malum, vt patet per Dio. 4. c. de diui. no. sed delectatio est appetibilis pp bonum quod est eius obiectum: fuga autẽ tristitiæ est pp malum. ergo fortior est appetitus delectationis, quàm fuga tristitiæ.

RESPON. Dicendum, quòd per se loquẽdo, appetitus delectationis est fortior quàm fuga tristitiæ, cuius ratio est: quia causa delectationis est conueniens bonum, causa autem doloris, siue tristitiæ, est aliquod malum repugnans. Contingit autem aliquod bonum esse conueniens absq; omni dissonantia: non autem potest esse aliquod malum totaliter absque omni conuenientia repugnans. vnde delectatio potest esse integra & perfecta, tristitia autem est semper secũdum partem: vnde naturaliter maior est appetitus delectationis, quàm fuga tristitiæ. Alia vero ratio est: quia bonum, quod est obiectum delectationis, per seipsum appetitur: malũ autem quod est obiectum tristitiæ, est fugiendum inquantũ est priuatio boni. quod autẽ est p se, potius est illo quod est per accidens: cuius ẽt signum apparet in motibus naturalibus. Nam omnis motus naturalis intensior est in fine, cum appropinquat ad terminũ sue naturę cõuenientem, q̃ in principio, cũ recedit a termino suæ naturæ non conuenienti, quasi natura magis tendat in id quod est sibi conueniens, q̃ fugiat id quod est sibi repugnãs: vñ & inclinatio appetitiue virtutis per se loquendo, vehementius tendit in delectationem, quàm fugiat tristitiam. Sed per accidens contingit, q̃ tristitiam aliquis magis fugit, q̃ delectationem appetat, & hoc tripliciter. Primo quidem ex parte apprehensionis: quia vt Aug. dicit 10. de *Tri. amor magis sentitur, cum cum prodit indigentia. ex indigẽtia autem amati procedit tristitia, quæ est ex amissione alicuius boni amati, vel ex incursu alicuius mali cõtrarij. delectatio autẽ non habet indigentiam boni amati, sed quiescit in eo iam adepto. Cum igitur amor sit causa delectationis & tristitiæ, in tanto magis fugitur tristitia, quanto magis sentitur amor ex eo, quòd contrariatur amori. Secundo ex parte causæ cõtristantis, vel doloré inferentis, quæ repugnat bono magis amato, quàm sit bonum illud, in quo delectamur. Magis enim amamus consistentiam corporis naturalem, q̃ delectationem cibi: & ideo timore doloris, qui provenit ex flagellis, vel alijs huiusmodi, quę contrariantur bonæ consistentiæ corporis, dimittimus delectationem ciborum, vel aliorum huiusmodi. Tertio, ex parte effectus, scilicet inquantum tristitia impedit nõ vnam tantum delectationem, sed omnes.

*Circa fin. lib. tom.3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ illud qd Aug. dicit, qd dolor magis fugitur, q̃ voluptas appetatur, est verum per accidens, & non per se: & hoc patet ex eo qd subdit. Q̃q; quidem etiã videmus immanissimas bestias a maximis voluptatibus abstinere dolorum metu, qui contrariatur vitæ, quæ maxime amatur.

AD 2^um dicendum, q̃ aliter est in motu, qui est ab interiori: & aliter in motu, q̃ est ab exteriori. Motus .n. qui est ab interiori, magis tendit in id qd est conueniens, q̃ recedat a cõtrario, sicut *supra dictũ est de motu naturali: sed motus qui est ab extrinseco, intenditur ex ipsa cõtrarietate, quia vnumquodq; suo mõnititur ad resistendũ contrario, sicut ad conseruationẽ suiipsius. Vñ motus violentus intenditur in principio, & remittitur in fine. Motus aũt appetitiuæ partis est ab intrinseco, cum sit ab anima ad res: & ideo per se loquendo, magis appetitur delectatio, q̃ fugiatur tristitia. sed motus sensitiuæ partis est ab exteriori, quasi a rebus ad animã: vnde magis sentitur, quod est magis contrarium, & sic etiam per accidens, inquantum sensus requiritur ad delectationem & tristitiam, magis fugitur tristitia, q̃ delectatio appetatur.

In contr.

AD 3^um dicendum, q̃ fortis non laudatur ex eo, q̃ secundum rationem non vincitur a dolore, vel tristitia quacunq;, sed ex ea quę consistit in periculis mortis: quę quidem tristitia magis fugitur, quam appetatur delectatio ciborũ, vel venereorum, circa quã est tẽperantia, sicut vita magis amatur, q̃ cibus vel coitus: sed temperatus magis laudatur ex hoc, quòd nõ prosequitur delectationes tactus, quàm ex hoc, quòd non fugit tristitias contrarias, vt patet in 3.* Ethic.

*Lib.3. cap.10.

ARTICVLVS VII.

Vtrum dolor exterior sit maior quàm interior.

Ad 7^um

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd dolor exterior sit maior, q̃ dolor cordis interior. Dolor enim cordis exterior causatur ex causa repugnante bonæ consistentiæ corporis, in quo est vita: dolor autem interior causatur ex aliqua imaginatione mali. cum ergo vita magis ametur, quàm imaginatum bonum, videtur secundum prædicta, quòd dolor exterior sit maior, quàm dolor interior.

¶ 2 Præt. Res magis mouet, q̃ rei similitudo: sed dolor exterior prouenit ex reali coniunctione alicuius contrarij: dolor aũt interior ex similitudine contrarij apprehẽsa. ergo maior ẽ dolor exterior, q̃ dolor iterior.

¶ 3 Præt. Causa ex effectu cognoscitur: sed dolor exterior habet fortiores effectus. facilius enim homo moritur propter dolores exteriores, quàm propter dolorem interiorem. ergo exterior dolor est maior, & magis fugitur, quàm dolor interior.

SED CONTRA est, qd dr Eccles. 25. Oĩs plaga, tristitia cordis est: & oĩs malitia, nequitia mulieris. ergo sicut nequitia mulieris alias nequitias supat, vt ibi intẽdit, ita tristitia cordis oẽm plagã exteriorẽ excedit.

RESPON. Dicendum, q̃ dolor exterior & interior in vno cõueniũt, & in duobus differunt. Conueniunt quidem in hoc, q̃ vterq; est motus appetitiuæ virtutis, vt *supra dictũ est: sed differunt fm illa duo, quæ ad tristitiã & delectationem requiruntur. s. fm causam, quæ est bonum vel malum coniunctum, & secundũ apprehensionem. Causa.n. doloris exterioris est malum coniunctum, quod repugnat corpori: causa autem interioris doloris est malum coniunctum, quod repugnat appetitui. Dolor ẽt exterior sequitur apprehẽsionem sensus, & specialiter tactus: dolor aũt interior sequitur apprehensionẽ interiorem, vel imaginationis. s. vel etiam rationis. Si ergo comparatur causa interioris doloris ad causam exterioris, vna p se pertinet ad appetitum, cuius est vterq; dolor: alia vero per aliud. Nam dolor interior est ex hoc, quòd aliquid repugnat ipsi appetitui: exterior autem dolor ex eo, qd repugnat appetitui, quia repugnat corpori. semper aũt quod est per se, prius est eo quod est per aliud: vnde ex parte ista dolor interior præeminet dolori exteriori. Similiter ẽt ex parte apprehensionis: nam apprehẽsio rationis & imaginationis altior est, q̃ apprehensio sensus tactus. vnde simpliciter & per se loquendo, dolor interior potior est, q̃ dolor exterior: cuius signum est, quòd etiam dolores exteriores aliquis volũtarie suscipit, vt euitet interiorem: & inquantum non repugnat dolor exterior interiori appetitui, fit quodãmodo delectab ilis & iucundus interiori gaudio. quandoq; tamen dolor exterior est cum interiori dolore, & tunc dolor augetur: non solum enim interior est magis quàm exterior, sed etiam vniuersalior. Quicquid enim est repugnans corpori, potest esse repugnans interiori appetitui: & quicquid apprehenditur sensu, potest apprehendi imaginatione & ratione, sed non conuertitur, et ideo signanter in authoritate adducta* dicitur: Omnis plaga, tristitia cordis est: quia etiam dolores exteriorum plagarum sub interiori cordis tristitia comprehenduntur.

In arg. Sed contra.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dolor interior potest etiam esse de his quæ contrariantur vitæ: & sic comparatio doloris interioris ad exteriorem non est accipienda secundum diuersa mala, quæ sunt causa doloris, sed secundum diuersam comparationem huius causæ doloris ad appetitum.

AD 2^um dicendum, q̃ tristitia interior non procedit ex similitudine rei apprehensa, sicut ex causa. Non .n. homo tristatur interius de ipsa similitudine apprehensa, sed de re cuius est similitudo, quæ quidem res tanto perfectius apprehenditur per aliquam similitudinem, quanto similitudo est magis immaterialis & abstracta: & ideo dolor interior, per se loquendo, est maior tãquàm de maiori malo existens pp hoc, quòd interiori apprehensione magis cognoscitur malum.

AD 3^um dicendum, q̃ immutationes corporales magis causantur ex dolore exteriori, tum quia causa doloris exterioris est corrumpens coniunctum corporaliter, quod exigit apprehensio tactus: tum etiã quia sensus exterior est magis corporalis, quàm sensus interior: sicut & appetitus sensitiuus, quàm intellectiuus. & propter hoc, vt* supra dictum est, ex motu appetitus sensitiui magis corpus immutatur: & similiter ex dolore exteriori magis, q̃ ex dolore interiori.

¶ 3 i. art. 4. Solut. 2. ad 1. 2. 3. Et 2. 2. q. 35. art. 3. ad 3. Et 3. q. 46. art. 6. ad 3. Et 3. q. 46. art. 5. Et vide 1. 2. q. 36. art. 4. ad 6. Et 3. d. 14.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum sint tantum quatuor species tristitiæ.

Ad octauum

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd *Damas. inconuenienter quatuor tristitiæ species assignet, quæ sunt accidia, achos vel anxietas, secundũ † Gregor. Nyssen. misericordia, & inuidia. Tristitia enim delectationi opponitur: sed delectationis nõ assignantur aliquæ species. ergo nec tristitiæ species debent assignari.

*li.2.Rhet. ca.9. & 11. tom. 6.

†li.4.c.12.

¶ 2 Præt. Pœnitentia est quædã species tristitiæ, similiter ẽt nemesis & zelus, vt dicit Philoso. 2.* Rhet. quæ quidem sub his speciebus nõ comprehenduntur. ergo insufficiens est eius prædicta diuisio.

¶ 3 Præt. Omnis diuisio dẽt esse p oppositа: sed prædicta non habẽt oppositionem adinuicem. nã fm Greg. Accidia est tristitia vocẽ amputans: anxietas vero est tristitia aggrauãs: inuidia vero est tristitia in alienis bonis: misericordia ãt est tristitia in alienis malis. cõtingit ãt aliquẽ tristari & de alienis malis, & de alienis bonis, & sic cũ hoc interi* aggrauari, & exteri* vocẽ amittere. ergo p dicta diuisio nõ ẽ cõueniẽs.

SED CONTRA est authoritas vtriusque, scilicet Gregorij Nyssen. & Damasc. *

Locis in 2 arg. i. citatis

RESPON. Dicendũ, q̃ ad rationem speciei pertinet, q̃ se habeat ex additione ad genus: sed generi potest aliquid addi dupliciter. Vno modo, q̃ per se ad ipsum pertinet, & virtute continetur in ipso, sicut rationale additur animali: & talis additio facit veras species alicuius generis, vt per Philosophum patet in 7.& 8.* Met. Aliquid vero additur generi, quasi aliqd extraneum a ratione ipsius, sicut si albũ animali adda tur, vel aliquid huiusmodi: & talis additio non facit veras species generis, fm quod cõmuniter loquimur de generibus & speciebus. Interdum tamen dicitur aliquid esse species alicuius generis propter hoc, q̃ habet aliquid extraneum, ad quod applicatur generis ratio: sicut carbo & flamma dicuntur esse species ignis propter applicationem naturæ ignis ad materiã alienam. Et simili modo loquendi, dicuntur astrologia & perspectiua species mathematicæ, inquantum principia mathematica applicantur ad materiam naturalem. Et hoc modo loquendi assignantur hic species tristitiæ per applicationẽ rationis tristitiæ ad aliquid extraneum: quod quidem extraneum accipi potest vel ex parte causæ obiecti, vel ex parte effectus. Proprium.n obiectum tristitię est proprium malum: vnde extrãneum obiectum tristitiæ accipi potest vel fm alterum tantum, quia .s. est malum, sed non propriũ: & sic ẽ misericordia, quæ est tristitia de alieno, malo, inquantum tamen æstimatur vt proprium, vel quantum ad vtrunque, quia neq; est de proprio, neq; de malo, sed de bono alieno: inquantum tamen bonum alienum æstimatur vt proprium malum, & sic est inuidia. Proprius aũt effectus tristitiæ consistit in quadam fuga appetitus: vnde extraneum circa effectũ tristitiæ potest accipi quantũ ad alterum tm̃, quia .s. tollitur fuga: & sic est anxietas, quæ sic aggrauat animum, vt non appareat aliqd refugium: vnde alio nomine dicitur angustia. Si vero intantũ procedat talis aggrauatio, vt ẽt exteriora mẽbra immobilitet ab opere, qd pertinet ad accidiã, sic erit extraneum quãtũ ad vtrunque: quia nec est fuga, nec est in appetitu. Ideo autem specialiter accidia dicitur vocem [illegible] re, quia

li.8.Metap. text.10. & 11.tom.3.

¶ Super Quæstionis trigesimæquintæ Articulum octauum.

OMisso septimo artic. circa octauum eiusdem quæ-

quia vox inter oēs exteriores mot⁹ magis exprimit interiorem conceptum, & affectum non solum in hoībus, sed etiam in alijs aīalibus, vt dicitur in 1. Polit.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd delectatio causatur ex bono, quod vno modo dicit: & ideo delectationis non assignātur tot species, sicut tristitiæ, quæ causatur ex malo, quod multifariam contingit, vt dicit Diony. 4. cap. de * diuinis nomin.

AD 2ᵘᵐ dicendum, quòd pœnitentia est de malo proprio, quod per se est obiectum tristitiæ, vnde non pertinet ad has species: zelus vero & nemesis sub inuidia continentur, vt infra * patebit.

AD 3ᵘᵐ dicendum, ꝙ diuisio ista non sumitur secundum oppositiones specierum, sed ſm diuersitatē extrancorū, ad quæ trahit ratio tristitiæ, vt dictū est. *

* Ca. 1. cir. med. to. 5.

* Pa. 4. a me cio.

* q. seq. ar 2.

In corp. ar.

¶ *Super Quæstionis trigesimasexta Articulum primum.*

QVAESTIO XXXVI.

De causis tristitiæ, seu doloris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de causis tristitiæ.

Et circa hoc quærūt quatuor.

¶ Primo, Vtrum causa doloris sit bonum amissum, vel magis malum coniunctum.

¶ Secūdo, Vtrum cōcupiscentia sit causa doloris.

¶ Tertio, Vtrum appetitus vnitatis sit causa doloris.

¶ Quarto, Vtrū potestas cui resisti non potest, sit cā doloris.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum causa doloris sit bonum amissum, uel malum coniunctum.

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ bonum amissum sit magis causa doloris, quàm malum cōiunctum. Dicit enim Aug. in lib. * de octo quæstionibus Dulcitij, dolorē esse de amissione bonorum temporalium. eadem ergo ratione quilibet dolor ex amissione alicuius boni contingit.

¶ 2 Præt. Supra dictum est, * quòd dolor qui delectationi contrariatur, est de eodem, de quo est delectatio: sed delectatio est de bono, sicut supra dictum est. * ergo dolor ē principaſt de amissiōe boni.

¶ 3 Præt. Secundum Augus. * 14. de ciu. Dei, Amor ē causa tristitiꝫ, sicut & aliarum affectionum aiæ: sed obiectum amoris est bonum, ergo dolor, vel tristitia magis respicit bonum amissum, quàm malū coniunctum.

SED CONTRA est, quod Dam. * dicit in 2. li. ꝙ expectatum malū timorē cōstituit, ꝑs vero tristitiā.

RESPON. Dicendum, ꝙ si hoc mō se haberēt priuationes i apprehensione aię, sicut se hūt in ipsis rebus, ista quæstio nullius momenti esse videret, Malum. n. vt in 1. li. * habitum est, est priuatio boni: priuatio autē in rerum natura nihil est aliud, q̄ carentia oppositi habitus. ſm hoc ergo idem esset tristari de bono amisso, & de malo habito: sed tristitia est motus appetitus apprehensionem sequentis: in apprehensione autem ipsa priuatio habet rationem cuiusdam entis: vnde dī ens rationis, & sic malum cum sit priuatio, se habet per modum contrarij. Et iō quantum ad motum appetitiuū, differt, vtrū respiciat principalius malum coniunctum, vel bonum amissum. Et qa motus appetitus aīalis hoc modo se habet in operibus animæ, sicut motus naturalis in rebus naturalibus, ex cōsideratione naturaliū motuū veritas accipi pōt. Si n. accipiamus in motibus naturalibus accessū & recessum, accessus ꝑse respicit id qd est cōueniēs nature: recessus aūt ꝑ se respicit id, qd est cōtrariū: sicut graue per se recedit a loco superiori, accedit autem naturaliter ad locum inferiorē. Sed si accipiamus causam vtriusque motus. ſ. grauitatem, ipsa grauitas per prius inclinat ad locū deorsum, q̄ retrahat a loco sursum, a quo recedit vt deorsum tendat. Sic igitur cum tristitia in motibus appetitiuis se habeat ꝑ modum fugę, vel recessus, delectatio autem ꝑ modum ꝓsecutionis, vel accessus: sicut delectatio ꝑ prius respicit bonū adeptum, quasi proprium obiectum, ita tristitia respicit malum coniunctū: sed causa delectationis & tristitiæ. ſ. amor, per prius respicit bonum, q̄ malū. Sic ergo eo mō, quo obiectū est causa passionis, magis ꝓprie ē cā tristitiæ, vel doloris, malū cōiunctum, q̄ bonum amissum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsa amissio boni apprehenditur sub ratione mali, sicut & amissio mali apprehenditur sub ratione boni: & ideo Augstin. dicit dolorem prouenire ex amissione temporalium bonorum.

AD 2ᵘᵐ dicendū, ꝙ delectatio, & dolor ei cōtrarius respiciūt idē, sed sub cōtraria ratione: nā si delectatio est de præsentia alicuius, tristitia est de absentia eiusdem. In vno autem contrariorum includitur priuatio alterius, vt patet in 10. Metaph. * & inde est, quòd tristitia, quæ est de contrario, est quodammodo de eodem sub contraria ratione.

AD 3ᵘᵐ dicendum, quòd quando ex vna causa proueniunt multi motus, nō oportet quòd omnes principalius respiciant illud, quod principalius respicit eam, sed primus tantum. vnusquisque autem aliorum principalius respicit illud, quod est ei cōueniens secundum propriam rationem.

* Ca. 1. cir. med. to. 5.

* Pa. 4. a me cio.

* q. seq. ar 2.

In corp. ar.

* Lib. 8. q. Dulcitij c. 1. a me. to. 4

* q. præced. articu. 4.

* q. 35. ar. 4

* Cap. 7. & 9. tom. 5.

* Cap. 12. in fine.

tione ratio vero mali cōsistit in positione. Amissio siquidē boni præsentatur in ratione priuationis conuenientis, vt patet: malum vero coniūctum præsentatur indutū rationem disconuenientis, quod constat habere rationem entis contrarij bono amisso, quod habet rationem conuenientis, ita quod illamet priuatio quę in re est priuatio boni, & malum, apprehensa vt priuatio boni, offertur vt priuatio: & quantum est ex se, mouet et appetitū vt priuatio conueniētis. Apprehensa vero vt malum, offertur, & mouet appetitum vt disconueniens, ac per hoc vt ens contrarium: & hoc experimur i nobis dum priuati rebus, amico, vel quacunque re, & priuationem conuenientis, & appositionem disconuenientis dicuerimode flemus, illud referendo ad ea quę habebamus, vel sperabamus: & hoc ad ea, quæ patiuntur aut timemus. vsque tamen adeo malum vendicat sibi vnouere ad tristitiam, vt etiam ipsa priuatio boni nō causet eam, nisi vt sapit rationem mali: quia non nisi vt sapit disconuenientiam, vt in responsione ad primū in litera habetur. Ni si enim vt disconuenientiam participans haberetur, non deploraretur. malum ergo coniunctum est per se primo causans tristitiam: bonum autem amissum per se, secundo ex parte obiecti.

* Pa. 4. a me cio.

¶ *Super Quæstionis trigesimasexta Articulum secundum.*

ARTICVLVS II.

Vtrum cōcupiscentia sit causa doloris.

Infra art. 4. corpo.

IN artic. 2. notā Nountio, quòd malum, quod est obiectum tristitiæ, ponitur finis appetitiui motus non vt prosequendus, sed vt fugiendus, sic enim est tristitiæ finis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ concupiscentia non sit causa doloris, seu tristitiæ. Tristitia enim ꝑ se respicit malum, vt dictum est: * concupiscentia autem est motus quidam appetitus in bonum, motus autem q̄ est in vnum contrarium, non est causa motus q̄ respicit aliud contrarium. ergo concupiscentia non est causa doloris.

Art. præce.

Lib. 2. Ori. Salei ca. 12. in fine.

¶ 2 Præt. Dolor, secundum Damasce. * est de præsenti, concupiscentia autem est de futuro. ergo concupiscentia non est causa doloris.

Ca. 11. cir. princ. to. 6.

Cap. 24. in prin. to. 3.

¶ 3 Præt. Id quod per se est delectabile, non est causa doloris: sed concupiscentia est secundum seipsam delectabilis, vt Philosophus dicit in 1. Rhet. ergo concupiscentia non est causa doloris, seu tristitiæ.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit in Ench. * Subintrātibus ignorātia agendarū rerū, & cōcupiscentia noxiarū, comites subinferunt error & dolor: sed ignorātia est cā erroris. ergo cōcupiscētia est cā doloris.

Art. præce.

RESPON. Dicendum, quòd tristitia est motus quidā appetitus animalis: motus autem appetitiuus habet, sicut dictum est, * similitudinem appetitus naturalis, cuius duplex causa assignari potest. Vna per modū finis: alia sicut vnde est principium motus, sicut descēsionis corporis grauis causa sicut finis, est locus deorsum: principium autem motus est inclinatio naturalis, quæ * est ex grauitate: causa autē motus appetitiui per modum finis, est eius obiectum: & sic supra dictum est, ꝙ causa doloris seu tristitię est malū coniunctum. Causa autē sicut vnde est principium talis motus, est interior inclinatio appetitus, qui quidem ꝑprius inclinatur ad bonum, & ex consequenti ad repudiandum malum contrarium: & ideo hmōi motus appetitiui primum principium est amor, qui est prima inclinatio appetitus ad bonum consequendum. Scdm autem principium est odium, qd est inclinatio prima appetitus ad malum fugiēdum: sed quia concupiscentia, vel cupiditas est primus effectus amoris, quo maxime delectamur, vt supra dictū est: * iō frequenter † Aug. cupiditatem, vel concupiscentiā pro amore ponit, vt supra dictum est. * & hoc mō cōcupiscentiam dicit esse vniuersalem cām doloris: sed ipsa concupiscentia ſm propriam rationem considerata, est interdum causa doloris Omne. n. quod impedit motum, ne perueniat ad terminum, est cōtrarium motui: illud autem quod est contrarium motui appetitus, est contristans. & sic ꝑ consequēns concupiscentia fit causa tristitiæ, inquantum de retardatione boni concupiti, vel totali ablatione tristamur. Vlis aūt causa doloris esse nō potest: quia magis dolemus de subtractione bonorum præsentium, in quibus iam delectamur, quàm futurorum quæ concupiscimus.

Art. præce. D. 690. Art. præce.

In corp. ar.

Art. 4. q. 93. † Lib. 14. de Ciu. Dei c. 7. & 8. 9. q. 30. ar. 2 ad 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ inclinatio appetitus ad bonum cōsequēdum, est cā inclinationis appetitus ad malum fugiendum, sicut dictū est * & ex hoc cōtingit, ꝙ motus appetitus qui respiciunt bonū, ponunt causa motuum appetitus, qui respiciūt malū.

AD 2ᵘᵐ dicendum, quòd illud quod concupiscitur, etsi realiter sit futurum, est tamen quodammodo præsens inquantum speratur. Vel potest dici, quòd licet bonum concupitum sit futurum, tamen impedimentum præsentialiter apponitur, quod dolorem causat.

AD 3ᵘᵐ dicendum, quòd concupiscentia est delectabilis, quandiu manet ꝑpes adipiscendi quod concupiscitur, sed subtracta spe per impedimentum appositum, concupiscentia dolorem causat.

ARTICVLVS III.

Vtrum appetitus unitatis sit causa doloris.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur ꝙ appetitus vnitatis nō sit causa doloris. Dicit enim Philoso. in 10. Ethic. * ꝙ hæc opinio, q̄ posuit repletionem esse causam delectatiōis, & incisionē cām tristitiæ, videtur esse facta ex delectationibus, & tristitijs q̄ sunt circa cibum: sed non omnis delectatio, vel tristitia est huiusmodi. ergo appetitus vnitatis non est causa vniuersalis doloris, cum repletio ad vnitatem pertineat, incisio vero multitudinem inducat.

¶ 2 Præt. Quælibet ſparatio vnitati opponitur. si ergo dolor causaretur ex appetitu vnitatis, nulla separatio esset delectabilis, quod patet esse falsum in sectione omnium superfluorum.

¶ 3 Præt. Eadem ratione appetimus coniunctionem boni, & remotionem mali: sed sicut coniunctio pertinet ad vnitatem, cum sit vnio quædā, ita ſparatio est contrarium vnitati. ergo appetitus vnitatis nō magis debet poni causa doloris, q̄ appetitus ſparationis.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit in 3. de lib. arbit. * quòd ex dolore, quem bestiæ sentiunt, satis apparet in regendis amandisque suis corporibus, q̄ sint animæ appetentes vnitatis. Quid. n. est aliud dolor, nisi quidam sensus diuisionis, vel corruptionis impatiens?

Ca. 1. cir. med. to. 5.

* Pa. 4. a me cio.

* q. seq. ar 2.

In corp. ar.

3. d. 15. q. 2. ar. 3. q. 1. co.

* ca. 3. ī me. ca. to. 5.

Ca. 23. post med. to. 1.

RESPON. Dicendū, ꝙ eo modo quo concupiscentia, vel cupiditas boni est causa doloris, etiam appetitus vnitatis, vel amor, causa doloris ponēdus est. Bonum. n. vniuscuiusq; rei in quadam vnitate consistit, prout. ſ. vnaquæque res habet in se vnitatem illa, ex quibus consistit eius perfectio. vnde & Platonici posuerunt vnum esse principium, sicut & bonum: vnde naturaliter vnumquodq; appetit vnitatem, sicut & bonitatem. & propter hoc sicut amor, vel appetitus boni, est causa doloris, ita & amor, vel appetit⁹ vnitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non omnis vnio perficit rationem boni, sed solum illa, a qua dependet esse perfectum rei. & pp hoc etiam non cuiuslibet appetitus vnitatis est causa doloris, vel tristitiæ, vt quidā opinabantur, quorum opinionem ibi Philosophus excludit per hoc, quòd quædam repletiones non sunt delectabiles: sicut repleri cibis non delectantur in ciborum sumptione. Talis enim repletio, siue vnio magis repugnaret ad perfectum esse, q̄ ipsum constitueret: vnde dolor non causatur ex appetitu cuiuslibet vnitatis, sed eius in qua cōsistit perfectio naturæ.

AD 2ᵘᵐ dicendum, ꝙ ſparatio potest esse delectabilis vel inquantum remouetur illud quod est cōtrarium perfectioni rei, vel inquantū ſparatio habet aliquam vnionem adiūctam, puta, sensibilis ad sensum.

AD 3ᵘᵐ dicendum, ꝙ ſparatio nociuorum & corrumpentium appetitur, inquantum tollunt debitam vnitatem: vñ appetitus hmōi ſparationis non est prima causa doloris, sed magis appetitus vnitatis.

ARTI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

Vtrum potestas, cui non potest resisti, sit causa doloris.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd potestas maior non debet poni causa doloris. Quod enim est in potestate agentis, nondum est presens, sed futurum: dolor autem est de malo præsenti. etgo potestas maior non est causa doloris.

¶ 2 Præt. Nocumentum illatum est cā doloris: sed nocumentum potest inferri etiam a potestate minore. ergo potestas maior non debet poni causa doloris.

¶ 3 Præt. Causæ appetitiuorum motuum sunt interiores inclinationes animæ: potestas autem maior est aliquid exterius. ergo non debet poni causa doloris.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in lib. de natura * boni. In animo dolorem facit voluntas resistens potestati maioti: in corpore dolorem facit sensus resistens corpori potentiori.

* Cap. 20. non procul a prin. to. 6.

RESPON. Dicendum, quòd, sicut supra dictum est, * malum cõiunctum est causa doloris, vel tristitiæ per modum obiecti. Id ergo quod est causa cõiunctionis mali, debet poni causa doloris vel tristitiæ. Manifestũ est autem hoc esse contra inclinationem appetitus, vt malo præsentialiter inhæreat: quod autem est contra inclinationem alicuius, nunquàm aduenit ei nisi per actionẽ alicuius fortioris: & ideo potestas maior ponitur esse causa doloris ab Augustino. * Sed sciendum est, quòd si potestas fortior intãtum inualescat, quòd mutet cõtrariam inclinationẽ in inclinationem propriam, iam non erit aliqua repugnantia vel violentia: sicut quando agens fortius, corrumpẽdo corpus graue, aufert ei inclinationem, qua tendit deorsum, & tunc ferri sursum non est ei violentum, sed naturale. Sic igitur, si aliqua potestas maior intantũ inualescat, quòd auferat inclinationem voluntatis vel appetitus sensitiui, ex ea non sequitur dolor, vel tristitia: sed tunc solum sequitur, quando remanet inclinatio appetitus in cõtrarium. & inde est quòd * Augustinus dicit, quòd voluntas resistẽs potestati fortiori causat dolorem. si enim non resisteret, sed cederet consentiendo, non sequeretur dolor, sed delectatio.

* Art. 1. huius quæst.

* Loco in arg. Sed contra, citato.

* Li. de natura boni ca. 20 non procul a prin. to. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd maior potestas dolorem causat non secundum quod est agens in potentia, sed secundum quod est agens actu, dum scilicet, facit coniunctionem mali corruptiui.

AD 2^um^ dicendum, quòd nihil prohibet aliquam potestatem, quæ non est maior simpliciter, esse maiorem quantum ad aliquid: & secundum hoc aliquod nocumentum inferre potest. Si autem nullo modo maior esset, nullo modo posset nocere, vnde non posset causam doloris inferre.

AD 3^um^ dicendum, quòd exteriora agentia possunt esse causa motuum appetitiuorum inquantum causant præsentiam obiecti: & hoc modo potestas maior ponitur causa doloris.

¶ *Super Quæstionem trigesimam septimam.*

QVAESTIO XXXVII.

De effectibus doloris, vel tristitiæ, in quatuor articulos diuisa.

CIrca quæst. 37. nihil occurrit scribẽdũ, nisi ut qui volunt videre naturas passionum aduertant ad regulam in 4. articu. traditam, scilicet, quòd

EIMDEM considerandum est de effectibus doloris, vel tristitiæ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi.

¶ Secũdo, Vtrũ aggrauatio animi sit effectus tristitiæ, vel doloris.

¶ Tertio, Vtrum tristitia, vel dolor debilitet omnẽ operationem.

¶ Quarto, Vtrũ tristitia noceat corpori magis quàm aliæ passiones animæ.

duplici existẽte motu in qualibet passione, scilicet appetitus, & corporis, motus corporis similis est motui animi, in hoc, quòd est se habere per modum prosecutionis vel fugæ. Et si his attẽderis, videbis non dari illas duas tristitias, quas superius reprobauimus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi.

AD PRIMVM ergo sic proceditur. Vt ꝙ dolor nõ auferat facultatẽ addiscẽdi. Dicit enim Isa. 26. Cũ feceris iudicia tua i terra, iustitiã discẽt oẽs habitatores orbis. & infra: In tribulatione murmuris doctrina tua eis: sed ex iudicijs Dei, & tribulatiõe sequit̃ dolor, seu tristitia in cordibus hoium. ergo dolor, vel tristitia nõ tollit, sed magis auget facultatẽ addiscendi.

¶ 2 Præt. Isa. 28. dicitur. Quem docebit scientiam? & quẽ intelligere faciet auditũ? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus, idest, a delectationibus. Sed dolor & tristitia maxime tollunt delectationes. impedit enim tristitia omnem delectationem, vt dicitur in 7. Ethicor. * Et Eccles. 11. dicitur, quòd malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. ergo dolor non tollit, sed magis præbet facultatem addiscendi.

* Cor. dicit tom. 1

¶ 3 Præt. Tristitia interior præeminet dolori exteriori, vt supra dictũ est: * sed simul cũ tristitia potest hõ addiscere. ergo multo magis simul cũ dolore corporali.

* 9. 35. art. 1. * Cor. circum

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit in 1. Soliloq. Quamquã acerrimo dolore dentiũ his diebus torquerer, non quidem sinebar aïo voluere nisi ea, quæ iam forte didiceram, a discendo autem penitus impediebar, ad quod mihi tota intentione animi opus erat.

* Soliloq. lib. 1. cap. 12.

RESPON. Dicendum, quòd quia omnes potentiæ animæ in vna essentia animæ radicantur, necesse est ꝙ quando intentio animæ vehementer trahitur ad operationem vnius potẽtiæ, retrahatur ab operatione alterius. vnius enim animæ non potest esse nisi vna intentio: & propter hoc si aliquid ad se trahat totam intentionem animę, vel magnã partẽ ipsius, non compatitur secum aliquid aliud quod magnam attentionem requirat. Manifestum est autem quòd dolor sensibilis maxime trahit ad se intentionem animæ: quia naturaliter vnumquodque tota intentione tendit ad repellendum cõtrarium, sicut etiam in rebus naturalibus apparet. Similiter etiam manifestum est, quòd ad addiscẽdum aliquid de nouo, requiritur studium, & conatus cum magna intentione, vt patet per illud quod dicitur Prouerbiorum. 2. Si quæsieris sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eã, tunc intelliges disciplinam. Et ideo si sit dolor intensus, impeditur homo ne tunc aliquid addiscere possit: & tantum potest intendi, quòd nec etiam instante dolore põt homo aliquid considerare etiam qd prius sciuit. In hoc tamen attenditur diuersitas secundum diuersitatem amoris, quem homo habet ad addiscendum vel considerandũ, ꝙ a quãto maior fuerit, magis retinet intẽtionem animi, ne oĩno feratur ad dolorẽ,

go tristitia non facit aliquod corporale nocumẽtum.
¶ 2 Præt. Si facit aliquod corporale nocumentum, hoc non est nisi inquantum habet corporalem transmutationem adiunctam: sed corporalis transmutatio inuenitur in omnibus animæ passionibus, vt supra dictum est. * ergo non magis tristitia, quàm aliæ animæ passiones, corpori nocet.
* q.22. ar.2 ad 3.
Cap.3. cir. me.to.5.
¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 7. Ethico. quòd ire, & concupiscentiæ quibusdam insanias faciunt, quod vi detur esse maximum nocumentum, cum ratio sit excellentissimum eorum quæ sunt in homine: desperatio etiam videtur esse magis nociua, quàm tristitia, cum sit causa tristitiæ. ergo tristitia non magis nocet corpori, quàm aliæ animæ passiones.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouerbiorũ 17. Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa. Et Prouerbiorum 25. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Et Eccles. 38. A tristitia festinat mors.

RESPON. Dicendum, q tristitia inter omnes aĩæ passiones magis corpori nocet, cui⁹ ratio est: quia tristitia repugnat humanæ vitæ quantum ad spẽm motus sui, & non solum quantũ ad mensurã, seu quãtitatem, sicut aliæ aĩę passiones. Constitit. n. humana vita in quadã motione, quæ a corde in cætera membra diffunditur: quæ quidem motio conuenit naturæ humanę fm aliquam determinatam mẽsurã. Si ergo ista motio procedat vltra mensuram debitã, repugnabit humanæ vitæ fm quantitatis mensuram, non autem secundum similitudinem speciei. Si autem impediatur processus huius motionis, repugnabit vitæ secũdum suam speciem. Est autem attendendum in oĩbus animæ passionibus, quòd transmutatio corporis, quæ est in eis materialis, est conformis & proportionata motui appetitus, qui est formalis, sicut in oĩbus materia proportionatur formæ. Illę ergo animæ passiones quę important motum appetitus ad prosequendum aliquid, non repugnant vitali motioni secundum speciem, sed pñt repugnare secundum quantitatem, vt amor, gaudium, desiderium, & huiusmodi: & ideo ista fm speciem suam iuuant naturam corporis, sed propter excessum pñt nocere. Passiones autẽ, quę important motum appetitus cum fuga, vel retractione quadam repugnant vitali motioni non solum secundum quantitatem, sed etiam secundum speciem motus: & ideo simpliciter nocent, sicut timor & desperatio, & præ oĩbus tristitia, quæ aggrauat animũ ex malo præsenti, cuius est fortior impressio, quàm futuri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia anima naturaliter mouet corpus, spiritualis motus animæ naturaliter est causa transmutationis corporalis: nec est simile de spiritualibus intẽtionibus, quæ non habent naturaliter ordinem mouendi alia corpora, quæ non sunt nata moueri ab anima.

AD 2^m dicendum, quòd aliæ passiones habent transmutationem corporalem conformem, secundum suam speciem motioni vitali: sed tristitia contrariam, vt supra dictum est. *
In corp.ar.

AD 3^m dicendũ, q ex leuiori causa impeditur vsus rationis, q̃ corrumpatur vita, cum videamus multas ægritudines vsum rationis tollere, quæ nondum adimunt vitam: & tamen timor & ira maxime nocumentum corporale afferunt ex permistione tristitię, pp absentiam eius quod cupitur. Ipsa etiam tristitia quandoque rationẽ aufert, sicut patet in his, qui propter dolorem in melancholiam, vel in maniam incidunt.

F *QVAESTIO XXXVIII.*

De remedijs tristitiæ, seu doloris, in quinque articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis trigesimæoctauæ. Articulum primum.*

DEINDE considerãdum est de remedijs doloris, seu tristitiæ.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum dolor, vel tristitia mitigetur p quãlibet delectationẽ
G ¶ Secũdo, Vtrum mitigetur p fletũ.
¶ Tertio, Vtrum per compassionẽ amicorum.
¶ Quarto, Vtrum per contemplationem veritatis.
¶ Quinto, Vtrum per somnum, & balnea.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dolor, vel tristitia mitigetur per quamlibet delectationem.

H AD PRIMVM sic procedit. Videtur q non quælibet delectatio mitiget quẽlibet dolorẽ, seu tristitiã. Nõ. n. delectatio tristitiã mitigat, nisi iquãtũ ei cõtrariat. Medicinæ. n. sunt p cõtraria, vt dr in 2. Ethi. * sed non quælibet delectatio cõtrariat cuilibet tristitię, vt supra dictũ est. * ergo nõ q̃libet delectatio mitigat quãlibet tristitiã.
¶ 2 Præt. Illud quod causat tristitiã, non mitigat tristitiam: sed aliquæ delectationes causant tristitiã, qa, vt dicitur in 9. Ethi. * Malus tristatur, qm̃ delectatus est. nõ ergo omnis delectatio mitigat tristitiam.
I
¶ 3 Præt. Aug. dicit in 4. Cõfess. † q ipse fugit de patria, in qua conuersari solitus erat cum amico suo iã mortuo: minus eũ quærebãt oculi eius, vbi eum videre solebãt. ex quo accipi potest, q illa, ĩ quibus nobis amici mortui, vel absentes cõmunicauerunt, efficiunt nobis de eorũ morte, vel absentia dolẽtibus onerosa: sed maxime cõicauerũt nobis in delectationibus. ergo
K ipse delectationes efficiunt nobis dolẽtibus onerosæ. nõ ergo q̃libet delectatio mitigat q̃libet tristitiã.

SED CONTRA est, quod Philosoph⁹ dicit in 7. Eth. * q expellit delectatio tristitiam, & quæ cõtraria, & quæ contingens, si sit fortis.

RESPON. Dicẽdum, quòd sicut ex * prædictis patet, Delectatio est quedã quies appetitus in bono cõueniẽti: tristitia aũt est ex eo quòd repugnat appetitui. vñ sicut se hẽt delectatio ad tristitiã in motib⁹ appetitiuis, sic se habet in corporib⁹ quod affect⁹ est sciẽtię. & hac doctrina vtere superius, cum de delectatione contemplationis disputas. Quomodo autem appetitus inferior post moueatur, planũ est ex litera, quòd ex redundantia fit, vt in responsione ad 3. dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet non omnis delectatio contrarietur omni tristitiæ secundum speciem, contrariatur tamen fm genus, vt supra dictum est: * & ideo ex parte dispositionis subiecti quę libet tristitia p quãlibet delectationem mitigari põt.
9.31. art.4. ad 2.
B
AD 2^m dicendum, q delectationes malorum non causant tristitiã in pñti, sed in futuro, inquantũ. s. malĩ pœnitent de malis, de quibus lętitiã habuerunt, & huic tristitiæ subuenitur per cõtrarias delectationes.

AD 3^m dicendum, quòd quando sunt duę causę ad contrarios motus inclinantes, vtraque alteram impedit: & tamẽ illa finaliter vincit, quæ fortior est & diuturnior. In eo autem qui tristatur de his, in quibus simul cum amico mortuo, vel absente delectari cõsueuit, duę causę in cõtrarium inducentes inueniuntur. Nã mors, vel absentia amici recogitata inclinat ad dolorem: bonum autem præsens inclinat ad delectationem, vnde vtrunq; per alterum minuitur: sed tamen
C
quia fortius mouet sensus præsentis, q̃ memoria præteriti: & amor suipsius q̃ amor alterius diuturnius manet, inde est quòd finaliter delectatio tristitiam expellit. Vnde post pauca subdit idem Augustinus * quòd pristinis generibus delectationũ cedebat dolor eius.

ARTICVLVS II.

Vtrum dolor, vel tristitia mitigetur per fletum.

Plal.41.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q fletus nõ mitiget tristitiam. Nullus enim effectus di-
D minuit suam causam: sed fletus, vel gemitus est effectus tristitiæ. ergo non minuit tristitiam.
¶ 2 Præt. Sicut fletus, vel gemitus est effectus tristitiæ, ita risus est effectus lætitiæ: sed risus non minuit lætitiam. ergo fletus non mitigat tristitiam.
¶ 3 Præt. In fletu repræsentatur nobis malum contristans: sed imaginatio rei cõtristantis auget tristitiam, sicut imaginatio rei delectantis auget lætitiam. ergo videtur, quòd fletus non mitiget tristitiam.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 4. Confess. quòd quando dolebat de morte amici, in solis gemi
E tibus, & lacrymis erat ei aliquantula requies.

RESPON. Dicendum, quòd lacrymæ, & gemitus naturaliter mitigãt tristitiam: & hoc duplici ratione. Primo quidem, quia oẽ nociuũ interius clausum magis affligit, quia magis multiplicatur intentio aĩæ circa ipsum: sed q̃n ad exteriora diffunditur, tunc animę intentio ad exteriora quodammodo disgregatur, & sic interior dolor minuitur. & pp hoc q̃n homines q̃ sunt in tristitijs, exterius suam tristitiam manifestant vel fletu, aut gemitu, vel ẽt verbo, mitigatur tristitia. Secundo, quia semper operatio cõueniens hoĩ secundum dispositionem in qua est, sibi est delectabilis: fletus aũt & gemitus sunt quædam operationes conuenientes tristato vel dolẽti, & ideo efficiuntur eis delectabiles. Cum igitur omnis delectatio aliqualiter mitiget tristitiam vel dolorem, vt dictum est, * sequitur q per planctum & gemitum tristitia mitigetur. Art.præce.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsa habitudo causæ ad effectum contrariatur habitudini contristantis ad contristatum: nam omnis effectus est conueniens suę causæ, & p cõsequens est ei delectabilis. contristans autem contrariatur contristato: & ideo effectus tristitiæ habet contrariam habitudinem magis ad contristatum, quàm contristans ad ipsum, & propter hoc mitigatur tristitia per effectum tristitiæ ratione contrarietatis prædictæ.

AD 2^m dicendũ, q habitudo effectus ad causam est similis habitudini delectantis ad delectatũ: quia vtrobiq; cõueniẽtia inuenitur. omne autem simile auget suum simile: & ideo p risum & alios effectus lætitiæ augetur lætitia, nisi forte per accidens pp excessum.

AD 3^m dicendum, q imaginatio rei contristantis, quãtum est de se, nata est augere tristitiam: sed ex hoc ipso quòd homo imaginatur, quòd facit illud quod conuenit sibi secundum talem statum, consurgit inde quædam delectatio. & eadem ratione si alicui subrepat risus in statu, in quo videtur sibi esse lugẽdum, ex hoc ipso dolet tanquàm faciat id, quod non conuenit, vt Tullius dicit in 3. de Tuscul. quæstionibus.

ARTICVLVS III.

Vtrum dolor, & tristitia mitigentur per compassionem amicorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q dolor amici compatientis non mitiget tristitiã. Contrariorum enim cõtrarij sunt effectus: sed sicut Aug. dicit 7. Confess. * Quãdo cum multis gaudetur, in singulis vberius est gaudium: quia feruere faciunt se, & inflammãtur ex alterutro. ergo pari ratione, quando multi simul tristãtur, videtur quòd sit maior tristitia.
¶ 2 Præt. Hoc requirit amicitia, vt amoris vicem quis rependat, vt Augu. dicit 4. Confess. † sed amicus condolens, dolet de dolore amici dolentis. ergo ipse dolor amici condolentis, est causa amico prius dolenti de proprio malo alterius doloris, & sic duplicato dolore videtur tristitia crescere.
¶ 3 Præt. Omne malum amici est contristans, sicut & malum proprium. nam amicus est alter ipse: sed dolor est quoddam malum. ergo dolor amici condolentis auget tristitiam amico, cui condoletur.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 9. Ethic. * q in tristitijs amicus condolens consolatur. Cap.11.ante me.to.5.

RESPON. Dicendum, q naturaliter amicus condolens in tristitijs est cõsolatiuus, cuius duplicem rationem tangit Philosoph. in 9. Ethi. * quarum prima est: Ibidem.
quia cum ad tristitiam pertineat aggrauare, habet rationem cuiusdã oneris, a quo aliquis aggrauatus alleuiari conatur. Cum ergo aliquis videt de sua tristitia alios contristatos, fit ei quasi quædã imaginatio, q illud onus alij cum ipso ferant, quasi conãtes ad ipsum ab onere alleuiandum, & iõ leuius fert tristitiæ onus, sicut etiã in portãdis oneribus corporalibus cõtingit. Secunda ratio & melior, est: quia per hoc q amici cõ tristantur ei, percipit se ab eis amari, quod est delectabile, vt supra dictum est, * vnde cum omnis delectatio mitiget tristitiam, sicut supra dictum est, * sequitur, quòd amicus condolens tristitiam mitiget. q.32. ar.5 Arti.1. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in vtroq; amicitia manifestatur, scilicet, & quòd congaudet gaudenti, & quòd condolet dolenti: & ideo vtrunque

Iob.2.fi. Et cap.16. Et Roma.12. lect.3.
* Lib.7.Cõfess c.4.parum a principio. Et lib.8 c.4.to.1.
† Lib.4.cap. 10. in prin. tom.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

F

ratione causæ redditur delectabile.

Ad 2^m dicendum, ꝙ ipse dolor amici fm se contristaret: sed cõsideratio causæ eius, quæ est amor, magis delectat. Et per hoc patet responsio ad 3^m.

Articvlvs IIII.

Vtrum per contemplationem veritatis, dolor, & tristitia mitigentur.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur ꝙ contemplatio veritatis nõ mitiget dolorem. Dicit enim Eccles. 2. Qui addit sciẽtiam, addit & dolorem: sed scientia ad contemplationẽ veritatis pertinet. nõ ergo contemplatio veritatis mitigat dolorem.

¶ 1 Præt. Contemplatio veritatis ad intellectum speculativum pertinet: sed intellectus speculativus non mouet, vt dicitur in 3. de aĩa. * cum igit gaudiũ, & dolor sint quidam motus animi, videtur ꝙ contemplatio veritatis nihil faciat ad mitigationem doloris.

* Text. 58. com. 2.

¶ 3 Præt. Remedium ægritudinis apponẽdum est, vbi est ægritudo: sed cõtẽplatio veritatis est in intellectu. nõ ergo mitigat dolorem corporalẽ, qui est in sensu.

Sed contra est, quod August. dicit in 1. Soliloquio. * Videbat mihi, si se ille mentibus nostris veritatis fulgor aperiret, aut non me sensurum tuisse illum dolorem, aut certe pro nihilo toleraturum.

* Cap. 12. parũ a me. tom. 1.

Respon. Dicẽdum, sicut supra dictum est, * quòd in contemplatione veritatis maxima delectatio consistit. Omnis autem delectatio dolorẽ mitigat, vt supra dictum est: * & ideo contemplatio veritatis mitigat tristitiam, vel dolorem: & tanto magis, quanto perfectius aliquis est amator sapiẽtiæ. & ideo homines ex contemplatione diuina, & futuræ beatitudinis, in tribulationibus gaudent, secundum illud Iacobi 1. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tẽtationes varias incideritis. & quod est amplius, etiã inter corporis cruciatus, huiusmodi gaudium inuenitur, sicut Tyburtius martyr cum nudatis plantis super ardẽtes prunas incederet, dixit. Videtur mihi, quòd super roseos flores incedam in nomine Iesu Christi.

* q. 31. ar. 5

* Art. præc. & art. 1. huius quæst.

Ad primvm ergo dicendum, quòd q addit scientiam, addit dolorem, vel propter difficultatem & defectum inueniendæ veritatis: vel pp hoc ꝙ p scientiã hõ cognoscit multa, quæ voluntati contrariant. & sic ex parte rerum cognitarum scientia dolorem causat. ex parte aũt cõtemplationis veritatis, delectationem.

Ad 2^m dicendum, ꝙ intellectus speculativus non mouet animum ex parte rei speculatæ: mouet tamen animum ex parte ipsius contẽplationis, quæ est quoddam bonum hominis, & naturaliter delectabilis.

Ad 3^m dicendum, ꝙ in viribus animæ sit redundantia a superiori ad inferius, & secundum hoc delectatio contemplationis, quæ est in superiori parte, redundat ad mitigãdum etiam dolorem, q est in sensu.

Articvlvs V.

Vtrum dolor, & tristitia mitigentur per somnum, & balnea.

* Psal. 29.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd somnus & balneum non mitigent tristitiam. Tristitia enim in anima consistit: sed somnus & balneum ad corpus pertinent. non ergo aliquid faciunt ad mitigationem tristitiæ.

¶ 1 Præt Idẽ effectus non vẽ causari ex contrarijs causis: sed hmõi cum sint corporalia, repugnant contemplationi veritatis, quæ est cã mitigationis tristitiæ, vt dictum est. * non ergo per hmõi tristitia mitigatur.

* Arg. pro.

¶ 3 Præt. Tristitia, & dolor, fm quod pertinent ad corpus, in quadam transmutatione cordis cõsistunt: sed hmõi remedia magis videtur pertinere ad exteriores sensus & membra, q ad interiorẽ cordis dispositionem. non ergo per huiusmodi tristitia mitigatur.

* Arg. sed contra.

Sed contra est, quod August. dicit 9. * Confes. Audieram balnei nomen inde dictum, quòd anxietatẽ pellat ex animo. Et infra, Dormiui, & euigilaui, & non parua ex parte mitigatum inueni dolorem meũ. Et * inducit quod in hymno Ambrosij dicitur, quòd quies artus solutos reddit laboris vsui, mentesque fessas allenat, luctusque soluit anxios.

* Confes. 9. ante me. * Ex hymno Ambros.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * Tristitia secũdum suam speciem repugnat vitali motioni corporis: & ideo illa quæ reformant naturã corporalem in debitum statum vitalis motionis, repugnãt tristitiæ, & ipsam mitigãt. Per hoc etiã ꝙ hmõi remedijs reducitur natura ad debitum statum, causat ex his delectatio: hoc. n. est quod delectationem facit, vt supra dictum est. * vnde cum oĩs delectatio tristitiam mitiget, per hmõi remedia corporalia tristitia mitigatur.

* q. 31. ar. 5

Ad primvm ergo dicendum, quòd ipsa debita corporis dispositio, inquantum sentitur, delectationem causat, & per consequens tristitiam mitigat.

Ad 2^m dicendum, quòd delectationum vna aliam impedit, vt supra dictum est: * & tamẽ omnis delectatio tristitiam mitigat, vñ non est inconueniens, ꝙ ex causis seinuicem impedientibus tristitia mitigetur.

* q. 33. ar. 4

Ad 3^m dicendum, quòd omnis bona dispositio corporis redundat quodammodo ad cor sicut ad principium, & finem corporalium motionum, vt dicitur in lib. de causa motus animalium.

¶ *Super Quæstionis trigesimanonæ Articulum primum.*

Qvaestio XXXIX.

De bonitate, & malitia tristitiæ, seu doloris, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerãdum est de bonitate, & malitia doloris, vel tristitiæ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum omnis tristitia sit malum.

¶ Secũdo, Vtrũ possit esse bonum honestum.

¶ Tertio, Vtrũ possit eẽ bonũ vtile.

¶ Quarto, Vtrum dolor corporis sit summum malum.

Articvlvs primvs.

Vtrum omnis tristitia sit mala.

Ad primvm sic proceditur. Videt ꝙ oĩs tristitia sit mala. Dicit. n. * Gre. Nyss. Omnis tristitia malum est suipsius natura: sed quod naturaliter est malum, semper & vbique est malum. ergo omnis tristitia est mala.

* Tract. de bonitate & malitia morali, sicut in superioribus tractatibus. Ad cuius euidentiam scito primo ex litera, quòd tristitia potest dupliciter considerari, Primo ex parte contristantis: secundo ex parte sentientis, & repugnãtis ipsum malum contristans. Appetere tristitiam ex parte contristantis, est appetere ipsum contristans, vt sic appetere amẽ tristitiam ex parte sentientis, & repudiantis malum, est apperere sensationem, seu cognitionem, & refutationem mali. Clare autem patet, quòd primo mõ tristitia non est appetibilis: quoniam contristans vt sic, mali rationẽ habet. Secundo vero modo, tristitia est appetibilis ex suppositione. Suppositio. n. quòd cõtristans aduenit, bonum est cognoscere, & refutare illud. Et quia tristitia includit hæc omnia simul, ideo non habet locũ in Deo, nec in beatis: & inter hos bentes nullus appetit tristitiam quo ad omnia ad illam requisita: quia nullus appetit præsentiam contristantis, quãmuis multi appetant tristari, supposita præsentia contristantis absentiæ boni amati, vel offensæ diuinæ &c. Quia igitur tristitia secundum se tota non est appetibilis, consequens est vt non sit de genere bonorum, cum bonum sit quod omnia appetunt. Verum ad morale bonum descendendo, scito secundo ex S. Tho. in quolib. quòd actus humani quadrifariã dicuntur quo ad bonitatem, & malitiã: quidam sunt per se mali, vt mentiri: quidam per se boni, vt colere deum: quidam indifferentes, vt leuare festucam de terra: quidam sollicitie sumpti sonantes malum, qui tamẽ possunt ex aduentitijs honestari vt sint boni, vt occidere hominem. hoc enim solitarie sumptum importat aliquid incõsonans rationi, Violẽta enim

Cap. 11. no. 5

Cap. 9. tertia ratio. Cap. 10. no. 3.

Cap. 5. no. 5. * q. 6. ar. 6.

Tertia

etiã virtuosi, est malum: sed tristitiam omnes fugiunt etiam virtuosi: quia, vt dicitur in 7. Ethi. † Etsi prudens non intendat delectari, tamen intendit non tristari. ergo tristitia est malum.

¶ 3 Præt. Sicut malũ corporale est obiectũ & cã doloris corporalis, ita malum spũale est obiectum, & causa tristitiæ spũalis: sed oĩs dolor corporalis est malum corporis. ergo oĩs tristitia spũalis est malũ aĩæ.

Sed contra. Tristitia de malo cõtrariatur delectationi de malo: sed delectatio de malo est mala. vñ in detestationem quorundam dicitur Proue. 2. ꝙ lætantur cũ malefecerit. ergo tristitia de malo ẽ bona.

Respon. Dicendum, ꝙ aliquid esse bonũ, vel malum põt dici dupliciter. Vno modo, simpliciter & secundum se: & sic oĩs tristitia est quoddam malũ. hoc. n. ipsum qd est appetitum hoĩs anxiari de malo pñti, rationẽ mali habet: impeditur. n. per hoc quies appetit^a in bono. Alio modo dicitur aliquid bonum, vel malum ex suppositione alterius, sicut verecundia dicit esse bonum ex suppositione alicuius turpis cõmissi, vt dr in 4. Ethi. * Sic igitur suppoſito aliquo cõtristabili, vel doloroso, ad bonitatem pertinet, ꝙ aliquis de malo pñti tristet, vel doleat. Quòd enim nõ tristaret vel nõ doleret, non posset esse, nisi quia vel nõ sentiret, vel qa non reputaret sibi repugnans: & vtrunq; istorum est malum manifeste. & ideo ad bonitatem pertinet, vt suppoſita præsentia mali, se quat tristitia, vel dolor. & hoc est quod August. dicit 8. super Genes. * ad literam. Adhuc est bonum qd dolet amissum bonum: nã nisi aliquod bonum remansisset in natura, nullius boni amissi dolor esset in pœna. Sed quia sermones morales sunt in singularib^9, quorũ sunt operationes, illud quod est ex suppositione bonum, debet bonũ iudicari: sicut quod est ex suppositione voluntarium, iudicatur voluntarium, vt dicitur in 3. * Ethicor. & * supra habitum est.

Cap. 11. no. 3.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Greg. Nysse. loquit de tristitia ex parte mali tristãtis, non aũt ex parte sentientis & repudiãtis malum. Et ex hac etiã pte oĩs fugiunt tristitiã, inquantũ fugiunt malũ: sed sensum & refutationẽ mali nõ fugiũt. Et sic dicendũ ẽt est de dolore corporali: nã sensus & recusatio mali corporalis attestat naturæ bonæ. Vñ patet responsio ad 2^m & ad 3^m.

A

Articvlvs II.

Vtrum tristitia possit esse bonum honestum.

Ad secvndvm sic proceditur. Vẽ ꝙ tristitia nõ hẽat rationem boni honesti. Quod enim ad inferos deducit, cõtrariatur honesto: sed sicut dicit Aug. * 12. sup Gen. ad literam, Iacob hoc timuisse videtur, ne nimia tristitia sic perturbaretur, vt nõ ad requiem beatorum iret, sed ad inferos peccatorum. ergo tristitia non habet rationem boni honesti.

B

¶ 2 Præt. Bonũ honestũ habet rõnẽ laudabilis & meritorij: sed tristitia diminuit rõnem laudis & meriti. dicit. n. Apost. 2. ad Cor. 9. Vnusquisq; ꝓut destinauit i corde suo nõ ex tristitia, aut ex necessitate. ergo tristitia non est bonũ honestũ.

¶ 3 Præt. Sicut Aug. dicit 14. de Ciui. Dei. * Tristitia est de his quę nobis nolẽtibus accidũt: sed nõ velle ea quæ præsentialiter fiunt, est

C

habere volũtatẽ repugnantẽ ordinationi diuinæ, cuius prouidentiæ subiacent oĩa quæ agunt. ergo cũ cõformitas humanæ voluntatis ad diuinã ptineat rectitudinẽ volũtatis, vt supra dictũ est, * vẽ ꝙ tristitia cõtrarietur rectitudini volũtatis, & sic non habeat rationẽ honesti.

* Lib. 12 c. 33. non procul a fi. to. 1

Cap. 6. & 7 post me. Et c. 8. cir. principi. el citur tom. 5.

Sed contra. Omne qd meretur præmiũ vitæ æternæ, hẽt rationẽ honesti: sed tristitia est hmõi, vt patet per id quod dr Matt. 5. Beati qui lugent: qm̃ ipsi cõsolabunt. ergo tristitia est bonum honestum.

D

Respon. Dicendum, quòd secundum illam rationem, qua tristitia est bonum, potest esse bonum honestum. * Dictum est enim quòd tristitia est bonum secundum cognitionem, & recusationem mali, quæ quidem duo in dolore corporali attestãtur bonitati naturæ, ex qua prouenit quòd sensus sentit, & natura refugit læsiuum, quod causat dolorem. In interiori vero tristitia cognitio mali quandoq; quidem est per rectum iudicium rationis, & recusatio mali est per voluntatem bene dispositam detestantem malum: omne autem bonum honestum ex his duobus procedit, scilicet ex rectitudine rationis, & volũtatis. vnde manifestum est, quod tristitia potest habere rationem boni honesti.

* Cap. 12. parũ a me. tom. 1.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ omnes passiões animæ regulari debent secũdum regulam rationis, quę est radix boni honesti, quã trãscendit immoderata tristitia, de

E

priuatio vitæ humanæ rationi diffonanti: sed si addatur propter maius bonum ab habente authoritatem &c. efficitur consonans rationi. nec propterea actus malus moraliter, fit bonus moraliter: sed actus qui si secundum se, idest, solitarie fieret, esset malus moraliter quando fit, circũdatus honestatis conditionibus, est bonus moraliter. In hoc quarto genere locaram intelligito tristitiam, quæ in litera dicitur simpliciter, & secundum se, idest, solitarie, mala malitia moralis: quia si appeteretur & haberetur sola, mala moraliter esset, vt patet ex dictis: & tamen si appetatur, & habeatur suppoſito malo &c. bona moraliter esse poterit, vt in 2. & 3. artic. patet.

3. q. 25. ar. 6 ad 2. & 3. & q. 46. artic. 6. ad 2.

¶ Ad primum igitur in oppositum dicitur, quòd æquiuocatur de Iy, per se, vt opponitur ad per accidens, & vt opponitur ad eum alio. Quod enim est moraliter malũ per se, idest, contra per accidens, habet malitiam in aliqno modo dicendi per se, & consequenter nunquam perdit illam. quod autem est malum moraliter per se, idest, non cum alio, habet solitarie malitiam, quam ex coniunctione cum alio perdit: & hoc modo tristitia dicitur secundum se mala moraliter.

Art. præce.

¶ Ad secundum dicitur, quòd ratio illa non concludit tristitiam sic p se malam moraliter, vt dictum est, nec ad hoc affertur ab authore: sed concludit, quòd tristitia est mala moraliter, si solitarie sumatur: quia importat aliquid solitarie sumptũ dissonans rationi, scilicet priuationem boni, inquietudinẽque appetitus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ loquitur Augu. & ideo recedit a ratione honesti.

Ad 1^m dicendum, ꝙ sicut tristitia de malo procedit ex voluntate & ratione recta, quę detestatur malũ: ita tristitia de bono procedit ex rõne & voluntate peruersa, quæ detestatur bonum. & ideo talis tristitia impedit laudem, vel meritum boni honestũ, sicut cum quis facit cum tristitia eleemosynam.

Ad 2^m dicendũ, ꝙ aliqua præsentialiter eueniunt, quæ non fiunt Deo volente, sed deo permittẽte, sicut peccata: vñ voluntas repugnans peccato existenti vel in se, vel in alio, non discordat a voluntate Dei. mala vero pœnalia præsentialiter cõtingunt etiam Deo volente: non tamen exigitur ad rectitudinem volũtatis, ꝙ ea secundum se homo velit, sed solum ꝙ non contranitatur ordini diuinæ iustitiæ, vt supra dictũ est. * q. 19. articu. 10.

ARTICVLVS III.

Vtrum tristitia possit esse bonum utile.

3.q.15.art. 6.ad 2.& 3 lit q.49.ar. 6.ad 2.

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ tristitia non possit esse bonum vtile. Dicit enim Eccles. 30. Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. ¶ 2 Præt. Electio est de eo quod est vtile ad finem alicuẽ: sed tristitia non est eligibilis, quinimmo idẽ sine tristitia, q̃ cum tristitia est magis eligendum, vt dicitur in 3. Topic.* ergo tristitia non est bonum vtile.

* Cap. 2. nõ remote a principio.

¶ 3 Præt. Ois res est pp suam operationem, vt dr in 2. de cęlo: † sed tristitia impedit operationẽ, vt dr in 10. Ethic. * ergo tristitia nõ habet rationem boni vtilis.

† Text. 17. tom. 2.

* Cap. 5. an te me. to. 5.

Sed contra. Sapiens non quærit nisi vtilia: sed sicut dicitur Eccles. 7. Cor sapientum vbi tristitia, & cor stultorum vbi lætitia. ergo tristitia est vtilis.

Respon. Dicendum, ꝙ ex malo præsenti insurgit duplex appetitiuus motus, Vnus quidem est, quo appetitus contrariatur malo pñti, & ex ista parte tristitia non habet vtilitatem: quia id qd est præsens, non põt nõ esse presens. Secundus motus consurgit in appetitu ad fugiendũ & repellẽdum malum contristãs: & quantũ ad hoc tristitia habet vtilitatem, si sit de aliquo, qd est fugiẽdum. Est. n. aliquid fugiendũ duplici ter. Vno modo, pp seipsum ex contrarietate, quam habet ad bonum, sicut peccatum: & iõ tristitia de pctõ vtilis est ad hoc, ꝙ hõ fugiat peccatum, sicut Apostolus dicit 2. ad Cor. 7. Gaudeo, non quia cõtristati estis, sed quia cõtristari estis ad pœnitentiã. Alio mõ, est aliquid fugiendum, non quia sit secundũ se malum, sed quia est occasio mali, dum vel homo nimis inhæret ei per amorem, uel ẽt ex hoc, ꝙ præcipitatur in aliquod malum, sicut patet in bonis temporalibus. & secundum hoc tristitia de bonis temporalibus potest esse vtilis, sicut dicitur Eccl. 7. Melius est ire ad domum luctus, q̃ ad domum conuiuij: in illa. n. finis cunctorum admonetur hominum. Ideo aũt tristitia in omni fugiendo est vtilis: quia geminatur fugiendi causa. nã ipsum malum secundum se fugiẽdum est, ipsam autem tristitiam secundum se oẽs fugiunt: sicut etiam bonũ oẽs appetunt, & delectationem de bono. Sicut ergo delectatio de bono facit, vt bonum auidius quæratur: ita tristitia de malo facit, vt malum vehementius fugiat.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ authoritas illa intelligitur de immoderata tristitia, quæ animum absorbet. huiusmodi enim tristitia immobilitat animũ, & impedit fugam mali, vt supra dictum est. * q. 37. ar. 2

Ad 2^m dicendum, quòd sicut quodlibet eligibile fit minus eligibile propter tristitiam: ita quodlibet fugiendum redditur magis fugiendum propter tristitiam, & quantum ad hoc tristitia est vtilis.

Ad 3^m dicendum, quòd tristitia de operatione alicui qua impedit operationem, sed tristitia de cessatione operationis facit auidius operari.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dolor corporis sit summum malum.

Ad quartum sic proceditur. Videt ꝙ tristitia sit summum malum. Optimo enim opponitur pessimum, vt dicitur in 8. Ethicor. sed quędam delectatio est optimum, quæ scilicet pertinet ad fœlicitatem. ergo aliqua tristitia est summum malum.

¶ 2 Præt. Beatitudo est summũ bonum hoĩs, quia est vltimus hois finis: sed bũtudo consistit in hoc, ꝙ hõ habeat quicquid velit, & nihil mali velit, vt supra dictũ est.* ergo summũ bonũ hoĩs est impletio volũtatis ipsius: sed tristitia cõsistit in hoc, ꝙ accidit aliqd cõtra volũtatẽ, vt patet p Aug. *14. de Ciu. Dei. ergo tristitia ẽ summũ malũ hois.

¶ 3 Præt. Aug sic argumẽtatur in 1. Soliloquio. * Ex duabus partibus cõpositi sumus, ex anima. s. & corpore, quarũ pars deterior est corpus. summum autem bonũ est melioris partis optimum: summum autem malum pessimum deterioris. est autem optimum in animo sapiẽtia, in corpore pessimum dolor. summum igitur bonum hoĩs, est sapere: summũ malum, dolere.

Sed contra. Culpa est magis malum, quàm pœna, vt in 1. habitum* est: sed tristitia, seu dolor pertinet ad pœnã pctĩ, sicut frui rebus mutabilibus est malũ culpæ. Dicit. n. Aug. in li.* de vera religio. Quis est dolor qui dr animi, nisi carere mutabilibꝫ rebus, quibus fruebat̃, aut frui se posse sperauerat? & hoc est totũ quod dr malũ, idest, pctm̃, & pœna peccati. ergo tristitia, seu dolor nõ est summum malũ hoĩs.

Respon. Dicendum, ꝙ impossibile est aliquã tristitiam, seu dolorem esse summũ hoĩs malum. Omnis enim tristitia, seu dolor aut est de hoc quod est vere malum, aut est de aliquo apparẽti malo, qd est vere bonum. dolor aũt, seu tristitia quæ est de vere malo, non põt esse summũ malũ: est. n. aliquid eo peior .s. vel non iudicare esse malũ illud qd vere est malũ, vel etiã non refutare illud. Tristitia aũt, vel dolor, q est de apparenti malo, qd est vere bonum, nõ põt esse summũ malũ: quia peius esset oĩno alienari a vero bono. vñ ipossibile ẽ, ꝙ aliqua

¶ *Super Quæstionis trigesimænonæ Articulum quartum.*

Omissis 2. & 3. articu. eiusdem quæstio. 39 in 4. articu. in responsione. ad primum aduerte, quòd dupliciter intelligi potest, quòd illa duo bona, scilicet, veritas iudicii, & rectitudo ordinis, sint communia delectationi & tristitiæ, scilicet, vniuersaliter, vel indefinite. Si intelligitur vniuersaliter, glossandum est, deductis impedimentis. cum enim malum ex particularibus defectibus cõtingat, & falsum, sit malum intellectus: & indebitus ordo, malum voluntatis, ex defectu alicuius necesse est accidere & in intellectu falsum iudicium de bono aut malo, & in voluntate indebitus appetendi ordo. Si vero intelligitur indefinite, tunc procedit literæ ad inferendam vniuersalem, scilicet, quòd in omni tristitia est aliquod bonum, per cuius remotionem potest fieri deterius, interpretandus est secundum locum a maiori. maiores enim tristitiæ & delectationes sunt quæ ex vere contunctis malis, aut bonis, & vere apprehensis cõsurgunt, quàm quæ ex apparentibus consurgunt. Apparentia enim imitantur veritatẽ: quia si diceret, quòd quia maximis tristitiis & delectationibus cõmunia sunt hęc duo bona, consequens est, vt omni tristitia posit esse deterius per priuationem alicuius illorũ duorũ bonorum.

tristitia vel dolor, sit summum hominis malum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ duo bona sunt communia & delectationi & tristitiæ. s. iudicium verum de bono & malo, & ordo debitus voluntatis ap probantis bonum & recusantis malum. Et sic patet ꝙ in dolore vel tristitia est aliquod bonum, p cuius priuationẽ põt fieri deterius: sed nõ in omni delectatione est aliquod malum, p cuius remotionem possit fieri melius. vnde delectatio aliqua põt esse summũ hominis bonum eo modo quo supra dictum est, * tristitia autem non potest esse summum hominis malum. * 4. 34. ar. 3 Infra q. articu. malo. tic. 10

Ad 2^m dicendum, ꝙ hoc ipsum, quod est voluntatem repugnare malo, est quoddam bonum, & propter hoc tristitia, vel dolor non potest esse summum malum: quia habet aliquam permistionem boni.

Ad 3^m dicendum, quòd peius est quod nocet meliori, quàm quod nocet peiori. malum autem dicitur, quia nocet, vt dicit * Augus. in Ench. vnde maius malum est quod est malum animę, quàm quod est malum corporis. vnde non est efficax ratio, quam Augu. inducit non ex sensu suo, sed ex sensu alterius. * Cap. 12. tom. 3.

¶ *Super Quæstionis Quadragesimæ Articulum primũ,*

In articu. 1. quæst. 40. in responsione ad tertium aduertę, quòd differentia secundum posibile, vel impossibile dicitur non omnino per accidens se habere ad appetitum, & ꝙ secundum hanc differt spes a desperatione. Dedit siquidẽ author parum perfectæis huic differentiæ respectu appetitus: quoniam est de secundariis differentiis nullam constituẽtibus passionem. Spes enim differt a desperatione, primo p simplicem accessum & recessum a bono arduo: p possibilitatem autem & impossibilitatem secundario. vnde & si desperatio passio sensitiua non causatur nisi a bono arduo æstimato impossibili, desperatio tamen in voluntate causatur quãdoque ex bono arduo futuro æstimato, quod non erit, quãmuis creditur possibile: vt præ se ferunt credentes deum omnipotentem ad superandum omnia peccata mundi: & quia æstimantes sunt, sibi nunquàm dãdam veniam, desperãt de vita æterna: aliquid tamen perfectionis habet hęc litera manifestatur ex hoc, quòd

QVAESTIO XL.

De passionibus irascibilis, & primo de spe & desperatione, in octo articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de passionibus irascibilis.

Et primo, De spe, & desperatione. Secundo, De timore, & audacia. Tertio, De ira.

Circa primum quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum spes sit idem qd desiderium, vel cupiditas.

¶ Secũdo, Vtrum spes sit in vi apprehẽsiua, vel in vi appetitiua.

¶ Tertio, Vtrum spes sit in brutis animalibus.

¶ Quarto, Vtrum spei contrarietur desperatio.

¶ Quinto, Vtrum causa spei sit experientia.

¶ Sexto, Vtrum in iuuenibus, & ebriosis spes abundet.

¶ Septimo, De ordine spei ad amorem.

¶ Octauo, Vtrum spes conferat ad operationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum spes sit idem quod desiderium, uel cupiditas.

Ad primvm sic procedit. Videtur quòd spes sit idẽ ꝙ desiderium siue cupiditas. Spes. n. ponitur vna quatuor principaliũ passionum: sed Aug. enumerans quatuor principales passiones, ponit cupiditatem loco spei, vt patet in 14. † de Ciuit. Dei. ergo spes est idem qd cupiditas siue desideriũ.

¶ 2 Præt. Passiones differũt secundũ obiecta: sed idem est obiectum spei & cupiditatis, siue desiderij, .s. bonũ futurum. ergo spes est idẽ quòd cupiditas, siue desideriũ. Si dicatur ꝙ spes addit supra desiderium possibilitatem adipiscẽdi bonum futurum: cõtra. Id quod per accidens se habet ad obiectum, nõ variat speciem passionis: sed possibile se habet p accidens ad bonum futurũ, quod est obiectũ cupiditatis, vel desiderij, & spei. ergo spes non est passio specie differens a desiderio, vel cupiditate.

Sed contra. Diuersarũ potentiarum sunt diuersæ passiones specie differẽtes: sed spes est in irascibili, desiderium autem & cupiditas in cõcupiscibili. ergo spes differt specie a desiderio & cupiditate.

Respon. Dicendũ, ꝙ spes passionis ex obiecto cõsideratur: circa obiectum aũt spei, quatuor cõditiones attendunt. Primo quidẽ, ꝙ sit bonum: non. n. proprie loquendo, est spes nisi de bono, & p hoc differt spes a timore, q est de malo. Secõdo, vt sit futurum: nõ. n. spes ẽ de presenti iã habito: & p hoc differt spes a gaudio, qd est de bono pñti. Tertio, requirit̃ ꝙ sit aliquid arduũ cũ difficultate adipiscibile: nõ. n. aliquis dr aliqd sperare minimũ, qd statim est i sua ptãte vt habeat. & p hoc differt spes a desiderio vel cupiditate, q̃ ẽ de bono futuro absolute, vñ pertinet ad cõcupiscibilẽ, spes aũt ad irascibilẽ. Quarco, ꝙ illud arduũ sit possibile adipisci: non. n. aliquis sperat id qd oĩno adipisci nõ põt, & fm hoc differt spes a desperatione. Sic ergo patet, ꝙ spes differt a desiderio, sicut differũt passiones irascibilis a passiõib⁹ cõcupiscibilis, & pp hoc spes p̃sup ponit desideriũ: sicut & oẽs passiones irascibilis p̃sup ponunt passiones cõcupiscibilis, vt supra dictũ est. * q. 25. ar. 2

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Augu. ponit cupiditatem loco spei pp hoc, ꝙ vtrunq; respicit bonum futurum. Et quia bonum quod non est arduum, quasi nihil reputatur, vt sic cupiditas maxime videatur tendere in bonum arduum, in quod etiam tendit spes.

Ad 2^m dicendum, quòd obiectum spei non est bonum futurum absolute: sed cum arduitate & difficultate adipiscendi, vt dictum est. * * In cor. ar.

Ad 3^m dicendũ, ꝙ obiectum spei non tm̃ addit possibilitatem super obiectum desiderij, Sed ẽt arduitatẽ, quæ ad aliã potentiã facit spem pertinere. s. ad irascibilem, quæ respicit arduum, vt in 1. dictum est.* Possibile aũt & impossibile nõ omnino p accidens se hñt ad obiectum appetitiuæ virtutis. Nã appetitus est principiũ motionis: nihil aũt mouet ad aliquid nisi sub ratiõe possibilis. nullus. n. mouetur ad id, qd existimat impossibile adipisci: & propter hoc spes differt a desperatione fm differẽtiam possibilis, & impossibilis. * p. p. q. 81. articu. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum spes sit in vi apprehensiua, an in vi appetitiua.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd spes pertineat ad vim cognitiuã. Spes enim videt esse expectatio quædam. dicit. n. Apostolus Ro. 8. 2. 2. q. 18. artic. 1. cor. & 3. d. 26. q. 1. ar. 1. cor. Et q. 2. artic. 2. cor. Et ver. q. 4 artic. 2. corpo.

† Lib. 14. c. 7. 8. & 9. to

Si autem quod non videmus, speramus, p patiẽtiam expectam*: sed expectatio vĩ ad vim cognitiuã ptinere, cuius est expectare. ergo spes ad cognitiuã ptinet.

¶ 2 Præt. Idẽ est, vt vĩ, spes quod fiducia: vñ & sperãtes confidentes vocamus, quasi pro eodẽ vtentes eo, qd est confidere & sperare: sed fiducia sicut & fides, videtur ad vim cognitiuam pertinere. ergo & spes.

¶ 3 Præt. Certitudo est proprietas cognitiuæ virtutis: sed certitudo attribuitur spei. ergo spes ad vim cognitiuam pertinet.

* Art. præc.

SED CONTRA. Spes est de bono, sicut dictum est.* Bonũ autem inquantum huiusmodi, nõ est obiectum cognitiuæ, sed appetitiuę virtutis. ergo spes non pertinet ad cognitiuam, sed ad appetitiuam virtutem.

RESPON. Dicendum, q̃ cum spes importet extensionem quandam appetitus in bonum, manifeste pertinet ad appetitiuam virtutem. Motus. n. ad res pertinet proprie ad appetitum: actio vero virtutis cognitiuæ perficitur non secundum motum cognoscẽtis ad res, sed potius secũdum quod res cognitæ sunt in cognoscente. Sed quia vis cognitiua mouet appetitiuã, repræsentando ei suum obiectum, fm diuersas rationes obiecti apprehensi subsequũtur diuersi motus in vi appetitiua. Alius. n. motus sequit̃ in appetitu ex apprehensione boni, & alius ex apprehensione mali: & similiter alius motus ex apprehẽsione præsentis & futuri, absoluti & ardui, possibilis & impossibilis: & secundum hoc spes est motus appetitiuæ virtutis, cõsequens apprehensionem boni futuri ardui possibilis adipisci. i. extẽsio appetitus in huiusmodi obiectum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quia spes respicit ad bonũ possibile, insurgit dupliciter hoi motus spei, sicut dupliciter est ei aliquid possibile. s. secundũ propriã virtutem, & fm virtutem alteri*. Quòd ergo aliquis sperat p propriam virtutem adipisci, non dr expectare, sed sperare tm̃, sed proprie dicitur expectare, qd sperat ex auxilio virtutis alienę, vt dicatur expectare, quasi ex alio spectare, inquantum. s. vis apprehensiua præcedens non solũ respicit ad bonum qd intendit adipisci, sed etiã ad illud cuius virtute adipisci speratfm illud Eccl. 51. Respiciens erã ad adiutoriũ hominum. Motus ergo spei q̃nq; dicitur expectatio propter inspectionem virtutis cognitiuæ præcedentem.

AD 2m dicendum, q̃ illud quod homo desiderat, & estimat se posse adipisci, credit se adepturum, & ex tali fide in cognitiua præcedente, motus sequẽs in appetitu, fiducia nominatur. Denominatur. n. motus appetitiuus a cognitione præcedente, sicut effectus ex causa magis nota: magis enim cognoscit vis apprehẽsiua suum actum, quàm actum appetitiuæ.

AD 3m dicendum, q̃ certitudo attribuitur motui nõ solum appetitus sensitiui, sed etiam appetitus naturalis: sicut dicitur, quòd lapis certitudinaliter tendit deorsum, & hoc propter infallibilitatem quam habet ex certitudine cognitionis, quæ præcedit motum appetitus sensitiui, vel etiam naturalis.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ Articulum tertium.*

g.d.26.q.1. artic.1.cor.

IN articu. 3. omisso 2. dubium occurrit de eo quod dicit, quòd bruta non cognoscunt futura, videtur enim hoc

* Li.2.Ort. fidei ca.12. in fine.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes sit in brutis animalibus.

AD TERTIVM sic procedit. Videt̃ q̃ in brutis animalibus nõ sit spes. Spes enim est de futuro bono, vt Damas. dicit: sed cognoscere futura non ptinet ad animalia bruta, quę habent solum cognitionem sensituam, quæ non est futurorum. ergo spes non est in brutis animalibus.

¶ 2 Præt. Obiectum spei est bonum possibile adipisci: sed possibile & impossibile sunt quædã differẽtiæ veri & falsi, quæ solũ sunt in mente, vt Philosoph. dicit in 6. Meta.* ergo spes non est in brutis animalibus, in quibus non est mens.

¶ 3 Præt. Aug.* dicit super Gen. ad literam, quòd animalia mouentur visis: sed spes nõ est de eo quod videtur. Nã quod videt quis, quid sperat? vt dicitur Ro. 8. ergo spes non est in brutis animalibus.

SED CONTRA. Spes est passio irascibilis: sed in brutis animalib* est irascibilis. ergo & spes.

RESPON. Dicendũ, q̃ interiores passiones aialium ex exterioribus motibus deprehendi pñt, ex quibus apparet, q̃ in aialibus brutis est spes. Si. n. canis videat leporẽ, aut accipiter auẽ nimis distantem, non mouetur ad ipsam, quasi non sperans se eã posse adipisci: si autẽ sit in propinquo, mouet̃ quasi sub spe adipiscẽdi. Vt n. supra dictũ est,* appetitus sensitiuus brutorũ aialiũ, & etiã appetitus naturalis rerũ insensibilium, sequunt̃ apprehẽsionẽ alicuius intellectus, sicut & appetitus naturæ intellectiuæ, qui dr voluntas. Sed in hoc est differẽtia, q̃ voluntas mouetur ex apprehensione intellectus cõiuncti, sed motus appetitus naturalis sequit̃ apprehẽsionem intellectus separati, qui naturam instituit: & similiter appetitus sensitiuus brutorum animalium, quę etiam quodam instinctu naturali agunt. Vnde in operibus brutorum animaliũ, & aliarum rerum naturalium, apparet similis processus, sicut & ĩ artis operibus: & p hũc modum in animalibus brutis est spes, & desperatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quàmuis bruta aialia nõ cognoscant futurum, tñ ex instinctu naturali mouetur aial ad aliquid in futurum, ac si futurũ præuideret. hmõi. n. instinctus est eis indit* ab intellectu diuino p̃uidente futura.

AD 2m dicendum, q̃ obiectum spei nõ est possibile, prout est quędam differentia veri. sic enim consequitur habitudinẽ prædicati ad subiectum: sed obiectum spei est possibile, quod dicitur secundum aliquam potẽtiam. sic enim distinguitur possibile in 5. Metaph.* sci licet, in duo possibilia prædicta.

AD 3m dicendum, quòd licet id quod est futurum, non cadat sub

& contra sensum, & cõtra rationem. Cõtra sensum quidem, quia mouẽtur ad futura, & appetunt illa: timent futura, & cauent ab illis. Contra rationem vero, quia ad perfectionẽ animalis perfecti exigitur, quòd cognoscat quicquid sibi cõueniens, aut disconueniens est infra latitudinem cognoscibilium per animam sensitiuam, alioquin natura defeciẽt: sed pars sensitiua extendit se ad temporis perceptionem, vt patet in memoria & distantia, quæ secundum tempus sunt cõuenientia, & nociua animalibus, vt patet in his quæ timentur, & sperantur. ergo animal perfectum debet percipere futura, quæ sunt absentia secundum tempus, sicut cognoscit distãtia secundum locum.

¶ Ad euidentiam huius ambiguitatis sciendum est, quòd ex exterioribus motibus manifeste apparet, in animalibus rationabilib* esse appetitum motus respectu futuri, & boni, vt patet de spe, & desperatione: & mali, vt patet de timore. hæc autem apprehensiua ducit necessario intellectum ad alterã duarum causarum, naturam scilicet, vel apprehensionem futuri. Oportet enim vel ex instinctu ad hæc moueri, vel ex ipso obiecto cognito. Et si quidem ponitur, quòd animalia timent, & sperant non ex cognito futuro, sed ex naturæ instinctu, minus nobilia ponũtur animalia. Manifestum est enim, quòd nobilius est apperere per apprehensionem, q̃ per naturam, & q̃ proprium motiuum animalis est appetibile cognitum, vt patet in 3. de anima. vñ de appetere non ex obiecto cognito, ex defectu cognitionis prouenit, & ad ignobilitatem appetentis spectat, si vero creditur quòd animalia timẽt & sperant ex obiecto futuro cognito, tunc animalia ponuntur nobiliter appetere, vtpote ex propria causa appetitus animalis. Et seruatur vniformitas passionum eorum: quoniam sicut amant & odiunt, delectãtur & tristantur animaliter ex propriis obiectis illarum passionum cognitis mota, ita timẽt &c. Et licet de nobilitate non sit dubiũ, de veritate tñ quæstio est. Cum enim ex possibilib* faciat natura melius, nec vllam perfectionem possibilem inueniri in aliquo genere deneget, & appetere futura cognita, si ponerẽtur, esset non paruæ perfectionis in natura sensitiua, ad hoc tota quæstio deuenit, an sit possibile cognoscere futura notitia pure sensitiua. Si enim possibile est, negandum nullo pacto est inueniri in animalibus, si autem impossibile, non defecit natura, sed suppleuit instinctu, quod impossibile erat fieri ab obiecto, vt animalia saluarent̃. Ad perspiciendum autem hoc, oportet cauere ne fallamur, intuendo cognitionem sensitiuã in nobis: quoniam in nobis ex cõiunctione ad partem intellectiuã plus aliqd sortita est, quàm sua puritas se extendit, vt patet de reminiscentia, quæ est actus partis sensitiuæ, vt dicitur in lib. de Memoria & reminiscentia: & tamen soli homini conuenit propter causam iam dictam. Ex actibus quoque ipsorum animalium sali possumus facile: quia cum ex duabus supradictis possint procedere causis, si vna illarum determinate inferatur, erit sophisma consequentis: nec est voluntarium aut temerarium affirmare appetitum animalem futuri, & dubitare de causa eius, an sit cognitio futuri in appetente existens, an in datore naturæ: quoniam manifeste videmus, in animalibus quosdam actus ex syllogismo procedentes, vt patet ex supradictis, & tamen causam eorum non dicimus discursum in eis, sed instinctum naturę ab arte diuina impressum, ordinate mouentem, sicut in horologiis artis ordo relucet, & ordinate sonat. sublata ergo via ex experientia in nobis, & ex actibus posterioribus in aialibus, ex ipsa natura cognitionis sensitiuæ & futuri, inuestigãdũ hoc restat: futurũ, cum sit temporis differentia, constat quòd perceptibile est sensitiua cognitione, quatenus tempus est: quoniam memoria temporis præteritum cognoscit determinate, vt heri, & indeterminate, vt olim. Memoramur enim & quòd heri vidimus, & q̃ olim non certo nobis die audiuimus hoc: vnde si futurum perceptioni sensus repręsentat ex ratione propria, qua futurum est, oportet q̃ hoc habeat vt non secundum id, in quo conuenit cum præterito. & ex hoc apparet, quòd futurum ex hoc, quòd non est in seipso, non repugnat perceptioni sensitiuæ: in hoc enim conuenit cum præterito, neutrũ enim est in seipso: & tamen illud percipitur memorando: propriũ autem futuro, vt distinguitur contra præteritum & præsens, est non esse, nec fuisse, ac per hoc non immutare nec immutasse sensum. & quoniam non aliter percipitur tempus a parte sensitiua, nisi per immutationem, ideo futurum repugnat perceptioni sensitiuæ. Cum enim tempus sit numerus motus secundum prius & posterius, non aliter percipitur sensu tempus, nisi percipiendo quandam distantiam successiuam ab illa mutatione vsque ad illam: & sic depictis in parte sensitiua hac & illa mutatione percipitur tẽpus, propter quod illius tantum temporis præteriti meminimus, cuius immutatio aliqua depicta retinetur. vnde cum futuri immutationes nõ sint in anima pictæ, quãdiu futurum est, imperceptibile erit in sensitiua parte futurum, vt sic. Et propterea in litera dicitur, quòd bruta non percipiunt futura, sed spes, & similiter timor: & vniuersaliter quælibet passio irascibilis in eis est motus animalis appetitus secundum substantiam, quia est actus secundus elicitus ex cognitione, seu obiecto cognito ab appetente causatus: sed est naturalis secundum quid, pro quanto natura supplet, non obiectum cognitum (quia, vt in litera dicitur, ex presenti cognito sperant) sed proprietatem eius: quia sperant futurum, & nõ ex futuro ab eis cognito mouentur. Scito tamen cum his, quòd sicut magna est differentia in dicendo, A est futurũ, & dicendo, A erit: quoniam cum veritate primæ, stat falsitas secundæ, vt dicitur in De somno & vig. ita in essendo, quoniam ab eo quòd res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa: & similiter in repręsentando, immutãdo, & cognoscendo. primum enim ad id, quod in præsenti de futuro præuenit, idest causas futuri, spectat: secundũ ad ipsum qd futurum est. cum. n. dicimus pluuiam futurã, causas pluuiæ significamus ad esse præparatas ad eã. cũ autem dicimus, pluuia erit, ipsam pluuiam ponendam in esse dicimus: vbi manifeste liquet, quòd si causæ illæ impediuntur, secundum dictum nõ fuit verum, sed primum tantum: & consequenter aliud & aliud esse significabatur, vt dictũ est. Quia igitur aliud est nosse, quòd A est futurum, & aliud quòd A erit, & differunt penes differentiam præsentis & futuri, quia dum cognoscitur quòd A est futurum, cognoscitur præsens præparatio futuri. dum cognoscitur vero quòd A erit, cognoscitur ipsum futurũ: & sensitiuæ cognitioni non præsens, sed futurum repugnat, consequens est, quòd licet sensitiua pars non possit percipere quod quam timet, percussio comminata erit, aut quòd captio prædæ separata erit, non prohibetur tamen percipere, quòd futura est. sicut enim ouis videns lupũ, ex sensatis speciebus elicit, & percipit inimicũ: ita canis videns leporem sic distantẽ, elicit & percipit prędã futurã. Nihil video huic obstare: futuritio. n. sicut & præteritio, inter intentiones elicitas ex speciebus sensatis numeranda vĩ. pp q̃ non est extra genus perceptibiliũ sensu, & est præsens. pp quod immutare potest sensitiuã partem, & latet sub speciebus sensatis in respectu ad talia animalia. Sicut enim inimicitia defertur cum speciebus sensatis ex lupo ab oue, & nõ cũ eiusdem sensatis ab alio lupo: ita intentio futuræ pluuiæ, prædæ, læsionis, vindictæ &c. defertur animalibus istis, & non aliis, nisi forte quis dicat, quòd quia intentio futuri refert non ens: dicit enim habitudinem præparationis ad id, quod futurum est, quod constat non esse, & nisi cognoscatur præparatio illa, vt sic, non percipitur intentio futuri. Sed hoc non obstare videtur, quia sicut animalia non negantur percipere possibile vel impossibile, vt sunt differentiæ potentiarum, vt in litera dicitur in responsione ad secundum: ita nec huiusmodi intentiones futurorum. Quòd autem animalia cognoscant possibile eis, vel impossibile ex eo apparet, quòd canis motus ad capiendã coturnicem in aliquanta distantia, eandẽ cõturnicem magis sibi appropinquantem super arborem se locantem miratur, & desistit a motu appetens illam. hæc enim diuersitas non ex parte appetitus, sed cognitionis prouenit, permanet siquidem in appetitu, sed apprehendit impossibilem sibi peruentionem vsq; ad illam illic, quam prius alibi apprehendebat possibilem: neutrum tamen cognoscit comparando potentiam ad actum,

Supe. q.23. artic.2.cor. fin. & præsent.q.ar.1. c. & ad 3. Et 3.dist.26.q. 2.ar.1. cor. Et veri.q.4 art. 1. c. *ver.17. to mo 3.

¶23.art.2.

malia timẽt & sperant ex obiecto futuro cognito, tunc animalia ponuntur nobiliter appetere, vtpote ex propria causa appetitus animalis. Et seruatur vniformitas passionum eorum: quoniam sicut amant & odiunt, delectãtur & tristantur animaliter ex propriis obiectis illarum passionum cognitis mota, ita timẽt &c. Et licet de nobilitate non sit dubiũ, de veritate tñ quæstio est. Cum enim ex possibilib* faciat natura melius, nec vllam perfectionem possibilem inueniri in aliquo genere deneget, & appetere futura cognita, si ponerẽtur, esset non paruæ perfectionis in natura sensitiua, ad hoc tota quæstio deuenit, an sit possibile cognoscere futura notitia pure sensitiua. Si enim possibile est, negandum nullo pacto est inueniri in animalibus, si autem impossibile, non defecit natura, sed suppleuit instinctu, quod impossibile erat fieri ab obiecto, vt animalia saluarent̃. Ad perspiciendum autem hoc, oportet cauere ne fallamur, intuendo cognitionem sensitiuã in nobis: quoniam in nobis ex cõiunctione ad partem intellectiuã plus aliqd sortita est, quàm sua puritas se extendit, vt patet de reminiscentia, quæ est actus partis sensitiuæ, vt dicitur in lib. de Memoria & reminiscentia: & tamen soli homini conuenit propter causam iam dictam. Ex actibus quoque ipsorum animalium sali possumus facile: quia cum ex duabus supradictis possint procedere causis, si vna illarum determinate inferatur, erit sophisma consequentis: nec est voluntarium aut temerarium affirmare appetitum animalem futuri, & dubitare de causa eius, an sit cognitio futuri in appetente existens, an in datore naturæ: quoniam manifeste videmus, in animalibus quosdam actus ex syllogismo procedentes, vt patet ex supradictis, & tamen causam eorum non dicimus discursum in eis, sed instinctum naturę ab arte diuina impressum, ordinate mouentem, sicut in horologiis artis ordo relucet, & ordinate sonat. sublata ergo via ex experientia in nobis, & ex actibus posterioribus in aialibus, ex ipsa natura cognitionis sensitiuæ & futuri, inuestigãdũ hoc restat: futurũ, cum sit temporis differentia, constat quòd perceptibile est sensitiua cognitione, quatenus tempus est: quoniam memoria temporis præteritum cognoscit determinate, vt heri, & indeterminate, vt olim. Memoramur enim & quòd heri vidimus, & q̃ olim non certo nobis die audiuimus hoc: vnde si futurum perceptioni sensus repręsentat ex ratione propria, qua futurum est, oportet q̃ hoc habeat vt non secundum id, in quo conuenit cum præterito. & ex hoc apparet, quòd futurum ex hoc, quòd non est in seipso, non repugnat perceptioni sensitiuæ: in hoc enim conuenit cum præterito, neutrũ enim est in seipso: & tamen illud percipitur memorando: propriũ autem futuro, vt distinguitur contra præteritum & præsens, est non esse, nec fuisse, ac per hoc non immutare nec immutasse sensum. & quoniam non aliter percipitur tempus a parte sensitiua, nisi per immutationem, ideo futurum repugnat perceptioni sensitiuæ. Cum enim tempus sit numerus motus secundum prius & posterius, non aliter percipitur sensu tempus, nisi percipiendo quandam distantiam successiuam ab illa mutatione vsque ad illam: & sic depictis in parte sensitiua hac & illa mutatione percipitur tẽpus, propter quod illius tantum temporis præteriti meminimus, cuius immutatio aliqua depicta retinetur. vnde cum futuri immutationes nõ sint in anima pictæ, quãdiu futurum est, imperceptibile erit in sensitiua parte futurum, vt sic. Et propterea in litera dicitur, quòd bruta non percipiunt futura, sed spes, & similiter timor: & vniuersaliter quælibet passio irascibilis in eis est motus animalis appetitus secundum substantiam, quia est actus secundus elicitus ex cognitione, seu obiecto cognito ab appetente causatus: sed est naturalis secundum quid, pro quanto natura supplet, non obiectum cognitum (quia, vt in litera dicitur, ex presenti cognito sperant) sed proprietatem eius: quia sperant futurum, & nõ ex futuro ab eis cognito mouentur. Scito tamen cum his, quòd sicut magna est differentia in dicendo, A est futurũ, & dicendo, A erit: quoniam cum veritate primæ, stat falsitas secundæ, vt dicitur in De somno & vig. ita in essendo, quoniam ab eo quòd res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa: & similiter in repręsentando, immutãdo, & cognoscendo. primum enim ad id, quod in præsenti de futuro præuenit, idest causas futuri, spectat: secundũ ad ipsum qd futurum est. cum. n. dicimus pluuiam futurã, causas pluuiæ significamus ad esse præparatas ad eã. cũ autem dicimus, pluuia erit, ipsam pluuiam ponendam in esse dicimus: vbi manifeste liquet, quòd si causæ illæ impediuntur, secundum dictum nõ fuit verum, sed primum tantum: & consequenter aliud & aliud esse significabatur, vt dictũ est. Quia igitur aliud est nosse, quòd A est futurum, & aliud quòd A erit, & differunt penes differentiam præsentis & futuri, quia dum cognoscitur quòd A est futurum, cognoscitur præsens præparatio futuri. dum cognoscitur vero quòd A erit, cognoscitur ipsum futurũ: & sensitiuæ cognitioni non præsens, sed futurum repugnat, consequens est, quòd licet sensitiua pars non possit percipere quod quam timet, percussio comminata erit, aut quòd captio prædæ separata erit, non prohibetur tamen percipere, quòd futura est. sicut enim ouis videns lupũ, ex sensatis speciebus elicit, & percipit inimicũ: ita canis videns leporem sic distantẽ, elicit & percipit prędã futurã. Nihil video huic obstare: futuritio. n. sicut & præteritio, inter intentiones elicitas ex speciebus sensatis numeranda vĩ. pp q̃ non est extra genus perceptibiliũ sensu, & est præsens. pp quod immutare potest sensitiuã partem, & latet sub speciebus sensatis in respectu ad talia animalia. Sicut enim inimicitia defertur cum speciebus sensatis ex lupo ab oue, & nõ cũ eiusdem sensatis ab alio lupo: ita intentio futuræ pluuiæ, prædæ, læsionis, vindictæ &c. defertur animalibus istis, & non aliis, nisi forte quis dicat, quòd quia intentio futuri refert non ens: dicit enim habitudinem præparationis ad id, quod futurum est, quod constat non esse, & nisi cognoscatur præparatio illa, vt sic, non percipitur intentio futuri. Sed hoc non obstare videtur, quia sicut animalia non negantur percipere possibile vel impossibile, vt sunt differentiæ potentiarum, vt in litera dicitur in responsione ad secundum: ita nec huiusmodi intentiones futurorum. Quòd autem animalia cognoscant possibile eis, vel impossibile ex eo apparet, quòd canis motus ad capiendã coturnicem in aliquanta distantia, eandẽ cõturnicem magis sibi appropinquantem super arborem se locantem miratur, & desistit a motu appetens illam. hæc enim diuersitas non ex parte appetitus, sed cognitionis prouenit, permanet siquidem in appetitu, sed apprehendit impossibilem sibi peruentionem vsq; ad illam illic, quam prius alibi apprehendebat possibilem: neutrum tamen cognoscit comparando potentiam ad actum,

Supe. q.23. artic.2.cor. fin. & præsent.q.ar.1. c. & ad 3. Et 3.dist.26.q. 2.ar.1. cor. Et veri.q.4 art. 1. c. *ver.17. to mo 3.

¶23.art.2.

ARTIC. III. ARTIC. IIII.

Si autem quod non videmus, speramus, p patiẽtiam expectam*: sed expectatio vĩ ad vim cognitiuã ptinere, cuius est expectare. ergo spes ad cognitiuã ptinet.

¶ 2 Præt. Idẽ est, vt vĩ, spes quod fiducia: vñ & sperãtes confidentes vocamus, quasi pro eodẽ vtentes eo, qd est confidere & sperare: sed fiducia sicut & fides, videtur ad vim cognitiuam pertinere. ergo & spes.

¶ 3 Præt. Certitudo est proprietas cognitiuæ virtutis: sed certitudo attribuitur spei. ergo spes ad vim cognitiuam pertinet.

* Art. præc.

SED CONTRA. Spes est de bono, sicut dictum est.* Bonũ autem inquantum huiusmodi, nõ est obiectum cognitiuæ, sed appetitiuę virtutis. ergo spes non pertinet ad cognitiuam, sed ad appetitiuam virtutem.

RESPON. Dicendum, q̃ cum spes importet extensionem quandam appetitus in bonum, manifeste pertinet ad appetitiuam virtutem. Motus. n. ad res pertinet proprie ad appetitum: actio vero virtutis cognitiuæ perficitur non secundum motum cognoscẽtis ad res, sed potius secũdum quod res cognitæ sunt in cognoscente. Sed quia vis cognitiua mouet appetitiuã, repræsentando ei suum obiectum, fm diuersas rationes obiecti apprehensi subsequũtur diuersi motus in vi appetitiua. Alius. n. motus sequit̃ in appetitu ex apprehensione boni, & alius ex apprehensione mali: & similiter alius motus ex apprehẽsione præsentis & futuri, absoluti & ardui, possibilis & impossibilis: & secundum hoc spes est motus appetitiuæ virtutis, cõsequens apprehensionem boni futuri ardui possibilis adipisci. i. extẽsio appetitus in huiusmodi obiectum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quia spes respicit ad bonũ possibile, insurgit dupliciter hoi motus spei, sicut dupliciter est ei aliquid possibile. s. secundũ propriã virtutem, & fm virtutem alteri*. Quòd ergo aliquis sperat p propriam virtutem adipisci, non dr expectare, sed sperare tm̃, sed proprie dicitur expectare, qd sperat ex auxilio virtutis alienę, vt dicatur expectare, quasi ex alio spectare, inquantum. s. vis apprehensiua præcedens non solũ respicit ad bonum qd intendit adipisci, sed etiã ad illud cuius virtute adipisci speratfm illud Eccl. 51. Respiciens erã ad adiutoriũ hominum. Motus ergo spei q̃nq; dicitur expectatio propter inspectionem virtutis cognitiuæ præcedentem.

AD 2m dicendum, q̃ illud quod homo desiderat, & estimat se posse adipisci, credit se adepturum, & ex tali fide in cognitiua præcedente, motus sequẽs in appetitu, fiducia nominatur. Denominatur. n. motus appetitiuus a cognitione præcedente, sicut effectus ex causa magis nota: magis enim cognoscit vis apprehẽsiua suum actum, quàm actum appetitiuæ.

AD 3m dicendum, q̃ certitudo attribuitur motui nõ solum appetitus sensitiui, sed etiam appetitus naturalis: sicut dicitur, quòd lapis certitudinaliter tendit deorsum, & hoc propter infallibilitatem quam habet ex certitudine cognitionis, quæ præcedit motum appetitus sensitiui, vel etiam naturalis.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ Articulum tertium.*

g.d.26.q.1. artic.1.cor.

IN articu. 3. omisso 2. dubium occurrit de eo quod dicit, quòd bruta non cognoscunt futura, videtur enim hoc

* Li.2.Ort. fidei ca.12. in fine.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes sit in brutis animalibus.

AD TERTIVM sic procedit. Videt̃ q̃ in brutis animalibus nõ sit spes. Spes enim est de futuro bono, vt Damas. dicit: sed cognoscere futura non ptinet ad animalia bruta, quę habent solum cognitionem sensituam, quæ non est futurorum. ergo spes non est in brutis animalibus.

¶ 2 Præt. Obiectum spei est bonum possibile adipisci: sed possibile & impossibile sunt quædã differẽtiæ veri & falsi, quæ solũ sunt in mente, vt Philosoph. dicit in 6. Meta.* ergo spes non est in brutis animalibus, in quibus non est mens.

¶ 3 Præt. Aug.* dicit super Gen. ad literam, quòd animalia mouentur visis: sed spes nõ est de eo quod videtur. Nã quod videt quis, quid sperat? vt dicitur Ro. 8. ergo spes non est in brutis animalibus.

SED CONTRA. Spes est passio irascibilis: sed in brutis animalib* est irascibilis. ergo & spes.

RESPON. Dicendũ, q̃ interiores passiones aialium ex exterioribus motibus deprehendi pñt, ex quibus apparet, q̃ in aialibus brutis est spes. Si. n. canis videat leporẽ, aut accipiter auẽ nimis distantem, non mouetur ad ipsam, quasi non sperans se eã posse adipisci: si autẽ sit in propinquo, mouet̃ quasi sub spe adipiscẽdi. Vt n. supra dictũ est,* appetitus sensitiuus brutorũ aialiũ, & etiã appetitus naturalis rerũ insensibilium, sequunt̃ apprehẽsionẽ alicuius intellectus, sicut & appetitus naturæ intellectiuæ, qui dr voluntas. Sed in hoc est differẽtia, q̃ voluntas mouetur ex apprehensione intellectus cõiuncti, sed motus appetitus naturalis sequit̃ apprehẽsionem intellectus separati, qui naturam instituit: & similiter appetitus sensitiuus brutorum animalium, quę etiam quodam instinctu naturali agunt. Vnde in operibus brutorum animaliũ, & aliarum rerum naturalium, apparet similis processus, sicut & ĩ artis operibus: & p hũc modum in animalibus brutis est spes, & desperatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quàmuis bruta aialia nõ cognoscant futurum, tñ ex instinctu naturali mouetur aial ad aliquid in futurum, ac si futurũ præuideret. hmõi. n. instinctus est eis indit* ab intellectu diuino p̃uidente futura.

AD 2m dicendum, q̃ obiectum spei nõ est possibile, prout est quędam differentia veri. sic enim consequitur habitudinẽ prædicati ad subiectum: sed obiectum spei est possibile, quod dicitur secundum aliquam potẽtiam. sic enim distinguitur possibile in 5. Metaph.* sci licet, in duo possibilia prædicta.

AD 3m dicendum, quòd licet id quod est futurum, non cadat sub

& contra sensum, & cõtra rationem. Cõtra sensum quidem, quia mouẽtur ad futura, & appetunt illa: timent futura, & cauent ab illis. Contra rationem vero, quia ad perfectionẽ animalis perfecti exigitur, quòd cognoscat quicquid sibi cõueniens, aut disconueniens est infra latitudinem cognoscibilium per animam sensitiuam, alioquin natura defeciẽt: sed pars sensitiua extendit se ad temporis perceptionem, vt patet in memoria & distantia, quæ secundum tempus sunt cõuenientia, & nociua animalibus, vt patet in his quæ timentur, & sperantur. ergo animal perfectum debet percipere futura, quæ sunt absentia secundum tempus, sicut cognoscit distãtia secundum locum.

¶ Ad euidentiam huius ambiguitatis sciendum est, quòd ex exterioribus motibus manifeste apparet, in animalibus rationabilib* esse appetitum motus respectu futuri, & boni, vt patet de spe, & desperatione: & mali, vt patet de timore. hæc autem apprehensiua ducit necessario intellectum ad alterã duarum causarum, naturam scilicet, vel apprehensionem futuri. Oportet enim vel ex instinctu ad hæc moueri, vel ex ipso obiecto cognito. Et si quidem ponitur, quòd animalia timent, & sperant non ex cognito futuro, sed ex naturæ instinctu, minus nobilia ponũtur animalia. Manifestum est enim, quòd nobilius est apperere per apprehensionem, q̃ per naturam, & q̃ proprium motiuum animalis est appetibile cognitum, vt patet in 3. de anima. vñ de appetere non ex obiecto cognito, ex defectu cognitionis prouenit, & ad ignobilitatem appetentis spectat, si vero creditur quòd animalia

Universidad de Deusto
Biblioteca

actum, aut præsens futurū, aut id quod est ei, quod erit: sic enim cognoscere rationis proprium est: sed simplici præsentatione simul offertur, vt quoddam factibile, aut quoddā imminens, ita quòd simul extrema quasi confunduntur oblata. Intellectus enim natus est adunata diuidere, & econtra perfecte: vis autem sensitiua interior riuus quidam nobilis intellectus, nata est etiā distinctā quasi vnire simplici tamē indistinctione: propter quod animalia non percipiunt sensu futura, neque possibilia, nisi quæ imminent nunc, quasi perceptio eorum nō tam se extendat ad futurum, quām ad quoddā præsens confusum, simili modo quo apud Grammaticos tēpus præsens ponitur. Et sic simul saluatur litera, quòd aialia nō cognoscūt futura: quia non apprehendunt ipsa, vt quia erunt, aut non erūt, qđ est ꝓprie cognoscere futura. Et quia etiam ipsa esse futura nō apprehendunt nisi imminentia, quod est apprehēdere intentionem futuri sub quodam præsenti confuso, & sustinetur quòd animalia mouentur ab obiecto proprio, scilicet futuro apprehenso ad timendum, sperandum, vindicandum &c. Apprehendere enim sic intentionem futuri, sufficit ad hæc. quòd si alicui hæc non faciunt satis, meliori instruatur rationi.

Infra q.42. art.5. ad 1. & q.45. ar. 3.cor.

*in princ. 2 lib. Eth.

Ar.1.huius quæst. *cap.13.circa med. tomo 6.

†rex.34. to mo 2.

Cap. 8. inter finē & med.cap.tomo 5. * art.1. huius quæst.

passionibus concupiscibilis: sed desperatio cōtrariatur ei solū ſm contrarietatē accessus & recessus.

Ad 2^m dicendum, ꝙ desperatio non respicit malū sub ratione mali: sed per accidens qnq; respicit malum inquantū facit impossibilitatem adipiscēdi: pōt aūt esse desperatio ex solo supexcessu boni.

Ad 3^m dicendum, ꝙ desperatio nō importat solā priuationē spei, sed importat quendam recessum a re desiderata pp æstimatam impossibilitatē adipiscendi, vnde desperatio præsupponit desiderium, sicut & spes. de eo enim qđ sub desiderio nostro non cadit, neq; spē, neq; desperationem habemus: & pp hoc etiam vtrunque eorum est de bono, qđ sub desiderio cadit.

ARTICVLVS V.

Vtrum causa spei sit experientia.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd experientia non sit causa spei. Experientia enim ad vim cognitiuam pertinet. vnde Philosophus dicit in 2.* Ethicor. quòd virtus intellectualis indiget experimento & tempore: spes autem nō est in vi cognitiua, sed in appetitiua, vt †dictum est. ergo experientia non est causa spei. ¶2 Præt. Philosophus dicit in 2.* Rhe. ꝙ senes sunt difficilis spei pp experientiā. ex quo videtur ꝙ experiētia sit causa defectus spei, sed non est idem causa oppositorum, ergo experientia nō est causa spei. ¶3 Præt. Philosophus dicit in 2.† de cœlo, ꝙ de omnibus enuntiare aliquid, & nihil prætermittere, quandoq; est signum stultitiæ: sed quòd homo tentet omnia, ad magnitudinē spei pertinere videtur: stultitia autem prouenit ex inexperientia. ergo inexperientia videtur esse magis causa spei, q̄ experiētia.

SED CONTRA est, qđ Philosophus dicit in 3.* Eth. ꝙ aliqui sunt bonæ spei propter multoties, & multos vicisse, qđ ad experientiam pertinet. ergo experiētia est causa spei.

RESPON. Dicendū, ꝙ, sicut* supra dictum est, spei obiectum est bonum futurum arduum possibile adipisci. Potest ergo aliquid esse causa spei, vel quia facit homini aliquid esse possibile, vel quia facit eum existimare aliquid esse possibile. Primo modo est causa spei omne illud, quod auget potestatem hominis, sicut diuitiæ & fortitudo, & inter cætera etiā experientia: nam per experientiam homo acquirit facultatem aliquid de facili faciendi, & ex hoc sequitur spes. vnde Vegetius dicit in lib. de re militari. Nemo facere metuit, quod se bene didicisse cōfidit. Alio modo est causa spei omne illud, quod facit alicui existimationem, ꝙ aliquid sit sibi possibile: & hoc modo & doctrina, & persuasio quælibet pōt esse causa spei: & sic etiā experientia est causa spei, inquantum. s. per experientiā fit homini existimatio, ꝙ aliquid sit sibi possibile, quod impossibile ante experiētiā reputabat. Sed per hunc modū experientia potest esse causa defectus spei, quia sicut per experientiam fit homini existimatio, ꝙ aliqd sibi sit possibile, qđ reputabat impossibile: ita econuerso per experientiam fit homini existimatio, ꝙ aliquid non sit sibi possibile, quod possibilē existimabat. Sic ergo experiētia est causa spei duobus modis: causa aūt defectus spei vno modo, & propter hoc magis dicere possumus eam esse causam spei.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ experientia in operabilibus non solum causat scientiam, sed etiam causat quendā habitum propter consuetudinem, qui facit operationem faciliorem: sed & ipsa virtus intellectualis facit ad potestatem facile operandi: demonstrat etiam aliquid esse possibile, & sic causat spem.

Ad 2^m dicendum, quòd in senibus est defectus spei propter experientiam, inquantum experientia facit existimationem impossibilis. Vnde ibidem subditur, quòd eis multa euenerunt in deterius.

Ad 3^m dicendum, quòd stultitia & inexperientia possunt esse causa spei quasi per accidens, removendo. s. scientiam, pp quam vere existimatur aliquid esse nō possibile: vnde ea ratione inexperientia est causa spei, qua experientia est causa defectus spei.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in iuuenibus & in ebriosis abundet spes.

Infra q.46. art.5. ad 3.

AD SEXTVM sic proceditur. Videt ꝙ iuuentus & ebrietas non sint causa spei. Spes. n. importat quandā certitudinē & firmitatem. Vnde ad Hebr. 6. Spes comparatur ancoræ: sed iuuenes & ebrij deficiunt a firmitate, habent enim animum de facili mutabilem. ergo iuuentus & ebrietas non est causa spei. ¶2 Præt. Ea quæ augent potestatem, maxime sunt causa spei, vt supra dictū est: * sed iuuēt⁹ & ebrietas quādā infirmitatē habent adiunctā. ergo non sunt cā spei. ¶3 Præ. Experiētia est cā spei, vt dictū est: * sed iuuenibus experientia deficit. ergo iuuentus non est cā spei.

Arist. primo Rhet. cap. 11. tomo 5.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. Ethico. * quòd inebriati sunt bene sperantes. & in 2. Rhet. dicitur, † quòd iuuenes sunt bonæ spei.

Cap. 8. inter finē & med. cap. tomo 5. † Cap. 12. tomo 5.

RESPON. Dicendum, ꝙ iuuentus est causa spei pp tria, vt Philosophus dicit in 2. Rhet. * & hæc tria possunt accipi ſm tres conditiones boni, quod est obiectum spei, quod est futurum, & arduū, & possibile, vt dictum est. Iuuenes enim multum habent de futuro, & parum de præterito: & ideo, quia memoria est præteriti, spes autem futuri, parum habent de memoria, sed multum viuunt in spe. Iuuenes etiam pp caliditatem naturæ habent multos spiritus, & ita in eis cor ampliatur: ex amplitudine autem cordis est, ꝙ aliquis ad ardua tendat: & ideo iuuenes sunt animosi & bonæ spei. Similiter etiam illi qui non sunt passi repulsam, nec experti impedimenta in suis conatibus, de facili reputant aliquid sibi possibile. vnde & iuuenes pp inexperiētiam impedimentorū & defectuum de facili reputant aliquid sibi possibile: & ideo sunt bonæ spei. Duo etiam istorum sunt in ebrijs. s. caliditas, & multiplicatio spirituum propter vinum. Et iterum inconsideratio periculorum, vel defectuum. Et propter eandem rationem etiā omnes stulti, & delibe-

Arist. 4. Eth. cap. 3. tomo 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in iuuenibus, & in ebrijs licet non sit firmitas secundum rei veritatē, est tamen in eis secundum eorum æstimationem: reputāt enim se firmiter assecuturos illud quod speraūt. Et similiter dicendum ad secundum, quòd iuuenes, & ebrij habent quidē infirmitatem secundum rei veritatem, sed secundum eorum existimationem habēt potestatem: quia suos defectus non cognoscunt.

Ad 3^m dicendum, ꝙ non solum experientia, sed ēt inexperiētia est quodāmodo causa spei, vt dictū est.

Ar. præced.

ARTICVLVS VII.

Vtrum spes sit causa amoris.

Supra q.27 art.4. ad 3. Et inf. q.62 art.4. ad 3. Et 2.2.q.17 ar.8.cor. & q.66.art.6. ad 2. Euer. q.4.artic.3. *lib. 14. ex 17. tom.5.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ spes non sit causa amoris: quia secundum Aug. 14. de Ciuita. Dei, * Prima affectionum animæ est amor: sed spes est quædam affectio animæ. amor ergo præcedit spem. non ergo spes causat amorem.

¶2 Præt. Desiderium præcedit spem: sed desiderium causatur ex amore, vt dictum est. † ergo etiam spes sequitur amorem. non ergo causat ipsum.

¶3 Præt. Spes cāt delectationē, vt supra dictū est: * sed delectatio nō est nisi de amato. ergo amor ꝓcedit spē.

†1.q.31.ar. 3. ad 2. q.35.ar.3.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 1. super illud, Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Iacob: dicit glo. †id est, fides spem, spes charitatem: charitas autem est amor. ergo amor ꝓcausatur a spe.

†glo. interlinearis. ibi dem.

RESPON. Dicendum, ꝙ spes duo respicere potest. Respicit enim sicut obiectum, bonum speratum: sed quia bonum speratum est arduum possibile, aliquando autem sit aliquod arduum possibile nobis, nō per nos, sed per alios, ideo spes etiam respicit illud, per quod fit nobis aliquid possibile. Inquantū igitur spes respicit bonum speratum, spes ex amore causatur: nō enim est spes nisi de bono desiderato & amato. inquantū vero spes respicit illum, per quem fit aliquid nobis possibile, sic amor causatur ex spe, & non econuerso. Ex hoc enim, quòd per aliquem speramus nobis posse prouenire bona, mouemur in ipsum sicut in bonum nostrum, & sic incipimus ipsum amare. Ex hoc autem quòd amamus aliquem, non speramus de eo nisi per accidens, inquantum. s. credimus nos reamari ab ipso. vnde amari ab aliquo facit nos sperare de eo, sed amor eius causatur ex spe, quam de eo habemus. Et per hæc patet responsio ad obiecta.

Arist. primo Rhet. cap. 11. tomo 5. Cap. 8. inter finē & med. cap. tomo 5. † Cap. 12. tomo 5. Lib. 3. de anima cap. 9. tomo 3.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum spes conferat ad operationem, vel magis impediat.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd spes non adiuuet operationem, sed magis impediat. Ad spem enim securitas pertinet: sed securitas parit negligentiam, quæ impedit operationem. ergo spes impedit operationem.

¶2 Præt. Tristitia impedit operationem, vt supra dictum est: * sed spes quandoque causat tristitiam. dicitur enim Prouerb. 13. Spes quæ differtur, affligit animam. ergo spes impedit operationem.

¶3 Præt. Desperatio contrariatur spei, vt dictum est: * sed desperatio maxime in rebus bellicis adiuuat operationem. dicitur enim 2. Reg. 12. quòd periculosa res est desperatio. ergo spes facit contrarium effectū, impediendo scilicet operationem.

¶ 3. ar. 3. Arist. 4.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Corin. 9. A Quòd qui arat, debet arare in spe fructus percipiendi: & eadem ratio est in omnibus alijs.

RESPON. Dicendum, quòd spes per se habet quòd adiuuet operationem intendēdo ipsam, & hoc ex duobus. Primo quidē ex ratione ſui obiecti, quod est bonum arduum possibile. existimatio enim ardui excitat attentionem: existimatio vero possibilis non retardat conatum: vnde sequitur quòd homo intente operetur propter spem. Secundo vero ex ratione ſui effectus: spes enim, vt supra dictum est, * causat delectationem, quæ adiuuat operationem, vt supra dictum est: vnde spes operationem adiuuat.

q.32.art.3. ad 2. & q. 33.art.4. & q.35.art.3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd spes respicit bonum consequendum, securitas autem respicit malum vitandum: vnde securitas magis videtur opponi timori, quàm ad spem pertinere: & tamen securitas non causat negligentiam, nisi inquantum diminuit existimationem ardui, in quo etiam diminuitur ratio spei. Illa enim in quibus homo nullum impedimentum timet, quasi iam non reputātur ardua.

B

AD 2^m dicendū, ꝙ spes per se causat delectationē, sed p accidēs est, vt causet tristitiā, vt supra dictū est. *

q.32.art 3. ad 2.

AD 3^m dicendum, quòd desperatio in bello fit periculosa propter aliquam spem adiunctam. Illi enim qui desperant de fuga, debilitantur in fugiendo, sed sperant mortem ſuam vindicare: & ideo ex hac spe C acrius pugnant, vnde periculosi hostibus fiunt.

QVAESTIO XLI.

De timore secundum se, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionem quadragesimam primam.*

CONSEQVENTER cōsiderādū est primo de timore, & secūdo de audacia.

Circa timorē cōsideranda sunt quatuor. Primo, De ipso timore. Secundo, De obiecto eius. Tertio, De causa ipsi⁹. Quarto, De effectu.

D

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum timor sit passio animæ.

¶ Secūdo, Vtrū sit specialis passio.

¶ Tertio, Vtrum sit aliquis timor naturalis.

¶ Quarto, De speciebus timoris.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum timor sit passio animæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ timor nō sit passio animæ. Dicit enim Damasc. in lib. 3.* quòd timor est virtus secundū ſvstolen, id est, cōtractionē, essentiæ desiderativa: sed nulla virtus est passio, vt probatur in 2. Eth.† ergo timor non est passio.

E

¶2 Præt. Omnis passio est effectus ex presentia agentis pueniens: sed timor non est de aliquo præsenti, sed de futuro, vt Dam.* dicit in 2. lib. ergo timor non est passio.

¶ 3 Præt.

Infra art. 2 cor.

Cap. 23. ουσολυν κατὰ δύναμις

†Cap. 5. tomo 5.

Cap. 12. in fine.

Universidad de Navarra Biblioteca

Lib.14.c.7 & 9. tomo 5.

q.22.art.1.

Li.3.Orth. fidei ca.23.

q. 33. non procul a fine.tom.4.

Cap. 2. tomo 5.

Cap. 5. † Dam. lib. 3. cap.33.

q.30.& 35 artic.1.

¶ 3 Præt. Omnis passio animæ est motus appetitus sen F sitiui, qui sequitur apprehensionẽ sensus : sensus aũt nõ est apprehensiuus futuri, sed præsentis. cũ ergo timor sit de malo futuro, videt̃ q̃ nõ sit passio animæ.

SED CONTRA est, quod Aug. in 14. de Ciui. Dei, * enumerat timorem inter alias animæ passiones.

RESPON. Dicendũ, q̃ inter cæteros animæ motus post tristitiã, timor magis rationẽ obtinet passionis. Vt.n. supra dictum est, * ad rationem passionis primo quidem pertinet, q̃ sit motus passiuæ virtutis, ad quã .i. cõparetur suum obiectum per modum actiui mouentis, eo qd passio est effectus agentis: & per hunc modum ẽt sentire & intelligere dicuntur pati. Secundo, magis ꝓprie dicitur passio motus appetitiuæ vir G tutis habẽtis organum corporale, qui sit cum aliqua transmutatione corporali. Et adhuc proprijssime illi motus passiones dicuntur, qui importãt aliquod nocumentum. Manifestum est autem, q̃ timor, cum sit de malo, ad appetitiuã potentiam pertinet, quę per se respicit bonum & malum: pertinet autem ad appetitum sensitiuum. fit.n. cum quadam transmutatione, s.cum contractione, vt Dama.* dicit: & importat etiã habitudinem ad malum, secundum q̃ malum habet quodammodo victoriam super aliquod bonum, vnde verissime sibi competit ratio passionis, tamẽ post tristitiam, quæ est de præsenti malo. nam timor est de malo futuro, quod non ita mouet sicut præsens.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ virtus nominat quoddã principium actionis: & ideo inquantum interiores motus appetitiuæ virtutis sunt principia exteriorum actuum, dicuntur virtutes. Philosophus autem negat passionem esse virtutem, quæ est habitus.

AD 2^um^ dicendum, quòd sicut passio corporis naturalis prouenit ex corporali præsentia agentis: ita passio animæ prouenit ex animali præsentia agentis absque præsentia corporali, vel reali, inquantum scilicet malum, quod est futurum, realiter est præsens secundum apprehensionem animæ.

AD 3^um^ dicendum, quòd sensus non apprehendit futurum, sed ex eo quòd apprehendit præsens, animal naturali instinctu mouetur ad sperandum futurũ bonum, vel timendum futurum malum.

ARTICVLVS II.

Vtrum timor sit specialis passio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ timor non sit specialis passio. Dicit.n. Aug. in lib. 83. q.* q̃ quem non exanimat metus, neq; cupiditas eum vastat, nec ægritudo, idest, tristitia eum macerat, nec ventilat gestiens & vana lętitia: ex quo videtur quòd remoto timore omnes aliæ passiones remouentur. non ergo passio est specialis, sed generalis.

K ¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 6. Eth.* q̃ ita se hẽt in appetitu ꝓsecutio & fuga, sicut in intellectu affirmatio & negatio: sed negatio non est aliquid speciale in intellectu, sicut nec affirmatio, sed aliqd cõe ad multa. ergo nec fuga in appetitu: sed nihil ẽ aliud timor, q̃ fuga quædã mali. ergo timor nõ est passio specialis.

¶ 3 Præt. Si timor esset passio specialis, præcipue in irascibili esset: est autem timor ẽt in cõcupiscibili. Dicit.n. Philosophus in 2. Rhet.* quòd timor est tristitia quædam. Et Dama.† dicit, quòd timor est virtus desideratiua: tristitia autem & desiderium sunt in concupiscibili, vt supra dictum est.* non est ergo passio specialis, cum pertineat ad diuersas potentias.

SED CONTRA est, quòd condiuiditur alijs passionibus animæ, vt patet per Damasc.* in 2. libro. Cap.16

RESPON. Dicendum, q̃ passiones animæ recipiũt speciem ex obiectis. vnde specialis passio est, quæ habet speciale obiectum: timor aũt habet speciale obiectum, sicut & spes. Sicut enim obiectum spei est bonum futurum arduum possibile adipisci: ita obiectũ timoris est malum futurum difficile, cui resisti non potest. vnde timor est specialis passio animæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ omnes passiones animæ deriuãtur ex vno principio. s.ex amore, in quo habent adinuicem connexionem, & ratione huius connexionis remoto timore, remouentur aliæ passiones animæ, non ideo quia sit passio generalis.

AD 2^um^ dicendum, quòd non omnis fuga appetitus est timor, sed fuga ab aliquo speciali obiecto, vt dictum est: * & ideo licet fuga sit quoddam generale, tamen timor est passio specialis. In corp.

AD 3^um^ dicendum, q̃ timor nullo modo est in concupiscibili: non enim respicit malum absolute, sed cum quadã difficultate, vel arduitate, vt ei resisti vix possit. Sed quia passiones irascibilis deriuantur a passionibus concupiscibilis, & ad eas terminantur, vt supra dictũ est: * ideo timori attribuuntur ea, quæ sunt concupiscibilis. dicitur.n. timor esse tristitia, inquantum obiectum timoris est contristans, si præsens fuerit. vnde & Philosophus dicit ibidem, † quòd timor H procedit ex phantasia futuri mali corruptiui, vel contristatiui. Similiter & desiderio attribuitur a Dam.* timori: quia sicut spes causatur, vel oritur a desiderio boni, ita timor est ex fuga mali: fuga autem mali oritur ex desiderio boni, vt ex supra dictis patet.*

ARTICVLVS III.

Vtrum sit aliquis timor naturalis.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur quòd timor aliquis sit naturalis. Dicit enim Damasc. Cap.24 in 3. libr. * quòd est quidam timor naturalis nolente anima diuidi a corpore.

I ¶ 2 Præt. Timor ex amore oritur, vt dictum est: sed est aliquis amor naturalis, vt Diony. dicit 4. cap. de diui. no.† ergo etiam est aliquis timor naturalis.

¶ 3 Præt. Timor opponitur spei, vt supra dictũ est: * sed est aliqua spes naturæ, vt patet per id qd dicitur Ro. 4. de Abrahã, quòd contra spem naturæ, in spem gratiæ credidit. ergo etiam est aliquis timor naturæ.

SED CONTRA. Ea quæ sunt naturalia, cõiter inueniuntur in rebus aiatis & inanimatis: sed timor non inuenit̃ in rebus inaiatis. ergo timor nõ est naturalis.

RESPON. Dicendũ, q̃ aliquis motus dicitur naturalis, quia ad ipsum inclinat natura: sed hoc cõtingit dupliciter. Vno modo, q̃ totũ ꝑficitur a natura ablq; aliqua operatione apprehensiuæ virtutis: sicut mouere sursum, est motus naturalis ignis, & augeri est motus naturalis animalium & plantarũ. Alio modo dicitur motus naturalis, ad quẽ natura inclinat, licet non ꝑficiatur nisi per apprehẽsionẽ: quia, sicut supra dictum est, * motus cognitiuæ & appetitiuæ virtutis reducuntur in naturã sicut in principium primum. Et per hunc modum ẽt ipsi actus apprehensiuæ virtutis vt intelligere, sentire, & memorari, & ẽt motus appetitus animalis q̃q; dicuntur naturales. & per hunc modum potest dici timor naturalis, & distinguitur a timore non naturali ſm diuersitatem obiecti. Est.n. vt Philosophus dicit in 2. Rhetor. * timor de malo corruptiuo, qđ natura refugit propter naturale desiderium essendi, & talis timor dicitur esse naturalis. Et iterum de malo contristatiuo, quod non repugnat naturæ, sed desiderio appetitus, & talis timor non est naturalis: sicut etiam supra, amor,* concupiscentia, & delectatio, distincta sunt per naturale, & non naturale. Sed secundum primã acceptionẽ naturalis scien dum est, q̃ quædam de passionibus animæ q̃nque dicuntur naturales, vt amor, desiderium & spes: aliæ vero naturales dici non pñt, & hoc ideo: quia amor & odium, desideriũ & fuga important inclinationẽ quandã ad prosequendum bonum, & fugiẽdum malum: quæ quidem inclinatio pertinet etiam ad appetitum naturalem, & ideo est amor quidam naturalis. & desiderium, vel spes potest quodammodo dici ẽt in rebus naturalibus cognitione carentibus: sed aliæ passiones animę important quosdam motus, ad quos nullo modo sufficit inclinatio naturalis: vel quia de ratione harum passionum est sensus, seu cognitio, sicut dictum est, * quòd apprehensio requiritur ad rationẽ delectationis & doloris. vnde qui caret cognitione, non possunt dici delectari vel dolere: aut quia hmõi motus sunt cõtra rationem inclinationis naturalis, puta, q̃ desperatio refugit bonũ pp aliquã difficultatem, & timor refugit impugnationem mali contrarij, ad quod est inclinatio naturalis: & ideo hmõi passiones nullo modo attribuũtur rebus inanimatis.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter assignentur species timoris.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ inconuenienter Dam.* assignet sex species timoris, scilicet segnitiem, erubescentiam, verecundiam, admirationem, stuporem, agoniam. Vt enim Philosophus dicit in 2. Rhet.† Timor est de malo contristatiuo. ergo species timoris debent respondere speciebus tristitiæ: sunt autem quatuor species tristitiæ, vt supra dictum est* . ergo solum debent esse quatuor species timoris eis correspondentes.

¶ 2 Præt. Illud quod in actu nostro consistit, nostræ potestati subijcitur: sed timor est de malo quod excedit potestatem nostram, vt dictum est.† non ergo segnities, & erubescentia, & verecundia, quæ respiciũt operationem nostram, debent boni species timoris.

¶ 3 Præt. Timor est de futuro, vt dictum est: * sed verecundia est de turpi actu iam commisso, vt Gregor. Nysse. dicit.† ergo verecundia nõ est species timoris.

¶ 4 Præt. Timor non est nisi de malo: sed admiratio & stupor sunt de magno & insolito, siue bono, siue malo. ergo admiratio & stupor nõ sunt species timoris.

¶ 5 Præt. Philosophi ex admiratione sunt moti ad inquirendum veritatem, vt dicitur in principio Meta.* timor aũt non mouet ad inquirendum, sed magis ad fugiendum. ergo admiratio non est species timoris.

¶ SED IN CONTRARIVM sufficiat authoritas Damascen. & Grego. Nysseni.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut dictum est, * timor est de futuro malo, qđ excedit potestatẽ timentis, vt.s.ei resisti non possit. Sicut aũt bonum hominis, ita & malum, potest cõsiderari vel in operatione ipsius, vel in exterioribus rebus. In operatione aũt ipsius hois põt duplex malum timeri. Primo quidem labor grauans naturam: & sic causatur segnities, cum.s. aliquis refugit operari pp timorem excedentis laboris. Secundo, A turpitudo lædens opinionẽ: & sic si turpitudo timeatur in actu committendo, est erubescentia: si aũt sit de turpi iã facto, est verecũdia. Malum aũt qđ in exterioribus rebus consistit, tripliciter potest excedere hois facultatem ad resistẽdum, Primo quidem ratione suę magnitudinis, cum aliquis. s. considerat aliquod magnum malum, cuius exitum considerare non sufficit: & sic est admiratio. Secundo, ratione dissuetudinis, quia scilicet aliquod malum incõsuetum nostrę considerationi offertur: & sic est magnum nostra reputatione, & hoc modo est stupor, qui causatur ex insolita imaginatione. Tertio modo, ratione improuisionis, quia scilicet prouideri non potest, sicut futura B infortunia timentur, & talis timor dicitur agonia.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ illæ species tristitiæ, quæ supra* positę sunt, non accipiuntur ſm diuersitatem obiecti, sed ſm effectus, & secundum quasdã speciales rationes: & ideo nõ oportet q̃ illæ species tristitiæ correspondeant istis speciebus timoris, quæ accipiunt̃ ſm diuisionẽ ꝓpriã obiecti ipsius timoris. q.35.art.8.

AD 2^um^ dicendum, quòd operatio secundum quod iam fit, subditur potestati operantis: sed aliquid circa operationem considerari potest facultatem operantis excedens, propter quod aliquis refugit actionem: & secundum hoc segnities, erubescentia, & verecundia ponuntur species timoris.

C AD 3^um^ dicendum, quòd de actu præterito potest timeri cõuitium, vel opprobrium futurum: & secundum hoc verecundia est species timoris.

AD 4^um^ dicendũ, q̃ non quælibet admiratio & stupor sunt species timoris, sed admiratio quæ est de magno malo, & stupor qui est de malo insolito. Vel pót dici, q̃ sicut segnities refugit laborem exterioris operationis, ita admiratio & stupor refugiũt difficultatẽ considerationis rei magnę & insolitę, siue sit bona, siue mala, & hoc modo se habeat admiratio & stupor ad actũ intellectus, sicut segnities ad exteriorem actũ.

AD 5^um^ dicendum, quòd admirans refugit in præsenti dare iudicium de eo quod miratur timens defectum, sed in futurum inquirit: stupens autem timet D & in præsenti iudicare, & in futuro inquirere. vnde admiratio est principium philosophandi: sed stupor est philosophicæ considerationis impedimentum.

QVAESTIO XLII.

De obiecto timoris, in sex articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ secundæ Articulum primum.*

DEINDE considerandum est de obiecto timoris.

Et circa hoc quæruntur sex.

E ¶ Primo, Vtrum bonum sit obiectum timoris, vel malum.

¶ Secundo, Vtrum malum naturæ sit obiectum timoris.

¶ Tertio, Vtrum timor sit de malo culpæ.

¶ Quarto, Vtrum ipse timor timeri possit.

¶ Quinto, Vtrum repentina magis timeantur.

¶ Sexto, Vtrum ea, contra quæ non est remedium, magis timeantur.

IN 1. artic. q. 42. dubitationem faciunt illæ duæ vniuersales affirmatiuæ in litera positæ, scilicet, Omnis mot^o^ appetitiuæ virtutis importans prosecutionem, habet bonum pro obiecto &, Omnis motus appetitiuæ virtutis importãt fugam, habet malũ pro obiecto. habent enim instantias manifestas. Primæ quidem obstat audacia, quæ importat prosecutionem, & tamen obiectũ eius est malum: secundæ vero obstat desperatio, q̃ impor-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum obiectum timoris sit bonum, uel malum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ bonum sit obiectum timoris. Dicit enim Aug. in li. 83. q.* quòd nihil timemus, nisi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratum: sed id quod amamus, est bonum. ergo timor respicit bonum sicut proprium obiectum.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2. Rhet.† qd potestas, & super alium esse, ẽ terribile: sed huiusmodi est quoddam bonum. ergo bonum est obiectum timoris.

¶ 3 Præt. In Deo nihil malum esse potest: sed mãdatur nobis vt Deũ timeamus, secundum illud ps. 33. Timete Deum omnes sancti eius. ergo etiam timor est de bono.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit in 2. lib. » quod timor est de malo futuro.

RESPON. Dicendũ, ꝙ timor est quidã motus appetitiuæ virtutis: ad virtutem aũt appetitiuam pertinet, psecutio & fuga, vt dicitur in 6. Eth.* Est autem prosecutio boni, fuga autem mali: vnde quicunque motus appetitiuæ virtutis importat prosecutionem, habet aliquod bonum pro obiecto: quicũque autem importat fugam, habet malum pro obiecto. vnde cum timor fugam quandã importet, primo & per se respicit malum sicut proprium obiectum: potest aũt respicere etiam bonum ꝛm quod habet habitudinẽ ad malum, quod quidem potest esse dupliciter. Vno quidem modo, inquãtum per malum priuatur bonum. ex hoc aũt ipso est aliquid malum, qd est priuatiuũ boni: vnde cum fugiatur malum, quia malum est, sequitur vt fugiatur, quia priuat bonũ qd quis amando prosequitur: & secundum hoc dicit Aug.* quòd nulla est causa timendi, nisi ne amittatur bonum amatum. Alio modo comparatur bonum ad malum, vt causa ipsius, inquãtum. s. aliquod bonum sua virtute potest inducere aliquod nocumentum in bono amato. & ideo sicut spes, vt supra dictũ est,* ad duo respicit. s. ad bonum in quod tendit, & ad id per quod sperat se bonum concupitũ adipisci: ita ét timor ad duo respicit. s. ad malum quod refugit, & ad illud bonum qd sua virtute potest infligere malum: & per hunc modũ Deus timetur ab homine, inquantum potest infligere pœnã vel spiritualem, vel corporalem. & per hũc etiam modum timetur potestas alicuius hominis, maxime qñ est læsiua, vel qñ est iniusta, quia sic in promptu habet nocumẽtum inferre: ita etiam timetur super aliũ esse, idest, inniti alij, vt s. in eius potestate sit constitutum nobis nocumentum inferre: sicut ille, qui est conscius criminis, timet ne crimen reueletur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

Vtrum malum naturæ sit obiectum timoris.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ timor nõ sit de malo naturæ. Dicit. n. Philosophus in 2. Rhet.* quòd timor consiliatiuos facit: non autem consiliamur de his, quæ a natura eueniunt, vt dicitur in 3. Eth.† ergo timor non est de malo naturæ.

¶ 2 Præt. Defectus naturales semper homini imminent, vt mors, & alia huiusmodi. si igitur de huiusmodi malis esset timor, oporteret quòd homo semper esse in timore.

¶ 3 Præt. Natura non mouet ad contraria: sed malum naturæ prouenit ex natura. ergo ꝙ timendo aliquis refugiat huiusmodi malum, non est a natura. timor ergo naturalis non est de malo naturæ, ad quem tamen hoc malum pertinere videtur.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. Ethicor.» quòd inter omnia terribilissimum est mors, quæ est malum naturæ.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit in 2. Rhet.* ꝙ timor prouenit ex phantasia futuri mali corruptiui, vel contristatiui. Sicut autem contristatiuum malum est, quod contrariatur voluntati: ita corruptiuum malum est, quod contrariatur naturæ, & hoc est malum naturę, vnde de malo naturę potest esse timor. Sed considerandum est, quòd malum naturæ quandoq; est a causa naturali, & tunc dicitur malum naturæ, nõ solum quia priuatur naturæ bonum, sed etiam quia est effectus naturæ, sicut mors naturalis, & alij huiusmodi defectus. Aliquando vero malũ naturę prouenit ex causa non naturali, sicut mors quæ violenter infertur a persecutore, & vtroque modo malum naturæ quodammodo timetur, & quodammodo non timetur. Cum enim timor proueniat ex phantasia futuri mali, vt dicit Philosophus,* illud quod remouet futuri mali phantasiam, excludit etiã timorem. Quòd aũt non appareat aliquod malum ut futurum, potest ex duobus contingere. Vno quidem modo ex hoc, quòd est remotum & distãs. hoc enim propter distantiam imaginamur vt non futurum: & ideo vel non timemus, vel parum timemus. Vt enim Philosophus dicit in 2. Rhet.* Quę valde longe sunt non timentur. sciunt enim omnes, quòd morientur, sed quia non prope est, nihil curant. Alio modo accidit aliquod malum quod est futurum, vt non futurum, propter necessitatẽ, quę facit ipsum æstimare vt

Infra ar. 3. & 4. co. & q. 42. art. 2. 3. & 5. cor. & q. 43. ar. 1. cor. & 2. 2. q. 19. art. 11. cor. fin. & 3. di. 26. q. 1. arti. 2. cor.

ps. 33. in principio. tomo 4.

† li. 2. Rhe. c. 5. tom. 6.

Lib. 2. cap. 12. in fine.

Cap. 2. tomo 5.

Li. 83. quæ. q. 33. 4 prin cip. tom. 4.

q præced. art. 7.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ sermo præsens intelligitur de omnibus per semilitantiæ autem allatæ sunt de omnibus ꝙ accidens. Prosecutio enim p se sibi vendicat bonum, & econuerso. Et similiter fuga per se sibi vendicat malum, & econuerso: vnde nulla prosecutio est malt nisi per accidens, scilicet per cõiunctum bonum. Et hoc modo audacia est motus prosecutiuus mali, vt infra q. 45. patet. & similiter nulla fuga ẽ boni nisi p accidens, scilicet propter coniunctum malum. & hoc modo desperatio est fuga boni. Et hic est tertius modus accidentalitatis inuẽtæ in passionibus animæ respectu boni & mali, de quo infra erit sermo.

¶ In toto reliquo q. eiusdem aduerte, ꝙ quia obiectum timoris includit in se tria, scilicet malum, arduum, futurum, ex his redditur ratio timendorũ & non timendorum, & magis & minus timendorum. Ex ratione namque futuri excludiuntur multum distantia secundũ tempus, & præsentia, & inamabilia: quæ. n. apprehenduntur aliquo horum modorum, vt minus futura habentur, vt patet in 2. artic. Ex ratione vero ardui, seu difficilis ad euadendum vel resistendũ, excluduntur mala culpæ, & timor ipse quodãmodo, & insolita & repentina magis timẽtur: vt in tertio, quarto, & quinto articulis patet. Ex rõne vero mali non timetur per se, nisi malum: & magis timetur interminabile, vt in primo & vltimo articulo patet. Et sic habes obiectũ timoris, & ex ipso rationes timendorum vnitas, quod potes in aliis facere.

¶ In responsione ad vltimum vltimi articuli eiusdem q. 42. breuiter scito, quòd bonitas rei est duplex, scilicet specialis ad ipsam rei substantiam, & circumstantialis eam sicut bonitas coloris ẽ esse calorẽ, vt quatuor vel sex &c. vel esse in tali subiecto, aut loco &c. Dum ratio non auget primam bonitatem, sed secundam. nõ enim calor durãs triduo, est secundum se perfectior calore vnius horæ: sed bene est perfectior secundum circunstantiam temporis, & hoc intendit tam Aristoteles ibi, quam author hic: qui ideo in corpore articuli præmisit, ꝙ malum augetur dupliciter, scilicet secundum suam speciem, & secundum circumstantias. præsenti enim propositũ sat est, quòd malum apprehendatur vt maius, siue ex hac, siue ex illa, ꝙueniat causa, nihil refert.

li. 2. Rhet. cap. 5. circa med. tom. 6

vt præsens. vnde Philosophus dicit in 2. Rhetoric.* Quòd illi, qui iam decapitantur, nõ timent, videntes sibi necessitatẽ mortis imminere. Sed ad hoc quòd aliquis timeat, oportet adesse aliquam spem salutis: sic igitur malum naturæ non timetur, quia non apprehẽditur vt futurum. Si vero malum naturæ, quod est corruptiuum, apprehendatur vt propinquum, & tamen cum aliqua spe euasionis, tunc timebitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd malum naturæ quandoq; non prouenit a natura, vt dictum est: secundum tamen quod a natura prouenit, etsi non ex toto vitari possit, potest tamen differri: & sub hac spe potest esse consilium de vitatione ipsius.

AD 2^um dicendum, quòd malum naturæ etsi semper immineat, non tamen semper imminet de propinquo, & ideo non semper timetur.

AD 3^um dicendum, ꝙ mors, & alij defectus naturæ prouenium a natura vniuersali, quibus tñ repugnat natura particularis quantũ pôt: & sic ex inclinatione particularis naturæ est dolor, & tristitia de hmõi malis, cũ sunt præsentia, & timor si immineãr in futurũ.

ARTICVLVS III.

Vtrum timor sit de malo culpæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ timor possit esse de malo culpæ. Dicit. n. Aug. super Canonicã Io.* ꝙ timore casto timet homo separationem a Deo: sed nihil separat nos a Deo nisi culpa, ſm Illud Isai. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. ergo timor potest esse de malo culpę.

¶ 2 Præt. Tullius dicit in 4. de Tusculanis quęst.* ꝙ de illis timemus cum futura sunt, de quorum præsentia tristamur: sed de malo culpæ pôt aliquis dolere, vel tristari. ergo etiã malum culpæ aliquis potest timere.

¶ 3 Præt. Spes timori opponitur: sed spes potest esse de bono virtutis, vt patet per Philosophum in 9. Ethic.* & Apostolus dicit ad Gal. 5. Confido de vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis. ergo etiam timor potest esse de malo culpæ.

¶ 4 Præt. Verecundia est quædam species timoris, vt supra dictum est: » sed verecundia est de turpi facto, quod est malum culpæ. ergo & timor.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhetor.* quòd non omnia mala timentur, puta, si aliquis erit iniustus, aut tardus.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est,* Sicut obiectum spei est bonum futurum arduũ, quod quis potest adipisci: ita timor est de malo futuro arduo, quod non potest de facili vitari. Ex quo patet accipi, quòd id quod omnino subiacet potestati & voluntati nostræ, non habet rationem terribilis: sed illud solum est terribile, quod habet causam extrinsecam. malum autem culpæ propriam causam habet voluntatem humanam, & ideo proprie non habet rationem terribilis: sed quia voluntas ab aliquo exteriori potest inclinari ad peccandum, si illud inclinans habeat magnã vim ad inclinandum, secundum hoc poterit esse timor de malo culpæ, inquantum est ab exteriori causa, puta, cum aliquis timet commorari in societate malorum, ne ab eis ad peccandum inducatur: sed proprie loquendo, in tali dispositione magis timet homo seductionem, quàm culpam secundum propriam rationem, idest, inquantum est voluntaria: sic enim, non habet vt timeatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd separatio a Deo est quædam pœna consequens peccatum, & omnis pœna aliquo modo est ab exteriori causa.

AD 2^um dicendum, ꝙ tristitia & timor in vno conueniunt, quia vtrunq; est de malo: differunt autem in duobus. In vno quidem, quia tristitia est de malo præsenti, timor de malo futuro. In alio vero, quia tristitia cum sit in concupiscibili, respicit malum absolute, vnde potest esse de quocunque malo, siue paruo, siue magno: timor vero cum sit in irascibili, respicit malũ cum quadam arduitate, seu difficultate, quæ tollitur, inquantum aliquid subiacet voluntati: & ideo non omnia timemus quæ sunt futura, de quibus tristamur cum sunt presentia: sed aliqua, quę. s. sunt ardua.

AD 3^um dicendum, quòd spes est de bono quod quis potest adipisci. Potest autẽ aliquis adipisci bonũ vel per se, vel per alium: & ideo spes potest esse de actu virtutis, qui est in potestate nostra constitutus: sed timor est de malo quod non subiacet nostræ potestati: & ideo semper malum quod timetur, est a causa extrinseca. bonum autem quod speratur, potest esse & a causa intrinseca, & a causa extrinseca.

AD 4^um dicendũ, ꝙ sicut supra dictũ est,* verecundia non est timor de actu ipso pcti, sed de turpitudine vel ignominia, ꝙ cõsequit̃ ipm, ꝙ est a cã extrinseca. q. 41. art. 4 ad 2. & 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum timor ipse timeri possit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd timor timeri non possit. Omne enim quod timetur, timendo custoditur, ne amittatur: sicut ille qui timet amittere sanitatem, timendo custodit eam. si igitur timor timeatur, timendo se custodiet homo, ne timeat: quod videtur esse inconueniens.

¶ 2 Præt. Timor est quædam fuga: sed nihil fugit seipsum. ergo timor non timet timorem.

¶ 3 Præt. Timor est de futuro: sed ille qui timet, iam habet timorem. non ergo potest timere timorem.

SED CONTRA est, qd hõ pôt amare amorẽ, & dolere de dolore. ergo ét pari rõne potest timere timorẽ.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est.* Illud solum habet rationẽ terribilis, quod ex causa extrinseca prouenit, non autem quod prouenit ex voluntate nostra. Timor autem partim prouenit ex causa extrinseca, & partim subiacet voluntati: prouenit quidẽ ex causa extrinseca, inquantum est passio quædam consequens phantasiam imminentis mali, & secundum hoc potest aliquis timere timorem, ne scilicet immineat ei necessitas timendi propter ingruentiam alicuius excellentis mali: subiacet autem voluntati, inquantum appetitus inferior obedit rationi, vnde homo potest timorem repellere, & secundum hoc timor non potest timeri, vt dicit Aug. in lib. 83. q.† Sed quia rationibus, quas inducit, aliquis posset vti ad ostendendum quòd timor nullo modo timeatur, ideo ad eas respondendum est.

Ar. præced.

† q. 33. tomo 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omnis timor est vnus timor: sed secundum diuersa, quæ timentur, sunt diuersi timores. nihil ergo, phibet quin in vno timore aliquis præseruet se ab alio timore, & sic custodiat se non timere tunc illo timore.

AD 2^um dicendum, quòd cum sit alius timor quo timetur malum imminens, & alius timor quo timetur ipse timor mali imminentis, nõ sequitur quòd idem fugiat seipsum, vel quòd sit idem fuga suiipsius.

AD 3^um dicendum, quòd propter diuersitatem timorum

morum iam dictam, timore præsenti potest homo timere futurum timorem.

ARTICVLVS V.

Vtrum repentina magis timeantur.

Infra q.48. art.3. ad 3.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd insolita & repentina non sint magis terribilia. Sicut enim spes est de bono, ita timor est de malo: sed experientia facit ad augmentum spei in bonis. ergo etiam facit ad augmentum timoris in malis.

Cap.5. ante med. tomo 6.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2. Rhe. * ꝙ magis timentur non qui acutæ sunt iræ, sed mites & astuti: constat autem ꝙ illi qui acutæ iræ sunt, magis habent subitos motus. ergo ea quę sunt subita, sunt minus terribilia.

¶ 3 Præt. Quæ sunt subita, minus considerari possunt: sed tanto aliqua magis timentur, quanto magis considerantur. vnde Philosophus dicit in 3. Ethi. * quòd aliqui videntur fortes propter ignorantiam, qui si cognouerint quòd aliud sit, quàm suspicantur, fugiunt. ergo repentina minus timentur.

Cap. 8. in fin. tom. 5.

C2.6. a medio, tom.1.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 2. Confes. * Timor insolita & repentina exhorrescit, rebus quæ amantur aduersantia, dum præcauet securitati.

Artic. 3.

RESPON. Dicendū, ꝙ sicut supra dictum est, * obiectum timoris est malum imminens, quod non de facili repelli potest: hoc autem ex duobus contingit, s. ex magnitudine mali, & ex debilitate timentis: ad vtrunq; autem horum operatur, quòd aliquid sit insolitum & repentinum. Primo quidem facit ad hoc, ꝙ malum imminens maius appareat. omnia enim corporalia & bona, & mala quanto magis cōsiderantur, minora apparēt: & ideo sicut propter diuturnitatem dolor præsentis mali mitigatur, vt patet per Tullium in 3. de Tuscul. quæstionib. * ita etiam ex præmeditatione minuitur timor futuri mali. Secundo, aliquid esse insolitum & repentinum facit ad debilitatem timentis, inquantum subtrahit remedia, quę homo potest præparare ad repellendum futurum malum, quæ esse non possunt, quādo ex improuiso malū occurrit.

Li.3. aliquā tnlū a medio.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ obiectum spei est bonum, quod quis potest adipisci: & ideo ea quæ augmētāt potestatē hominis, nata sunt augere spem, & eadem ratione diminuere timorem: quia timor est de malo, cui nō de facili potest resisti. Quia igitur experientia facit hominem magis potentem ad operandum, ideo sicut auget spem, ita diminuit timorem.

AD 2^m dicendum, quòd illi qui habent iram acutam, non occultant eam: & ideo nocumenta ab eis illata non ita sunt repentina, quin præmideantur. sed homines mites & astuti occultant iram: & ideo nocumentum quod ab eis imminet, non potest præmideri, sed ex improuiso aduenit. & propter hoc Philosophus * dicit, quòd tales magis timentur.

Loco citato in argum.

AD 3^m dicendum, ꝙ per se loquendo, bona vel mala corporalia in principio maiora apparent, cuius ratio est: quia vnūquodq; magis apparet cōtrario iuxta se posito. vnde cum aliquis statim a paupertate ad diuitias transit, pp paupertatem præexistentem diuitias magis æstimat: & econtrario, diuites statim ad paupertatem deuenientes, eam magis horrēt: & propter hoc malum repentinum magis timetur, quia magis videtur esse malum. sed potest propter aliquod accidens contingere, ꝙ magnitudo alicuius mali lateat, puta, cum hostes se insidiose occultant, & tunc verū est, ꝙ malum ex diligēti cōsideratione fit terribilius.

ARTICVLVS VI.

Vtrū ea, contra quæ non est remedium, magis timeantur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd ea quæ non habent remedium, non sint magis timenda. Ad timorem enim requiritur, quòd remaneat aliqua spes salutis, vt supra dictum est: * sed in malis quæ non habent remedium, nulla remanet spes salutis. ergo talia mala nullo modo timentur.

¶ 2 Præt. Malo mortis nullum remedium adhiberi potest. non enim secundum naturam potest esse reditus a morte ad vitam: non tamen mors maxime timetur, vt dicit Philosophus in 2. Rhetor. * non ergo ea magis timentur, quę remedium non habent.

¶ 3 Præt. Philosophus dicit in 1. Eth. * ꝙ non est magis bonum quod est diuturnius, eo qd est vnius diei: neq; quod est perpetuum, eo qd non est perpetuum. ergo eadem ratione neque maius malum: sed ea quæ nō habent remedium, non videntur differre ab alijs, nisi propter diuturnitatem, vel perpetuitatem. ergo propter hoc non sunt peiora, vel magis timenda.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Rhetor. * quòd omnia timenda sunt terribiliora, quæcunq;, si peccauerint, corrigi non contingit, aut quorum auxilia non sunt, aut non facilia.

RESPON. Dicendū, ꝙ obiectum timoris est malū. vnde illud quod facit ad augmentum mali, facit ad augmentum timoris: malum autem augetur non solum fm speciem ipsius mali, sed etiam fm circunstantias, vt ex supra dictis apparet. * Inter cæteras autē circunstantias diuturnitas, vel etiam perpetuitas magis videtur facere ad augmentum mali. Ea. n. quæ sunt in tempore, fm durationem temporis quodammodo mensurantur: vnde, si pati aliquid in tempore tanto est malum, pati idem in duplo tempore apprehenditur vt duplatum, & secundum hanc rationem pati idem in infinito tempore, quod est perpetuo pati, habet quodammodo infinitum augmentum: mala autem quæ postquàm aduenerint, nō possunt habere remedium, vel non de facili, accipiuntur vt perpetua vel diuturna: & ideo maxime redduntur timenda.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ remedium mali est duplex. Vnum, per qd impeditur futurū malum, ne adueniat, & tali remedio sublato aufertur spes, & per consequens timor: vnde de tali remedio nunc nō loquimur. Aliud remedium mali est, quo malum iam præsens remouet: & de tali remedio nunc loquimur.

AD 2^m dicendum, quòd licet mors sit irremediabile malum: tamen quia non imminet de propē, non timetur, vt supra dictum est. *

AD 3^m dicendum, ꝙ Philosophus ibi loquitur de per se bono, quod est bonum fm speciem suā: sic autem non fit aliquid magis bonum propter diuturnitatem, vel perpetuitatem, sed pp naturā ipsius boni.

¶ *Super Quæstionis quadragesimatertia Articulum primum.*

QVAESTIO XLIII.

De causa timoris, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa timoris.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrū cā timoris sit amor.

¶ Secdo, Vtrū cā timoris sit defect^s.

& secundum singulas conditiones obiecti proprias causas, & diuersimode constituendo eas, scire respondere ad quæsita de causis passionum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum causa timoris sit amor.

Inf. ar. 2. co. Et 2. 2. q. 19. a. 9. ad 3. Ita pſal. 18. tract. 9. an med.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd amor non sit causa timoris. Illud enim quod introducit aliquid, est causa eius: sed timor introducit amorem charitatis, vt Aug. dicit super Canonicā Io. * ergo timor est causa amoris, & non econuerso.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in Rhet. † ꝙ illi maxime timent, a quibus expectamus imminere nobis aliqua mala: sed propter hoc ꝙ ab aliquo expectamus malum, magis prouocamur ad odium eius, q̄ ad amorē. ergo timor magis causatur ab odio, q̄ ab amore.

† Li. 2. Rhe to. c. 5. to. 6.

¶ 3 Præt. Supra dictum est, * quòd ea quæ sunt a nobis ipsis, non habent rationem terribilium: sed ea quę sunt ex amore maxime proueniūt ex intimo cordis. ergo timor ex amore non causatur.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit in lib. 83. q. * Nulli dubium est, non aliam esse metuēdi causam, nisi ne id quod amamus, aut adeptū amittamus, aut non adipiscamur speratum. ois ergo timor causatur ex hoc, quòd aliquid amamus. amor igitur est causa timoris.

RESPON. Dicēdum, ꝙ obiecta passionum animę se habent ad eas, tanquàm formę ad res naturales, vel artificiales: quia passiones animæ speciem recipiunt ab obiectis, sicut res prædictæ a suis formis. Sicut igitur quicquid est causa formæ, est causa rei constitutæ p ipsam: ita etiam quicquid & quocunq; modo est causa obiecti, est causa passionis. Cōtingit autem aliquid esse causam obiecti vel p modum causæ efficientis, vel p modum dispositionis materialis: sicut obiectum delectationis est bonum apparens conueniens coniunctum, cuius causa efficiens est illud, quod facit cōiunctionem, vel qd facit conuenientiā, vel bonitatem, vel apparētiam huiusmodi boni: causa autem p modum dispositionis materialis est habitus, vel quæcunq; dispositio, secundum quā fit alicui cōueniens, aut apparens illud bonum, quod est ei coniunctum. Sic igitur in proposito, obiectum timoris est estimatū malum futurum propinquum, cui resisti de facili non pōt: & ideo illud, quod pōt inferre tale malum, est causa effectiua obiecti timoris, & p consequēs ipsius timoris. Illud autem p quod aliquis ita disponitur, vt aliquid sit ei tale, est causa timoris & obiecti eius p modum dispositionis materialis: & hoc modo amor est causa timoris. Ex hoc enim ꝙ aliquis amat aliquod bonū, sequitur quòd priuatiuum talis boni sit ei malum, & per consequens, ꝙ timeat ipsum tanquàm malum.

Aristo. 2. Rhet. c. 5. circa fin. 1. Ethic. c. 8. circa fin. Ethic. c. 4. circa fin.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ sicut supra dictum est, * Timor p se & primo respicit malum qd refugit, quod opponitur alicui bono amato: & sic p se timor nascitur ex amore. secundario vero respicit id, per quod prouenit tale malum: & sic per accidens q̄nq; timor inducit amorem, inquātum. s. homo qui timet punīri a Deo, seruat mandata eius, & sic incipit sperare, & spes introducit amorem, vt supra dictum est. *

Aug. 83. q. 36. Ethic. c. 4. circa fin.

AD 2^m dicendum, ꝙ ille a quo expectamus mala, primo quidem odio habetur, sed postquā ab ipso iā incipiunt sperari bona, tūc incipit amari. bonum aūt cui cōtrariatur malum qd timetur, a principio amabat.

AD 3^m dicendum, quòd ratio illa procedit de eo, quod est causa mali terribilis per modum efficientis: amor autem est causa eius per modum dispositionis, vt dictum est. *

Ita arg. 2.

Psal. 26

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ defectus nō sit causa timoris. Illi. n. qui potentiā habent, maxime timētur: sed defectus cōtrariatur potentiæ. ergo defectus non est causa timoris.

¶ 2 Præt. Illi qui iam decapitantur, maxime sunt in defectu: sed tales non timent, vt dicitur in 2. Rhetor. * ergo defectus non est causa timoris.

Lib. 2. Rhe to. c. 5. circa med. to. 6.

¶ 3 Præt. Decertare, ex fortitudine prouenit, nō ex defectu: sed decertātes timent eos q pro eisdem decertāt, vt dī in 2. Rhe. † ergo defectus non est causa timoris.

† Li. 2. Rhe to. c. 5. ante med. to. 6.

SED CONTRA. Contrariorū contrariæ sunt causæ: sed diuitiæ, & robur, & multitudo amicorum, & potestas excludunt timorem, vt dicitur in 2. Rhetoric. * ergo ex defectu horum timor causatur.

Eod. li. & c. post med. to. 6. * Art. præc.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, * Duplex causa timoris accipi pōt. vna quidē per modum materialis dispositionis ex parte ei^s qui timet: alia per modū causæ efficientis ex parte eius qui timetur. Quantum igitur ad primū, defectus per se loquēdo, est causa timoris. Ex aliquo. n. defectu virtutis contingit, ꝙ nō possit aliquis de facili repellere imminēs malum: sed tamē ad causandum timorem requiritur defectus cū aliqua mensura. Minor enim est defectus q causat timorem futuri mali, q̄ defectus consequens malum præsens, de quo est tristitia: & adhuc esset maior defectus, si totaliter sensus mali auferret, vel amor boni, cuius cōtrariū timetur. Quantū vero ad fm, virtus & robur, p se loquendo, est causa timoris. ex hoc. n. ꝙ aliquid, quod apprehēditur vt nocium, est virtuosum, cōtingit ꝙ eius effectus repelli non pōt: contingit tn̄ per accidēs, quòd aliquis defectus ex ista parte causat timorem, inquantum ex aliquo defectu contingit, ꝙ aliquis velit nocumentum inferre, puta, pp iniustitiam, vel quia añ læsus fuit, vel quia timet lędi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de causa timoris ex parte causæ efficientis.

AD 2^m dicendum, quòd illi qui iam decapitantur, sunt in passione præsentis mali: & ideo iste defectus excedit mensuram timoris.

AD 3^m dicendū, ꝙ decertantes timent nō pp potentiam, qua decertare pñt: sed pp defectum potentiæ, ex quo contingit, ꝙ se superaturos non confidunt.

QVAESTIO XLIIII.

De effectibus timoris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectib^s timoris.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum timor faciat contractionem.

¶ Secūdo, Vtrum faciat consiliationem.

¶ Tertio, Vtrum faciat tremorem.

¶ Quarto, Vtrum impediat operationem.

¶ *Super Quæstionis Quadragesimaquarta Articulum primū.*

IN 1. arti. q. 44. dubium occurrit, eo ꝙ responsio ad 3. cōtrariatur corpori ar. & vniuersali doctrinæ de consonantia mot^s corporalis, & motus animalis j. n^o. secundū quam hierusalem doctrinam in corpore tradita, sicut timor consistit in contractione animi, ita transmutatio illi vnita in cōtractione caloris, & spirituum: & tamen in responsione ad tertium

Universidad de Navarra Biblioteca

tetiõ dicitur, q̃ in verecundia ẽt contractio animi: sed nõ naturæ corpalis. hoc .n. nõ ſtat cũ vitate illius doctrinæ.

Supra q. 25 ar. 1. cor. & q. 4. ar. 4. ad 1. & 2.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ in huiuſmodi paſſionibus inueniũtur duo motus corporales, primus ab extra ad intus, ſecũdus ab int⁹ ad inferiora vel ſuperiora. & primus quidem eſt ille motus, q̃ vt materia eſt paſſionis: ſecundus vero effectus potius eſt, vnde dolor & timor in motu, qui eſt vt materia paſſiõis, conueniunt. vterq; enim eſt ab extra ad intra: ſed in motu qui conſequitur, differunt. Nam ad dolorem ſequitur motus ad ſuperiora, vel prout opus eſt, vt in reſpõſione ad ſecũdũ dicitur: in timore motus conſequens quandoque eſt ad inferiora. & hoc euenit quoties timor ducit ad frigus ingroſſans ſpiritus: quod tunc non euenit cũ modicus eſt timor, qualis videt eſſe verecundia cõtractus, ſiquidem in ea ſpiritus ad intra, & obiecto timoris non repugnãte naturæ, ſed ſoli appetitui, non ſequitur frigus naturæ inimicum: & ſic anima diffundit in faciem ruborẽ. Semper ergo ſit in timore contractio ad intus, ſed quia nõ ſemper ſit vſque ad frigus ingroſſans: ideo

q. 41. ar. 4. † Lib. 4. in fol. 4. 2 principio libri.

* Ariſt. 4. Ethi. c. vlti. circ. pri. to. 5

† Lib. 3. Ortho. fidei c. 23.

* q. 28. ar. 5

* q. 41. ar. 2

* q. 43. ar. 2

im litera negatur cõtractio naturę corporeæ, non quia nõ ſit: ſed quia nõ fit cõſummata vſq; ad frigus. In reliquis trib⁹ art. eiuſdẽ 44. q. nihil occurrit ſcribendum.

ARTICVLVS PRIMVS. F

Vtrum timor faciat cotractionem.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videt quòd timor nõ faciat contractionem. Contractione. n. facta, calor & ſpiritus ad interiora reuocant: ſed ex multitudine caloris & ſpirituum in interiorib⁹ magnificat cor ad audacter aliqd aggrediẽdũ, vt patet i iratis, cuius contrariũ in timore accidit. nõ ergo timor facit contractionem.

¶ 2 Præt. Multiplicatis ſpiritibus & calore in interioribus p cõtractionem, ſequitur q̃ hõ in vocẽ prorũpat, vt patet in dolentibus: ſed timentes non emittunt vocem, ſed magis redduntur taciturni. ergo timor non facit contractionem. G

¶ 3 Præt. Verecundia eſt quædam ſpecies timoris, vt ſupra dictũ eſt: * ſed verecundati rubeſcunt, vt dicit Tulli. 4. de Tuſculanis q. † & Philoſoph. in 4. Ethic. * rubor aũt faciei non atteſtatur contractioni, ſed contrario. nõ ergo contractio eſt effectus timoris. H

SED CONTRA eſt, q̃ Dam. dicit in 3. lib. † qd timor eſt virt⁹ fm ſyſtolem, ideſt, ſecundũ cõtractionem.

RESPON. Dicẽdũ, q̃ ſicut ſupra dictũ eſt. * In paſſionib⁹ aĩę eſt ſicut formale ipſe motus appetitiuę potentię, ſicut aũt materiale, tranſmutatio corporalis, quorum vnum alteri proportionat: vnde fm ſimilitudinem & rationem appetitiui motus ſequit̃ corporalis tranſmutatio. Quantum aũt ad aĩalem motum appetitus, timor cõtractionẽ quandã importat, cuius ratio eſt: quia timor prouenit ex phantaſia alicuius mali imminentis, qd difficile repelli põt, vt ſupra dictũ eſt. * Qd aũt aliquid difficile poſſit repelli, prouenit ex debilitate virtutis, vt ſupra dictũ eſt. * Virtus aũt quãto eſt debilior, tãto ad pauciora ſe põt extẽdere, & iõ ex ipſa imaginatione q̃ cauſat timorẽ, ſequit̃ quædam contractio in appetitu: ſicut etiam videmus in moriẽtibus, quòd natura retrahitur ad interiora propter debilitatẽ virtutis. Et videmus etiam in ciuitatibus, quòd quando ciues timẽt, retrahunt ſe ab exterioribus, & recurrunt, quãtum poſſunt, ad interiora: & fm ſimilitudinẽ huius cõtractionis, quæ pertinet ad ap[illegible] aĩalem, ſequitur etiam in timore ex parte corporis cõti[illegible] caloris, & ſpirituum ad interiora.

AD PRIMVM ergo [illegible]endum, quòd ſicut Philoſoph. dicit in lib. de Problem[illegible] licet in timẽtibus retrahatur ſpiritus ab exterioribus [illegible] riora, non tamen eſt idem motus ſpirituum in iratis, & in timẽtibus: nam in iratis propter calorem, & ſubtilitatem ſpirituum, quæ proueniunt ex appetitu vindictæ, interius fit ſpirituum motus ab inferioribus ad

* In ſectione. 27. problem. 3. & 9. com. 6.

ſuperiora, & ideo congregantur ſpiritus & calor circa cor, ex quo ſequitur, quòd irati redduntur prõpti, & audaces ad inuadendum: ſed in timentibus propter frigiditatem ingroſſantem, ſpiritus mouentur a ſuperioribus ad inferiora, quæ quidem frigiditas contingit ex imaginatione defectus virtutis, & ideo non multiplicãtur calor & ſpiritus circa cor, ſed magis a corde refugiunt: & propter hoc, timentes non prompte inuadunt, ſed magis refugiunt.

AD 2^m dicendum, quòd naturale eſt cuilibet dolenti ſiue homini, ſiue animali, quòd vtatur quocunque auxilio poteſt ad repellẽdum nociuum præſens quod infert dolorem. vnde videmus quòd animalia dolẽtia percutiunt vel faucibus, vel cornibus. Maximum autem auxilium ad omnia in animalibus eſt calor & ſpiritus: & ideo in dolore natura conſeruat calorem & ſpiritum interius, vt hoc vtatur ad repellendum nociuum. & ideo, vt Philoſo. dicit in lib. de Problematibus, * quòd multiplicatis ſpiritib⁹ introrſum & calore, neceſſe eſt quòd emittantur per vocem: & propter hoc dolentes vix ſe poſſunt continere, quin clamẽt. Sed in timẽtibus fit motus interioris caloris & ſpirituũ a corde ad inferiora, vt dictũ eſt: † & ideo timor cõtrariatur formationi vocis, q̃ fit p emiſſionẽ ſpirituum ad ſuperiora per os: & propter hoc timorem tacentes facit: & inde eſt etiam q̃ timor trementes facit, vt dicit Philoſophus in lib. de Problematibus. *

AD 3^m dicendum, q̃ pericula mortis non ſolum cõtrariantur appetitui animali, ſed etiam contrariantur naturæ: & propter hoc in huiuſmodi timore non ſolum fit contractio ex parte appetitus, ſed etiam ex parte naturæ corporalis. Sic enim diſponitur animal ex imaginatione mortis contrahens caloꝛẽ ad interiora, ſicut quãdo naturaliter mors imminet: & inde eſt quòd timentes mortẽ palleſcunt, vt dicitur in 4. Ethicor. * ſed malum quod timet verecundia, non opponitur naturę, ſed ſolum appetitui animali: & ideo fit quędam contractio ſecundum appetitum animalem, non autem ſecundum naturam corporalem: ſed magis anima quaſi in ſe cõtracta, vacat ad motionem ſpirituũ & caloris, vnde fit eorum diffuſio ad exteriora. & propter hoc verecundati rubeſcunt.

ARTICVLVS II. I

Vtrum timor faciat conſiliatiuos.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̃ timor non faciat cõſiliatiuos. Non enim eſt eiuſdem conſiliatiuos facere, & cõſilium impedire: ſed timor cõſilium impedit. omnis enim paſſio perturbat quietem, quæ requiritur ad bonum vſum rationis. ergo timor non facit conſiliatiuos. K

¶ 2 Præt. Conſilium eſt actus rationis de futuris cogitantis & deliberantis: ſed aliquis timor eſt excutiens cogitata, & mẽtem a ſito loco remouet, vt Tull. dicit in 4. de Tuſc. quæſtionibus. * ergo timor non facit cõſiliatiuos, ſed magis impedit conſilium.

¶ 3 Præt. Sicut conſilium adhibetur ad vitanda mala, ita etiã adhibetur ad conſequenda bona: ſed ſicut timor eſt de malis vitãdis, ita ſpes eſt de bonis conſequẽdis. ergo timor ñ facit magis cõſiliatiuos, q̃ ſpes.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 2. Rhet. * quòd timor conſiliatiuos facit.

RESPON. Dicẽdum, quòd aliquis poteſt dici conſiliatiuus 2. modis. Vno mõ a voluntate, ſeu ſolicitudine conſiliandi: & ſic timor conſiliatiuos facit, quia vt Philoſophus in 3. Eth. † dicit. Conſiliamur de magnis, in quibus quaſi nobiſipſis diſcredimus. Ea aũt, quæ timorẽ incutiunt, non ſunt ſimpliciter mala, ſed habent quandã magnitudinem, tum ex eo qd apprehenduntur, vt quæ difficiliter repelli pñt: tum etiam quia apprehenduntur vt de prope exiſtentia, ſicut iã dictũ eſt. vñ hoies maxime in timoribus quærunt conſiliari. Alio mõ dicitur aliquis conſiliatiuus a facultate bene cõſiliandi, & ſic nec timor, nec aliqua paſſio conſiliatiuos facit: quia homini affecto fm aliquam paſſionem videtur aliquid vel maius, vel minus, q̃ ſit ſecundum rei veritatem: ſicut amãti videntur ea quæ amat, meliora, & timenti ea quæ timet, terribiliora: & ſic ex defectu rectitudinis iudicij quælibet paſſio, quantum eſt de ſe, impedit facultatem bene conſiliandi. Et per hoc patet reſponſio ad primum.

Cap. 3. parũ ante medium, tom. 3.

q. 41. ar. 2.

AD 2^m dicendum, quòd quanto aliqua paſſio eſt fortior, tanto magis homo ſecundum ipſam affectus impeditur. & ideo quando timor fuerit fortis, vult quidem homo cõſiliari, ſed adeo perturbatur in ſuis cogitationibus, quòd conſilium adinuenire non poteſt. Si autem ſit paruus timor, qui ſolicitudinem conſiliandi inducat, nec multum rationem conturbet, poteſt etiam conferre ad facultatem bene conſiliandi ratione ſolicitudinis conſequentis.

* Ibi. a. 1. ad. 2.

AD 3^m dicendum, q̃ etiã ſpes facit conſiliatiuos: quia, vt in 2. Rhet. * Philoſophus dicit. Nullus conſiliatur de his de quibus deſperat, ſicut nec de impoſſibilibus, vt dꝛ in 3. Eth. † timor tñ facit magis cõſiliatiuos q̃ ipes, quia ſpes eſt de bono, put poſſumus ipſum conſequi: timor autem de malo, prout vix repelli poteſt, & ita magis reſpicit rationẽ difficilis timor, q̃ ſpes. in difficilibus autem, maxime in quibus nobis non confidimus, conſiliamur, ſicut dictum eſt *.

† Lib. 3. to. 5.

2a cor. art.

ARTICVLVS III.

Vtrum timor faciat tremorem.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur q̃ tremor nõ ſit effectus timoris. Tremor. n. ex frigore accidit: videmus. n. infrigidatos tremere. timor autem non vꝛ cauſare frigus, ſed magis calorem deſiecãtem, cuius ſignum eſt, quòd timentes ſitiunt, & præcipue in maximis timoribus, ſicut patet in illis qui ad mortem ducuntur. ergo timor non cauſat tremorem. D

¶ 2 Præt. Emiſſio ſuperfluitatum ex calore accidit, vnde vt plurimum medicinæ laxatiuę ſunt calidę: ſed huiuſmodi emiſſiones ſuperfluitatum ex timore frequenter contingunt. ergo timor videtur cauſare calorem, & ſic non cauſat tremorem.

¶ 3 Præt. In timore calor ab exterioribus ad interiora reuocatur. Si igitur ꝓpter huiuſmodi reuocationem caloris in exterioribus homo tremit, videtur ſimiliter, quòd in omnibus exterioribus membris deberet cauſari tremor ex timore: hoc autem non videtur. non ergo tremor corporis eſt effectus timoris. E

SED CONTRA eſt, quod Tullius dicit in 4. de Tuſculanis quæſtionib. * quòd timorem ſequitur tremor, & pallor, & dentium ſtrepitus.

RESPON. Dicendum, q̃ ſicut ſupra dictum eſt, * in timore fit quædã contractio ab exterioribus ad interiora: & ideo exteriora frigida remanent, & pp hoc in eis accidit tremor, qui cauſatur ex debilitate virtutis continentis membra. Ad huiuſmodi autem debilitatem maxime facit defectus caloris, qui eſt inſtrumentum, quo anima mouet, vt dicitur in 2. de anima. *

Tex. to. 29. com. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ calore ab exterioribus ad interiora reuocato, multiplicatur calor interius, & maxime verſus inferiora, ideſt, circa nutrimentum: & ideo conſumpto humido conſequitur ſitis, & etiam interdum ſolutio ventris, & vrinæ emiſſio, & quandoque etiam ſeminis, vel huiuſmodi emiſſio ſuperfluitatum accidit propter contractionem ventris, & teſticulorum, vt Philoſophus dicit in lib. de problematibus. * vnde patet ſolutio ad ſecundum.

In ſectione 27. Proble. 11. tom. 6.

AD 3^m dicendum, q̃ quia in timore calor deſerit cor, a ſuperioribus ad inferiora tendens: ideo timentibus maxime tremit cor & membra, quę habent aliquã connexionem ad pectus, vbi eſt cor: vnde timentes maxime tremunt in voce pp vicinitatẽ vocalis arterię ad cor. tremit etiam labium inferius, & tota inferior mandibula pp continuationem ad cor, vnde & ſtrepitus dẽtium ſequitur: & eadem ratione brachia, & manus tremunt. Vel etiam quia huiuſmodi membra ſunt magis mobilia, propter qd & genua tremunt timentibus, ſecundum illud Iſaiæ. 35. Confortate manus diſſolutas, & genua trementia roborate. B

ARTICVLVS IIII.

Vtrum timor impediat operationem.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd timor impediat operationem. Operatio enim maxime impeditur ex perturbatione rationis, quæ dirigit in opere: ſed timor perturbat rationem, vt dictum eſt. * ergo timor impedit operationem. C

Arti. 2. nuius quæſt.

¶ 2 Præt. Illi qui faciunt aliquid cum timore, facilius in operatione deficiunt: ſicut ſi aliquis incedat ſuper trabem in alto poſitam, propter timorem de facili cadit, non autem caderet, ſi incederet ſuper eandem trabem in imo poſitam, propter defectum timoris. ergo timor impedit operationem.

¶ 3 Præt. Pigritia, ſiue ſegnities eſt quædã ſpecies timoris: ſed pigritia impedit operationem. ergo & timor.

SED CONTRA eſt, qd Apoſtolus dicit ad Philip. 2. Cum metu & tremore veſtrã ſalutem operamini, qd non diceret, ſi timor bonam operationem impediret. timor ergo non impedit bonam operationem.

RESPON. Dicẽdum, q̃ operatio hominis exterior cauſatur quidem ab anima ſicut a primo mouente, ſed a membris corporeis ſicut ab inſtrumentis. Contingit autem operationem impediri & propter defectum inſtrumenti, & propter defectũ principalis mouentis. Ex parte igitur inſtrumentorum corporalium timor, quantum eſt de ſe, ſemper natus eſt impedire exteriorem operationem pp defectum caloris, qui ex timore accidit in exterioribus membris: ſed ex parte animę ſi ſit timor moderatus, non multum rationem perturbans, confert ad bene operandum, inquantum cauſat quandam ſolicitudinem, & facit hoiem attentius conſiliari & operari. Si vero timor tñ increſcat, quòd rationem perturbet, impedit operationem etiã ex parte animæ: ſed de tali timore Apoſtolus non loquitur. Et per hæc patet reſponſio ad primum.

AD 2^m dicendum, quòd illi qui cadunt de trabe in alto poſita, patiuntur perturbationes imaginationis propter timorem caſus imaginati.

AD 3^m dicendum, quòd omnis timens refugit id quod timet, & ideo cũ pigritia ſit timor de ipſa operatione in quantum eſt laborioſa, impedit operationem, quia retrahit voluntatem ab ipſa: ſed timor qui eſt de alijs rebus, intantum adiuuat operationem, in-

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quadrageſimæquintæ Articulum primum.*

IN ista quæſt. 45. vnum occurrit dubium, quomodo ſcilicet malum ſit obiectum audaciæ. aut enim eſt obiectum eius per ſe, aut per accidens. ſi per ſe, ergo motus appetitus, profecutiuus eſt per ſe reſpectu mali, cuius oppoſitum dictum eſt: & omnes fatentur dicentes, malum eſſe quod omnia fugiunt: ſicut bonum, quod omnia appetunt. ſi per accidens, ergo habet aliquid aliud per ſe obiectũ, ſicut patet in cæteris operationib⁹ ſenſus, intellectus, & appetitus. Dicuntur enim aliqua per accidens viſa, audita, intellecta, appetita: quia propter alia viſa, ſenſata, cognita, deſiderata attingũntur, & tunc quæratur quod eſt obiectũ per ſe audaciæ, an bonum, an malum. Et augetur difficultas, quia author varie loquitur videtur in artic. 2. ad tertium expreſſe dicens, audaciam reſpicere malum, & in articu. 4. ad 2. dicens, obiectum audaciæ eſſe compoſitum ex bono & malo.

¶ Ad huius difficultatis euidentiam, primo, referendus eſt actus audaciæ purus ad proprium obiectum. Secundo, referendus eſt idem, & ſecundum ſe, & vt participãs virtualiter ſpẽ in ſuum obiectum: ſic enim melius eluceſcet veritas. Quo ad primum iſte duæ paſſiones, ſcilicet audacia, & deſperatio ſimilem ingerunt difficultatẽ: quia iſta eſt ad malum, & illa a bono, ac per hoc contra naturæ ordinem videntur ſe habere. Si quis tamen aduertat, quòd in concupiſcibili, cuius obiectum eſt bonum, vel malum abſolute nulla eſt hoc modo paſſio, ſed reſpectu boni omnes ſunt proſecutiuæ, & reſpectu mali refutatiuæ, vel fugitiuæ coniicies quòd aliquid habet tam bonum, quàm malum ex ly, arduo, per qđ contrahitur bonum & malum ad obiectum irascibilis habentis tales paſſiones. & vere ſic eſt: & propterea in cõcupiſcibili nulla talis paſſio inuenitur. Quid autem ſit illud, nõ oportet in extraneo genere quærere: quoniã ſicut ædificationes, picturæ, & ſtructuræ difficiles, non reponuntur in aliquo alio genere ex difficultate: ſed modum quendam ſortiuntur illius eiuſdem naturæ, quæ difficilis dicitur. difficultas enim ædificationis ad artem ædificandi, & difficultas picturæ ad artẽ pingendi ſpectat: ita bonum difficile ex difficultate non intrat latitudinem mali, ſed infra boni latitudinem ſiſtit: & ſimiliter malũ difficile non exit mali latitudinem: quia tamen arduum ſeu difficile in reſpectu dicit bonum difficile excedens menſuram in maius, quantum inclinat voluntatem ad operandum ea, per quæ homo effugit id quod timet.

Suprà q. 23 ar. 2. co. fin. Et inf. præſenti q. ar. 3 co. Et 2. 2. q. 123. ar. 3 ad 3. & q. 129. arti. 6. ad ſecũdũ.

*l. 83. quæſ. ¶. 31. a medio illi⁹: & q. 34. tom. 4

†lib. 2. c. 6. a medio illius, tom. 1.

*li. 2. Rhet. cap. 5. a medio, tom. 6.

*li. 10. Met. tex. 13. to. 3

QVAESTIO XLV.

De audacia, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de audacia.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum audacia ſit contraria timori.

¶ Secundo, Quomodo audacia ſe habet ad ſpem.

¶ Tertio, De cauſa audaciæ.

¶ Quarto, De effectu ipſius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum audacia ſit contraria timori.

AD PRIMVM ſic procedit. Videtur q̃ audacia non contrarietur timori. Dicit. n. Augu. in libr. 83. q. * quòd audacia vitium eſt. vitium autem virtuti contrariatur, cum ergo timor non ſit vitus ſed paſſio, videtur quòd timori non contrarietur audacia.

¶ 2 Præt. Vni vnum eſt cõtrarium: ſed timori contrariatur ſpes. non ergo contrariatur ei audacia.

¶ 3 Præt. Vnaquęq; paſſio excludit paſſionẽ oppoſitã: ſed id qđ excludit per timorẽ, eſt ſecuritas. dicit. n. Aug. 2. Confeſ. * q̃ timor ſecuri tati præcauet. ergo ſecuritas contrariatur timori, nõ ergo audacia.

SED CONTRA eſt, quod Philoſophus dicit in 2. Rhetor. * quòd audacia eſt timori contraria.

RESPON. Dicendum, q̃ de rõne contrariorũ eſt, q̃ maxime a ſe diſtent, vt dicitur in 10. Metaph. * Illud autem, quod maxime diſtat a eo ipſo, quòd tam difficile eſt, habet vnde a ſe auertat illum, cui eſt, vel videtur ſic excedũm: & hoc modo bonum arduum eſt obiectum deſperationis. & ſimiliter malum difficile non excedens menſuram in maius, licet ex eo quod eſt malum habeat, vnde auertat: ex eo tamen quòd eſt velut quoddam magnum non excedens menſuram, habet vnde trahat. vnde author ſuperius in q. 23. artic. dixit quòd malum arduum habet, vt in ipſum tendat, ſicut in quoddam arduum: & ſic modus mali importat⁹ perly, arduum, menſurate habet attrahere nõ cõcupiſcibilem, cuius eſt fugere magis maius malum, quàm min⁹, ſed irascibilem, cuius eſt ã bona quàm mala ardua ꝓſequi, vt opor tet. Et hoc modo ſaluatur quòd audacia reſpicit p ſe aliquo mõ ſuum proprium obiectum: nec video aliter perfectitatẽ in ipſa, & deſperatione pure ſumptis reſpectu proprium obiectorũ. Quòd. n. obiectum audaciæ ſit difficile malum, ex eo patet, quòd ſicut nullus deſperat niſi a deſiderato, ac ꝓ hoc bono, ita nullus audet niſi ad timenda, ac ꝓ hoc mala. hæc de primo. Quo ad ſecm facile patet qũo ſaluaẽ hic per ſe, & per accidẽs, & quare. Saluatur ſiquidẽ per ſe obiectum proſecutionis, ideſt bonum, & per accidens obiectum eiuſdem, ideſt malum, ex eo quod obiectum audaciæ, ut participantis ſpẽ, vt in litera dicit, cõpoſitum eſt ex bono & malo, ita quòd bonum victoriæ, ſeu repulſæ ſubiectionis imminentis, reſpicitur rationem ſpei, quod perinde eſt ac dicere, quòd reſpicit ex participata ſpe: malum autem reſpicit ratione ſui, propter illud tamen bonum. Eſt. n. audaciæ motus ſpei effectus ex parte obiecti: vnde prouida natura, cum egerent animalia non ſolum conſonantibus per ſe motibus ad obiecta appetitus, bonum ſcilicet & malum: ſed ẽt diſſonantibus ab eiſdem, quoniã quandoque expedit & fugere bonum aliquod, & proſequi malum aliquod, nec potuerit fieri, vt perfectatem ſecundum propriam compoſitionem haberent, effecit vt ſaltem reſpectu concurrentium ad motum perfectas ſaluaretur, vt ſic motus omnis appetitus, & ſi non ſecundum ſe conſideratus, vt tamen exercitus, cum requiſitis ad ipſum per ſe obiectum fortiatur.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimæquintæ Articulum ſecundum.*

CIrca dcã in 2. art. ciuſdẽ 45. q. ſpãliter dubiũ occurrit, quia author ſibi ipſi cõtrarius eſt. ſuperius enim in q. 25. artic. 3. expreſſe dixit, quòd deſperatio eſt prior timore, & quòd timor ſequitur

Cap. 6. & 7 eom. 5. Tp. 40. ar. 1.

Cap. 8. poſt med. com. 6

Cap. 8. poſt medium to. per. 5.

quæſt. 22.

ſequitur deſperatio nẽ victoriæ, ſicut audacia ſpẽ eiuſdem. hic nero apte unte, quòd deſperatio ſit effect⁹ timoris, ſicut audacia ſpei.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ deſperatio & timor poſſunt dupliciter conſiderari. ſ. ex parte obiecti, & ex parte modi attingendi obiectum. Si conſideretur ex parte obiecti, cum obiectũ deſperationis ſit bonũ timoris uero malum, & bonum naturaliter ſit prius malo, ſic deſperatio eſt prior timore, ut ſuperius in q. 25. declaratum fuit: & ex hac parte timor naſcitur ex deſperatione, qa ſcilicet obiectũ deſperationis natũ eſt parere obiectum timoris. Bonum enim arduum æſtimatum impoſſibile, natũ eſt proponere ptiuationem ſui, vt quoddã malũ ſuperexcedẽt, quòd eſt obiectum timoris: non eſt tamẽ iſta deriuatio timoris, ex deſperatione ex parte obiecti, ſed accipienda, ac oportet obiectum timoris ex penitus obiecto deſperationis ꝓcedere: quoniã hoc eſt manifeſte falsũ, dũ ſumus inter ſpẽ, & metum, ſed quia obiectum timoris ſi pit ſemper aliquid de obiecto deſperationis. Nullũ enim malum habet rationem timendi, niſi quia bonum oppoſitum æſtimatur, uel dubitatur ſuperexcedens, quòd eſt obiectum deſperationis. Si autem conſideretur ex parte modi attingendi obiectum, cum utriuſque mouãs conſiſtat in fugiendo, & timori p ſe: deſperationi autem per accidens cõuenit ſuum fugere obiectum, & quod eſt per accidens dependeat ab eo quod eſt per ſe, cõſequens eſt, vt timor ſit ex hac parte cauſa deſperationis, non ita quod obiectum deſperationis ſit compoſitum ex bono & malo, ſicut obiectũ audaciæ: quoniã, ut ſuperius in q. 40. ar.

respectu malorum & terribiliũ, vt A dđ in 3. Eth. * ſpes ãt reſpicit bonũ, vt ſupra dictum eſt, † ergo hũt diuerſa obiecta, & nõ ſunt vnius ordinis. ergo audacia cõſequit ſpem.

¶ 2 Præt. Sicut audacia cõtrariatur timori, ita deſperatio ſpei: ſed timor nõ ſequit deſperationẽ quinimmo deſperatio excludit timorẽ, vt Philoſ. dicit in 2. * Rhet. ergo audacia non conſequitur ſpem.

¶ 3 Præt. Audacia intendit quoddam bonum. ſ. victoriam: ſed tendere in bonum arduũ pertinet ad B ſpem. ergo audacia eſt idem ſpei: non ergo conſequitur ad ſpem.

SED CONTRA eſt, quod Philoſo. dicit in 3. Eth. * quòd illi qui ſunt bonæ ſpei, ſunt audaces. videtur ergo audacia conſequi ſpem.

RESPON. Dicendum, q̃ ſicut iam pluries dictum eſt, * oẽs hmói paſſiones aĩę ad appetitiuã potentiã pertinent. Oĩs autem motus appetitiuæ potentię reducitur ad ꝓſecutionem vel fugã: ꝓſecutio aũt vel fuga, eſt alicui⁹ & per ſe, & per accidens, per ſe quidem eſt ꝓſecutio boni, fuga vero mali: per accidens autẽ põt proſecutio eſſe mali pp aliqđ bonum adiunctum, & fuga boni, pp aliquod malum adiunctum. qđ autem eſt per accidens, ſequitur ad id, qđ eſt p ſe: & ideo proſecutio mali ſequitur proſecutionem boni, ſicut & fuga boni ſequitur fugã mali. Hęc aũt quatuor pertinẽt ad quatuor paſſiones, nã ꝓſecutio boni pertinet ad ſpem, fuga mali ad timorem, proſecutio mali terribilis ptinet ad audaciã, D fuga vero boni pertinet ad deſperationẽ: vnde ſequitur q̃ audacia cõſequitur ad ſpem. Ex hoc enim q̃ aliquis ſperat ſuperare terribile imminens, ex hoc audacter inſequitur ipſum: ad timorem vero ſequitur deſperatio, ideo .n. aliquis deſperat, qa timet difficultatem, quæ eſt circa bonum ſperandum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio ſequeretur, ſi bonũ & E malum eſſent obiecta non habentia ordinem adinuicem: ſed quia malum habet aliquem ordinem ad bonum (eſt enim poſterius bono, ſicut priuatio habitu) ideo audacia quæ inſequitur malum, eſt poſt ſpem, quę inſequitur bonum.

AD 2^um dicẽdum, q̃ etſi bonum ſimpliciter ſit prius q̃ malum, tñ fuga per prius debetur malo, q̃ bono: ſicut inſecutio per prius debetur bono, q̃ malo: & ideo ſicut ſpes eſt prior, q̃ audacia, ita timor eſt prior, q̃ deſperatio: & ſicut ex

timore nõ ſemper ſequitur deſperatio, ſed quando fuerit intenſus: ita ex ſpe non ſemper ſequitur audacia, ſed quãdo fuerit vehemẽs.

AD 3^um dicendum, q̃ audacia licet ſit circa malum, cui coniunctũ eſt bonum victoriæ ſm æſtimationem audaciæ, tñ reſpicit malum: bonum vero adiunctum reſpicit ſpes, & ſimiliter deſperatio reſpicit bonum directe qđ refugit: malum vero adiunctũ reſpicit timor. vnde ꝓprie loquendo, audacia nõ ẽ pars ſpei, ſed eius effectus: ſicut nec deſperatio ẽ pars timoris: ſed eius effectus: & pp hoc etiã audacia principalis paſſio eſſe poteſt.

ARTICVLVS III.

Vtrum defectus aliquis ſit cauſa audaciæ.

A vt motus, potentiæ, habitus, & si quid est huiusmodi, de quibus in 1. lib. diffuse sermo est habitus. Et hic sensus nullam patitur calumniam, aut falsitatem, vt ibi ostensum est. Efficacia autem tantum nihil habēt, nisi quòd sortiuntur ex suo specificatiuo, ꝙ in indiuisibili consistere dictum est. Ille igitur formæ quæ suum specificans indiuisibile sic int^9 obtinent, qđ nihil extra ordinantur, nihil habent ex hoc ni si indiuisibile, ac per hoc secundū se non habent augmētum. Illæ autem quæ secundum suam propriam differentiam aliquod extraneum licet indiuisibile respiciunt, ex ipsa sua natura accessum ad illud, ac ꝙ hoc augmētum in huiusmodi accessu sortiuntur. Ad quorum maiorem euidentiam sciēdū, ꝙ cum augmētum circa quantitatem variabilem in plus, aut minus sit, sicut forma se habet ad quantitatem huiusmodi, ita se habet ad augmentum: formæ autem quæ extraneum aliqđ speci ficatiuum non respiciunt, nullam secun dum suas specificas naturas quātitatem mutabilem sortiuntur: sed quātitatem tantum perfectionis specificæ, vt sic in indiuisibili cōsistentē. formæ autem quæ aliquod extraneum respiciūt præter illam specifi cam perfectionem, sortiuntur aliā quātitatem mutabilem, scilicet secūdum accessum maiorem, vel minorē ad illud specificans: & ideo illæ secundum se non augentur, aut minuūtur, istæ sic. Et consistit tota vis in hoc, ꝙ licet vtrobique specificans vt sic, consistat in indiuisibili, nec habeat latitudinem, & propterea cōmune est vtrisq; quòd specifice nihil potest addi, aut subtrahi, quin varietur species: habentibus tamen differentiam mentem dicantem ab extraneo specificante, ex hoc ipso respectu conuenienti formæ secundum suam naturam specificam pure sumptā annexus est motus accessus ad illud maior & minor, secundum quem huiusmodi formæ secundum se dicūtur augeri, vel minui. tales autem accessus non possunt poni in aliis formis: quoniam nihil extra respiciūt specificans, cui diuisibilis hic accessus annecti possit. verbi gratia. Scientia, quia secūdum suam naturam respicit scibile, ex hoc ipso quòd non abstrahit a scibili specificante, consequitur quòd plus & minus ad ipsum scibile accedere possit, plura vel pauciora de ipso attingendo. Calor autem nihil præter specificam naturam intrinsecam dicens, nihil habet vt sic, variabile. Et hęc est intentio auctoris de augmento, & diminutione formarum secundum se.

¶ Circa augmentum & diminutionem formarū secundum participationem in subiecto, secundo loco in corpore artic. positam aduerte, quòd quia susciperе magis & minus latitudinem quandam importat: dicit circo author ex indiuisibilitate excludente huiusmodi latitudinem, differētiam manifestat inter formas sic augmentabiles, & non augmētabiles: & dupliciter hoc cōtingit, Primo si forma indiuisibiliter se habeat ad subiectū: tūc enim constat

* Ca. 3. prin lo post prin cip. to. 5.

D.315.

* In prædicam. quali.

D.151.

Infra q. 66. art. 1. & 2. co. Et veri. q. 1. art. 11. & q. 5. ar. 3 E: 10. Ethi. lec. 3. *li. 5. phys. tex. 18. tomo 2.

† tex. 17. & 18. tom. 2.

Tex. 15. & 17. tom. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiat quòd participatio eius latitudinem non habet. & hoc inuenitur inter omnem formã substantialem, & eius subiectum: & ratio in litera ponitur, quia scilicet specificat subiectum. specificare enim actus est in indiuisibili consistens, vt dictum est: & est sermo de specificatione subiecti nõ in tali, aut tali specie, sed simpliciter, quod solũ inuenitur in forma substantiali: cæterę enim specificãt secundum quid. Secundo contingit, si de ratione formę sit indiuisibilitas nõ in partes quãtitatiuas, sicut numerus & cuius partes habẽt: sed in plura, quorũ aliquo adiũcto, vel adempto, perfectior aut minus perfecta fit: quod est carere latitudine. & est sermo de forma, nõ de specificante ipsam. Iam enim dictũ est, quòd omne specificans vt sic, consistit in diuisibili: nũc autem dicimus, quòd nõ omnis forma consistit in diuisibili: sed quædam sicut species figurarum, & numerorũ, & quædam non, vt multæ qualitates primæ, & tertiæ speciei. calori enim adepto aliquo gradu suæ latitudinis remissior ẽ, & appositio intẽsior est. Circulus autem quocunque variato, aut non remanet circulus, aut æque: & sic habes, & quare quædam formæ secundum suas species specificas naturas augentur, & quędam nõ, & hoc propter antiquos: & quare quędã formę suscipiunt magis & minus, vt respiciunt subiectũ, & quædam non.

Tex.15.tomo.3.

In isto arti.

Tex.16.tomo 3.

Tex.17.tomo 2.

¶ Circa rationem assignatam in eodẽ 2.articu.quæstio.52 quare quędam formæ vt participabiles in subiecto, suscipiunt magis & minus, & quædam nõ, dubium duplex restat. Primo de speciebus quantitatis continuæ infra latitudinem continui, scilicet, linea, superficie, & corpore. hæc enim in litera non tractãtur, nisi vt indubit discreti rationem, puta, bicubiti, tricubiti &c. Et tamen hæ neque specificant, neque indiuisibilitatem de sua ratione sortiuntur, & consequenter suscipere deberent magis & minus, si ratio literæ esset sufficiens: constat autem quòd non suscipiunt magis & minus. Secundo de naturalibus potentiis quæ ponuntur in secunda specie qualitatis, vt intellectus, voluntas, cõcupiscibilis &c. Quæ etiam sunt absq; magis & minus, & tñ nec specificant, nec indiuisibilitatem habent.

*In prædic. qualit. post medium illius 10.1.

aut minus. Vnde Philosoph. dicit in 7.Phy.* ꝙ cũ aliquid accipit formam & figuram, non dicitur alterari, sed magis fieri. Aliæ vero qualitates, quæ sunt magis distantes a substantia, & coniunguntur passionibus & actionibus, recipiunt magis & minus fm participationẽ subiecti. Põt aũt & magis explicari hmõi diuersitatis ratio. vt.n. * dictũ est, id a quo aliquid habet speciẽ, oportet manere fixũ, & stãs in indiuisibili. Duobus igitur modis potest contingere, ꝙ forma nõ participatur fm magis & min⁹. Vno modo, quia participans habet speciem fm ipsam. & inde est ꝙ nulla forma substantialis participat fm magis & minus: & pp hoc philosophus dicit in 8. * Meta. ꝙ sicut numerus nõn habet magis neque minus, sic neq; substantia quæ est fm speciem, ideſt, quantũ, ad participationem formæ specificæ, sed si qdẽ quę cũ materia, ideſt, fm materiales dispositiones inuenitur magis & minus in substãtia. Alio mõ põt contingere ex hoc, ꝙ ipsa indiuisibilitas est de ratione formę: vñ oportet ꝙ si aliquid participet formã illã, ꝙ participet illam fm rõnẽ indiuisibilitatis. & inde est, ꝙ species numeri non dicuntur fm magis & minus: quia vnaquæq; species in eis cõstituitur p indiuisibilẽ vnitatem. & eadẽ ratio est de speciebus quantitatis cõtinuæ, q̃ fm numeros accipiunt, vt bicubitũ & tricubitũ: & de relationibus, vt duplũ & triplũ: & de figuris, vt trigonũ & tetragonũ. & hãc rõnẽ ponit Arist. in *Prædica. vbi assignans rationẽ quare figuræ non recipiunt magis & minus, dicit. Quæ quidẽ recipiũt trigoni rationẽ & circuli, & similiter trigona, vel circuli sũt, quia indiuisibilitas ẽ de ipsa eorũ rõne. vñ q̃cunq; participant rationẽ eorũ, oportet ꝙ indiuisibiliter participẽt. Sic igitur patet, ꝙ cũ habitus & dispositiones dicãt fm ordinẽ ad aliqd, vt dẽ in 7.*Phys. dupli põt intẽsio & remissio in habitibus & dispositionib⁹ cõsiderari. Vno mõ, fm se, ꝓut dẽ maior, vel minor sanitas: vel maior vel minor sciẽtia, q̃ ad plura vel pauciora se extẽdit. Alio mõ, fm participationẽ subiecti, prout. s. æqualis sciẽtia, vel sanitas magis recipitur in vno q̃ in alio, fm diuersam aptitudinem vel ex natura, vel ex cõsuetudine. non .n. habitus & dispositio dat speciẽ subiecto, neq; iterũ in sui rõne includit indiuisibilitatem. Quomodo autem circa virtutem se habeat, * infra dicetur.

Ad primum ergo dicẽdũ, qd sicut nomẽ magnitudinis deriuatur a quantitatibus corporalib⁹ ad intelligibiles pfectiões formarum, ita etiã & nomen augmenti, cuius terminus est magnum.

Ad 2um dicendum, qd habitus q dem pfectio est, non tñ talis perfectio, q̃ sit terminus sui subiecti, puta, dans ei esse specificum: neq; ẽt in sui ratione terminũ includit, sicut spẽs numerorũ: vñ nihil prohibet quin recipiat magis & min⁹.

Ad 3um dicendum, qd alteratio primo quidem est in qualitatibus tertiæ speciei: in qualitatibus vero primæ speciei põt esse alteratio p posterius. Facta.n. alteratione fm calidum & frigidum, sequitur animal alterari fm sanum & ægrum. Et similiter facta alteratione fm passiones appetitus sensitiui, vel fm vires sensitiuas apprehẽsiuas, sequitur alteratio fm scientiam & virtutes, vt dicitur in 7.* Physic.

Articvlvs II.

Vtrum habitus augeantur per additionem.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd augmentum habituũ fiat per additionem. Nomen enim augmenti, vt * dictum est, a quantitatibus corporalibus transfertur ad formas: sed in quantitatibus corporalibus non fit augmentum sine additione. vnde in 1. de † Generatione dicitur, quòd augmentum est præexistenti magnitudini additamentum. ergo & in habitibus non fit augmentum, nisi per additionem.

¶ Ad primũ ex duplici capite dicti potest. Primo, ꝙ hmõi quantitates computatæ sunt cum formis specificantibus quo ad hoc, propter earum propinquitatem ad substantiam a Simplicio, vt patet in litera. Et propterea author eum dictum Simplicii non refutauerit, sed explanauerit & ampliauerit, in illa computatione eas diuidit, qua ille posuit: & cũ hoc, conatus est ex sua explicatione de eisdẽ sub alia rõne reddere rationẽ. Secundo, quòd subiectũ præsentis discussionis est forma nõ essentialiter quãta quantitate molis, vt in principio corporis arti. innuitur: quoniam magnitudo formarũ de quæ est quæstio, circa quã est augmentum & diminutio, quæ vocantur intensio & remissio, distinguitur in litera contra magnitudinem quantitatis molis. & sic quantitas molis tangit quã habens alterius generis magnitudinem, & augmẽtum, & diminutionẽ, extra præsentem disputationem a principio artic. remanẽs. Erit ergo secundum hoc ratio literæ de formis non essentialiter quantis quantitate molis, quædam suscipiunt magis & minus, & quædam non: & inde est, quia de istis est dubium: Illa enim constat non susciperе magis & minus: nec obstat quòd author etiam ad quantitatis continuæ species aliquas sermonẽ extenderit: qm hoc ad perfectionem spectat doctrinæ &c.

¶ Ad secundum dicitur, quòd naturales potentiæ, quæ cõsequuntur immutabiliter substãtias, eum formis specificantibus connumerantur: unde hoc nihil obstat. Dico autẽ immutabiliter, quia si aliquæ consequerentur mutabiliter, vt durũ & molle, nihil prohibet eas susciperе magis & minus. Alteratione enim facta fit magis molle, aut minus: & sic vniuersalis regula videtur data

Tex.32.t.3

Ar.praeced.

re in formis absolutis. respectiue.n. absolutarum naturas consequuntur, & secundum eas suscipiunt, vel non suscipiũt magis & minus. duplum.n. non suscipit magis minus: simile autem suscipit magis & minus, quia qualitas suscipit magis & minus &c.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæsecundæ Artic. 2.*

In art. 2. eiusdem q. dubia duo sunt. Primũ est circa dist. factam in litera. s. ꝙ si intensio in formis intelligitur ꝙ additione, hoc non

nõ põt esse nisi dupliciter, scilicet vel ex parte ipsius formæ, vel ex parte subiecti &c. Est.n. distinctio hęc fm sensum literæ intellecta insufficiens: qm fm literã additio ex parte formæ nihil aliud significat, q̃ additionẽ specificã. Cõstat autẽ ꝙ pter additionẽ specificã & ex parte subiecti, datur tertius modus additionis. 1. gradus ad gradũ, qui in litera omittitur, & in oppositũ ponitur a dicẽtibus, ꝙ intensio & remissio fit p additionẽ grad⁹ ad gradũ, vel remotionẽ gradus a gradu. insufficiens ergo vt dictum.

¶ Secundum dubiũ valde arduũ, & nõ nisi cum Diui. Thomæ adiutorio solubile, est, de efficacia huius processus ad excludendũ intẽsionẽ formarũ nõ fieri p additionẽ gradus ad gradũ. Ratio.n. in litera directe posita contra additionẽ nõ vt locum habere in illis gradibus, quoniam nec distinguũntur specie, nec subiecto. Et augetur dubitatio, qa aut author intendit excludere opinionem dicentẽ, quòd intẽsio fit per additionem gradus ad gradum, aut nõ: si non, contra quos ergo disputat? Et rursus diminute tractat materiã hãc, omittẽdo hãc principalẽ difficultatẽ. si sic, cũ talis opinio nõ ponat additionẽ fm spẽm, nec fm subiectũ, sed fm gñationẽ noui gradus, quomõ ex his excluditẽ?

¶ Ad primũ dubium facile rñdetur dicẽdo, ꝙ distinctio est sufficiens, & quòd verum est, quòd per augmentum ex parte formæ intendit varietatem specificam: quoniam vtitur hoc termino sicut in articulo præcedente. Sed sciendum est, ꝙ quia formæ accidentales intensibiles & remissibiles non distinguuntur nisi aut formaliter, aut materialiter, & distinctio specifica ex forma est, materialis autem ex subiecto: ideo author per illam distinctionem non intendit aliã quam cõsuetam. s. aut additio est specifice differentis, aut numeraliter. nec datur secũdus modus: qm additio gradus ad gradum intelligitur gradus numeraliter distincti, vt tractando fm dubium clarius patebit. Quomodo autem liceret addi tionem numeralem solum fm additionem subiecti exercere, in secundo dicetur dubio.

¶ Ad euidentiã secundæ ambiguitatis sciendum est, ꝙ tribus modis potest quis imaginari additionem gradus ad gradum in qualitatibus. Primo, vt gradus aliquis præexistens fm rẽ actu in aliquo adiungatur formæ existẽti in aliquo gradu nõ in summo: sicut quãtitas alimenti additur aũali qđ augetur. Secũdo, vt gradus aliquis præexistens nõ fm rẽ, sed fm intellectũ & potẽtiam actiuam deforis apponatur formæ, non in summo: sicut aeri illuminato vna candela, additur aliud lumen ex alia candela posmodum, & fit magis illuminatus. Tertio, vt gradus aliqs præexistens in potẽtia subiecti educatur de eius potẽtia, & addatur subiecto: præter hos modos nescio alium, qui ad istos nõ reducat. Sciendum est deinde, ꝙ quia additio non potest intelligi, vt sanct. Tho. in 2.2. quæ. 24. dicit, absq; intellectu duorum. s. eius qui additur, & eius qđ additur: dualitas aũt siue distinctionem fingi nequit: oportet omnem opinionem ponentem intentionem fieri per additionem, distinctionem horum duorum proponere vel in rẽ, vel secundũ imaginationẽ: quãuis additione facta, possit fieri ex vtroq; vnũ, vt patet. Nec te lateat ꝙ idẽ ẽ iudicium de additione magis ad minus, & additione gradus ad gradũ, & formæ ad formam in eadem specie vt patet in lumine. est .n. aer prius ex candela lucente vt duo illuminatus v.g. vt duo. Et si apponatur alia cãdela æque virtutis &c. erit illuminat⁹ vt quatuor, vt patet ex hoc, ꝙ melius ibi legimus: & vbi videm⁹, ꝙ nõ esset, si esset factũ lumẽ maius extẽsiue, puta, plura lumina & nõ maius extẽsiue. Et tñ cõstat, ꝙ aliud numero lumẽ fieret, si subiectũ occupatum non inueuirerur. Et propterea author loquens de additione formæ ad formam eiusdem speciei, loquitur etiam de additione gradus ad gradum. gradus enim caloris vt duo, calor quidam est, & sic de aliis. Examinando igitur modos imaginatos additionis in formis, videamus quomodo additionis ratio & veritas inueniatur. In primo modo ratio additionis vere saluatur, sed nulla veritas. est enim impossibile quòd graduꝰ existens addatur existenti, nisi subiectum subiecto addatur. Er tunc non fieret magis, sed maius, vel accidens migraret d subiecto in subiectum: quod est impossibile. In secundo modo ratio additionis apparenter saluatur: est enim in eo non additio, sed additionis modus quidam, vt apparet tum ex eo, quod deforis venit secundum veritatẽ, vt in formarum insufarum intensione: vel secundum æstimationem, vt in lumine: tum ex eo, quòd id quod deforis venit, intelligitur vt quoddam individuum ciusdem speciei, non quod est, sed quod esset si seorsum fieret: & sic saluatur quodãmodo distinctio numeralis eius quod additur ad id, cui additur. veritas autẽ deficit, tũ quoniã nulla forma naturalis intensibilis venit deforis, nisi apud ponẽtes formas creari, licet quo ad formas supnaturales, charitatem scilicet, & huiusmodi, verificetur aduentus deforis: sed præsens sermo est communis, tum quoniam non est etiam hic vera additio nisi secundum extranea, prout scilicet agens additur agenti, vt author in 24. quæst. 22. ar. 5. ad 2. dicit. & hæc etiam additio est per accidens: quia plura lucẽtia, aut calefacientia concurrunt in vi vnius totalis agentis. In tertio autem additionis ratio eo solo modo apparet, quo quicquid noui quomodolibet ad genitum antiquo aduenire dicimus. sed veritas est, quòd ibi nulla est additio nec quo ad fieri, nec quo ad factum esse: non quo ad fieri, quia non additio est, sed eductio: nec quo ad factum esse, quia non saluatur distinctio inter additum, & cui additur: sicut inter formam in facto esse, & materiam. Ad cuius clariorem notitiam scito, quòd additio per eductionem de potentia subiecti gradus ad gradum p intensionem in formis, dupliciter æstimari potest. Primo, quòd se habeant gradus adinuicem, sicut vnitas superueniens vnitati in numeris non quo ad discretionem, sed quo ad distinctionem. & hanc phantasiam sequi videntur ponentes formas intendi per additionem gradus ad gradum. æstimant enim formam compatientem multos eiusdem speciei gradus aduenientes, & recedentes, ac si fingeremus, quòd numerus aliquis inuariatus secundum substantiam perderet, & acquireret diuersas vnitates, continuas tamen: & hoc reputatur chimera. Vnde secũdo æstimatur, quòd ipsa simplex essentia formę pfectior fit in hoc ipso, quòd subiectum sibi magis subiicit formaliter, & hoc est ipsam intendi: & quanto magis hoc habet, tanto est magis intensa. Et propterea dicere oportet loquendo de intensione formæ vt corporaliter respicit subiectum, quòd semper quando est intensior, fit perfectior secundum essentiam, & esse & inesse in subiecto, & econuerso. Nec aliqua ibi interuenit corruptio, sed sola omnium prædictorum augmentatio. Diuus ergo Thomas de additione formaliter iuxta physicum morem tractans, primum modum, qui solus additionem formalem præfert, distinxit contra alias duos, quos & pro vnico computauit: quia quo ad intrinseca in hoc proposito non differunt: & quodammodo distinctionis eorum meminit in 2. 2. in loco allegato, & illum semper improbauit: immo in 2. sententia. distin. 17. dicit se non posse illum intelligere formaliter. hos autem, seu hunc firmauit: & hinc quidem, quia tractat in communi, primo ex communibus: quia forma non fit, sed compositum: additio enim nonnulla esset si forma fieret. secundo ex propriis additionis: quia scilicet additum di-

Universidad de Navarra Biblioteca

stinguitur &c. vt patet in litera. & per hæc patet solutio ad obiecta. ¶ Circa eadem difficultatem de intensione & remissione formarū in eodem 2. ar. 52. q. dubiū adhuc occurrit ex Scoto in vlt. q. 17. distinctionis primi sentent. Ipse siquidē nō solus, vt opinor, sensum nō intērū a diuo Thoma sic impugnauit, vt in aliquo dissentiat fm rem. duo enim creduntur affirmari, primum est q formæ intēdātur proprie, & remittantur tantum fm habitudinem ad subiectum. fm est, quòd res illa quæ est forma, qñ intenditur & remittitur, nihil sui reale absolutum acquirit aut perdit, sed solum aliquid in ordine ad subiectum. Et vtrunque Scot. impugnat. Secundū veritatē aūt secūdū dictū nō est S. Tho. sed cōtra ip sum, vt ex supradictis patet. vñ nō oportet rīdere obiectis cōtra illud. Primū vero dictū asserti a diuo Tho. est, nec est mirū q impugnet a Scot. qñ discordauit a principio. Diuus enim Tho. posuit formas habere quicquid habent aut ex ratione formali. i. specifica, aut ex subiecto, seu materia, ita q quicquid materiale. i. nō specificū est in eis, ex materia posuit, ille autem non. Et propterea author latitudinē formæ fm magis & minus, cū infra speciem sit, materialeq; aliquid id sit in specie, ad subiectum reduxit, sicut & cętera materialia & indiuidualia. Scotus aūt sequēs suas proprietates indiuiduales, vult q si p impossibile forma ita abstraheretur a subiecto, q nec ēt aptitudinaliter respiceret subiectum, susciperet magis & minus: ita quòd hoc nec conuenit formæ in ordine ad subiectū, nec oritur quoquo modo ex subiecto. sicut quantitas molis, si per impossibile non haberet inclinationem ad subiectum, adhuc esset maior vel minor. Probat autem hoc, Si contraria in summo sunt incompossibilia, remissa vero compossibilia. ergo incōpossibilitas formarum consurgit ex gradibus. ergo gradus conueniunt formis priusquàm respiciant subiecta. Prima consequentia est per se nota: secunda probatur, quia prior est incompossibilitas formarum in se, quàm sit earum in subiecto recipiente: quia enim sibiinuicem repugnant, ideo non possunt recipi in eodem, & non econuerso. ergo &c. ¶ Ad hoc dicitur primò, quòd antecedens est falsum loquendo vt loquimur, de contrariis formaliter non virtualiter inuentis, vt in medio: & secundum se, non secundum extrinseca: puta animam vel cœlum, vel formam mixti: contraria enim cum ex specifica differentia contraria sint, vt patet 10. Metaphys. per hoc idem sunt incompossibilia in eodem, vt patet ibidem. vnde Aristot. omnes conditiones contrariorum, inter quas est incompossibilitas in eodem, reducit ad perfectam differentiam, vt patet ibi. Contraria ergo in quocunq; sunt gradu, contraria sunt & incompossibilia in eodem, & alterum contra alterum pugnat. quod autem in mixtis maneant remissa, hoc facit forma mixti continens: & nihilominus mutuo contra se nituntur remissa sicut in summo proportionaliter. Dicitur secundo, quòd dato antecedente, prima consequentia nō valet: q incōpossibilitas formarū poneretur duplex, vna ex contrarietate: & hæc conuenit formis secundum se ex specificis naturis: & hæc non consurgit ex gradibus, sed abstrahit ab eis, sicut & ipsa forma: & hæc incompossibilitas est prior in formis secundum se, quàm in subiecto; quæ tū nihil facit ad arguentem: altera ex gradibus, & hæc cōuenit formis ex illo respectu ad subiectum, ex quo conuenit eis latitudo. In litera autem patet, q formæ de quarum ratione nō ē indiuisibilitas, participabiles a subiectis absq; specificatione eorū habent latitudinem. Vnde neque latitudo, neque gradus, neque incōpossibilitas consurgens ex eis, est prior quàm sit talis participabilitas formæ in subiecto. Et cum dicitur, quòd ista incompossibilitas ē prior inter formas inter se, quàm in subiecto: respōdetur quòd hic est sophisma ab vna habitudine ad subiectum ad omnes, seu a negatione prioritatis in vna, ad negationē prioritatis in omnibus. Aliud est enim dicere, quòd incōpossibilitas ista formarum sit prior in se, quàm incompossibilitas in subiecto. Aliud est dicere, quòd incompossibilitas formarum in se sit prior omni respectu ad subiectum: quia est posterior participabilitate tali formarum in subiecto, ex qua cōsurgit incōpossibilitas fm grad° in formis in se, & i subiecto. ¶ Ad exemplum aūt Scoti de quātitate molis, dicitur, quòd quantitati conuenit esse maiorem & minorem in eadem specie, non ex hoc quòd est participabilis a subiecto, & ideo non est simile: sed ex hoc ipso, quia participat naturam materiæ. vnde si auferatur ab ea id quod habet ex hoc, quòd participat naturam materiæ, neque indiuiduum secundum se, nec maius nec minus haberet &c.

pallido fit album. Si vero huiusmodi additio intelligatur ex parte subiecti, hoc non posset esse nisi vel quia aliqua pars subiecti recipit formā, quā prius nō habebat: vt si dicatur frig° crescere in hoīe, qui prius frigebat in vna parte, qñ iā in pluribus partibus friget: vel quia aliquod aliud subiectū additur participans eandē formā, sicut si calidum adiungatur calido, vel album albo. sed fm vtrunq; istorū duorum modorū non dī aliquid magis album, vel calidum, sed magis. Sed quia quædam accidentia augentur fm seipsa, vt * supra dictum est, in quibusdam eorum fieri potest augmentum per additionem. Augetur enim motus per hoc, quòd ei aliquid additur vel fm tempus in quo est, vel fm viā per quam est: & tamen manet eadem species propter vnitatem termini. Augetur etiā nihilominus motus per intensionem fm participationē subiecti, inquantum. s. idem motus potest magis vel minus expedite, aut prōpte fieri. Similiter etiam & scientia potest augeri fm seipsam p additionē, sicut cum aliquis plures cōclusiōes geometriæ addiscit, augetur in eo habitus eiusdē scientiæ fm speciem. Augetur nihilominus sciētia in aliquo fm participationem subiecti per intensionē, prout scilicet expeditius & clari° vnus homo se hēt alio in eisdē cōclusionibus cōsiderādis. In habitibus aūt corporalib° non multum vī fieri augmentū p additionem, quia non dicitur animal sanū simpliciter, aut pulchrū, nisi secundum oēs partes suas sit tale: quòd autem ad pfectiorem cōmensurationē perducatur, hoc cōtingit fm transmutationem simplicium qualitatum, quæ non augentur, nisi secundū intensionem ex parte subiecti participantis. Quomodo autem se habeat circa virtutes, * infra dicetur.

Ar.præced.

Ad primvm ergo dicendū, q etiā in magnitudine corporali cōtingit dupliciter augmētum. Vno modo, per additionem subiecti ad subiectum, sicut est in augmento viuentium. Alio modo, per solam intensionem absq; omni additione, sicut est in his quæ rarefiūt, vt dicitur in 4. * Phys.

Ad 2^m dicendū, q causa augens habitum, facit quidem semp aliqd in subiecto, non autem nouā formā: sed facit q subiectum perfectius participet formā pexistentē, aut q amplius se extendat.

Ad 3^m dicendum, q id quod nondum est album, est in potentia ad formā ipsam, tanquā nondum habens formā, & ideo agens causat nouam formam in subiecto: sed id quod est min° calidum aut album, non est in potentia ad formā, cum iā actu formā habeat: sed est in potentia ad perfectum participationis modum, & hoc consequitur per actionem agentis.

Articvlvs III.

Vtrum quilibet actus augeat habitū.

Ad tertivm sic procedit. Videtur q quilibet actus augeat habitum. Multiplicata. n. causa multiplicatur effectus: sed actus sunt causa habituū aliquorum, vt * supra dictum est. ergo habit° auget multiplicatis actib°. ¶ 2 Præt. De similibus idem est iudicium: sed omnes actus ab eodē habitu procedentes sunt similes, vt dicitur in 2.° Eth. ergo si aliqui actus augeant habitum, quilibet actus augebit ipsum.

¶ 3 Præt. Simile auget° suo simili: sed quilibet actus est similis habitui a quo procedit. ergo quilibet actus auget habitum.

Sed contra. Idem nō est contrariorum causa: sed sicut dicitur in 2.° Eth. aliqui act° ab habitu procedentes diminuunt ipsum, vtpote, cum negligēter fiunt. ergo non omnis actus habitum auget.

Respon. Dicendū, q similes actus similes habitus causant, vt dicit in 2.° Eth. Similitudo aūt & dissimilitudo nō solū attenditur fm qualitatē eandē vel diuersam, sed ēt fm eundē vel diuersum participationis modū. Est. n. dissimile nō solum nigrum albo, sed etiam minus album magis albo: nam etiam motus fit a minus albo in magis album, tanquàm ex opposito in oppositum, vt dicitur in 5.° Phisi. Quia vero vsus habituū in voluntate hominis cōsistit, vt ex * supradictis patet, sicut cōtingit q aliquis habēs habitū nō vtitur illo, vel ēt agit actū cōtrariū: ita etiā pōt cōtingere q vtitur habitu fm actū non respondentem proportionaliter intensioni habitus. Si igitur intēsio actus proportionaliter æquetur intensioni habitus, vel ēt superexcedat, quilibet actus vel auget habitū, vel dispōnit ad augmentū ipsius, vt loquamur de augmento habituū ad similitudinē augmenti animalis. Non. n. quodlibet alimentū assumptū actu auget animal, sicut nec quælibet gutta cauat lapidē, sed multiplicato alimēto tandē fit augmentū: ita etiā multiplicatis actibus crescit habitus. Si vero intēsio actus proportionaliter deficiat ab intensione habitus, talis act° nō dispōnit augmentū habitus, sed magis ad diminutionem ipsius. Et per hoc patet respōnsio ad obiecta.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ tertiæ Articulum primum.*

In quæst. 53. aduerte ex primo articulo, quòd apud auctorē idē est iudiciū de speciebus intelligibilibus & habitibus principiorum, quo ad corruptibilitatē & incorruptibilitatem: & non est idem iudiciū de præmissis ex habitu sciētiæ & virtutum: & causa est vt patet in litera, quia illa sunt a solo intellectu agente, ista vero ab aliis causis habentibus cōtrāria. Neque enim phantasmata ex parte causæ computandā cēsetur: quia aliàs docuit non causam,

QVAEST. LIII. ARTIC. I. 106

Sup. q. 51. art. 2.

Ar. 2. & 2. text.

Q. 66. a. 1.

Ar. 2. & 3. text.

Text. 41.

Ar. 1. 2. 3. 4. 5.

Ar. 3. 4. 5.

Ar. 3. 4. 5.

4. ethic. 3. ad 1.

Ar. 3. ad 1.

1. q. 54. a. 4.

nes secundū habitū sunt delectabiles: sed natura non corrumpitur manēte eo cuius est natura. ergo neque habitus corrumpi potest manente subiecto.

¶ 2 Præt. Omnis corruptio formæ vel est per corruptionem subiecti, vel esta contratio, sicut ægritudo corrūpitur corrupto animali, vel etiā superueniēte sanitate: sed sciētia, q est quidā habitus, nō potest corrūpi per corruptionē subiecti: qa intellect° qui est subiectū eius, est substāria quædā, & nō corrumpitur, vt dicitur in 1.° de Anima. Et similiter ēt non pōt corrumpi a cōtrario: nā species intelligibiles nō sunt ad inuicē contrariæ, vt dicitur in 7.° Metaph. ergo habitus scientiæ nullo modo corrūpi pōt.

¶ 3 Præt. Omnis corruptio est per aliquē motū: sed habitus scientiæ qui est in anima, nō pōt corrumpi per motum per se ipsius animæ, quia anima p se nō mouetur, mouetur aūt p accidēs p motū corporis. nulla aūt transmutatio corporalis videtur posse corrūpere spēs intelligibiles existentes in intellectu, cū intellectus sit p se locus specierū sine corpore. vnde ponit q nec p semū, nec p mortē corrumpuntur habitus. ergo scientia corrumpi non pōt, & per cōsequens nec habit° virtutis, q etiā est i anima rationali: & sicut Philosophus dicit in 1.° Ethic. Virtutes sunt permanentiores disciplinis.

Sed contra est, qd Philosophus dicit in lib.° de longitu. & breuitate vitæ, q sciētiæ corruptio est obliuio & deceptio: peccādo ēt aliqs habitū virtutis amittit, & ex cōtrariis actib° virtutes generant & corrūpuntur, vt dicitur. 2.° Eth.

Respon. Dicendū, q secundū se dicitur aliqua forma corrumpi per contrarium suum, per accidēs autē, per corruptionē sui subiecti. Si igitur fuerit aliquis habitus, cuius subiectū est corruptibile, & cuius causa habet cōtrariū, vtroque modo corrūpi poterit: sicut patet de habitib° corporalib°. s. sanitate & egritudine. Illi vero habit°, quorū subiectū est incorruptibile, non possunt corrūpi p accidens. Sūt tn habitus quidā, qui etsi principaliter sint i subiecto incorruptibili, secūdario tn sunt i subiecto corruptibili: sicut habit° sciēriæ, q principaliter est quidē i intellectu possibili, secūdario aūt in viribus apprehēsiuis sensitiuis, vt * supra dictū est. Et iō ex parte intellect° possibilis habit° sciētię, nō pōt corrū-

Ar. 1. & 2. text. 65.

Ar. 1. & 2. text. 52.

Ar. 3. text. 53.

Ar. 3. text. 50.

Ar. 3. text. 51.

Ar. 3. text. 52.

Ar. 3. text. 53.

Ar. 3. text. 54.

Ar. 3. text. 55.

Ar. 3. text. 56.

Ar. 3. text. 57.

Ar. 3. text. 58.

Ar. 3. text. 59.

*Ar. 3. text.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit ex parte sensitiua vitiabit tantum corruptio huic. Efficaciter tamen corrumpitur scientia p huiusmodi obliuionem vel deceptionem, vt in litera dicitur in 1. articulo.

pi per accidens, sed solū ex parte inferiorum virium sensitiuarū. Est igitur considerandum, si possunt hmōi habitus p se corrūpi. Si igitur fuerit aliquis habitus qui habeat aliquod cōtrarium vel ex parte sua, vel ex parte suæ causæ, potest p se corrūpi: si vero nō hēt contrarium, nō potest p se corrumpi. Manifestum est autem, q̄ species intelligibilis in intellectu possibili existens, non habet aliquid contrariū: neq; iterum in intellectu agente, qui est causa eius, pōt aliquid esse cōtrarium. vñ si aliquis habitus sit in intellectu possibili immediate ab intellectu agente causatus, talis habitus est incorruptibilis & per se, & per accidens. hmōi autem sunt habitus primorum principiorum tā speculabilium, q̄ practicorum, qui nulla obliuione, vel deceptione corrumpi possunt, sicut Philosophus dicit in 6. Eth. de prudentia, q̄ non perditur per obliuionē. Aliquis vero habitus est in intellectu possibili ex ratione causatus .s. habitus conclusionum, qui dī scientia, cuius causæ dupliciter potest aliquid contrarium esse. Vno mō, ex parte ipsarum propositionum, ex quibus ratio procedit: etenim enuntiationi, quæ est, Bonum est bonum, contraria est ea quæ est, Bonū non est bonum, f̄m Philosophū in 2. * Periher. Alio modo, quantum ad ipsum processum rationis, prout syllogismus sophisticus opponit syllogismo dialectico, vel demōstratiuo. Sic igitur pater, q̄ per falsam rationem potest corrumpi habitus veræ opinionis, aut etiam scientiæ. vnde Philosophus dicit, q̄ deceptio est corruptio scientiæ, sicut supra dictum est. Virtutū vero quædam sunt intellectuales, quæ sunt in ipsa ratione, vt dicitur in 6.* Ethic. de quibus est eadem ratio, quæ est de scientia, vel opinione. Quædam vero sunt in parte animæ appetitiua, quę sunt virtutes morales: & eadem ratio est de vitiis oppositis. Habitus autem appetitiuæ partis causantur per hoc, q̄ ratio nata est appetitiuā partem mouere: vnde per iudiciū rationis in cōtrarium mouentis quocunque modo, scilicet, siue ex ignorantia, siue ex passione, vel etiā ex electione, corrumpitur habitus virtutis, vel vitii.

C. 5. in fin. to. 5.

C. vlt. to. 1.

In argu ad oppositum.

*C. 1, to. 5.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut dicitur in 7.* Eth. habitus similitudinem habet naturæ, deficit tñ ab ipsa: & ideo cum natura rei nullo modo remoueatur ab ipsa, habitus difficile remouetur.

C. 10. non longe a fine to. 5.

Ad 2^m dicendum, q̄ etsi speciebus intelligibilibus nō sit aliquid cōtrariū, enuntiationibus tñ & processui rationis pōt aliquid esse contrarium, vt* dictū est.

In corp. ar.

Ad 3^m dicendum, q̄ scientia non remouetur per motum corporalē quātū ad ipsam radicem habitus, sed solum quantum ad impedimentum actus, inquātum intellectus indiget in suo actu virib⁹ sensitiuis, quibus impedimentū affertur p corporalē transmutationē. Sed p intelligibilem motum rōnis pōt corrumpi habitus scientiæ, etiā quantum ad ipsam radicem habitus. & similiter etiā potest corrumpi habitus virtutis: tñ qd dicitur, virtutes esse permanētiores disciplinis, intelligēdum est non ex parte subiecti, vel causæ, sed ex parte actus: nā virtutum vsus est continuus per totam vitam, non autem vsus disciplinarum.

D. 700

Articvlvs II.

Vtrum habitus possit diminui.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur q̄ habitus diminui non possit. Habitus enim est quę dam qualitas & forma simplex: simplex autem aut totum habetur, aut totum amittitur. ergo habitus etiā corrumpi possit, diminui non potest.

¶ 2 Præt. Omne qd conuenit accidenti, cōuenit eidē f̄m se, vel ratione sui subiecti: habitus autem f̄m seipsum non intenditur & remittitur, alioquin sequeretur q̄ aliqua species de suis indiuiduis p̄dicaretur f̄m magis & minus. si igitur f̄m participationē subiecti diminui possit, sequeretur q̄ aliquid accidat habitui proprium, quod non sit cōmune ei & subiecto. cuicunq; autem formę conuenit aliquid propriū præter suum subiectum, illa forma est separabilis, vt dicitur in primo * de anima. sequitur ergo quòd habitus sit forma separabilis: quod est impossibile.

Tex. 17. to. 2.

¶ 3 Præt. Ratio & natura habitus, sicut & cuiuslibet accidentis, consistit in concretione ad subiectum: vñ & quodlibet accidēs diffinitur p suum subiectū. si igitur habitus f̄m seipsum nō intenditur, neq; remittitur, neq; etiam f̄m concretionem sui ad subiectum diminui poterit: & ita nullo modo diminuetur.

Sed contra est, q̄ cōtraria nata sunt fieri circa idē: augmentū aūt & diminutio sunt contraria. cū igitur habitus possit augeri, vt q̄ etiam possit diminui.

Q. 52. a. 1.

Respon. Dicendum, q̄ habitus dupliciter diminuuntur sicut & augentur, vt ex * supradictis patet. Et sicut ex eadem causa augentur, ex qua generantur: ita ex eadem causa diminuuntur, ex qua corrumpuntur. Nam diminutio habitus est quædam via ad corruptionem, sicut econuerso, generatio habitus est quoddam fundamentum augmenti ipsius.

Cap. 1. non multum a princ. to. 2. Cap. 6. nō multū a prin. eius.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ habitus secundum se consideratus, est forma simplex, & secundum hoc non accidit ei diminutio, sed f̄m diuersum modum participandi, qui prouenit ex indeterminatione potentiæ ipsius participantis, quæ scilicet diuersimode potest vnam formam participare, vel quæ potest ad plura, vel ad pauciora extendi.

Ad 2^m dicēdum, q̄ ratio illa procederet, si ipsa essentia habitus nullo modo diminueretur: hoc aūt nō ponimus, sed quòd quædam diminutio essentiæ habitus non habet principium ab habitu, sed a participante.

Ad 3^m dicendum, q̄ quocunque modo significetur accidens, habet dependentiam ad subiectum f̄m suam rationem, aliter tamen & aliter. Nam accidēs significatum in abstracto importat habitudinem ad subiectum, quæ incipit ab accidente, & terminatur ad subiectum, nam albedo dicitur, qua aliquid est album: & ideo in diffinitione accidentis abstracti non ponitur subiectum quasi prima pars diffinitionis, q̄ est genus, sed quasi secunda, quæ est differētia. Dicimus enim quòd similitas est curuitas nasi, sed in concretis incipit habitudo a subiecto, & terminatur ad accidens. dicitur enim album quod habet albedinē, propter quod indiffinitone huiusmodi accidentis ponitur subiectum tanquam genus, quod est prima pars diffinitionis: dicimus enim quòd simum est nasus curuus. Sic igitur id, quod conuenit accidentibus ex parte subiecti, non autem ex ipsa ratione accidentis, non attribuitur accidenti in abstracto, sed in concreto: & huiusmodi est intensio & remissio in quibusdam accidentibus. vnde albedo non dicitur magis & minus, sed album. & eadem ratio est in habitibus, & aliis qualitatibus, nisi quòd quidam habitus augentur, vel diminuuntur per quādam additionem, vt ex * supractis patet.

Arte-

Articvlvs III.

Vtrum habitus corrumpatur, vel diminuatur per solam cessationem ab opere.

2. 2. q. 24. ar. 11. to. Et 1. d. 17. q. 2. ar. 5. corp. * q. 49. ar. 2.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q̄ habitus non corrumpatur, aut diminuatur per solam cessationē ab opere. Habitus enim permanētiora sunt q̄ passibiles qualitates, vt ex * supradictis apparet: sed passibiles qualitates nō corrumpuntur, neque diminuuntur per cessationem ab actu. non enim albedo diminuitur, si visum non immutet, neque calor si non calefaciat. ergo neque habitus diminuuntur, vel corrumpuntur per cessationem ab actu.

¶ 2 Præt. Corruptio & diminutio sunt quædam mutationes: sed nihil mutat absque aliqua causa mouente. cum igitur cessatio ab actu nō importet aliquam causam mouentem, nō videtur q̄ per cessationem ab actu possit esse diminutio, vel corruptio habitus.

¶ 3 Præt. Habitus scientiæ & virtutis sunt in anima intellectiua, quæ est supra tempus: ea vero quæ sunt supra tempus, non corrumpuntur, neque diminuuntur per temporis diuturnitatem. ergo neq; hmōi habitus corrumpuntur, vel diminuuntur p tēporis diuturnitatem, si diu aliquis absq; exercitio permaneat.

Cap. 1. non multum a princ. to. 2. Cap. 6. nō multū a prin. eius.

Sed contra est, qd * Philo. in li. de longitudine & breuitate vitæ dicit, q̄ corruptio scientiæ nō solum est deceptio, sed etiā obliuio. & etiā in 8.† Ethi. dicitur, quod multas amicitias inappellatio dissoluit. & eadem ratione alij habitus virtutum per cessationem ab actu diminuuntur, vel tolluntur.

Tex. 17. to. 2.

Respon. Dicendum, q̄ sicut dicitur in 8.* Phys. Aliquid pōt esse mouens dupliciter. Vno modo, p se, q̄. s. mouet secundum rationem propriæ formæ, sicut ignis calefacit. Alio modo, p accidens sicut id, quod remouet prohibēs, & hoc mō cessātio ab actu causat corruptionem, vel diminutionem habituum, inquātum. i. remouetur actus, qui prohibebat causas corrūpentes, vel diminuentes habitum. Dictum est * enim, q̄ habitus per se corrumpuntur, vel diminuuntur ex contrario agente. vnde quorumcunq; habituum contraria subcrescunt p temporis tractum, quæ oportet subtrahip actum ab habitu procedentem, hmōi habitus diminuuntur, vel etiam tolluntur totaliter p diuturnam cessationem ab actu, vt patet etiam in scientia, & in virtute. Manifestum est enim, quòd habitus virtutis moralis facit hominem promptum ad eligendum medium in operationibus & passionibus: cum autem aliquis non vtitur habitu virtutis ad moderandas passiones, vel operationes propias, necesse est quòd proueniant multæ passiones, & operationes præter modum virtutis ex inclinatione appetitus sensitiui & aliorum, quæ exterius mouent: vñ corrumpitur virtus, vel diminuitur p cessationem ab actu. Similiter etiam est ex parte habituū intellectualium, secundum quos est homo promptus ad recte iudicādum de imaginatis. Cum igitur homo cessat ab vsu intellectualis habitus, insurgunt imaginationes extraneæ, & quandoque ad contrarium ducentes, ita q̄ nisi per frequentem vsum intellectualis habitus quodammodo succidantur, vel comprimantur, redditur homo minus aptus ad recte iudicandū, & quandoque totaliter disponitur ad contrarium: & sic per cessationem ab actu diminuitur, vel etiam corrumpitur intellectualis habitus.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ ita etiam calor per cessationem a calefaciendo corrumperetur, si per hoc incresceret frigidum, qd est calidi corruptiuum.

Ad 2^m dicendum, quòd cessatio ab actu est mouens ad corruptionē, vel diminutionem, sicut remouens prohibens, * vt dictum est.

In corp. ar.

Ad 3^m dicendum, quòd pars intellectiua animæ secundum se est supra tempus, sed pars sensitiua subiacet tempori: & ideo per temporis cursum transmutatur quātum ad passiones appetitiuæ partis, & etiam quantum ad vires apprehensiuas. vnde Philosophus dicit* in 4. Phys. q̄ tempus est causa obliuionis.

Tex. 117. & 118. to. 2.

QVAESTIO LIIII.

De distinctione habituum, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Q uæstionis quinquagesimæquartæ Articulū primū.*

Deinde considerandum est de distinctione habituum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum multi habit⁹ possint esse in vna potentia.

¶ Secūdo, Vtrū habitus distinguantur secundum obiecta.

¶ Tertio, Vtrū habitus distinguantur secundum bonū & malum.

¶ Quarto, Vtrum vnus habitus ex multis habitibus constituatur.

Articvlvs primvs.

Vtrum multi habitus possint esse in una potentia.

Ad primvm sic procedit. Videtur q̄ non possint esse multi habitus in vna potētia. Eorum. n. quę secundum idem distinguuntur, multiplicato vno multiplicatur & aliud: sed secūdum idē potentię & habitus distinguuntur .s. f̄m actus & obiecta. similiter ergo multiplicantur. nō ergo pñt esse multi habitus in vna potētia.

¶ 2 Præt. Potentia est virtus quędam simplex: sed in vno subiecto simplici non potest esse diuersitas accidentium, quia subiectum est causa accidentis: ab vno autem simplici nō videtur procedere nisi vnum. ergo in vna potētia non possunt esse multi habitus.

¶ 3 Præt. Sicut corpus formatur per figuram, ita potētia formatur per habitum: sed vnum corpus non potest simul formari diuersis figuris. ergo neque vna potentia potest simul formari diuersis habitibus. nō ergo plures habitus possunt simul esse in vna potentia.

Sed contra est, quod intellectus est vna potētia, in qua tñ sunt diuersarum scientiarum habitus.

Respon. Dicēdū, quòd sicut

In 1. art. q. 54. ad uerte Nouitie, ne fallaris in similitudine habitudinis materiæ ad formam atq; agens: & potētiæ ad habitum, atq; obiectū. Inducit enim, & tenet quātum ad determinationē, ad vnitatemq; actus ab vno agente: sed non est extendēda ad vnitatē materiæ. nā oppositum inteti sequeret. .s. q̄ sicut in vna materia nō pōt simile esse nisi vna forma, sic nec i vna potentia plures habitus. Similiter nō est extendenda ad proportionem formę & habit⁹ quo ad simultatē, pp eandē causam: vñ esto caus⁹ vt proportionalis sit multitudo quo ad explicita tantum in litera intelligatur, & non falleris.

2. 2. q. 47. ar ti. 5. cor. Et 3. d. 33. q. 1. artic. 1. q. 1. cor. & d. 35 q. 2. ar. 3. q. 2. ad 3. Et ver. q. 15. ar ti. 2. ad 11. Et vir. q. 1. ar. 12. ad 4.

¶ In responsione ad primum eiusdem. 1. arr. aduerte, q̄ litera non dicit, quòd oīs diuersitas generica obiectorū constituat diuersitatem potentiarum, quoniā hoc manifeste ē falsum. nam mathematica, & metaphysica, & naturalis, & moralis manifeste habent obiecta diuersorum generum: de theologia quoque in principio primæ partis dicitur, quòd distinguitur genere a mathematica. & vere sic est, q̄a distinguūtur genere scibili: sed fat est huic literæ, q̄ diuersitas aliqua obiectorū generica constituat diuersitatem potentiarum. Pñs. n. rñsio in hoc stat, q̄ diuersitas potentiarū est necessario generica: habi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum, vero non est necessaria, sed specij, ex hoc enim patet, quod n. multiplicatis habitibus, non oportet multiplicare potentias, sicut nec multiplicantis speciebus, genera. Quæ autē sit illa distinctio generica constituens diuersitatem potentiarum, & quæ non, discutere alterius negotij est: & erit quæstio specialis.

q.49. ar. 4.

supra dictum est,* habitus sunt dispositiones quædā alicuius in potentia existentis ad aliquid siue ad naturā, siue ad operationē, vel finē naturæ. Et de illis quidem habitibus, qui sunt dispositiones ad naturā, manifestum est q possunt plures esse in vno subiecto, eo q vni* subiecti possunt diuersimode partes accipi, fm quarū dispositionē habitus dicuntur: sicut li accipiantur humani corporis partes humores, prout disponuntur fm naturā humanam, est habitus vel dispositio sanitatis. Si vero accipiātur partes similes, vt nerui, & ossa, & carnes, earū dispositio in ordine ad naturam, est fortitudo, aut macies. Si vero accipiātur membra, vt manus, & pes, & hmōi, earum dispositio naturæ conueniens, est pulchritudo: & sic sunt* plures habitus, vel dispositiones in eodē. Si vero loquamur de habitibus, qui sunt dispositiones ad opera, qui proprie ptinent ad potētias, sic etiā cōtingit vnius potentiæ esse habitus plures, cuius ratio est: quia subiectum habitus est potētia passiua, vt supra dictum est.* Potentia. n. actiua tm̄ non est alicuius habitus subiectum, vt ex supradictis patet. * Potē tia autem passiua cōparatur ad actum determinatum vnius speciei, sicut materia ad formā: eo qđ sicut materia determinatur ad vnā formā p vnum agens, ita ēt potentia passiua a ratione vnius obiecti actus determinatur ad vnum actum fm speciē. vnde sicut plura obiecta possunt mouere vnam potentiā passiuam, ita vna potentia passiua potest esse subiectum diuersorū actuum vel pfectionum fm speciem. Habitus autem sunt quædā qualitates, aut formæ inhærentes potētię, quib' inclinatur potētia ad determinationē actus fm speciem: vñ ad vnā potentiam possunt plures habitus pertinere, sicut & plures actus specie differentes.

D.205.

q.51. art.2. q.51. art.2.

Ad primvm ergo dicendū, quòd sicut in rebus naturalibus diuersitas specierum est fm formam: diuersitas autem generum est fm materiam, vt dicitur in 5. Meta.* Ea enim sunt diuersa genere, quorum est materia diuersa: ita etiam diuersitas obiectorum fm genus, facit distinctionem potentiarum. Vnde Philosoph. dicit in 6. Eth.† qđ ad ea quæ sunt genere altera, sunt etiā aiæ particulæ alię. Diuersitas vero obiectorū fm speciem, facit diuersitatem actuum fm speciē, & per consequens habituum. Quæcunq; autem sunt diuersa genere, sunt etiam specie diuersa, sed non conuertitur: & ideo diuersarum potentiarum[d] sunt diuersi actus specie, & diuersi habitus. nō autē oportet quòd diuersi habitus sint diuersarum potentiarū, sed possunt esse plures vnius: & sicut sunt genera generum, & species specierum, ita etiam contingit esse diuersas species habituum, & potentiarum.

Text. 16. & 33. to. 3.

Cap. 1. post med. to. 5.

D.1156.

Ad 2m dicendum, quòd potentia etsi sit quidem simplex secundum essentiam, est tamen multiplex virtute, secundum quod ad multos actus specie differentes se extendit: & ideo nihil prohibet in vna potentia esse multos habitus specie differentes.

Ad 3m dicendum, q corpus formatur per figuram sicut per propriam terminationem. habitus autem nō est terminatio potentiæ, sed est dispositio ad actū, sicut ad vltimum terminum: & ideo non possent esse vnius potentiæ simul plures "actus, nisi forte fm qđ vnus comptehenditur sub alio: sicut nec vnius corporis plures figuræ, nisi fm quod vna est in alia: sicut trigonū in tetragono. Non. n. potest intellect* simul multa actu intelligere, pōt tamen simul habitu multa scire.

D.50.

Articvlvs II.

Vtrum habitus distinguantur secundum obiecta.

Ad secvndvm sic ꝓcedit. Vī quòd habitus nō distinguantur fm obiecta. Contraria. n. sunt species differētia: sed idem habitus scientiæ est contrariorum, sicut medicina sani & ægri. non ergo secundum obiecta specie differentia habitus distinguuntur.

¶ 2 Præt. Diuersæ sciētiæ sunt diuersi habitus: sed idē scibile ptinet ad diuersas sciētias. sicut terrā esse rotundā demōstrat naturalis & astrologus, vt dī in 2. Phys.* ergo habitus nō distinguuntur fm obiecta.

¶ 3 Præt. Eiusdem actus est idē obiectum: sed idē actus pōt ptinere ad diuersos habitus virtutū, si ad diuersos fines referatur. sicut dare pecuniā alicui, si sit pp Deum, ptinet ad charitatē: si vero sit pp debitum soluendū, ptinet ad iustitiā. ergo ēt idē obiectū pōt ad diuersos habit' ptinere. nō ergo ē diuersitas habituū fm diuersitatē obiectorū.

Sed contra. Actus differunt specie secundum diuersitatē obiectorum, vt supra dictum est: * sed habitus sunt dispositiones quædā ad actus. ergo etiā habitus distinguuntur secundū diuersa obiecta.

Respon. Dicendum, q habitus & est forma quædam, & est habitus. Potest[d] ergo distinctio habitum fm speciem attendi aut secundum communem modū, quo formæ speciei distinguūtur, aut fm proprium modū distinctionis habituum. Distinguuntur siquidem formæ adinuicē secūdum diuersa principia actiua, eo q omne agens facit simile fm speciem, habitus autē importat ordinē ad aliquid: oīa autem, quæ dicuntur fm ordinem ad aliquid, distinguuntur secundum distinctionem eorum, ad quæ dicuntur. Est autē habitus dispositio quędam ad duo ordinata, .s. ad naturam, & operationē cōsequentem naturam. Sic igitur fm tria, habitus specie distinguuntur. Vno quidem modo, secūdum principia actiua talium dispositionū: alio vero modo, secundum naturam: tertio vero modo, secundum obiecta specie differentia, vt per sequentia explicabitur.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Artículum secundū.*

passionibus, vt patet in angelis, & ex ratione: quia non est proprium bonum volentis. Respondetur, quòd falsum assumitur quo ad hoc, quòd voluntas vt iuncta sensui determinetur ad bonum in passionibus. Aliud est enim dicere, Voluntas vt iuncta sensui habet inclinationem ad bonum proprium passionum: aliud est dicere, Voluntas ut iuncta sensui habet, quòd inclinatio sua naturalis terminetur ad bonum in passionibus. Primum enim significat quòd coniunctio uolũtatis ad partem sensitiuam sit ratio, quòd uoluntati conueniat inclinatio talis. secundum autem quòd coniunctio nõ sit ratio, quòd inclinatio conueniat, sed quòd inclinatio quam habet terminetur ad tale bonum, & primum quidem falsum est, formaliter loquendo: secundum autem uerum. Ad cuius euidentiã scito, quòd uolũtati humanæ ex suo genere conuenit, quòd naturaliter inclinetur in proprium bonũ tã sui, quam uolentis, ut superius in q. 10. patet. hoc enim cõmune est omni uoluntati: sed quòd proprium bonum sit in tali materia, scilicet in passionibus volentis, hoc est ex cõiunctione uolũtatis ad partẽ sensitiuã. unde inclinatio ipsã uolũtatis in proprium bonũ secundũ rationẽ in quacunque materia sit, est ex natura ex propria ratione. sed ꝙ hæc sua inclinatio terminetur ad bonũ in passionibus sensitiuis habẽtis uoluntatẽ, est ex cõiunctione uolũtatis ad partẽ sensitiuã. Est igitur in uoluntate nostra, quantũ ex parte uolũtatis est, sufficiens determinatio ipsius ad ꝓpriũ bonũ: ac per hoc ad bonũ secundũ rationem ipsius volũtatis: & cũ hoc ex coniunctione ad partẽ sensitiuam fortitur necessitatẽ habitus ad resistendũ contrariis, quibus iungitur: & hæc intelligito sustinendo cõtinentia esse in uoluntate, quod inferius dixerat. Si enim cõtinentia in rõne ponitur, patet quòd nulla est difficultas in proposito: & cum utrilem disputationem hanc habes, cuius esti dicta conclusio non teneatur, multa tamen alia uera, & certa in ea dicta tenenda sunt.

¶ Ad secundũ uero dicitur, ꝙ ibi est equiuocatio de bono iustitiæ obiective, uel formaliter. Ad bonũ uero iustitiæ obiective nõ naturaliter inclinatur volũtas: quia nõ est ꝓprium, sed alterius. Iustitia.n. in his quæ sunt ad alterũ est, & de tali virtute & fm rationem de bono est sermo, cũ dicitur, ꝙ quia potentia naturaliter inclinatur in aliquod bonum, non eget habitu virtutis. potentia enim ut sic, obiectum per se primo respicit, & habitus operatiuus de quo est sermo, & virtus obiectum respiciunt, nec uirtutis est uirtus, nec habitus habitus. obiectio autem procedit de bono iustitiæ formaliter, quod est formale ipse habitus iustitiæ, ad quod constat potentiam inclinari non mediante alio habitu, vt patet. hoc enim est commune omni uirtuti: illud autem non est commune omni obiecto uirtutis, ut patet.

¶ Ad obiectiones autem ex Scoto sumptas, non quòd ipse afferat eas contra S. Thom. sed quoniam ipse, vt dictum est, dissentiat a S. Thom. & has rationes contra oppositam positionem affert, cuius rationes licet non sint nostræ, ueruntamen ut Nouitii cauti sint, proderunt. Ad primam ergo dicitur, quòd rationes militantes de moralibus uirtutibus circa passiones, non militant de iustitia: quia bonum illarum est proprium volentis, iustitiæ uero alterum. Ad secundam dicitur, quòd quia bonũ rationis in passionibus est medium secundum rationem, & non secundum rem in passionibus, ut patet in 3 Ethic. & medium rationis non attenditur secundum quantitatem intensiuam solam, sed secundum omnes circunstantias, scilicet quando oportet, ubi, propter quid &c. & in hoc manifeste includitur recte eligere: ideo uolũtas determinata ex ꝓpria rõne ad bonũ ẽt rõnem in passionib* est eo ipso eodẽ mõ determinata ad recte agere. eiusdem enim rationis est inclinatio ad utrunque: & defectus in altero alteri defectum inducit. Ad tertium dicitur, ꝙ est manifeste sophisma. concesso enim, licut uerum est, quòd in uoluntate ex frequentibus rectis electionibus fit habitus uirtutis, non sequitur. ergo ex frequentibus electionibus rectis circa talẽ materiã, s. passiones proprias fit in voluntate habitus virtutis, ut patet. Et ratio physica est: quia uoluntas non est determinabilis ex se, sed determinata ad tale bonum, quod frequenter eligit: habitus autem talis uirtutis non est natus fieri nisi in subiecto apto nato, scilicet determinato.

¶ Ad quartum iam patet responsio, quòd nuper cõuersus, quãtum est ex parte voluntatis secundum se prompte, faciliter, & delectabiliter eligeret bonum in passionibus: simpliciter autem ipse nolens, difficile eligit, propter habitus priores derelictos. Iam enim dictum est, ꝙ inclinatio hæc uolũtatis intrinseca assimilatur habitui infuso, quem experimur non auferre a nobis difficultatem bene operandi: quanis quantum est ex parte ipsius, propte, faciliter, & delectabiliter det operari.

Dist. 1 qu. 1 ca. 1 litter

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ septimæ. Articulum primum*

IN artic. 1. q. 57. in responsione ad primũ, habes Nouitie distinctionẽ de operе interiori intellectus, & extra eum a quo dicitur operationum, quod uocatur practicum.

AD 3^m dicendum, quòd quædã virtutes ordinãtur ad bonum passionis moderate, quod est propriũ huius, uel illius hominis: & in talibus non est necessarium, ꝙ sit aliqua virtus in uoluntate, cũ ad hoc sufficiat natura potentiæ, ut dictũ est*. sed hoc solum necessarium est in illis uirtutib*, quæ ordinãtur ad aliquod bonum extrinsecum.

QVAESTIO LVII.

De distinctione uirtutum intellectualium, in sex articulos diuisa.

DEINDE cõsiderãdum est de distinctione virtutũ. Et primo, quantum ad virtutes intellectuales. Secundo, quantum ad morales. Tertio, quãtum ad theologicas.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum habitus intellectuales speculatiui sint virtutes.
¶ Secundo, Vtrum sint tres .s. sapientia, scientia & intellectus.
¶ Tertio, Vtrũ habitus intellectuales qui est ars, sit virtus.
¶ Quarto, Vtrum prudentia sit virtus distincta ab arte.
¶ Quinto, Vtrum prudentia sit virtus necessaria homini.
¶ Sexto, Vtrum eubulia, synesis, & gnome sint virtutes adiunctæ prudentiæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum habitus intellectuales speculatiui sint uirtutes.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ habitus intellectuales speculatiui non sint uirtutes. Virtus enim est habitus operatiuus, ut supra dictum est*: sed habitus speculatiui nõ sunt operatiui, distinguit.n. speculatiuũ a practico, ideſt, operatiuo. ergo habit* intellectuales speculatiui nõ sũt virtutes.
¶ 2 Præt. Virtus est eorum ꝙ quæ fit hõ felix, siue beatus, eo ꝙ felicitas est uirtutis præmiũ, vt dicitur in 1. Ethic. * sed habitus intellectuales non considerant act* humanos, aut alia bona humana, per quę hõ beatitudinem adipiscitur, sed magis res naturales & diuinas. ergo huiusmodi habit* uirtutes dici nõ possunt.
¶ 3 Præt. Scientia est habitus speculatiuus: sed sciẽtia, & virtus distinguuntur sicut diuersa genera non subalternatim posita, ut patet per Philos. in 4. Top*. ergo habitus speculatiui non sunt uirtutes.

SED CONTRA. Soli habitus speculatiui considerant necessaria, quæ impossibile est aliter se habere: sed Philosoph. ponit in 6. Ethic*. quasdã uirtutes intellectuales in parte animæ, quæ cõsiderat necessaria, quæ non possunt aliter se habere. ergo habitus intellectuales speculatiui sunt uirtutes.

RESPON. Dicendum, ꝙ cum omnis uirtus dicatur in ordine ad bonum, sicut supra dictum est*: duplici ratione aliquis habitus dicitur uirtus, ut supra dictum est*. Vno modo, quia facit facultatem bene operandi: alio modo quia cum facultate facit etiã usum bonum: & hoc sicut supra dictum est †, pertinet solũ ad illos habitus, qui respiciunt partem appetitiuã, eo ꝙ uis appetitiua animę est quæ facit uti omnibus potentiis & habitibus. Cũ igitur habitus intellectuales speculatiui non perficiãt partem appetitiuam, nec ali quo modo ipsam respiciant, sed solam intellectiuam, possunt quidem dici uirtutes, inquãtũ faciunt facultatem bonæ operationis, quæ est consideratio ueri, hoc enim est bonum opus intellectus: non tamẽ dicuntur uirtutes secundo modo, quasi faciẽtes bene uti potẽtia, seu habitu. Ex hoc enim ꝙ aliquis habet habitum scientiæ speculatiuæ, non inclinatur ad utendum, sed fit potens speculari uerum in his, quorum habet sciẽtiã: sed ꝙ vtatur scientia habita, hoc est mouente voluntate. Et ideo virtus, quæ perficit voluntatẽ, ut charitas uel iustitia, facit etiã bene uti huiusmodi speculatiuis habitibus: & secundum hoc etiã in 'actibus horum habituum potest esse meritum, si ex charitate fiant. sicut Greg. dicit in 6. Moral*. quòd contemplatiua est maioris meriti, quàm actiua.

1 q. 56 ar. 3.

D. 1185. ca. 28. post medium & cap. 26.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est opus, scilicet exterius & interius. practicum ergo uel operatiuum, quod diuiditur contra speculatiuum, sumitur ab opere exteriori, ad quod non habet ordinẽ habitus speculatiuus: sed tamen habet ordinem ad interius opus intellectus, quod est speculari verum, & secundum hoc est habitus operatiuus.

AD 2^m dicendum, quòd uirtus est aliquorum dupliciter. Vno modo sicut obiectorum: & sic huiusmodi uirtutes speculatiuæ non sunt eorum, per quæ homo fit beatus, nisi forte secundum quod ly, per, dicit causam efficiẽtem, vel obiectum completæ beatitudinis, quod est Deus, quod est summũ speculabile. Alio modo dicitur esse virtus aliquorum sicut actuũ. & hoc modo uirtutes intellectuales sunt eorũ ꝓ quæ hõ fit beatus, tum quia actus harũ uirtutum possunt esse meritorij, sicut dictũ est*: tum ẽt quia sunt quædã inchoatio perfectæ beatitudinis, quæ in contemplatione ueri consistit, sicut supra dictum est †.

In cor. art. 1 q. 3 art. 8.

AD 3^m dicendũ, ꝙ scientia diuiditur contra uirtutẽ secundo modo dictã, quę pertinet ad uim appetitiuã.

ARTICVLVS II.

Vtrum sint tantum tres habitus intellectuales speculatiui, scilicet, sapiẽtia, scientia, & intellectus.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ septimæ. Articulum secundum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter distinguãtur tres uirtutes intellectuales speculatiuæ. s. sapiẽtia, scientia, & intellectus. Species enim nõ debet condiuidi generi; sed sapientia est quædã scientia, ut dicitur in 6. Ethic*. ergo sapientia non debet cõdiuidi scientiæ in numero uirtutum intellectualium.
¶ 2 Præt. In distinctione potentiarum, habituum, & actuũ, quæ attenditur secundum obiecta, attenditur principaliter distinctio, quæ est secundum rationem formalem obiectorum, ut ex supradictis patet †. non ergo diuersi habitus debent distingui secũdum materiale

IN art. 2. & speciali- ter in responsione ad secundum, nota quomodo sapientia continet intellectum & scientiã. nõ enim cõtinet ut partes integrales, cum iam dictũ superius sit, ꝙ habitus non integratur ex pluribus habitib*, sed cõtinet quasi partes potẽtiales. habet enim se sapientia ad intellectum & scientiam sic, quòd ipsa continet quicquid ille & eminẽtiori mõ: vnde enim principiis p se notis deducẽdo cõclusiones, qđ est sciẽtiæ: & ipsa p se nota

Infr. q. 68. ar. 7. cor. & 2. 2. q. 4. ar. 8. cor. & q. 47. ar. 5. co. & pri. prol. ar. 3. cor. Et 3. cõt. c. 44. fin. Et vir. q. 1. ar. 12. co. & ar. 13. co. * lib. 6. etih. ca. 7. to. 5.

1 q. 54 ar. 2.

Universidad de Diego Portales
Biblioteca

principia vera esse ex terminis iudicat, defendit, & inchoat, quę intellectus tantummodo videt absolute: & vtrunque habet resoluendo in altissimā causam, quod est eminētius cōtinere. & proponere in 6. Ethicorum, & in litera dicitur quòd cōtinet scientiā & intellectū. & in 4. Metaphysicæ vocatur scientia, & defendit principia ex terminis.

obiectum, sed fm rōnem formalem ipsius obiecti: sed principiū demōstrationis est ratio sciēdi cōclusiones. nō ergo intellect⁹ principiorum debet poni habitus ali⁹ aut alia virt⁹ a sciētia cōclusionū. F

¶ 3 Præt. Virtus intellectualis dr quæ est in ipso rationali per essentiam: sed ratio etiam speculatiua sicut ratiocinatur syllogizādo demōstratiue, ita ēt ratiocinat syllogizādo dialectice. ergo sicut scientia, q̄ causat ex syllogismo demonstratiuo, ponitur virt⁹ intellectualis speculatiua, ita etiā & opinio.

SED CONTRA est, qđ Philos. 6. Eth. * ponit has solum tres virtutes intellectuales speculatiuas. s. sapientiam, scientiam, & intellectum. G

C.3.6.& 7. to. 5.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * Virtus intellectualis speculatiua est, per quā intellectus speculatiuus pficitur ad considerandum verum. hoc.n. est bonum opus eius. verum autem est dupliciter cōsiderabile. Vno modo sicut per se notum: alio modo sicut per aliud notum. Quod autem est p se notum, se hēt vt principium, & percipitur statim ab intellectu: & iō habitus pficiens intellectum ad hmōi veri considerationem vocatur intellectus, qui est habit⁹ principiorum. Verum autem quod est per aliud notum, nō statim percipitur ab intellectu, sed per inquisitionem rationis, & se habet in ratione termini: quod quidem pōt esse dupliciter. Vno mō, vt sit vltimum in aliquo genere: alio modo vt sit vltimum respectu totius cognitionis humanæ. Et quia ea q̄ sunt posterius nota quo ad nos, sunt priora & magis nota fm naturam, vt dicitur in 1. Phys. * ideo id quod est vltimum respectu totius cognitionis humanę, est id quod est primum & maxime cognoscibile fm naturam. & circa huiusmodi est sapientia, quæ considerat altissimas causas, vt dicitur in 1. Metaphys. * vnde cōuenienter iudicat & ordinat de omnibus: quia iudicium perfectum & vniuersale haberi nō potest, nisi per resolutionem ad primas causas. Ad id uero, quod est vltimum in hoc vel in illo genere cognoscibilium, perficit intellectum scientia, & ideo fm diuersa genera scibilium sunt diuersi habitus scientiarum, cum tamen sapientia non sit nisi vna.

Ar. præced.

Tex.3.to.2

Ca. 1. circa fi. to. 3.

D. 702

ADPRIMVM ergo dicendum, ꝙ sapientia est quędam scientia, inquantum habet id, quod est commune omnibus scientiis, vt. s. ex principiis conclusiones demonstret: sed quia habet aliquid proprium supra alias scientias, inquantum scilicet de omnibus iudicat, & non solum quantum ad conclusiones, sed etiā quantum ad prima principia: ideo habet rationem perfectioris virtutis, quàm scientia.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ quando ratio obiecti sub vno actu refertur ad potentiam vel habitum, tunc non distinguuntur habitus, vel potentiæ penes rationem obiecti, & obiectum materiale: sicut ad eandem potentiam visiuam pertinet videre colorem, & lumen qđ est ratio videndi colorem, & simul cum ipso videtur. Principia vero demōstratiōis possunt seorsum cōsiderari absque hoc, ꝙ considerentur conclusiones. Possunt etiā cōsiderari simul cū cōclusionibus, prout principia in cōclusiones deducuntur. Cōsiderare ergo hoc secundo mō principia pertinet ad scientiā, q̄ cōsiderat etiā conclusiones: sed cōsiderare⁹ principia fm seipsa, pertinet ad intellectum. Vnde si quis recte consideret, istæ tres virtutes non ex æquo distinguuntur abinuicem, sed ordine quodam: sicut accidit in totis potētialibus, quorū vna pars est pfectior altera, sicut anima rationalis est perfectior q̄ sensibilis, & sensibilis q̄ vegetabilis. Hoc.n. modo scientia dependet ab intellectu, sicut a principaliori: & vtrunq; dependet a sapiētia sicut a principalissimo, q̄ sub se continet & intellectum & scientias, vt de conclusionib⁹ scientiarum diiudicans, & de principiis earundem. Q.xij. art. 4.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * habitus virtutis determinate se habet ad bonum, nullo autem modo ad malum. bonum autem intellect⁹ est uerum: malum autem eius est falsum. Vñ soli illi habitus uirtutes intellectuales dicuntur, quibus semper dicitur uerum & nunquā falsum. opinio uero & suspicio possunt esse ueri & falsi: & ideo non sunt intellectuales uirtutes, vt dicitur in 6. Ethi. * Ca. 3. ubi pri. n. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum habitus intellectualis, qui est ars, sit uirtus.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur ꝙ ars non sit virtus intellectualis. Dicit.n. Augustin. in lib. de libero arbitrio, * ꝙ virtute nullus male vtitur: sed arte aliquis male vtitur. potest.n. aliquis artifex secundum scientiā artis suę male operari. ergo ars non est virtus. H

¶ 2 Præt. Virtutis non est virtus: artis autem est aliqua virtus, vt dr in 6. Eth. †ergo ars non est virtus.

¶ 3 Præt. Artes liberales sunt excellentiores q̄ artes mechanicæ: sed ficut artes mechanicæ sunt practicę, ita artes liberales sūt speculatiuæ. ergo si ars eēt virt⁹ intellectualis, deberet virtutibus speculatiuis annumerari. I

SED CONTRA est, ꝙ Philosoph. in 6. Eth. * ponit artem esse virtutem, nec tñ connumerat eā virtutibus speculatiuis, quarum subiectū ponit scientificā partem aię.

RESPON. Dicendum, ꝙ ars nihil aliud est, q̄ ratio recta aliquorum operum faciendorum, quorum tñ bonum non consistit in eo ꝙ appetitus humanus aliquo modo se habet, sed in eo ꝙ ipsum op⁹ quod fit, in se, bonum est. Non .n. pertinet ad laudem artificis inquantum artifex est, qua voluntate opus faciat, sed quale sit opus quod facit. Sic igitur ars, proprie loquendo, habitus operatiuus est, & tñ in aliquo conuenit cum habitibus speculatiuis: quia etiā ad ipsos habitus speculatiuos pertinet qualiter se habeat res, quam considerant, non autem qualiter se habeat appetitus humanus ad illas. Dummodo enim verum Geometra demonstret, non refert qualiter se habeat fm appetitiuam partem vtrum sit lætus, vel iratus: sicut nec in artifice refert, vt dictum est. * & ideo eo modo ars habet rationem uirtutis, sicut & habitus speculatiui: in quantū .s. nec ars, nec habitus speculatiuus faciunt bonum opus quātum ad usum, quod est proprium uirtutis pficientis apperitum, sed solum, quantum ad facultatem bene agendi. K

Ar. 6.

AD

¶ *Super Quæstionis quīquagesimæ septimæ Articulum tertium.*

IN art. 3. aduerte Nouitie, qđ iusta duplicem bonitatem, scilicet propriam habitus artis, & moralem duo in litera dicuntur. nā in respōsione ad primum de bonitate p pria artis, dicit r quòd arte null⁹ male, idest, ad malum opus malitia opposita bonitati artis vtitur.

¶ In respōsione vero ad secundum, de bonitate mo is dicitur, quòd ad hoc quòd hō bn vtatur arte, requiritur virtus moralis: hoc.n. nō exigit ad faciendum opus artis pfectū: qm̄ potest Grāmatica pfectissima blasphemare deū, sed ad bene fm modum vtendum arte.

Inf. q. 58. a. 1. ad 3. q. 22. a. 1. co. & ad 2. q. 47. a. 1. co. & ad 3. q. 57. a. 2. co. & ad 2. Et 1. Ethic. & politi. * Li. 2. ca. 1. & 2. bene. & 19. ad

† Li. 6. ca. 4. & 5.

Ar. 6.

Isa. 40. 5.

Ar. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum aliquis habens artem operatur malum artificium, hoc non est opus artis, immo est contra artem: sicut etiam cū aliqu⁹ sciens verum mentitur, hoc quod dicit, non est secundum scientiam, sed contra scientiam. vnde sicut scientia se habet ad bonum semper, vt dictum est *, ita & ars: & secundum hoc dicitur virtus. In hoc tamen deficit a perfecta ratione virtutis, quia nō facit ipsum bonum usum, sed ad hoc aliquid aliud requiritur: quāuis bonus vsus sine arte esse non possit.

2. præ. ad 2. sqđm. 3.

AD 2ᵐ dicēdum, ꝙ quia ad hoc vt homo bene vtatur arte, quam habet, requiritur bona voluntas, quæ perficitur per virtutem moralem: ideo Philosop. dicit *, ꝙ artis est virtus, scilicet moralis, inquantum ad bonum vsum eius aliqua virtus moralis requiritur. Manifestum est enim, ꝙ artifex per iustitiam, quę facit voluntatem rectam, inclinatur vt opus fidele faciat.

Ni. 6. eth. c. 3. circa fi. & 5.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ etiam in ipsis speculabilibus est aliquid per modum cuiusdam operis, puta, constructio syllogismi, aut orationis congruæ, aut opus numerandi vel mensurādi. & ideo quicunq; ad huiusmodi opera rationis habitus speculatiui ordinātur, dicuntur per quandā similitudinem artes, scilicet liberales, ad differentiā illarum artium quæ ordinantur ad opera per corpus exercita, quæ sunt quodāmodo seruiles, inquātum corpus seruiliter subditur animæ, & hō secundum animā est liber. illæ vero scientiæ, quæ ad nullū huiusmodi opus ordinant, simpliciter scientiæ dicuntur, non aūt artes, nec oportet si liberales artes sunt nobiliores, ꝙ magis eis conueniat ratio artis.

Ca. 3. ubi pri. n. 2.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ septimæ. Articu. quartū.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prudentia sit uirtus distincta ab arte.

IN articulo quarto in responsione ad secundum, dubium occurrit, eo quòd author hic dicit cū Aristot. in 6. Ethic. ꝙ tam ars quàm prudentia est in opinatiua parte animæ, quæ vt ibi, scilicet in 6. Ethic. dicitur, distinguitur genere a particula animæ scientifica: & vt ipse dicit Thomas ibidem affirmat, opinatiuum est cogitatiua, scientificum autem intellectus: prudentia igitur in cogitatiua ponitur hic, & tamen in quæstione præcedenti art. 3. posita est in intellectu.

Isa. 40. 5.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ prudentia proculdubio est in intellectu vt sic extendit ad singularia: propter qđ oportet duo hic aduertere. Primo, quòd intellectus vt extenditur ad singularia, dicit seipsum & connotat cogitatiuam, quę est ratio particularis: quoniam dato ꝙ intellectus per seipsum cognoscat singulare aliquo modo, perfecta tamen & directa notitia actiua, qualis conuenit prudentiæ, de singularibus singulariter non conuenit intellectui, nisi adiuncta sibi cogitatiua, vt in 6. Ethic. dicitur. ergo opinatiua pars animæ hæc duo insinuat. Ideo diuersa inuenitur data de ea sententia etiam a diuo Thoma, dum in 6. Ethic. intuendo connotatam cogitatiuam, illi tribuit opinatiui nomē. Et in prima part̄, q. 79. art. 9. ad ter tium, intuendo principantem intellectū, in ipso posuit opinatiuum: medium enim, extremū vtrūque sapit. secundo, ꝙ vnus habitus est quandoque in diuersis potentiis, sic, ꝙ in vna principaliter, & in alia secūdario: & sic prudentia est intellectus principaliter, & in cogitatiua & in memoratiua ic cūdario. Et propterea diuersa de ipsa dicuntur. quæ non repugnāt, dū nūc principale, nunc secundarium subiectum assignatur, & de his in secunda secundæ q. 47. amplior erit sermo, cum prudentiæ natura discutietur: nunc sufficiant hæc cōmunia etiā arti.

D.237.

cc. 16. to. 3.

art. 2. ad 2.

†ca. 8. post medium & li. 6. ca. 5. etiam a medio to. 5.

SED CONTRA est, qđ Philosophus distinguit prudentiam ab arte in 6. Ethic *.

Ar. præc.

RESPON. Dicendum, qđ vbi inuenitur diuersa ratio virtutis, ibi oportet virtutes distingui. Dictum est autem supra *, quòd aliquis habitus habet rationem virtutis ex hoc solum, quòd facit facultatem boni operis: aliquis autem ex hoc, ꝙ facit non solum facultatem boni operis, sed etiam vsum. ars autem facit solum facultatem boni operis, quia non respicit appetitum. prudentia aūt non solum facit boni operis facultatē, sed etiā vsum: respicit .n. appetitū tanquā præsupponens rectitudinē appetitus, cuius differentiæ ratio est: qa ars est recta ratio factibiliū, prudentia vero est recta ratio agibilium. Differt autem facere & agere, qa vt dr in 9. Metaph*. factio est actus trānseuns in exteriorem materiā, sicut ædificare, secare, & huiusmodi: agere aūt est actus pmanēs in ipso agēte, sicut videre, velle, & hmōi. Sic igit hoc mō, se hēt prudētia ad hmōi actus humanos, q̄ sunt vsus potentiarū & habituū, sicut se hēt ars ad exteriores factiones, quia vtraq; est pfecta rō respectu illorū, ad quæ comparatur. pfectio autem & rectitudo rationis in speculatiuis, dependet ex pricipiis, ex quibus ratio syllogizat, sicut dictum est *, ꝙ scientia dependet ab intellectu, q̄ est habitus principiorum, & psupponit ipsum. in humanis aūt actib⁹ se hūt hnes, sicut principia ī speculatiuis, vt dr in 7. Ethi. †. & ideo ad prudentiā, quæ est recta ratio agibilium, requirit ꝙ hō sit bene dispositus circa fines, qđ quidem est per appetitum rectum: & ideo ad prudentiā requirit moralis virtus, per quam fit appetitus rectus. bonum autem artificialium non est bonum appetitus humani, sed bonum ipsorum operum artificialium: & ideo ars non præsupponit appetitum rectum. & inde est quòd magis laudatur artifex, qui volens peccat, quàm qui peccat nolens. magis autem contra prudentiam est, quòd aliquis peccet volens quàm nolēs: quia rectitudo voluntatis est de ratione prudentiæ, non autem de ratione artis. Sic igitur patet, quòd prudentia est virtus distincta ab arte.

A

B

C

D

E

ADPRIMVM ergo dicendum, ꝙ diuersa genera artificialium omnia sunt extra hominem, & ideo non diuersificatur ratio virtutis: sed prudentia est recta ratio ipsorum actuum humanorum, vnde diuersificatur ratio virtutis, vt dictum est *.

in corp. art.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ prudentia magis conuenit cū arte, q̄ cū habitibus speculatiuis quātum ad subiectum & materiā. vtrunque enim est in opinatiua parte animæ, & circa contingens aliter se habere: sed ars magis conuenit cum habitibus speculatiuis in ratione virtutis, quàm cum prudentia, vt ex dictis patet *.

Art. præc.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ prudentia est bene consiliativa de his, quę pertinēt ad totam vitam hominis, & ad vltimum finem vitæ humanæ: sed in artibus aliquibus est consilium de his quę pertinent ad fines, p̄prios illarum artium: vnde alię inquātum sunt bene cōsiliatiui in reb⁹ bellicis, vel nauticis, dicuntur pru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæseptimæ. Articulum quintum.*

IN articulo quinto eiusdem. 57. q. io responsione ad tertium, dubium occurrit, quia author contradicit veritati, & sibi. nã secundũ veritatẽ & ipsum in articulo præcedẽte, ars nõ præsupponit appetitũ rectũ, neq; spectat ad ipsũ, neque facit, aut inclinat ad ipsum, vt patet ex se, & ex supra dictis manifestũ. hic vero litera loquens de intellectu practico nõ solum quo ad prudẽtiam, sed quo ad artem, dicit, quòd veritas intellectus

2. 2. q. 51. ar. 3. ad 3. Et virt. q. 1. ar. 6. cor.

practici accipitur per cõformitatem ad appetitum rectum; quod est contra præ dicta. Et q̃ loquatur de intellectu practico vniuersaliter, vt extẽdit se ad artẽ, patet ex duobus. Primo, quia dicit, q̃ hęc cõformitas ad appetitum rectũ habet locum in contingentibus, quæ a nobis fiunt, hinc sunt agibilia, siue factibilia. Secundo ex hoc, quòd statim ex hac radice reddit causã obiecti ꝓprii intellect⁹ practici extẽsi explicite ad artẽ & prudentiã.

¶ Ad hoc dicitur, q̃

ca. 5. 7. 8. & 9. tom. 5.

quia intellectus practicus conuenit cum speculatiuo in actu cognitionis, & differt in actu directionis, differentia practici a speculatiuo non penes cognoscere, sed penes dirigere attenditur: ideo veritas intellectus speculatiui consistit in cognoscere: veritas aũt intellectus practici in dirigere: & sic veritas intellectus speculatiui consistit in hoc, quòd cognoscere adæquatur rei cognitæ. veritas autẽ intellectus practici consistit in hoc, quòd dirigere adæquatur principio directiuo. vt autem habetur nono Metaphysicæ, principium determinatiuum, ac per hoc directiuum artis ad operandum, est appetitus. Cum igitur vnumquodque ita se habeat ad veritatẽ sicut ad entitatem, directionis actus proprius intellectui practico, & quo ad esse, & quo ad veritatem, pendet ab appetitu: & hoc liquet. Sed quoniam in litera dicitur, quòd pendet ex appetitu recto, scito quòd rectitudo ista non est vniformiter accipienda. Directio nanque vera intellectus practici in agibilibus attenditur penes conformitatem ad appetitum rectum rectitudine finis moralium, quæ est bonitas moralis: directio autem vera intellectus practici in factibilibus, attẽditur penes conformitatem ad appetitum rectum rectitudine finis artificialium: quod non est appetitum esse bonum moraliter, sed esse rectum, idest, tendere in rectum finem. In omni enim arte est dare finem rectum, & non rectum. In tantum autem pendet veritas directionis intellectus practici ab appetitu recto in factibilibus, quòd

dentes duces, vel gubernatores, nõ autẽ prudentes simpliciter: sed illi solum q̃ bene consiliantur de his quæ conferunt ad totã vitam.

ARTICVLVS V.

Vtrum prudentia sit uirtus necessaria homini.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur ꝓ prudentia non sit virtus necessaria ad bene viuendum. Sicut.n. se habet ars ad factibilia, quorum est ratio recta, ita se habet prudentia ad agibilia, secundum quæ vita hominis consideratur. est enim eorum recta ratio prudentia, vt dr in 6. Ethic. * sed ars non est necessaria in rebus factibilibus nisi ad hoc, ꝓ fiant, non autem postquàm sunt factæ. ergo nec prudentia est necessaria homini ad bene viuendum postquã est virtuosus: sed forte solum quantũ ad hoc, quòd virtuosus fiat.

¶ 2 Præt. Prudentia est per quam recte consiliamur, vt dicitur in 6. Ethic *. sed homo potest ex bono cõsilio agere non solum proprio, sed etiam alieno. ergo non est necessariũ ad bene viuendum, ꝓ ipse homo habeat prudentiã, sed sufficit ꝓ prudentum consilia sequat.

¶ 3 Præt. Virtus intellectualis est, secundum quam contigit semper dicere verum, & nunquã falsum: sed hoc non videtur contingere secundum prudentiã. non enim est humanum, ꝓ in consiliando de agendis nunquàm erretur, cum humana agibilia sint contingentia aliter se habere. Vnde dicitur Sapiẽ. 9 Cogitationes mortalium timidę, & incertæ prouidentiæ nostræ. ergo videtur, ꝓ prudentia non debeat poni intellectualis virtus.

SED CONTRA est, ꝓ Sapient. 8. connumerãtur aliis virtutibus ne-

cessariis ad vitam humanam, cum dicitur de diuina sapientia: Sobrietatem & prudentiam docet, iustitiam & virtutẽ, quibus vtilius nihil est in hac vita hominibus.

RESPON. Dicendum, ꝓ prudentia est virtus maxime necessaria ad vitam humanam. bene enim viuere cõsistit in bene operari. Ad hoc autem quòd aliquis bene operetur, non solum requiritur quid faciat, sed etiam quomodo faciat, vt scilicet secundum electionem rectã operetur, non solum ex impetu, aut passione. cũ autem electio sit eorum quæ sunt ad finem, recti tudo electionis duo requirit, scilicet debitum finem, & id quod conuenienter ordinatur ad debitũ finem. Ad debitum autem finem homo conuenienter disponitur ꝑ uirtutem, quæ perficit partem animæ appetitiuã, cuius obiectũ est bonũ & finis. Ad id autem qđ conueniẽter in finẽ debitũ ordinatur, oportet qđ hũ directe disponatur ꝑ habitum rationis: qa consiliari & eligere, quæ sunt eorum quæ sunt ad finem, sunt actus rõnis: & ideo necesse est in ratione esse aliquã virtutem intellectualem, ꝑ quã perficiatur ratio ad hoc ꝓ cõuenienter se habeat ad ea, quæ sunt ad finẽ, & hæc virtus est prudẽtia: vnde prudẽtia est virt⁹ necessaria ad bene viuẽdũ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝓ bonum artis consideratur non in ipso artifice, sed magis in ipso artificiato, cũ ars sit ratio recta factibilium. factio.n. in exteriorem materiã trãsiens, non est perfectio faciẽtis, sed facti, sicut motus est actus mobilis. Ars autem circa factibilia est: sed prudentiæ bonum attenditur in ipso agente, cuius pfectio est ipsum agere. est enim prudentia recta ratio agibilium, vt dictum est: & ideo ad artem non requiritur ꝓ

moralibus, sed in artificialibus, qui tunc est cum finem habet, a quo obliquãdo artificiale malum est: quia veritas intellectus practici consistit in adæquato dirigere, vt exteriora opera testantur. hæc autem nec veritati, nec authori contradicunt &c.

¶ In eadem responsione, scilicet ad tertium quinti articuli quæstionis 57. aduerte diligentissime, vt iungas hæc duo simul, scilicet ꝓ habitus sit virtus intellectualis, & ꝓ sit circa contingẽtia, quoniam sibiinuicem aduersantur. Si enim est intellectualis virtus. ergo semper verus, ac per hoc non contingentium: quia cõtingentium multa est fallitas. Et si est contingentium, ergo non semper verus, ac per hoc non est virtus intellectualis. Hanc difficultatem tractat hic author in hoc argumento: hanc difficultatem non potest effugere quisquis perfectionem intellectus practici in sola cognitione ponit. Vbi scito, ꝓ Sotus in tertio sentẽ. distin. 36. intellectum practicum in sola cognitione recti ficans, adeo vt prudentiam in sola ratione absque appetitus bonitate ponat, non potest huic difficultati satisfacere. Putat autem ipse, ꝓ sicut in speculatiuis principia ex terminis, & conclusio ex recto syllogismo sciuntur necessario, ita in practicis, & sic perficitur ratio practica, & illud sexti Ethic. quòd verum intellectus practici est confesse se habere appetitui recto, glosat, quòd appetitui recto non præcedenti, sed apto natoto sequi: ita quòd intellectus practicus tunc est verus, quãdo talis est quòd recta electio est nata si bi esse cõformis: vel in idem redit, quando est cõformatiuus rectę electionis sibi, siue sequatur, siue nõ, recta electio. Sed quãtus sic hic error, manifeste patet ex allata difficultate. Nam quãtumcunq; intellectus noster discurrat, nunquàm ad hoc peruenire potest, vt de particulatibus cõtingentibus habitum per se verũ semper acquirat: quoniam cum ab eo quod res est, vel nõ est, oratio sit vera vel falsa, & contingentia aliter, & aliter se habeant, impossibile est, ꝓ intellectus nostri cognitio conformetur infallibiliter contingẽtibus. aut ergo non est virtus prudentia illa Scotica, quia virt⁹ intellectualis, vt patet 6. Ethicorum, non est nisi verorum: aut si est virtus, non est circa cõtingentia, & sic non est prudentia, sed scientia moralis. Et sicut errauit in hoc, ita etiam errauit in plosa illa & in consequentibus, de quibus infra erit sermo. Tu autem sectator Aristo. & diui Thomæ, cui datum est videre, quòd prædicta duo, si referantur ad perfectionem cognitionis, incompossibilia sunt, inspicias literam in hac respõ

A ne iudicatiua. ergo synesis non est uirtus adiuncta prudentię, sed magis ipsa est principalis.

¶ 3 Præt. Sicut diuersa sunt ea, de quibus est iudicandũ, ita ẽt diuersa sunt ea, de quibus est consiliandum: sed circa omnia consiliabilia ponitur uirtus una. s. eubulia. ergo ad bene iudicãdum de agẽdis, non oportet ponere præter synesim, aliam uirtutem. s. gnomen.

¶ 4 Præt. Tullius ponit in sua Rhetor.ª tres alias partes prudentiæ. s. B memoriam præteritorum, intelligentiam præsentium, & prouidentiam futurorum. Macrobius etiã ponit super somnium Scipionis,† quasdam alias partes prudentiæ. s. cautionem, docilitatem, & alia huiusmodi. non uidentur igitur solę hmõi uirtutes prudentiæ adiungi.

SED CONTRA est authoritas Philosophi in 6. Eth. ◦ qui has tres uirtutes ponit prudẽtiæ adiũctas.

RESPON. Dicendum, quòd in omnibus potentijs ordinatis illa C est principaliot, quæ ad principaliorem actum ordinatur: circa agibilia autem humana tres actus rationis inueniuntur, quorum primus est consiliari: secundus iudicare: tertiª est prẽcipere. Primi autem duo respondent actibus intellectus speculatiui, qui sunt inquirere, & iudicare. nam consilium inquisitio quædam est: sed tertius actus est proprie practici intellectus, inquantum est operatiuus. D nõ enim ratio habet præcipere ea, quæ per hominem fieri non pñt. Manifestũ est autem, quòd in his quæ per hominem fiunt, principalis actus est præcipere, ad quẽ alij ordinantur: & ideo uirtuti, quæ est bene præceptiua. s. prudentiæ, tanquã principaliori adiunguntur tanquàm secundariæ eubulia, quę est bene consiliatiua, & synesis, & gnome, quæ sunt partes iudicatiuę, de quarũ distinctione dicetur.*

AD PRIMVM ergo dicendum, E quòd prudentia est bene consiliatiua, non quasi bene consiliari sit immediate actus eius: sed quia hunc actum perficit mediante uirtute sibi subiecta, quæ est eubulia.

AD 2ᵐ dicendum, quòd iudiciũ in agendis, ad aliquid ulterius ordinatur. cõtingit.n. aliquem bene iudicare de aliquo agendo, & tamen non recte exequi: sed ultimum complementum est, quãdo ratio iã bene præcipit de agendis.

AD 3ᵐ dicendum, ꝓ iudicium de unaquaq; re fit ꝑ propria principia eius: inquisitio autem non-

ARTIC. VI.

Vtrũ eubulia, synesis, & gnomen sint uirtutes adiunctæ prudentiæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter adiungãtur prudẽtiæ eubulia, synesis, & gnomen. Eubulia.n. est habitª, quo bene cõsiliamur, ut dicitur in 6. Ethic. * sed bene consiliari pertinet ad prudentiam, vt in eodẽ lib. dicitur. ergo eubulia nõ est uirtus adiuncta prudentiæ, sed magis est ipsa prudentia.

¶ 2 Præt. Ad superiorem pertinet de inferioribus iudicare. illa ergo uirtus uidetur suprema, cuius est actus iudicium: sed synesis est bene

sione, & inuenies ꝓ diuinũ authoris ingenium, videṡ dixit, quòd propter hanc rationẽ. s. huius incõpossibilitatis, nulla uirtus intellectualis ponitur in intellectu speculatiuo, cuius perfectio consistit in cognoscere circa cõtingentia vnde vt hæc duo coeant, necesse est ad intellectũ digredi eius perfectio, ac per hoc ueritas nõ consistat in cognoscere, sed in alio actu, qui perfectus veruṡque infallibiliter circa contingentia esse possit. talis est autem intellectus practicª ut sic: quoniam cuius perfectio ac ueritas in actu dirigendi consistit, quæ directio infallibiliter est vera circa cõtingentia, si consona sit appetitui recto præcedẽti: & sic author uirtutẽ intellectualem semper veram respectu contingentiũ saluauit, non inquantum cognitorum, sed inquantum attingibilũ ab humano opere propter conformitatem ad appetitum rectũ. Propterea esto cautus non solũ Nouitie, sed uir docte, ne cũ de istis disputas, in intellectu solo sistas. Sæpe enim intellectui, ut cognoscenti, tantum deerit certa veritas præmissæ particularis, quoniam non est cognoscibilis certitudinaliter, vt patet.

Li. 2. de interpretatione in fol. 4. ante finem lib.

Li. 1. in fol. 2. ante mediũ. cap. 8.

C. 9. to. & 11. tom. 5

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæseptimæ Articulum sextum.*

IN artic. 6. in responsione ad tertium memẽto Nouitie, quòd tam dialectica, quam demonstratiua docens est vna: sed in vsu est differentia, quam ponit litera, quia dialectica ẽt utens est una, demonstratiua uero multiplex, idest, principia rationũ demonstratiuarum diuersificantur iuxta diuersitatem rerum scibilium, quia sunt propria illis: principia uero rationum probabilium non diuersificantur iuxta diuersitas

d 3. argu. Aius ar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerũ rerum, quia sunt cõmunia: hoc enim est dialecticam utentem esse unam demonstrationem multiplicem. Diuersitas nãq; vel identitas principiorum sortitur eorum diuersitatem.

dum est per ꝓpria principia, quia his habitus non esset opus inquisitione, sed iam res esset inuenta: & ideo vna sola virtus ordinatur ad bene consiliandum, duæ autẽ virtutes ad bene iudicãdum, quia distinctio non est in cõibus principijs, sed in proprijs. vnde & in speculatiuis vna est dialectica inquisitiua de omnibus: scientiæ autem demonstratiuæ, quę sunt iudicatiuæ, sunt diuersæ de diuersis. Distinguuntur autem synesis & gnomin secũdum diuersas regulas, quibus iudicatur. Nam synesis est iudicatiua de agendis secundum cõmunem legem: gnomin autem secundum ipsam rationem naturalem in his, in quibus deficit lex cõmunis, sicut plenius infra patebit.* 2.2. q.51. art.4.

AD 4ᵐ dicendũ, ꝙ memoria, intelligentia, & prouidentia, similiter etiã cautio & docilitas, & alia huiusmodi non sunt virtutes diuersæ a prudentia: sed quodammodo cõparantur ad ipsam, sicut partes integrales, inquantum omnia ista requiruntur ad perfectionem prudentiæ. sunt etiam & quædã partes subiectiuæ, seu species prudentiæ, sicut œconomica regnatiua, & huiusmodi: sed prædicta tria sunt quasi partes potentiales prudentiæ: quia ordinantur sicut secundarium ad principale, & de his infra dicetur.* 2.2. q.51.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ octauæ Articulum primum & secundum.*

IN art.1.& 2.titu. in q.58. aduerte, quòd quia formalis est doctrina authoris: ideo licet conclusum sit, quòd non omnis uirtus est moralis, specialiter quæ situm est an moralis sit intellectualis. decet enim doctrinam paulatim singula explicare, quis ois uirtꝰ humana nõ moralis sit intellectualis.

QVAESTIO LVIII.

De distinctione uirtutum moralium ab intellectualibus, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de uirtutibus moralibus.

Et primo de distinctione earum a uirtutibus intellectualibus. Secundo, de distinctione earum ab inuicem secundum propriam materiã. Tertio, de distinctione principaliũ, uel cardinalium ab alijs.

Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum omnis uirtus sit uirtus moralis.
¶ Secundo, Vtrum uirtus moralis distinguatur ab intellectuali.
¶ Tertio, Vtrum sufficienter diuidatur uirtus per intellectualem & moralem.
¶ Quarto, Vtrum moralis uirtus possit esse sine intellectuali.
¶ Quinto, Vtrũ econuerso, intellectualis uirtus possit esse sine morali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis uirtus sit moralis.

Infra q.68. art.1.co.lit 3.dist.23. q. 1.arti.4. q. 2.co. Cap.6.post med.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ omnis uirtus sit moralis. Virtus.n. moralis dicitur a more, idest consuetudine: sed omniũ uirtutum actus cõsueuescere possumus. ergo omnis uirtus est moralis.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2 Eth.* ꝙ uirtus moralis, est habitus electiuus in medietate rationis consistens: sed omnis uirtus vt esse habitus electiuus, quia actus cuiuslibet uirtutis possumus ex electione facere. omnis ét uirtus aliqualiter in medio rationis consistit, ut infra patebit. † ergo omnis uirtus est moralis. F

¶ 3 Præt. Tullius dicit in sua Rhet.* quod uirtus est habitus in modum naturæ rationi consentaneus: sed cum omnis uirtus humana ordinetur ad bonum hominis, oportet quòd sit consentanea rationi, cum bonum hominis sit secundum rationem esse, ut Diony. dicit. ergo omnis uirtus est moralis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. Ethicor.* Dicentes de moribus non dicimus, quoniam sapiens uel intelligens, sed quoniam mitis uel sobrius: sic igitur sapientia & intellectus non sunt morales: quę tamen sunt uirtutes, sicut supra dictum est. † non ergo omnis uirtus est moralis. In fine. cap. 13.

RESPON. Dicendum, ꝙ ad huiusmodi euidentiã considerare oportet quid sit mos: sic.n. scire poterimus quid sit moralis uirtus. Mos autem duo significat: quandoque enim significat consuetudinem, sicut dicitur Act. 15. Nisi circuncidamini secundũ morem Moysi, non poteritis salui fieri. Quandoque uero significat inclinationem quandam naturalem, uel quasi naturalem ad aliquid agendum: unde & etiam brutorum animalium dicuntur aliqui mores. unde dicitur 2. Mach. 11. quòd leonum more irruentes in hostes prostrauerunt eos, & sic accipitur mos in Psal. 67. ubi dicitur. Qui habitare facit unius moris in domo. Et hæ quidem duæ significationes in nullo distinguuntur apud Latinos quantum ad uocem: in Græco autem distinguuntur. nam ethos, quod apud nos morem significat, quandoque habet primam longam, & scribitur per η Græcam literam: quandoque habet primam correptam, & scribitur per ε. Dicitur autem uirtus moralis a more, secundum quod mos significat quandam inclinationem naturalem, uel qualt naturalẽ ad aliquid agendum, & huic significationi moris, propinqua est alia significatio, quæ significat consuetudinem: nam consuetudo quodam modo uertitur in naturam, & facit inclinationem similem naturali. Manifestum est autem quòd inclinatio ad actum proprie conuenit appetitiuæ uirtuti, cuius est mouere omnes potentias ad agendum, ut ex supradictis patet. * & ideo non omnis uirtus dicitur moralis, sed solum illa, quæ est in ui appetitiua. I

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ obiectio illa procedit de more ſm quod significat consuetudinem.

AD 2ᵐ dicendũ, ꝙ omnis actus uirtutis potest ex electione agi: sed electionẽ rectã agit sola uirtus quæ est in appetitiua parte animæ. Dictum est.n. supra,* ꝙ eligere est actus appetitiuæ partis. vnde habitus electiuus, qui.s. est electionis principium, est solum ille qui perficit uim appetitiuam, quãuis etiam aliorum habituum actus sub electione cadere possint. K

AD 3ᵐ dicendum, quòd natura est principium motus, sicut dicitur in 2. Physic.* Mouere autem ad agẽdum, proprium est appetitiuæ partis: & ideo assimilari naturæ in consentiendo rationi, est proprium uirtutum, quæ sunt in ui appetitiua.

ARTICVLVS II.

Vtrum uirtus moralis distinguatur ab intellectuali.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ octauæ Articulum secundum.*

IN arti.2. eiusdem 58. q. aduerte, ꝙ ultima uerba in corpore articuli, scilicet habitus moralis habet rationem uirtutis humanæ, inquantum

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ uirtus moralis ab intellectuali non distinguatur. Dicit enim Aug. in lib. de ciui. Dei,* quòd uirtus est ars recte uiuendi: sed ars est uirtus intellectualis. ergo uirtus moralis ab intellectuali non differt.

¶ 2 Præt. Plerique in diffinitione virtutum moralium ponunt scientiam, sicut quidã diffiniunt, quòd perseuerantia est scientia, vel habitus eorum quibus est immanendum, vel nõ immanendum, & sanctitas est scientia faciens fideles & seruãtes quę ad Deum iusta: scientia aũt est virtus intellectualis. ergo virtus moralis non debet distingui ab intellectuali.

¶ 3 Præt. Augu. dicit in 1. Soliloquiorum,* quòd uirtus est recta & perfecta ratio: sed hoc pertinet ad virtutem intellectualẽ, vt patet in 6. Eth. † ergo virtus moralis nõ est distincta ab intellectuali.

¶ 4 Præt. Nihil distinguitur ab eo quod in eius diffinitione ponitur: sed virtꝰ intellectualis ponitur in diffinitione virtutis moralis. dicit enim Phil. in 2. Eth.* quòd uirtus moralis est habitus electiuus existens in medietate determinata ratione, prout sapiens determinabit: huiusmodi autem recta ratio determinans medium virtutis moralis pertinet ad virtutem intellectualem, vt dicitur in 6. Ethic.* ergo virtus moralis non distinguitur ab intellectuali.

SED CONTRA est, quod dicitur in 1. Eth.* Determinatur virtus secundum differẽtiam hanc. Dicimus enim, harũ has qdẽ intellectuales, has vero morales.

RESPON. Dicendum, quòd omnium humanorum operum principium primum ratio est, & quęcunque alia principia humanorum operũ inueniantur, quodammodo rationi obediunt, diuersimode tamen. Nã quædam rationi obediunt omnino ad nutum absque omni contradictione: sicut corporis membra, si fuerint in sua natura consistentia. statim enim ad imperium rationis manus, aut pes mouetur ad opus. Vnde Philosoph. dicit in 1. Polit.* quòd anima regit corpus despotico principatu, idest, sicut dominus seruum, qui ius contradicendi non habet. Posuerunt igitur quidam, quòd omnia principia actiua, quæ sunt in homine, hoc modo se habent ad rationem: quod quidem si verum esset, sufficeret quòd ratio esset perfecta ad bene agendum. vnde cum virtus sit habitus, quo perficimur ad bene agendum, sequeretur quòd in sola ratione esset, & sic nulla virtus esset nisi intellectualis. Et hæc fuit opinio Socratis, qui dixit omnes virtutes esse prudentias, ut dicitur in 6. Ethic.* vnde ponebat, ꝙ homo scientia in eo existente peccare nõ poterat, sed quicunq; peccabat, peccabat pp ignorantiam. Hoc autem procedit ex suppositione falsi. pars enim appetitiua obedit rationi non omnino ad nutũ, sed cum aliqua contradictione. vnde Philosophus dicit in 1. Polit.* ꝙ ratio imperat appetitiuæ principatu politico, quo.s. aliquis præest liberis, qui habẽt ius in aliquo contradicendi: vnde Aug. dicit super Psal. † ꝙ interdũ præcedit intellectus, & sequitur tardus, aut nullus affectus, in tantum ꝙ quãdoq; passionibus, vel habitibus appetitiuæ partis hoc agitur, vt vsus rationis in particulari impediatur: & secundum hoc aliqualiter verum est, quod Socrates dixit,* ꝙ scientia

A præsente non peccatur: si tamen hæc extendatur vsq; ad vsum rationis in particulari eligibili. Sic igitur ad hoc quòd homo bene agat, requiritur quòd non solũ ratio sit bene disposita per habitum virtutis intellectualis, sed etiam quòd vis appetitiua sit bene dispositа per habitũ virtutis moralis. Sicut igitur appetitus distinguitur a ratione, ita virtus moralis distinguitur ab intellectuali. vnde sicut appetitus est principium humani actus secundum hoc, quòd participat aliqualiter rationem, ita habitus moralis habet rationẽ virtutis humanæ: inquantum rationi conformatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Aug. cõiter accipit artem pro qualibet recta rõne, & sic sub arte includitur etiam prudentia, quę ita est recta ratio agibiliũ, sicut ars est recta ratio factibilium: & secundum hoc quod dicit, quòd virtus est ars recte viuẽdi, essentialiter conuenit prudentiæ, participatiue autem alijs virtutibus, prout secundum prudentiam diriguntur.

AD 2ᵐ dicendum, quòd tales diffinitiones a quibuscunq; inueniãtur datæ, processerunt ex opinione Socratica, & sunt exponendæ eo modo quo de arte * prædictum est. et similiter dicendum est ad tertium. In solut. ad 1. argu. præced.

AD 4ᵐ dicendum, ꝙ recta ratio quæ est secundum prudentiam, ponitur in diffinitione virtutis moralis, non tanquã pars essentiæ eius, sed sicut quiddam participatum in omnibus virtutibus moralibus, inquantum prudentia dirigit omnes virtutes morales. C

ARTICVLVS III.

Vtrum sufficienter uirtus diuidatur per moralem & intellectualem.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ octauæ Articulum tertium.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ virtus humana non sufficienter diuidatur per virtutem moralem & intellectualem. Prudentia enim videtur esse aliquid mediũ inter virtutem moralem & intellectualem: connumerat enim in virtutibus intellectualibus in 6. Ethic.* & etiam ab omnibus communiter cõnumeratur inter quatuor virtutes cardinales, quæ sunt morales, ut infra patebit. † non ergo sufficienter diuiditur virtus per intellectualẽ & moralem, sicut per immediata. D

¶ 2 Præt. Continentia & perseuerantia, & etiam patiẽtia, non computant inter virtutes intellectuales, nec etiam sunt uirtutes morales, quia non tenent mediũ in passionibus, sed abundant in eis passiones. nõ ergo sufficienter diuidit virtus p intellectuales & morales. E

¶ 3 Præt. Fides, spes, & charitas, quędam virtutes sunt, non tamen sunt virtutes intellectuales. hæ.n. solum sunt quinque. s. scientia, & sapientia, intellectus, prudentia, & ars, vt dictum est, * nec etiã sunt virtutes morales, quia non sunt circa passiones, circa quas maxime est moralis uirtus. ergo uirtus non sufficienter diuiditur per in-

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quando genus vniuocum diuiditur in suas species, tunc partes diuisionis ex æquo se habēt secundum rationem generis, licet secundum naturam rei vna species sit principalior & pfectior alia, sicut homo alijs animalibus. Sed quando est diuisio alicuius analogi, quod dicitur de pluribus secundū prius & posterius, tunc nihil prohibet vnum esse principalius altero, etiam secundum communem rationem: sicut substantia principalius dicitur ens q̄ accidens, & talis est diuisio virtutum in diuersa genera virtutum, eo ꝙ bonum rationis non secundum eundem ordinem inuenitur in omnibus.

9.1.ar.3. 4.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ virtutes theologicæ sunt supra hominē, vt* supra dictū est. Vnde non proprie dicunt virtutes humanæ, sed super humanę, vel diuinę.

AD 3ᵐ dicendum, quòd aliæ virtutes intellectuales, & prudentia, etsi sint principaliores, quàm morales quantum ad subiectum, non tamen sunt principaliores quantum ad rationem virtutis, quę respicit bonum, quod est obiectum appetitus.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ primæ Articulum secundum.*

Infra q.66. art.1.& 4. 1.ar. 2.2. q.141.ar. 7. Et 3. q.2. art.3.ad 3.& 3.q.31. art.1.& 3.q.34. art.1.ad 3.& 3.q.46. art.1.ad 3. Eth.6.Eth. cap.2. tom.5.

IN art.1.2.eiusdem quæst.61. reseruatur responsio ad primum ad articulum tertium 66. quæstio. vbi ex proposito penes nobilitatem cōparatio erit intellectualium & moraliū virtutum.

ARTICVLVS II.

Vtrum sint quatuor uirtutes cardinales.

D AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur ꝙ nō sint quatuor virtutes cardinales. Prudentia enim est directiua aliarum virtutum moraliū, vt ex supradictis patet: sed id quod est directiuum aliorum principalius est. ergo prudentia sola est virtus principalis.

¶2 Præt. Virtutes principales sunt aliquo modo morales: sed ad operationes morales ordinamur per rationem practicam, & appetitum rectum, vt dicitur in 6.† Ethic. ergo solæ duæ virtutes cardinales sunt.

¶3 Præt. Inter alias etiam virtutes vna est principalior altera: sed ad hoc quòd virtus dicatur principalis, non requiritur quòd sit principalis respectu omnium, sed respectu quarundam. ergo videtur quòd sint multo plures principales virtutes.

Cap.36.cir. ca princip.

E SED CONTRA est, qđ* Grego. dicit in 2. Moral. In quatuor virtutib⁹ tota bona opis structura cōsurgit.

RESPON. Dicendum, quòd numerus aliquorum accipi potest aut secundū principia formalia, aut fm subiecta: & vtroque modo inueniuntur quatuor cardinales virtutes. Principium enim formale virtutis, de qua nunc loquimur, est rationis bonum, qđ quidē dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum quod in ipsa consideratione rationis consistit, & sic erit vna virtus principalis, quæ dicit prudentia. Alio modo, secūdum quod circa aliquid ponitur rationis ordo, & hoc vel circa operationes, & sic est iustitia: vel circa passiones, & sic necesse est esse duas virtutes. Ordinem. n. rationis necesse est ponere circa passiones, considerata repugnātia ipsarum ad rationem, quæ quidem potest esse dupliciter. Vno modo, secundum quod passio impellit ad aliquid contrarium rationi, & sic necesse est ꝙ passio reprimatur, & ab hoc denominatur temperantia. Alio modo, secundum qđ passio retrahit ab eo quod ratio dictat, sicut timor periculorum vel laborum: & sic necesse est, ꝙ homo firmetur in eo qđ est rationis, ne recedat, & ab hoc denominatur fortitudo. Et similiter secundum subiecta idem numerus inuenitur. Quadruplex enim inuenitur subiectum huius virtutis, de qua nūc loquimur, scilicet rationale per essentiam, quod prudentia perfi

D.1199.

B cit: & rationale per participationem, quod diuiditur in tria, ideſt, in voluntatem, quæ est subiectum iustitiæ: & in concupiscibilem, quæ est subiectum temperātiæ: & in irascibilē, quæ est subiectum fortitudinis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prudentia est simpliciter principalior omnibus: sed aliæ ponuntur principales vnaquæque in suo genere.

In isto art.

AD 2ᵐ dicendum, quòd rationale per participationem diuiditur in tria, vt* dictum est.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ oēs alię virtutes, quarum vna est principalior alia, reducūtur ad prædictas quatuor, & quantū ad subiectū, & quantū ad rōnes formales.

C ¶ *Super Quæstionis sexagesimæ primæ Articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum aliæ uirtutes magis debeant dici principales, quàm istæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd aliæ virtutes magis debeant dici principales, q̄ istæ. Id enim quod est maximū in vnoquoq; genere, videtur esse principalius: sed magnanimitas operatur magnū in omnibus virtutibus, vt dicitur in 4.* Eth. ergo magnanimitas maxime debet dici principalis virtus.

*lib.4.Eth. cap.3.

¶2 Præt. Illud per qđ aliæ virtutes firmantur, videtur esse maxime principalis virtus: sed humilitas est huiusmodi, dicit. n.† Greg. ꝙ qui cæteras virtues sine humilitate congregat, quasi paleas in ventum portat. ergo humilitas videtur esse maxime principalis.

† hom.7.in Euang. in fine illius, & in ps.3. pœnitentiali.

¶3 Præt. Illud videtur esse maxime principale, quòd est perfectissimum: sed hoc pertinet ad patientiam, secundum illud Iacobi 1. Patientia opus perfectum habet. ergo patientia debet poni principalis.

Lib.2.de inuet. a med.

SED CONTRA est, quod* Tullius in sua Rhetorica ad has quatuor omnes alias reducit.

Ar.præced.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut* supra dictum est, huiusmodi quatuor virtutes cardinales accipiuntur secundum quatuor formales rationes virtutis, de qua loquimur. Quæ quidem in aliquibus actibus, vel passionibus principaliter inueniuntur: sicut bonum cōsistens in consideratione rationis, principaliter inuenitur in ipso rationis imperio, non autem in cōsilio, neque in iudicio, vt* supra dictum est. Similiter autē bonum rationis, prout ponitur in operationibus secundum rationem recti & debiti, principaliter inuenitur in commutationibus vel distributionibus, quæ sunt ad alterum cum æqualitate. Bonum autem refrenandi passiones principaliter inuenitur in passionibus, quas maxime difficile est reprimere. s. in delectationibus tactus. Bonum autem firmitatis ad standum in bono rationis contra impetum passionum, præcipue inuenitur in periculis mortis, contra quæ difficil

q.57.art.4.

Arti. priori & poster. & locis ibi notatis. Et 3.dis.33.q.2.art.1.q.4

limum

Universidad de Navarra Biblioteca

lissimum est stare. Sic igitur prædictas quatuor virtutes F dupliciter considerare possumus. Vno modo, secundum communes rationes formales, & secũdum hoc dicuntur principales, quasi generales ad omnes virtutes, vtputa, quòd omnis virtus quæ facit bonum in consideratione rationis dicatur prudentia: & ꝙ omnis virtus quæ facit bonum debiti & recti in operationibus, dicatur iustitia: & omnis virtus quæ cohibet passiones & deprimit, dicatur tẽperantia: & omnis virtus quę facit firmitatem animi contra quascunque passiones, dicatur fortitudo. & sic multi loquuntur de istis virtutibus tam sacri doctores, q̃ etiam philosophi, & sic aliæ virtutes sub ipsis continentur: vnde cessant oẽs obiectiones. Alio vero modo pñt accipi, secundum quod istę virtutes denominantur ab eo G quod est præcipuum in vnaquaq; materia. Et sic sunt speciales virtutes cõtra alias diuisæ: dicuntur tñ principales respectu aliarum pp principalitatem materiæ, puta, ꝙ prudẽtia dicatur, quæ præceptiua est: iustitia, quæ est circa actiones debitas inter æquales: temperantia, quæ reprimit concupiscentias delectationum tactus: fortitudo, quæ firmat contra pericula mortis. Et sic etiã cessant obiectiones: quia aliæ virtutes pñt habere aliquas alias principalitates, sed istæ dicuntur principales ratione materiæ, vt * supra dictum est.

In istomet ar. Infra q.66. ar.2.cor. Et 2.2. q.123. ar.2. & 11. cor. & q. 194. arti.1. cor. princ: Et 3.di.33. q.1. ar.1.q. 3. Et verti. q.1. art.12. ad 13. & 26. Et 2.Ethic. lec.8.

*li.22.mor. c.1.a med.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum quartum.*

IN artic.4.manda memoriæ redundãriam virtutum, & eius causam, & modum habes in litera, quòd redundat altera in alteram: quia potens in maius, potest in minus, & ex victoria maioris habilior mens redditur ad vincendum minora.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum quatuor virtutes cardinales differant abinuicem.

AD QVARTVM sic procedi- tur. Videtur q̃ quatuor prædictæ virtutes non sit diuersæ virtutes, & abinuicẽ distinctę. Dicit enim * Greg. in 22. Moral. Prudentia vera non est, quæ iusta, & temperans, & fortis non est: nec perfecta temperantia, quę fortis, iusta, & prudens non est: nec fortitudo integra, quæ prudens, tẽperans & I iusta nõ est: nec vera iustitia, quę prudens, & fortis, & tẽperans nõ est. Hoc aũt non contingeret, si prædictę quatuor virtutes essent abinuicẽ distinctæ: diuersę. n. species eiusdem generis non denominant seinuicem. ergo prædictæ virtutes nõ sunt abinuicem distinctæ.

†lib.1.c.36 paulo a prin. tom.1.

¶ 2 Præt. Eorum quæ abinuicem sunt distincta, quod est vnius, nõ attribuitur alteri: sed illud quod est temperantiæ, attribuitur fortitudini. dicit enim † Amb. in 1. lib. de offic. Iure ea fortitudo vocatur, quando unusquisq; seipsum uincit, nullis illecebris emollitur, atq; inflectitur. De temperantia etiam dicit, quòd modum, uel ordinem seruat omnium, quæ uel agenda, uel dicenda arbitramur. ergo uidetur quòd huiusK modi uirtutes non sunt abinuicem distinctæ.

Cap.4.to.5 ¶ 3 Præt. Philosophus * dicit in 2. Ethic. quòd ad uirtutem hæc requiruntur. Primum quidem si scienS: deinde si eligens, & eligens propter hoc: tertium autem si firme & immobiliter habeat, & operetur. Sed horum primum videtur ad prudentiã pertinere, quæ est recta ratio agibilium. Secundum. s. eligere, ad temperantiam, ut aliquis non ex passione, sed ex electione agat passionibus refrænatis. Tertium, vt aliquis pp debitum finem operetur, rectitudinem quandam continet, quæ uidetur ad iustitiam pertinere. Aliud. s. firmitas & immobilitas, pertinet ad fortitudinem. ergo quælibet harum virtutum est generalis ad omnes uirtutes. ergo non distinguuntur ad inuicem.

SED CONTRA est, quod * August. dicit in lib. de Moribus Ecclesię, quòd quadripartita dicitur uirtus ex ipsius amoris uario affectu: & subiungit de prędictis quatuor uirtutibus. prædictæ ergo quatuor uirtutes sunt abinuicem distinctæ. Lib.1.c. tum.1.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut * supra dictum est, prædictæ quatuor uirtutes dupliciter a diuersis accipiuntur. Quidam enim accipiũt eas, prout significãt quasdam generales conditiones humani animi, quæ inueniuntur in omnibus uirtutibus, ita. s. ꝙ Prudentia nihil sit aliud, q̃ quædam rectitudo discretionis in quibuscunque actibus, uel materijs: Iustitia uero sit quædam rectitudo animi, per quam homo operatur quod debet in quacunque materia: Temperantia uero sit quædam dispositio animi, quę modum quibuscunq; passionibus, uel operationibus imponit, ne ultra debitum efferãtur: Fortitudo uero sit quædam dispositio animæ, per quam firmetur in eo, quod est secundum rationem contra quoscunq; impetus passionum, uel operationum labores. Hæc autem quatuor sic distincta non important diuersitatem habitũ uirtuosorum quantum ad iustitiam, temperantiã, & fortitudinem. Cuilibet enim uirtuti morali ex hoc quòd est habitus, conuenit quædam firmitas, ut a cõtrario non moueatur, qd dictum est ad fortitudinem pertiH nere: ex hoc uero quòd est uirtus, habet quòd ordinetur ad bonũ, in quo importatur ratio recti uel debiti, quod dicebatur ad iustitiam pertinere: in hoc uero quòd est uirtus moralis rationem participans, habet quòd modum rationis in omnibus seruet, & ultra se non extendat, quod dicebatur pertinere ad temperantiam, solum autem hoc, quod est discretionem habere, quod attribuebatur prudentię, uidetur distingui ab aliis tribus, inquantum hoc est ipsius rationis per essentiam: alia uero tria important quandam participationem rationis per modum applicationis cuiusdã ad passiones, uel operationes. Sic igitur secundum prædicta, prudẽtia quidem esset uirtus distincta ab alijs tribus: sed aliæ tres non essent uirtutes distinctę abinuicem. Manifestum est enim quòd una & eadem uirtus & est habitus, & est uirtus, & est moralis, Alij uero & melius, accipiũt has quatuor uirtutes secundum quod determinantur ad materias speciales, unaquæq; quidem illarum ad unam materiã, in qua principaliter laudatur illa generalis conditio, a qua nomen uirtutis accipitur, ut * supra dictum est: & sm hoc manifestum est, ꝙ prædictæ uirtutes sunt diuersi habitus secundũ diuersitatem obiectorum distincti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Greg. loquitur de prædictis quatuor uirtutibus secundum primam acceptionem. Vel potest dici, ꝙ istæ quatuor uirtutes denominãtur abinuicem per redundantiã quandam. Id enim quod est prudentiæ, redundat in alias uirtutes inquantum a prudentia diriguntur: unaquæque uero aliarum redundat in alias ea ratione, ꝙ Qui potest quod est difficilius, potest & id quod minus est difficile. Vnde qui potest refrenare concupiscentias delectabilium secũdum tactum, ne modum excedãt, quod est difficillimum, ex hoc ipso redditur habilior ut refrenet audaciã in periculis mortis, ne ultra modum procedat, quod est longe facilius, & secundum hoc fortitudo dicitur temperata. Temperantia etiam dicitur fortis ex redundantia fortitudinis in temperantiã, inquantum. s. ille qui per fortitudinem habet animum firmum cõtra pericula mortis, quod est difficillimum, est habilior vt retineat animi firmitatem contra impetus delectationum: quia, vt dicit Tul. in 1. de offi. non est cõsentaneum, vt qui metu non frangitur, cupiditate frangatur: nec qui inuictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate aliquando possit. Et per hoc etiã patet responsio ad secundum. Sic enim temperantia in omnibus modum seruat, & fortitudo cõtra illecebras voluptatũ animum seruat inflexum: vel inquantum istæ virtutes denominant quasdam generales conditiones virtutum, vel per redundantiam prædictam.

Lib.1.in c. uirtus titul' 4. Vera magnanimitas et quod posse nihil sit

Ar.primo

Lib.1.Eth. cap.ult.5.

Ar.primo

AD 3^m dicendum, ꝙ illæ quatuor generales virtutum cõditiones, quas ponit' Philosophus, non sunt proprię prædictis virtutibus, sed possunt eis appropriari secundum modum iam * dictum.

ARTICVLVS V.

Vtrum uirtutes cardinales conueniente dividãtur in virtutes politicas, purgatorias, purgati animi, & exemplares.

AD QVINTVM sic procedit. Vt ꝙ inconuenienter hmõi quatuor virtutes diuidant' in virtutes exẽplares, purgati animi, purgatorias, & politicas. Vt enim * Macrobius dicit in 1. super somnium Scipionis, Virtutes exẽplares sunt quæ in ipsa diuina mente cõsistũt: sed Philosophus in 10. † Eth. dicit, ꝙ ridiculum est Deo iustitiã, fortitudinem, temperantiã, & prudentiam attribuere. ergo virtutes huiusmodi non pñt esse exemplares.

D

¶ 2 Præt. Virtutes purgati animi dicuntur, quæ sunt absq; passionibus. Dicit. n. ibidem * Macrobius, ꝙ temperantiæ purgati animi est terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus obliuisci: fortitudi E nis autem passiones ignorare, non uincere. Dictum est autem † supra, ꝙ huiusmodi virtutes sine passionibus esse non possunt. ergo hmõi virtutes purgati animi esse nõ pñt.

¶ 3 Præt. Virtutes purgatorias dicit esse eorum, quę quadam humanorum fuga solis se inserunt diuiB nis: sed hoc videtur esse vitiosum. Dicit. n. Tullius in 1. de' offi. Quòd qui despicere se dicunt ea quæ plerique mirantur. s. imperia & magistratus, his nõ modo laudi, verum etiã vitio dandum puto. ergo non sunt aliquæ virtutes purgatoriæ.

¶ 4 Præt. Virtutes politicas esse * dicit, quibus boni viri reipublicæ consulunt, vrbesque tuentur: sed ad bonum commune sola iustitia legalis ordinatur, vt Philosophus dicit in 5.' Eth. ergo aliæ virtutes C non debent dici politicæ.

SED CONTRA est, quod † Macrobius ibidem dicit. Plotinus inter philosophiæ professores cum Platone princeps, Quatuor sunt, inquit, quaternarum genera virtutũ: ex his primæ politicæ vocãtur: secundę purgatorię: tertiæ aũt iam purgati animi: quartę exemplares.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut * Aug. dicit in lib. 1. li. de Moribus Ecclesiæ: Oportet quòd anima aliquid sequatur ad hoc, ꝙ ei possit D virtus innasci, & hoc De' est, quę si sequimur, bene viuimus. Patet igitur ꝙ exemplar humanæ virtutis in Deo præexistat, sicut & in eo præexistunt omnium rerum rationes. Sic igitur virtus potest considerari, vel prout est exemplariter in Deo, & sic dicunt' virtutes exẽplares, ita. s. ꝙ ipsa diuina mens in Deo dicatur prudentia: temperantia vero cõuersio diuinæ intentionis ad seipsum, sicut in nobis temperantia dicitur per hoc, ꝙ concupiscibilis cõformatur rationi: fortitudinibus & conatibus erga filiam tantum, nunquam ipsa mater fiet casta: si vero secundo modo sumatur, iam ex dictis constat, ꝙ sic velle bonum tẽperantiæ siue in se, siue in alio, non est actus temperantiæ, sed amoris naturalis ad se, & amicitiæ ad alterum.

† q.59. art. 2. & 5.

In loco citato ar. præced. ad 1. argum.

Macrob. loco citato in arg.2.

Cap.1.to.5

† li.1.in fo. 2. ante medium libri.

Cap. 6. a med. tom.1

¶ Ad secundum dicitur quòd velleitas illa, qua quis deliberat se sic electurum & facturum si sibi conueniret, & si sit actus bonus, vel malus moraliter, & ad speciem illius obiecti pertinens, non est tamen actus illius habitus, neq; perfectus qui elicitur ab habitu, neque imperfectus qui generat habitum frequentatus, vt patet de habitu magnificentiæ. Quauis enim pauper frequenter deliberet se velle magnifica facere si posset, nunquam tamen postea erit magnificus, nisi in potẽtia quãmuis propinqua, vt dicitur in 4. Eth. & ratio assignatur ex 2. Ethic. quia fabricando, fabri, abstinendo, abstinentes, fortia operando, fortes, & vniuersaliter ipsos actus virtutum exercendo, & non solum volendo, vir tuos

¶ *Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum quintum.*

IN corpore articuli quinti eiusdem quæst. 61. aduerte, quòd distinctio virtutum moralium in politicas, purgatorias, & purgati animi, non est distinctio virtutum secundum essentiam, sed secundum statum & actus perfectionem. Illimet nanq; habitus, qui modo sunt virtutes politicæ, qa passiones ad mediũ reducunt, proficiunt in tantum vt passiones auferant, & vsq; adeo ascendunt, vt passionũ obliuiscantur, vt in responsione ad secundum ex Plotino habes. Potes et inspicere hanc esse mentem authoris ex hoc, ꝙ virtutes purgati animi dicit esse beatorũ. Constat. n. ex q.67. infer. ius, ꝙ eædem virtutes morales perseuerãt in patria differentes secundum status perfectionẽ & actus. Memento tamen, ꝙ hic nõ distinctas has secundum essentiam a moralib' dicimus, comprehẽdendo sub moralibus acquisitas & infusas morales: purgatorias nãq; & purgati animi moratales tũsque sunt secundum essentiam: poli ticæ autem morales acquisitæ secundum veritatem, quicquid Plotin' putauerit in homine diuino.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli aduerte, quòd Sco. in 3. sent. di. 33. simpliciter dixit virtutes morales, quæ sunt circa passiones, posse poni in angelis & in Deo, tali ratione. Angelus in puris naturalibus potest velle mihi bonum temperantiæ. ergo in eo potest esse virtus tẽperantiæ, & eadem ratione in deo subla ta omni imperfectione. Antecedẽs probatur, quia volũtas angeli non est imperfecta, ita vt oporteat ipsum carere hac bona volitione, seu electione. Consequẽtia probatur, quia talis electio est actus temperantiæ: probatur. Ego habitu temperantiæ eligo mihi tale bonum. ergo eiusdem rationis habitu potest mihi quilibet velle tale bonũ, quia per mihi & tibi non variatur ratio formalis habitus. Præterea, Angelus præsentato sibi per intellectum obiecto temperantiæ, potest recte eligere quid sibi faciendum esset, si conuenirent sibi delectationes tactus. ergo potest in eo esse habitus temperantiæ. Probatur, quia ex frequentatis huiusmodi electionibus fit temperantia.

¶ Ad primum horum neganda est sequela, & ad eius probationem negandum est assumptum: quia actus quo mihi aliquis vult bonum temperantiæ, non est actus temperantiæ, sed amicitiæ. Et cum probatur, quia ego eligo mihi hoc bonum per temperantiã. ergo & quilibet mihi &c. & antecedens potest negari, & consequentia nihil penitus valet. Antecedẽs quidem deficit, qa aliud

Ar.primo

Ar.primo

Lib.1.Eth. cap.ult.5.

Ar.primo

Ar.primo

Ar.primo

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuos efficimur. Cui autem deest materia virtutis, in huius, nō potest se exercere in actu illius virtutis, licet possit appetere exercitium illius. & propterea sicut magnificentia non generatur in eo qui magnos sumptus non exercet, quāuis velcet si posset: ita temperantia non generatur in eo qui concupiscentias delecta biliū tactus non moderatur, quāuis vellet si posset. Et quāuis huiꝰ velle, si posset, in nobis ad eandem speciem reducatur, ad quam spectat ipsum exercitium, quia actus exercitus in nobis speciem cōstituens, obiectum fit volitionis, & ad sui trahit speciem: in angelis tamen, in quibus huiusmodi actꝰ exerciti non possunt cadere secundum affectum, nec speciem aliquam constituūt, nec volitionem ad speciem trahunt: sed sunt in huiusmodi volitiones actus iustitiæ, qua eorum voluntas eligit in omnibus etiam conditiōatis obiectis subesse diuinæ legi. Et hæc dicta sufficiant, ne ridiculo simꝰ philosophis, ponendo vniuoce virtutes politicas in substantiis separatis.

vide in Macrobio loco citato in arg. Sed contra.

Cap. 7. non lōge a fine, tom. 5.

titudo autem Dei est eius immutabilitas: iustitia vero Dei est obseruatio legis æternæ in suis operib⁹, sicut * Plotinus dixit. Et quia homo secundum suam naturā est animal politicum, virtutes huiusmodi prout in homine existūt secundum conditionem suæ naturæ, politicæ vocantur, prout. s. homo secūdum has virtutes recte se habet in rebus humanis gerendis, secundum quem modum hactenus de his virtutibus locuti sumus. Sed quia ad hominem pertinet, vt etiā ad diuina se trahat quantū potest, vt etiam Philosophus dicit in 10. * Ethic. & hoc nobis in sacra scriptura commēdatur multipliciter, ut est illud Mat. 5. Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est; necesse est ponere quasdā virtutes medias inter politicas, q̄ sunt virtutes humanę: & exemplares, quæ sunt virtutes diuinæ, quæ quidem virtutes distinguūtur ſm diuersitatem motus & termini, ita .s. ꝙ quædam sunt virtutes transeuntium, & in diuinam similitudinem tendentium: & hæ vocantur virtutes purgatorię, ita scilicet ꝙ prudentia omnia mundana diuinorum contemplatione despiciat, omnemque animæ cogitationem in diuina sola dirigat: temperantia vero relinquat inquantum natura patitur, quæ corporis vsus requirit: fortitudinis autem est, vt anima non terreatur propter excessum a corpore, & accessum ad superna: iustitia vero est, vt tota I anima consentiat ad huiusmodi propositi viam. Quædam vero sunt virtutes iā assequentium diuinam similitudinem, quæ vocantur virtutes iam purgati animi, ita scilicet quòd prudentia sola diuina intueatur, temperantia terrenas cupiditates nesciat, fortitudo passiones ignoret, iustitia cum diuina mente perpetuo fœdere societur, eam scilicet imitando: quas quidem virtutes dicimus esse beatorū, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Philosophus loquitur de his virtutibus, ſm qđ sunt circa res humanas, puta, iustitia circa emptiones vel vēditiones, fortitudo autem circa timores, temperantia circa concupiscentias: sic enim ridiculum est eas Deo attribuere.

Ad 2^m dicendum, ꝙ virtutes humanæ sunt circa passiones. .s. virtutes hominum in hoc mundo cōuersantium: sed virtutes eorum qui plenā beatitudinem

vide in Macrob. loco citato in arg. Sed contra.

assequuntur, sunt absq; passionibus. Vnde * Plotinus dicit, ꝙ passiones politicæ virtutes molliunt, id est, ad medium reducunt: secundæ .s. purgatoriæ auferunt: tertiæ quæ sunt purgati animi, obliuiscuntur: in quartis scilicet exemplaribus, nefas est nominari, quānis dici possit, quòd loquitur hic de passionibus secundum quod significant aliquos inordinatos motus.

Ad 3^m dicendum, ꝙ deserere res humanas vbi necessitas imponitur, vitiosum est, alias est virtuosum.

F vnde parū * supra Tullius præmittit: His fortasse concedendum est rempublicā non capessentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ se dederunt, & his qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiori cā impediti, a republica recesserunt, cū eius administrandæ potestatē alijs laudēq; cōcederent. qđ consonat ei, qđ * Aug. dicit 19. de ciu. Dei. Otiū sanctū quærit charitas veritatis, negotium iustum suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum est veritati: si autem imponitur, suscipienda est pp charitatis necessitatem.

Locutio in argum.

Ad 4^m dicendum, quòd sola iustitia legalis directe respicit bonum commune: sed per imperium omnes G alias virtutes ad bonum commune trahit, vt in 5. * Ethic. dicit Philosophus. Est enim considerandum, quòd ad politicas virtutes secundum quod hic dicūtur, pertinet non solum bene operari ad commune, sed etiam bene operari ad partes communis, scilicet ad domum, vel aliquam singularem personam.

Capp. 9. & 10. huius 5.

QVAESTIO LXII.

De uirtutibus Theologicis, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulū primum.*

H Dei nde considerandum est de virtutibus Theologicis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum sint aliquæ virtutes Theologicæ.

¶ Secundo, Vtrum virtutes Theologicę distinguantur ab intellectualibus & moralibus.

¶ Tertio, Quot, & quæ sint.

¶ Quarto, De ordine earum.

Articvlvs primvs.

Vtrum sint aliquæ uirtutes theologicæ.

Ad primvm sic procedi tur. Videtur quòd non sint aliquæ virtutes theologicæ. Vt. n. dicitur in 6. * Ethic. virtus est dispositio perfecti ad optimum. dico autem perfectum, quod est dispositum secundum naturam: sed id quod est diuinum, est supra naturā hominis. ergo virtutes theologicę non sunt virtutes hominis.

K ¶ 2 Præt. Virtutes theologicæ dicuntur quasi virtutes diuinæ: sed virtutes diuinæ sunt exēplares, vt † dictū est, quæ quidē non sunt in nobis, sed in Deo. ergo uirtutes theologicę non sunt virtutes hominis.

¶ 3 Præt. Virtutes theologicæ dicuntur, quibꝰ ordinamur in Deū, qui est primum principium & vltimus finis: sed homo ex ipsa natura rationis & voluntatis hēt ordinem ad primum principium, & ad vltimum finem. non ergo requirūtur aliqui habitus uirtutū theo-

appetenda, omne bonum prosequēdum, omne malum fugiendum, & si qua sunt huiusmodi beatitudini annexa. In parte autem appetitiua habemus naturalem inclinationem in bonum proprium, quæ plus est ꝙ virtus. vnde consequens est, vt ad beatitudinem supernaturalē proportionalē ordinemur i veraque parte: & sic prima principia rectū operationū ad huiusmodi felicitatē ordinantia, vt ei cōmensurata de ipso vltimo fine Deo: sed vt obiecto supernaturalis beatitudinis, erūt in intellectu, & in appetitu, ita inchoāta per modum habitus Deū sic sumptum in mente nostra, sicut principia naturalia stabiliunt in ea finem naturalem. Et hoc est quod in litera dr, qđ ꝙ ista principia, quę vocantur virtutes theologi cæ, ita ordinamur ad beatitudinē supernaturalē, sicut per principia naturalia ad finem connaturalem. Sunt ergo istæ virtutes de fine tanquam de obiecto proprio: de virtutibus autē, quæ sunt de his quæ sunt ad finem supernaturalem, quasi proportionatę, infra erit sermo: sunt enim virtutes morales infusæ, vt patebit.

1-2. ar. 5. 1-2. ar. 7. 1-2. q. 55. 3. 3. ar. 2. 1-2. ar. 8. 1-2. q. 51. ar. 2

logicarum, quibus ratio & voluntas ordinetur in Deum.

A

Sed contra est, qđ præcepta legis sunt de actibus virtutū: sed de actibus fidei, spei, & charitatis dantur præcepta in lege diuina. dicitur. n. Eccle. 2. Qui timetis Deum, credite illi. itē, Sperate in illū. itē, Diligite illū. ergo fides, spes, & charitas sunt virtutes in Deum ordinantes: sunt ergo theologicæ.

Respon. Dicendum, quòd per virtutē perficitur homo ad actus, quibus in beatitudinē ordinatur, B vt ex * supradictis patet. Est autem duplex hominis beatitudo siue felicitas, vt * supra dictū est. Vna quidem proportionata humanæ naturæ, ad quam. s. homo peruenire potest per principia suæ naturæ. Alia autem est beatitudo naturam hominis excedens, ad quā homo sola diuina virtute peruenire potest secundum quandā diuinitatis participationem, secundum quod dicitur 2. Pet. 2. quòd per Christum facti sumus consortes diuinæ naturæ. Et quia huiusmodi beatitudo proportionem humanæ naturæ excedit, principia naturalia hominis, ex quibus procedit ad bene agendum secundum suam proportionem, non sufficiunt ad ordinandum hominem in beatitudinem prædictam. vnde oportet, quòd superaddantur homini diuinitus alia principia, per quæ ita ordinetur ad beatitudinem supernaturalem, sicut per principia naturalia ordinatur ad finem cōnaturalem, D non tamen absque adiutorio diuino: & huiusmodi principia virtutes dicuntur theologicę, tum quia habent Deum pro obiecto, inquantum per eas recte ordinamur in Deum: tum quia a solo Deo nobis infunduntur, tum quia sola diuina reuelatione in sacra scriptura huiusmodi virtutes traduntur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd aliqua natura potest attribui alicui rei dupliciter. Vno modo essentialiter, & sic huiusmodi virtutes theologicæ excedunt hominis naturam. Alio modo participatiue, sicut lignum ignitum participat naturam ignis, E & quodammodo fit homo particeps diuinæ naturæ, vt * dictum est: & sic istæ virtutes conueniunt homini secundum naturam participatam.

Ad 2^m dicendum, quòd istæ virtutes non dicuntur diuinæ, sicut quibus Deus sit virtuosus, sed sicut quibus nos efficimur virtuosi a Deo, & in ordine ad Deum. vnde non sunt exemplares, sed exemplatæ.

Ad 3^m dicendum, quòd ad Deum naturaliter ratio & voluntas ordinatur, prout est naturæ principiū & finis, secundum tamen proportionem naturæ. Sed ad ipsum secundum quod est obiectum beatitudinis supernaturalis, ratio & voluntas secundum suam naturam non ordinantur sufficienter.

Articvlvs ii.

Vtrum uirtutes theologicæ distinguantur ab intellectualibus, & moralibus.

Ad secvndvm sic procedi tur. Videtur quòd virtutes theologicæ nō distinguantur a moralibus, & intellectualibus. Virtutes enim theologicę si sunt in anima humana, oportet ꝙ perficiant ipsam vel secundum partem intellectiuā, vel secundum partem appetitiuā, sunt morales. ergo virtutes theologicæ non distinguuntur a virtutibus moralibꝰ, & intellectualibꝰ.

¶ 2 Præt. Virtutes theologicæ dicuntur, quę ordinant nos ad Deū: sed inter intellectuales virtutes est aliqua quæ ordinat nos ad Deū. .s. sapientia quæ est de diuinis, vtpote cām altissimā considerans. ergo C virtutes theologicæ ab intellectuabus virtutibus nō distinguūtur.

¶ 3 Præt. * August. in lib. de Moribus Eccleſiæ manifestat in quatuor virtutibus cardinalibus, ꝙ sunt ordo amoris: sed amor ē charitas, quæ ponitur virtus theologica. ergo virtutes morales non distinguuntur a theologicis.

Sed contra. Id quod est supra naturam hominis, distinguitur ab eo quod est secundum naturam hominis: sed virtutes theologicæ sunt super naturam hominis, cui secundum naturam conueniunt virtutes intellectuales & morales, vt ex * supradictis patet. ergo distinguuntur abinuicem. q. 58. ar. 4. & 5.

Respon. Dicendum, quòd sicut * supra dictum est, habitus specie distinguuntur secundum formalem differentiam obiectorum. Obiectum autem theologicarum virtutum est ipse Deus, qui est vltimus rerum finis, prout nostræ rationis cognitionem excedit. Obiectum autem virtutū intellectualium & moralium est aliquid quod humana ratione comprehendi potest: vnde virtutes theologicæ specie distinguuntur a moralibus & intellectualibus. q. 54. art. 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd uirtutes intellectuales & morales perficiunt intellectū & appetitum hominis secundum proportionē naturæ humanæ, sed theologicæ supernaturaliter.

Ad 2^m dicendū, ꝙ sapientia, quæ a Philosopho ponitur intellectualis virtus, cōsiderat diuina ſm quod sunt inuestigabilia rōne humana: sed theologica virtus est circa ea, ſm qđ rationem humanam excedunt.

Ad 3^m dicendum, ꝙ licet charitas sit amor, non tamen omnis amor est charitas. Cum ergo dicitur, ꝙ omnis virtus est ordo amoris, potest intelligi vel de amore cōmuniter dicto, vel de amore charitatis. si de amore communiter dicto, sic dicitur quælibet virtus esse ordo amoris, inquantum ad quamlibet cardina-

¶ Super

Supra q. 58 arti. 2. Et 3. dist. 23. q. 1 ar. 4. q. 3. ad 4. Et veri. q. 14. art. 3. ad 9. Et vir. q. 1. artic. 12 cor.

Lib. 1. c. 15. tom. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum tertium.

IN art. 3. eiusdem q. in responsione ad primum aduerte, quòd author reddit rationem indigentiæ habitus naturalis in intellectu ex indigentia specierum intelligibilium ad intelligendū, non quòd putet habitū naturalē in intellectu, qui vocatur intellectus principiorum, esse idem quod species intelligibiles, vt pater ex supra dictis: sed q̄m intellectum egere specieb⁹ intelligibilibus ad hoc vt intelligat, est intellectum non esse per seipsum in actu, ita quòd possit abs q̄ superaddita qualitate exire in actum intelligendi. Et ex hoc habetur, q̄ per suam essentiam nō potest ullum habit⁹ naturalis habere & experiri in nobis aliqué naturalem habitum ad intelligendum habere, respectu scilicet principiorum tā in speculativis, q̄ in practicis, optime sequitur q̄ oportet in intellectu ponere aliquem habitum naturalem: quasi diceret, Respectu finis naturalis oportet ponere aut habitus naturales, aut potētias supplentes vices habituum: sed in intellectu non potest poni quòd potentia suppleat vicē habitus. quod ex hoc manifestum fit, quia d. ex se est adeo in potentia, ut egeat aduentitia specie intelligibili, si debet intelligere. ergo oportet in eo apponere naturalē habitum. In voluntate autem ipsa potentia vices naturalis habitus optime præbet, qa naturaliter ex seipsa inclinatur ad tendendum in finem naturalem, & est secundum se appetitus naturaliter coaptatus, seu conformis hmōi fini &c. iō non oportet in ea ponere naturales habitus: secus autem est respectu supernaturalis finis, ut pater in litera. Quid sit autē illa conformitas appetitus ad finem, cum de charitate tractabit, patebit: sicut etiā de actu spei. Nunc. n. in vniuersali sermo est. Pro nunc tamen cogita Nouitie, amicorū nolūtates esse habitualiter cōformes

q. 81. ar. 1. & 2.

q. 63. art. 2. & clari⁹ 2. 2. q. 23. ar. 7

2. 2. prol. & q. 17. art. 6. Et 3 di. 23. q. 1. ar. 5. & dis. 26. q. 2. ar. 3. q. 1. Et vir. q. 1. ar. 5. ad 12. & art. 12. c. fi. & ad 10. Et 1. cor. 13. le. 2. fi. & lec. 4. fi.

Ar. 1. huius quæst.

lium virtutum requiritur ordinata affectio: omnis autem affectionis radix & principium est amor, vt * supra dictum est. Si autem intelligatur de amore charitatis, nō datur per hoc intelligi, quòd quælibet alia virt⁹ essentialiter sit charitas: sed quòd omnes aliæ virtutes aliqualiter a charitate dependeant, vt * infra patebit.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter fides, spes, & charitas ponantur virtutes theologicæ.

AD TERTIVM sic procedi-tur. Videtur quòd inconuenienter ponātur tres virtutes theologicæ, fides, spes, & charitas. Virtutes enim theologicæ se habēt in ordine ad beatitudinem diuinam, sicut inclinatio naturæ ad finem connaturalem: sed inter virtutes ordinatas ad finem connaturalem ponit⁹ vna sola virtus naturalis, s. intellectus principiorū. ergo debet poni vna sola virtus theologica.

¶ 2 Præt. Theologicæ virtutes sunt perfectiores virtutib⁹ intellectualibus & moralibus: sed inter intellectuales virtutes fides non ponitur, sed est aliquid minus virtute, cum sit cognitio imperfecta. similiter ēt inter virtutes morales non ponit⁹ spes, sed ē aliqd min⁹ virtute, cū sit passio. ergo multo minus debent poni virtutes theologicæ.

¶ 3 Præt. Virtutes theologicæ ordinant animam hominis ad Deū: sed ad Deum nō potest anima hominis ordinari nisi per intellectuam partem, in qua est intellectus & voluntas. ergo non debent esse nisi duæ virtutes theologicæ, vna quæ perficiat intellectum, alia quę perficiat voluntatem.

SED CONTRA est, qd Apostol⁹ dicit. 1. ad Cor. 13. Nunc autē manent fides, spes, charitas, tria hæc.

RESPON. Dicendum, quòd sicut⁹ supra dictū est, virtutes theologicæ hoc modo ordinant hominem ad beatitudinem supernaturalem, sicut per naturalem inclinationem ordinatur homo in finem sibi cōnaturalem: hoc autem contingit secundum duo. Primo quidem, secundum rationem vel intellectum, inquantum cōtinet prima principia vniuersalia cognita nobis per naturale lumen intellectus, ex quibus procedit ratio tam in speculandis, quàm in agendis. Secundo, per rectitudinem voluntatis naturaliter tendentis in bonum rōnis. Sed hæc duo deficiunt ab ordine beatitudinis supernaturalis, secundum illud 1. ad Cor. 2. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. vnde oportuit, q̄ quantū ad vtrumque aliquid homini supernaturaliter adderetur ad ordinandum ipsum in finem supernaturalem. Et primo quidem, quantum ad intellectum adduntur homini quædam principia supernaturalia, quę diuino lumine capiuntur, & hæc sunt credibilia, de quibus est fides. Secundo vero est voluntas, quæ ordinatur in illum finem, & quātum ad motum intentionis in ipsum tendentem, sicut in id quod est possibile consequi, quod pertinet ad spem: & quantū ad vnionem quādam spiritualem, per quam quodammodo transformatur in illum finem, quod fit per charitatem. Appetitus enim vniuscuiusque rei naturaliter mouetur & tendit in finē sibi connaturalē, & iste motus prouenit ex quadam conformitate rei ad suum finem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus indiget specieb⁹ intelligibilibus p quas intelligat: & ideo oportet quòd in eo ponatur aliquis habitus naturalis superadditus potentiæ. Sed ipsa natura voluntatis sufficit ad naturalem ordinem in finem, siue quantum ad intentionē finis, siue quantum ad conformitatem ad ipsum: sed in ordine ad ea quæ supra naturā sunt, ad nihil horum sufficit natura potentiæ: & ideo oportet fieri superadditionem habitus supernaturalis quantum ad vtrūq;.

AD 2^m dicendum, quòd fides, & spes imperfectionem quandam importāt: quia fides est de his quę non videntur, & spes de his quæ nō habentur: vnde habere fidem, & spem de his quę subduntur humanæ potestati, deficit a ratione virtutis: sed habere fidem & spem de his quæ sunt supra facultatem naturæ humanæ, excedit omnem virtutem homini proportionatā, sm illud 1. ad Cor. 1. Qd infirmū

F per idem uelle, & idem nolle habitualiter, *idest*, per habitus ad hoc inclinantes, quos constat esse amoris.

¶ In responsione ad secundum eiusdem art. & quæstionis nota, q̄ tam fides, quàm spes acquisita est duplex. Vna respectu eorum quæ sub ordine creaturæ, seu naturali cadunt. Altera est respectu supernaturalis. s. q̄ Deus est trinus, & incarnatus, & aliorum hmōi. Et licet author in litera non expresse loquatur nisi de fide & spe acquisitis, respectu eorum quæ sunt in potestate humana, & eas excludat a numero virtutum, si tamē attendatur ratio, videbitur q̄ eadem ratione nec fides, nec spes acquisitæ respectu supernaturalis, sunt virtutes. Si aduertas, quòd obiectum, habitū, & actū proportionaliter diuinitecum respondere oportet, ac p hoc obiecto supernaturali nec actus, nec habitus naturalis proportionatus est, & quòd virtutes oportet esse non qualescunq; habitus, sed dispositiones perfecti ad optimum, reddētes actus proportionatos obiecto, consequens esse uidebis quòd fides, & spes acquisitæ respectu supernaturalium, multo minus sunt virtutes, quàm fides & spes acquisitæ respectu eorum quę sunt in potestate humana. Si enī fides, & spes acquisitæ respectu possibilium nostrorum, deficiūt a rōne virtutis, quia non sunt proportionatæ obiectis, quia sunt de visibilibus non videndo, & de possibilibus habere non habendo, ut in litera dicitur & bene, quanto magis fides, & spes acquisitæ de credibilib⁹ & sperandis supernaturaliter deficiunt a ratione uirtutis pp improportionem maiorē, quia. s. ad supernaturalia ordinant secundum uires naturales. Quòd n. hic sit improportio, patet. Quòd maior vero, declaratur ex eo, q̄ plus deficit actus secundum uires naturæ a perfectione debita ad proportionē tanti obiecti, quàm actus fidei de humanis a uisione eorum: hi enim sunt nostri ordinis, & per uitam

tem creatam potest mens nostra perfici de his: illi autem sunt diuersorum ordinum, scilicet naturalis & supernaturalis, & non nisi per Deum infundentē potest mens proportionate perfici de illis. Vnde vt in litera dicitur, fides & spes infusæ habent q̄ sint virtutes ex eo, quòd sunt diuini ordinis essentialiter, & non solū quātum ad materiā. ex hoc enim habent quòd actus proportionatos obiectis eliciunt efficaces ad cōsequēdum obiectis: & quāmuis imperfecte cuidentiæ habeant, iustum tamen est, vt quod infirmū est Dei, fortius sit hominibus. Ex hoc autem habes solutionē tractatorum a Scoto in 2. distin. tertii sententiarum: habes enim quòd ad theologicam virtutē, nisi æquinoce loquamur, exigitur quòd sit diuini seu supernaturalis ordinis essentialiter, & sic oportet haberi sola infusione diuina, vt etiā in primo articu. dictū est. Habes quoque quòd aliud est loq de habitu theologico, & aliud de virtute theologica. nam habitus theologicos in nobis acquisitos dari, vt habitū scientiæ imperfectę, qualis est theologia nostra, quæ inuidēs est, & opinionis, & fidei, & dilectionis, & spei, nō negamus: virtutes autem theologicas acquisitas de ri negamus. Et in promptu causa est, quia improportionata sunt acquisita omnia ad actus infallibiliter rectos & proportionatos supernaturalibus, vt patet ex dictis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum quartū.*

IN articu. 4. eiusdem, 62. q. nota, q̄ habitus virtutum theologicarū simul infundi, pōt itelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd quādocunque infunditur vna, infundant tunc omnes. Et hoc est manifestę falsum, quia quotidie fidelib⁹ pœnitentibus infunditur habitus charitatis, & non fidei, neq; spei. Alio modo, vt quandocunq; infunditur vna, infundatur vel infusa sit alia: & hoc non saluat veritatē literę, quia non saluat fm̄ veritatem infusionis. Nec est verum, quia si baptizetur adultus in peccato fornicationis perseuerās, suscipit fidei speiq; habitū, suscipiendo characterē, & est vere fidelis: & tn nec suscepit, nec suscipit charitatem. hoc ergo modo intelligitur quantū

A est ex parte infundentis, & ratione infusionis: quāmuis ex dispositione recepiui vel quia perdidit vnam, & non alias, vel est indispositus ad vnam, & non alias, oppositum eōtingat. Et hic sensus est formalis & verus: formalis quidem, quia infusionē, vt infusio est, iudicat. Verus autem, quia quantū est ex parte infusionis, simul omnes infunduntur: & casus obstārēs ex parte recepiui per accidens euenīunt. accidit. n. quòd hic qui baptizatur, sit indispositus ad charitatem: & similiter quòd hic baptizatus cadat a charitate, quam simul cum fide & spe fuscepit.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli habes, q̄ spes præcedit ordine generationis charitatē, vt actus vtriusq; respicit Deū, cui spes inniititur, & qnē charitas amat, quāmuis subsequatur etiam; hoc ordine charitatem, vt actus vtriusque respicit futurā beatitudinem, quæ obiectiue est Deus ipse: quam beatitudinem spes respicit vt bonum sperati, & charitas vt amatum. Et quia virtutes istæ ordinant, scilicet suos actus, vt respiciunt Deum: ideo dictum est in corpore articuli, quòd scilicet ordine originis spes præcedit charitatem.

D. 306.

q. 65. art. 4. & 2. 2. q. 23 artic. 8.

¶ *Super Quæstionis sexagesimi tertiæ Articulum primum.*

IN corpore primi articuli quæst. 63. nota, q̄ illud verbū literæ. Principia naturaliter cognita sunt seminaria virtutū: potest dupliciter exponi, scilicet simpliciter, vel accommode. Si. n. interpretentur secundum distributionem accommodam, clarū est quòd principia cōsummata dicuntur seminaria cęterarum virtutum: sicut cælum dicitur continere omnia corpora. Si autē intelligantur simpliciter, idest, quòd sint seminaria omnium simpliciter virtutū, tunc sumuntur principia secundum naturalem eorum inchoationem in anima, & sic constat quòd sunt seminaria omniū virtutum intellectualium & moralium, quamuis diuersimode: quia intellectus sunt inchoationes, scientiæ autem & reliquarū sunt actiua principia mediate vel immediate, vt patet. semen namque & inchoationis, & principii rationem habet.

¶ In

q. 65. art. 4. & 2. 2. q. 23 artic. 8.

q. 40. art. 7.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fides sit prior spe, & spes charitate.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur quòd non sit hic ordo theologicarum virtutū, quòd fides sit prior spe, & spes prior charitate. Radix enim est prior eo qd est ex radice: sed charitas est radix omnium virtutum, secundum illud ad Ephe. 3. In charitate radicati & fundati. ergo charitas est prior alijs.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in 1. de doctr. Christ. * Non potest aliquis diligere, qd esse non crediderit: porro si credit & diligit, bene agēdo efficit vt ēt speret. ergo vī q̄ fides præcedat charitatem, & charitas spem.

¶ 3 Præt. Amor est principium omnis affectionis, vt supra dictū est: * sed spes nominat quandā affectionem. est enim quædam passio, vt supra dictum est: † ergo charitas quæ est amor, est prior spe.

SED CONTRA est ordo, quo Apostol⁹ ista enumerat, dicēs. Nūc aūt manent fides, spes, & charitas.

RESPON. Dicendum, q̄ duplex est ⁴ ordo, scilicet generationis, & perfectionis. Ordine quidem generationis quo materia est prior forma, & imperfectū perfecto, in vno & eodē fides præcedit spem, & spes charitatem secundū actus: nam habitus simul infunduntur. Nō enim potest in aliquid motus appetitiuus tēdere vel sperando, vel amando, nisi quod est apprehensum sensu, aut intellectu: per fidem autem apprehendit intellectus ea quæ speral, & amat: vnde oportet q̄ ordine generationis fides præcedat spem & charitatem. Similiter autem ex hoc homo aliquid amat, q̄ apprehendit illud vt bonū suum: per hoc autem q̄ homo ab aliquo sperat se bonū consequi posse, reputat ipsum in quo spem habet, quoddā bonū suum: vnde ex hoc ipso quòd homo sperat de aliquo, procedit ad amandū ipsum, & sic ordine generationis secundum actus spes præcedit charitatem. Ordine vero perfectionis charitas præcedit fidem & spem, eo q̄ tam fides, quàm spes per charitatē formatur, & perfectionem virtutis acquirit. sic enim charitas * est mater omnium virtutum & radix, inquantum est omnium virtutum forma, vt infra dicetur. *

Et p hoc patet rnsio ad primū.

AD 2^m dicendū, q̄ Aug. loquitur de spe, qua quis sperat ex meritis iam habitis se ad beatitudinem peruenturum, qd est spei formate, quæ sequitur charitatē. pōt aūt aliquis sperare anteq̄ habeat charitatem, non ex meritis quæ iam habet, sed quæ sperat se habiturum.

AD 3^m dicendum, q̄ sicut supra dictum est, * cum de passionibus ageretur, spes respicit duo, vnum quidem sicut principale obiectū, s. bonum quod speratur, & respectu huius semper amor præcedit spem: nunquàm enim speratur aliquod bonum, nisi desideratum & amatum. Respicit etiā spes illum, a quo se sperat posse consequi bonū, & respectu huius primo quidem spes præcedit amorem, quāuis postea ex ipso amore spes augeatur. per hoc enim q̄ aliquis reputat per aliquem se posse consequi aliquod bonum, incipit amare ipsum, & ex hoc ipso q̄ ipsum amat, postea fortius de eo sperat.

QVAESTIO LXIII.

De causa uirtutum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa virtutum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum virtus sit in nobis a natura.

¶ Secō, Vtrū aliqua virt⁹ causetur in nobis ex assuetudine operū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In eodem artic. 1. eiusdem quæstio. 63. dubium occurrit de causa addita in litera, quare consummatio virtutum non est a natura, quia natura determinata ad vnum: consummatio autem virtutum nō est secundum vnum modum actionis, sed diuersimode secundum diuersas materias in quibus virtutes operantur, & secundum diuersas circunstātias. Dubium inquam est nō de arte, & uirtutibus moralibus, sed de intellectu & scientia. Tam nempe ars, quàm uirtus moralis principium est actus diuersimode se habētis ad diuersas materias, uel circunstātias. Tē perantia enim principium est concupiscendi aliter potum, aliter cibum, aliter nunc, aliter post &c. & hoc ex parte agentis: nam ex parte passi etiam naturaliter, & aliter efficit. & pterea in litera notā ter dicitur, secūdum unum modū actionis. Actio. n. ex parte agentis se tenet. sed quo patio intellect⁹ principiorū, & similiter scientia aliqua diuersimode agit secundū diuersas materias, aut circunstantias, non apparet. nā intellectus tā in speculatiuis, quàm practicis uno modo operatur, scilicet cognitis terminis solo naturali lumine: quælibet autem scientia demonstrādo ex uno primo modo, unā tātum materiam circa quam uersatur, habet. Et rursus in angelis tā intellectus, quàm scientia a natura etiam secūdum consummationē est. Deus, manifestat quòd neutri dissonat a natura esse, scilicet, consummationem. natura enim est determinata ad unum nō solum in nobis, sed in angelis & in Deo. Ratio igitur literæ deficere uidetur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia uirtutum istarum, scilicet intellectus & scientiæ, act⁹ in compositione consistit, ut patet, & cōpositio secundum diuersas materias dispositionem recto fit intellectu. Aliter enim componit scientia cē aliquam cum materia remota, & aliter cum materia necessaria: & similiter intellectus aliter componit ens cum non ente, & aliter totum cū parte, aliter bonum, & aliter malum cū prosecutione & fuga: ideo consummatio harum uirtutum non est secundū unā modum actionis, sed diuersimode secundum diuersas materias. Et quāmuis uni cō generalissimo modo, scilicet componendo, & una secundum rationem formalē materiā, id est obiecto, unica uirtus ut natur, cum unitate tamen horū stat diuersitas specialiū modorū actionis ex parte agentis secundum diuersas species materias, ut patet ex dictis. Et quoniam in angelis est noticia euidēs & principiorum, & conclusionum non componendo, sed sicut nos intelligimus, uel quod est, prima operatione intellectus: ideo in eis non est habitus nec principiorū, nec conclusionū superadditus speciebus intelligibilibus. Et quoniam species intelligibiles possunt esse a natura, consequens est quòd in eis habit⁹ intellectualis possit esse naturalis etiam secundum consummationem, sic autem non.

Supra q. 51. ar. 1. Et 2. 2. q. 47. ar. 15 Et 3. di. 33. q. 1. ar. 2. 4. 5. Et 4. di. 49. q. 3. artic. 8. Et Gal. 5. lec. 5. Et 2. Eth. lect. 1.

*Dama. lib. 3. Orthod. fid. c. 14. nō procul a fine.

†Glosa inter line. ib.

*q. 55. ar. 4. ad 2.

Par. 4. paulo a medio.

D. 642.

¶ Tertio, Vtrū aliquæ virtutes morales sint in nobis p infusionē.

¶ Quarto, Vtrum virtus, quā acquirimus ex assuetudine operū, sit eiusdē speciei cū virtute infusa.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtus insit nobis a natura.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur ꝙ virtus sit in nobis a natura. Dicit enim Dama. in 3. lib.* Naturales sunt uirtutes, & æqualiter insunt omnibus. Et Antonius dicit in sermo. ad Monachos. Si naturam voluntas mutauerit, peruersitas est: conditio seruetur, & virtus est. Et Matth. 4. super illud, Circuibat Iesus &c. dicit glo. †Docet naturales virtutes, .s. iustitiam, castitatem, humilitatē, quas naturaliter habet homo.

¶ 2 Præt. Bonum uirtutis est secundum rationem esse, vt ex dictis patet: * sed id quod est secundum rationē, est homini naturale, cum ratio sit hominis natura. ergo virtus ineſt homini a natura.

¶ 3 Præt. Illud dicitur esse nobis naturale, qđ nobis a natiuitate ineſt: sed virtutes quibusdam a natiuitate insunt. dicitur. n. Iob 31. Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero egressa est mecum. ergo virtus ineſt homini a natura.

SED CONTRA. Id quod ineſt homini a natura, est omnibus hominibus cōmune, & non tollitur per peccatum: quia etiā in dæmonibus bona naturalia manent, vt Dio. * dicit in 4. c. de di. no. sed uirtus non ineſt omnibus hominibus, & abijcitur per peccatum. ergo non ineſt homini a natura.

RESPON. Dicendum, ꝙ circa formas corporales, aliqui dixerūt, quòd sunt totaliter ab intrinseco, sicut ponētes latitationē formarū: aliqui vero ꝙ totaliter sint ab extrinseco, sicut ponētes formas corporales esse ab aliqua causa separata: aliqui vero ꝙ partim sint ab intrinseco, inquantum. s. præexistunt in materia in potētia, & partim ab extrinseco, inquantum. s. reducuntur ad actum per agens. Ita etiā circa scientias & virtutes aliqui quidem posuerunt eas totaliter esse ab intrinseco, ita. s. ꝙ omnes virtutes & sciētiæ naturaliter præexistunt in anima, sed per disciplinam & exercitium impedimenta scientiæ & virtutis tolluntur, quæ aduenerunt animæ ex corporis grauitate: sicut cum ferrum clarificatur per limationem. & hæc fuit opinio Platonicorum. Alij vero dixerunt, ꝙ sunt totaliter ab extrinseco, ideſt, ex influentia intelligentiæ agentis, vt ponit Auic. Alij vero dixerunt, quòd secundum aptitudinem, scientiæ & virtutes sunt in nobis a natura, non autē secundum perfectionē, vt Philosophus dicit in 2. Ethi. * & hoc verius est. Ad cuius manifestationem oportet considerare, ꝙ aliquid dicitur alicui homini naturale dupliciter. Vno modo ex natura speciei: alio modo ex natura indiuidui. Et quia vnumquodq; habet speciē secundum suam formam, indiuiduatur vero secundum materiam, forma vero hominis est aīa rationalis, materia vero corpus: id quod conuenit homini secundum animam rationalem, est ei naturale fm rationem speciei. id vero quod est ei naturale secundum determinatā corporis complexionem, est ei naturale secundum naturā indiuidui. Quod enim ē naturale homini ex parte corporis secūdum speciem, quodammodo refertur ad animā, inquantū. s. tale corpus est tali animæ proportionatum: vtroque autem modo virtus est homini naturalis secundum quandam inchoationem: secūdum quidem naturā speciei inquantum in ratione hominis insunt naturaliter quædam principia naturaliter cognita tam scibilium, quàm agendorum, quæ sunt quædā seminaria intellectualium uirtutum & moraliū, & inquantum in uoluntate ineſt quidā naturalis appetitus boni, quod est secundum rationem. Secundū uero naturam indiuidui, inquantum ex corporis dispositione aliqui sunt dispositi uel melius, uel peius ad quasdam uirtutes, prout scilicet vires quædā sensitiuę actus sunt quarundam partium corporis, ex quarundam dispositione adiuuantur, uel impediuntur huiusmodi uires in suis actibus, & per consequens uires rationales, quibus huiusmodi sensitiuæ uires deseruiunt: & secundum hoc unus homo habet naturalem aptitudinem ad sciētiam, alius ad fortitudinem, alius ad temperantiam. & his modis tam uirtutes intellectuales, q̄ morales secundum quandam aptitudinis inchoationem sunt in nobis a natura, non autem consummatio earum: quia natura determinatur ad unum. Cōsummatio autem huiusmodi uirtutum non est secundum unum modum actionis, sed diuersimode secundum diuersas materias, in quibus uirtutes operantur, & secundum diuersas circunstantias. Sic ergo patet, quòd uirtutes in nobis sunt a natura secundum aptitudinem & inchoationem, non autem secundum perfectionem, præter uirtutes theologicas, quæ sunt totaliter ab extrinseco.

Et p hoc patet responsio ad obiecta. Nā primæ duæ

¶ Super

¶ *Super Quæstionis secundæ sextum articulum secundū.*

IN arti. 2. eiusdem q. 63. aduerte, ꝙ licet prima facie author videatur diminutus, quia ad conclusionem vniuersalem, .s. de omnibus virtutibus particularem rationem, .s. habentem locū in practicis tātū inducit, dum ex hoc ꝙ virtutes humanę ad bonum modificatū regulā rōnis humanæ ordināt, ostendit eas ab actib⁹ humanis in potestate rōnis existentibus causari. In practicis. n. virtutibus cōstat bonum earum regulandum humana ratione. In speculatiuis autē bonum attenditur secūdum conformitatem ad rem quia bonum earū est verū, quod constat ab eo quod res est uel non est pēdere: & sic medium non uidetur adæquare conclusionem. Licet inquām sic appareat, profundius tamen si speculari uelimus, inueniemus medium adæquare conclusionem. Nam scientię actus in quo eius bonitas consistit, examinatur a ratione humana in principiis: & actus intellectus principiorum a principio humanæ rationis etiā quod vocatur lumē intellectus agentis, in quo est status. Et sicut actus cognoscēdi verum dependet a duobus, scilicet a cognoscente, & cognito: ita nō incōuenit hēre duas mēsuras, alteram hinc, alteram inde. Rursus quia ratio veri, vt patet in quarto Meta. consistit in ens esse, & non ens non esse: & hoc nisi in dicere, accipere, cognoscere &c. inuenitur: cō sequēs est vt verum ipsum in vnoquoq; dicente, accipiente, cognoscente secundum proprii luminis facultatem dicatur, accipiatur, seu cognoscatur. Et sic ex parte dicentis, seu scientis, a propria ratione mensuretur. Et quoniā rationes procedunt secundum qđ seminaria virtutum insunt nobis a natura inquantū rōnales sumus. Tertia vero ratio procedit secundum quod ex naturali dispositione corporis, quā habet ex natiuitate, vnus habet aptitudinem ad miserendū, alius ad temperate viuendum, alius ad aliam uirtutem.

Super q. 51. ar. 2. & 3. et 63. ar. 2. ad 3. & q. 64. ar. 1. ad 2. dist. 44. q. 2. a. 2. dist. 23. q. 1. ad 4. q. 3. ar. 1. & 2. Et 4. dist. 49. q. 4. ar. 2. q. 1. & 2. Et 2. Ethi. lect. 5. Et 7. lect. 3. Et 8. lect. 12. Et 10. lect. 10. Et 1. de anima lect. 14. Et 3. de anima lect. 9. Et 1. de sen. lect. 1. Et 2. de gene. lect. 10. Et 1. de cœlo lect. 22. Et 2. de cœlo lect. 106. Et 1. de memo. lect. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliqua uirtus causetur in nobis ex assuetudine operum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt ꝙ virtutes in nobis causari non possint ex assuetudine operū, quia super illud Rom. 14. Omne quod nō est ex fide, peccatū est, dicit glo. Aug. * Omnis infidelium uita peccatum est, & nihil est bonum sine summo bono: vbi deest cognitio veritatis, falsa est virtus ēt in optimis moribus: sed fides nō pōt acquiri ex operib⁹, sed causatur in nobis a Deo, fm illud Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidē. ergo nulla virtus pōt in nobis acquiri ex assuetudine operum.

¶ 2 Præt. Peccatum cum cōtrarietur virtuti, non compatitur secum virtutem: sed homo non potest vitare peccatū nisi per gratiā Dei, fm illud Sap. 8. Didici ꝙ nō possum esse aliter cōtinens, nisi deus dederit. ergo nec virtutes aliquæ possunt in nobis causari ex assuetudine operum, sed solum dono Dei.

¶ 3 Præt. Actus qui sunt sine virtute, deficiunt a perfectione virtutis: sed effectus non pōt esse perfectior causa. ergo virtus nō pōt causari ex actib⁹ præcedētib⁹ virtutē.

SED CONTRA est, qđ Dion. * dicit 4. cap. de Di. no. ꝙ bonum est virtuosius quàm malū: sed ex malis actibus causantur habitus vitiorum. ergo multo magis ex bonis actibus possunt causari habitus virtutum.

RESPON. Dicendum, ꝙ de generatione habituum ex actibus in generali * supra dictum est: nunc autem specialiter quantum ad virtutem considerandū est, ꝙ sicut supra dictū est, virtus hominis perficit ipsum ad bonum: cum autem ratio boni consistat in modo, specie, & ordine, vt * Augustin. dicit in libr. de Natura boni, siue in numero, pondere, & mensura, vt dicitur Sap. 11. oportet, ꝙ bonum hominis secundum aliquam regulam consideretur: quæ quidem est duplex, vt * supra dictum est, scilicet, ratio humana, & lex diuina. Et quia lex diuina est superior regula, ideo ad plura se extendit: ita ꝙ quicquid regulatur ratione humana regulatur etiam lege diuina, sed non conuertitur. Virtus igitur hominis ordinata ad bonum, qđ modificatur fm regulam rationis humanæ, potest ex actibus humanis causari, inquantum huiusmodi actus procedūt a ratione, sub cuius potestate & regula tale bonum cōsistit. Virtus vero ordinans hominem ad bonum, secundum quod modificatur per legem diuinā, et non per rationem humanam, non potest causari per actus humanos, quorum principium est ratio, sed causatur solum in nobis per operationem diuinam. & ideo hmōi virtutē diffiniens * Aug. posuit in diffinitiōe virtutis: Quā De⁹ in nobis, sine nobis operat. Et de hmōi etiā virtute prima ratio procedit.

AD 2^m dicendum, quòd virtus diuinitus infusa, maxime si in sua perfectione consideretur, non cōpatitur secum aliquod peccatum mortale: sed virtus humanitus acquisita potest secum compati aliquem actum peccati, etiam mortalis: quia vsus habitus in nobis est nostræ uoluntati subiectus, vt * supra dictum est. Non autem p vnū actum peccati corrumpitur habitus virtutis acquisitæ: habitui. n. nō contrariatur directe actus, sed habitus. & ideo licet sine gratia homo non possit peccatum mortale vitare, ita ꝙ nunquàm peccet mortaliter: nō tn impeditur quin possint habitum uirtutis acquirere, p quā a malis opibus abstineat vt in pluribus, & pcipue ab his q̄ sunt valde rationi cōtraria. Sunt ēt quædā peccata mortalia, q̄ hō sine gratia nullo modo potest vitare, q̄ scilicet directe opponuntur virtutibus theologicis, quę ex dono gratiæ sunt in nobis: hoc tamen infra manifestius fiet.

AD 3^m dicendum, ꝙ sicut * dictum est, Virtutum acquisitarum præexistunt in nobis quædam semina, siue principia fm naturam, quæ quidem principia sunt nobiliora virtutibus eorum virtute acquisitis: sicut intellect⁹ principiorum speculabiliū est nobilior sciētia cōclusionū: & naturalis rectitudo rōnis est nobilior rectificatione appetit⁹, quę fit p participationē rōnis, quæ quidē rectificatio pertinet ad virtutē moralē. Si igit act⁹ humani inquantū procedunt ex altioribus principijs, possunt causare virtutes acquisitas humanas, nunc est quæstio de causa virtutum ex parte habentis ipsas, quoniam est quæstio, an ex propriis habentis actibus generentur, ideo author suppositis dependentijs actuum ab obiectis, & commensurationibus eorum ab illis, ex hoc quòd sunt ad bonū habentis, & consequenter in aliquali numero, pondere, & mensura ipsius habentis, posuit principiū earum ex parte nostri habere rationem regulæ numerantis, ponderantis, & commensurantis: vt ex hoc discerneremus quę possunt ex nostris actibus in nobis causari uirtutes, & quæ nō. Virtutes enim vt sic, rationem boni rationalis habent, principium autem rationalis boni vt sic, regula est: in sequenti tamen quæstione amplior erit de hoc sermo.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli pro nunc tā tūmodo nota, quòd dupliciter author saluat, quomodo stant hæc duo simul, Homo non potest vitare peccatum mortale sine gratia. &, Homo potest habere virtutes ex assuetudine operū suorū. primo quia actus peccati mortalis stat cum uirtute acquisita, & hoc quo ad actus uitiorum contrariorum virtutibus acquisitis. Secundo, quia sunt alia peccata mortalia alterius ordinis a vitijs contrarijs virtutib⁹ acquisitis, ex scilicet quæ contrariantur præceptis de actibus virtutum theologicarum. Ex hac enim doctrina iuncta responsioni ad primum, habes quid de virtutibus infidelium sentiendum sit: de hoc tamen latior erit sermo in q. 65. ar. 2.

¶ In responsione ad 3. eiusdē art. nota quo modo author nulli philosophorū secundus, optime inuenit, in omnī genere virtutū nobilius semper esse generās: ita ꝙ licet

Li. 2. de li. arb. ca. 18. & 19. to. 1. in Ps. 118. cō. 26. to. 8.

q. 44. art. 3. in argu. sed contra.

D. 689.

ar. 1. huius quæst. & q. 51. ar. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet actus præcedētes habitum virtutis sint secundum se imperfecti, vt tñ ex altiori oriũtur principio, generatiui sunt virtutis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem quæst. sexagesimætertiæ dubium occurrit, negãte has virtutes morales infusas, non tamen sollicente rationem sancti Thomæ. Mouetur autem: quia ponere ipsas nec oportet ex parte finis, quoniam finis supernaturalis sufficienter habetur in anima per virtutes theologicas: nec ex parte modi, vel medii: quia fides modum dat operandi inferioribus in ordine ad Deum, & charitas ordinat ad ipsum omnia. Ex parte quoq; obiecti posset ex ipso Scoto argui ex 34. distinct. eiusdem tertii, vbi impugnat dona: quia quatuor virtutes cardinales, & tres theologicæ si perfectissime habeantur, sufficienter perficiũt animam nostram respectu omnis obiecti pertinentis ad partem practicam agibilium, vt facile est deducere tam de obiecto naturali, q̃ supernaturali: tam de fine vltimo, q̃ de his quæ sunt ad finem. Theologicæ nanque virtutes finẽ supernaturalem sufficienter respiciunt, & ad ipsum ordinant actus suos, & aliarum virtutum.

Supr. q. 63. ar. 3. & 4. q. 55. ar. 4. ad 6. & infr. q. 65. ar. 2. Et 3. di. 33. q. 1. ar. 2 q. 3. Et 4. distin. 17. q. 1. ar. 3. q. 1. co. Et virt. q. 1. ar. 10.

*art. præc.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquæ uirtutes morales sint in nobis per infusionem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd præter virtutes theologicas non sint aliæ virtutes nobis infusæ a Deo. Ea enim quæ possunt fieri a causis secundis, non fiunt immediate a Deo, nisi forte aliquando miraculose: quia vt Dionys. dicit, Lex diuinitatis est ultima p media adducere: sed virtutes intellectuales & morales possunt in nobis causari per nostros actus, vt* dictum est. non ergo conuenienter causantur in nobis per infusionem.

¶ 2 Præt. In operibus Dei multo minus est aliquid superfluũ, quàm in operibus naturæ: sed ad ordinandum nos in bonum supernaturale sufficiunt uirtutes theologicæ. ergo nõ sunt aliæ virtutes supernaturales, quas oporteat in nobis causari a Deo.

¶ 3 Præt. Natura non facit per duo, quod potest facere per vnum, & multo minus Deus: sed Deus inseruit animæ nostræ semina uirtutum, ut dicit glos. Heb. 1. ergo non oportet quòd alias virtutes in nobis per infusionem causet.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 8. Sobrietatem & iustitiã docet, prudentiam & uirtutem.

RESPON. Dicendum, quòd oportet effectus esse suis causis & principiis proportionatos. Omnes autem uirtutes tam intellectuales, quàm morales, quæ ex nostris actibus acquiruntur, procedunt ex quibusdam naturalibus principijs in nobis præxistẽtibus, vt* supra dictum est, loco quorum naturalium principiorum conferuntur nobis a Deo virtutes theologicæ, quibus ordinamur ad finem supernaturalem, sicut* supra dictum est. vnde oportet quòd his etiam uirtutibus theologicis proportionaliter respondeant alij habitus diuinitus causati ī nobis, qui sic se habeant ad virtutes theologicas, sicut se habent uirtutes morales & intellectuales ad principia naturalia virtutum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliqui quidem virtutes morales & intellectuales possunt causari in nobis ex nostris actibus, tamen illæ non sunt proportionatæ virtutibus theologicis: & ideo oportet alias eis ꝓportionatas immediate a Deo causari.

AD 2ᵐ dicendum, quod virtutes theologicæ sufficienter nos

I

infusis, v. g. si dixerint, quòd non æque perfectè fit per acquisitas sicut per infusas, ita etiam hic, & sic de aliis.

¶ Præterea, Si non ponerentur virtutes morales infusæ, sequeretur quòd baptizato puero, vel adulto quasi neutrali secundum virtutem, vel uitium acquisita, non sufficiẽter prouisum esset: quia perfectus esset respectu finis tantũ ex quo nullam moralem infusam aut acquisitam haberet virtutem. Et sic nõ posset sequi operatio perfecta in appetitu inferiori, quia ipso existente imperfecto operatio non potest sequi pfecta: sequitur enim deteriorem partem, vt conclusio in syllogismo. Dicito ergo, quòd sicut ex articulis fidei multa deducimus credenda ex illis, ita ex theologicis virtutibus rectis virtutes morales deducimus ꝓnendas in anima, vt patet ex dictis. Ad rationes ergo in oppositum dicitur, ꝙ necessitas ponendi has virtutes est ex fine originaliter nõ in se, sed in his quæ sunt propter se. oportet enim animam diuine se habẽtem ad finem, diuine quoque se habere ad ea quæ sunt ad finem, si proportionata omnia esse debẽt. Oportet etiam ponere eadem propter modũ seu medium: nam sicut in virtutibus acquisitis sylogeresis non ponit medium nisi mediante prudentia, & morales appetitiuæ medium illud exequuntur: ita in infusis fides finem vltimum firmans, & largiens mediante prudentia infusa medium moralibus infusis imponit, & illas oportet medium illud habilitare. Fides ergo medium non dat nisi remote: prudentia autem infusa proxime. oportet autem Dei opera perfecta esse, & vt prima & proxima habeantur principia. Ex parte quoque obiecti oportet eisdem ponere, quia aliud est loqui de obiecto formali, & aliud de materia virtutum. Et licet per septem illas virtutes perficiamur circa omnem materiam, non tamen circa omne obiectum formale, ideſt, perficimur circa omne obiectum, sed non secundum omnem rationem formalem, vt patet ex dictis. Ad id autem quod additur, quòd virtutes morales acquisitæ, vt imperantur a charitate, ordinantur ad ultimum finem supernaturalem: respondetur quòd hoc verum est, sed non sufficit: quòd dupliciter patet. Primo, quia ad ipsum non ordinantur acquisitæ, ut ad proportionatum secundum se, sed ex parte ordinantis tantum: virtutes autem morales infusæ ordinantur, vt secundum se proportionatæ ad talem finem supernaturalem. Cum enim utroque modo contingat aliquid ordinari ad supernaturalem finem, ille actus ordinatur in illum ut proportio natus secundum se, cuius proximus finis in illum ordinatur. Constat autem quòd bonum secundum regulam diuinam, quod est proprius finis moralis infusæ, & bonum secundum humanam regulam, quod est proximus finis acquisitæ, ita se habent quòd hoc est humani, illud diuini ordinis: & consequenter hoc ex alio tantum, illud etiam ex se habet, quod ad Deum supernaturalem finem ordinatur. Secundo, quia vt ex supradictis patet, virtutes morales ordinantur a charitate ad Deum, vt res improportionatæ ipsi charitati, vtpote inferioris ordinis: oportet autem charitatem media habere sui ordinis &c. Accedit ad hoc in cle-

desum. Trith. & fid. catho. cap. fidei catholicæ, aut. oritas decernẽs virtutes infundi in baptismo, & quia nõ dicit has vel illas virtutes. omnes quas theologi in fundi in baptismo ueritas tenent, intellige.

¶ *Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulũ quartum.*

IN articulo quarto nihil addendũ occurrit supradictis, ni si quòd ex responsione ad tertiũ memoris colligere, quòd infusio dupliciter se habet ad virtutes, scilicet per se, & per accidens. Nam uirtutibus acquisibilibus p actus nostros accidit infũdi, q̃ si infundãtur, ordinãt ad actum eundem specie, ad quem ordinantur acquisitæ: sicut oculi miraculo sedati. Virtutibus autem non acquisibilibus, cum ordinẽtur ad actus distinctos specie ab his, q̃ nati sunt fieri ab acquisitis, non accidit, sed per se contingit infundi: ita quòd ex natura sua habẽt ꝙ vendicẽt sibi infusibilitatẽ. propterea in diffinitione virtutis sumpta ab Augustino dicitur, Qua Deus in nobis sine nobis operatur. Et hoc scito applicare, cum tractatur, an, vel quomodo infusio variet speciẽ rei infusæ.

3. d. 33. q. 1. ar. 2. q. 4. 4. d. 14. ar. 3. q. 2. ad 4. & 6. 10. q. 1. ad 2. & 2. ar. 9. q. 1. co. 2. d. 26. ar. 1. q. 2. co. 3. d. 23. q. 2. ar. 2. q. 1. ad 4. & 9. Et 3. d. 4. co.

ordinant in finẽ supernaturalẽ, secundum quandã inchoationẽ, quãtum scilicet ad ipsum Deũ immediate, sed oportet ꝙ p alias virtutes infusas pficiatur aĩa circa alias res, in ordine tamen ad Deum.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ uirtus illorum principiorum naturaliter inditorũ, non se extẽdit vltra proportionẽ naturę: & ideo ī ordine ad finẽ supernaturalem indiget hõ phĩ p alia principia superaddita.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uirtus quam acquirimus ex operum assuetudine, sit eiusdem speciei cum uirtute infusa.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt ꝙ virtutes infusæ non sint alterius speciei à virtutibus acquisitis. Virtus enim acquisita, & virtus infusa secundum prædicta nõ videntur differre, nisi secundum ordinem ad vltimum finem: sed habitus & actus humani non recipiunt speciem ab vltimo fine, sed a proximo. non ergo uirtutes morales uel itellectuales infusę differũt specie ab acquisitis.

¶ 2 Præt. Habitus per actus cognoscuntur: sed idem est actus temperantiæ infusæ & acquisitæ, scilicet moderari concupiscentias tactus. ergo non differunt specie.

¶ 3 Præt. Virtus acquisita, & uirtus infusa differunt fm illud quod est immediatę a Deo factum, & a creatura: sed idẽ est specie homo, quẽ Deus formauit, & quem generat natura, & oculus quem cæco nato dedit, & quẽ virtus formatiua cauſat. ergo videtur ꝙ est eadẽ specie virtus acquisita & infusa.

SED CONTRA. Quælibet differentia in diffinitione posita, mutata diuersificat speciẽ: sed in diffinitione virtutis ponitur, Quam Deus in nobis sine nobis operatur, vt* supra dictum est. ergo uirtus acquisita, cui hoc nõ conuenit, nõ est eiusdem speciei cum infusa.

1. 2. ar. 4.

RESPON. Dicendum, ꝙ dupliciter habitus distinguuntur specie. Vno modo, sicut* prædictum est, secundum speciales & formales rationes obiectorum. Obiectum autẽ uirtutis cuiuslibet est bonum considerarum in materia propria: sicut temperãtiæ obiectum est bonũ delectabiliũ in concupiscentijs tactus, cuius quidẽ obiecti formalis ratio est a ratione, quę instituit modũ in his concupiscentijs: materiale autẽ est id qd est ex parte cõcupiscentiarum. Manifestum est autẽ, ꝙ alterius rationis est modus, qui imponitur in hmõi concupiscentijs secundum regulã rationis humanæ, & fm regulam diuinam, puta, in sumptione ciborum ratione humana modus statuitur, vt non noceat valetudini corporis, nec impediat rationis actũ. Secũdũ autẽ regulã legis diuinæ requiritur, ꝙ homo castiget corpus suum, & in seruitutẽ redigat per abstinẽtiam

2. 2. ar. 2.

cibi & potus, & aliorum huiusmodi. vnde manifestũ est ꝙ temperantia infusa & acquisita differũt specie, & eadem ratio est de alijs virtutibus. Alio modo habitus distinguuntur specie fm ea, ad quæ ordinantur. Non enim est eadem specie sanitas hominis & equi, pp diuersas naturas, ad quas ordinantur. Et eodẽ modo dicit* Philosophus in 3. Polit. ꝙ diuersæ sunt virtutes ciuium, secundum quod bene se habent ad diuersas politicas. Et per hunc etiã modũ differunt specie virtutes* morales infusæ, per quas homines bene se hñt in ordine ad hoc, ꝙ sint ciues sanctorũ & domestici Dei: & aliæ virtutes acquisitę, secundũ quas homo se bene habet in ordine ad res humanas.

ex ca. 3. habetur to. 5.

D. 1111. 1180.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uirtus infusa & acquisita non solum differunt secundum ordinem ad vltimum finem, sed etiam secundum ordinem ad propria obiecta, vt* dictum est.

In cor. art.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ alia rõne modificat cõcupiscẽtias delectabiliũ tactus tẽperantia acquisita, & tẽperãtia infusa, vt* dictum est: vnde nõ hñt eundem actum.

In cor. art.

AD 3ᵐ dicendum, quòd oculum cæci nati Deus fecit ad eundem actum, ad quem formãtur alij oculi secundum naturam, & ideo fuit eiusdem speciei. & eadẽ ratio esset, si Deus vellet miraculose causare in homine* virtutes, quales acquiruntur ex actibus: sed ita non est in proposito, vt* dictum est.

1183. D. 205. In cor. art.

QVAESTIO LXIIII.

De medio uirtutum, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionem sexagesimã quartã.*

DEINDE cõsiderãdum est de proprietatibus virtutum. Et primo quidẽ de medio virtutum. Secundo, de cõnexione virtutum. Tertio, de æqualitate earum. Quarto, de ipsarum duratione.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum uirtutes morales sint in medio.

¶ Secundo, Vtrũ medium virtutis sit medium rei, uel rationis.

¶ Tertio, Vtrum intellectuales virtutes consistant in medio.

¶ Quarto, Vtrum virtutes theologicæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtutes morales sint in medio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ virtus moralis non consistat in medio. Vltimum enim repugnat medij rõni: sed de ratione virtutis est vltimum. dicitur enim in 1.* de cælo, quòd virtus est ultimum potentiæ. ergo uirtus moralis non cõsistit in medio.

¶ 2 Præt. Illud quod est maximum, non est mediũ: sed quædam virtutes morales tẽduntin aliquod maximũ, sicut magnanimitas est circa maximos honores, & magnificentia circa maximos sumptus, vt dr

Infr. art. 4. ad 1. et 4. Et 2. 2. q. 17 ar. 5. ad 2. & q. 92. ar. 1. cor. Et 3. dis. 33. q. 1. ar. 3. q. 1. Et virt. q. 1. ar. 13. Et 2. Ethi. lec. 7. lib. 1. tex. 116. to. 2.

¶ *Super Articulum primum.*

IN titulo primi articuli aduerte, ꝙ virtutem consistere in medio, contingit dupliciter, scilicet essentialiter, & causaliter. Secundum essentiã virtutis est in medio, quæ est in medio duorum uitiorum: sicut temperantia inter luxuriam & insensibilitatem. Et hoc non conuenit omni virtuti: quia non conuenit iustitiæ, vt patet in 3. Ethic. de & tali medio non est hic qstio. secundum vero effectum dicitur esse vir

Universidad de Deusto
Biblioteca

li.4. Ethic. cap.2. et 3. tom.5. tus in medio, quæ in materia propria circa quam est, medium facit inter plus & minus illius, seu in illa, ad illam, illi &c. sicut iustitia in emptione medium ponit inter plus in emptore, & minus in venditore, pretium æquiualens dando uenditori, uel econuerso: & temperantia medium ponit inter plus & minus delectari, delectationem capiendo quando, vbi, sicut oportet &c. & hoc vt patebit, conuenit omni virtuti, exceptis theologicis: & tali medio est quæstio omnium articulorum huius quæstionis.

c.6.post medi.to.5.

q.55.art.3. ¶ In responsione ad tertium primi artic. non te conturbet, q̃ author ponat tam virginitatem, quàm paupertatem mediã inter superfluum & diminutum alterius ordinis, dum superfluum ponit in superfluitione, vel vana gloria, & diminutum in transgressione voti, quæ constat esse secundum se uitia extrema alterius virtutis, puta, religionis & philotimiæ, seu magnanimitatis. Fecit neq; hoc author, quia nec virginitas, nec paupertas habet specialem rationem virtutis: & consequenter specialia extrema inter quæ medium infra proprias materias in ordine ad regulam tam humanam, quàm diuinam, sed ex extrinseco fine & religionis actu, scilicet voto, vt in secunda secundæ tractabitur plenius. Quia igitur ex extrinseco rationem sumit specialis virtutis, consequens fuit vt extrinseco extrema adhiberentur.

in 4. † Ethi. ergo non omnis uirtus moralis est in medio.

¶ 3 Præt. Si de ratione virtutis moralis sit in medio esse, oportet q̃ virtus moralis non perficiatur, sed magis corrumpatur per hoc quod tendit ad extremum: sed quædam virtutes morales perficiuntur per hoc, q̃ tendunt ad extremum, sicut virginitas quæ abstinet ab omni delectabili venereo, & sic tenet extremum, & est perfectissima castitas: & dare omnia pauperibus est perfectissima misericordia, vel liberalitas. ergo vr̃ q̃ nõ sit de rõne virtutis moralis esse in medio.

SED CONTRA est, quod [a] Philos. dicit in 2. Eth. quòd uirtus moralis est habitus electiuus in medietate existens.

RESPON. Dicendũ, q̃ sicut ex [a] supradictis patet, virtus de sui ratione ordinat hominem ad bonũ. Moralis autem virtus proprie est perfectiua appetitiuæ partis animæ circa aliquam determinatam materiam. Mensura autem & regula appetitiui motus circa appetibilia est ipsa ratio. Bonum autem cuiuslibet mensurati & regulati consistit in hoc, quòd cõformetur suæ regulæ: sicut bonum in artificiatis est, ut sequatur regulã artis. Malum autem per consequens in hmõi est per hoc, q̃ aliquid discordat a sua regula, vel mẽsura: qd quidem cõtingit vel per hoc quòd sua perexcedit mensuram, vel per hoc q̃ deficit ab ea, sicut manifeste apparet in omnibus regulatis & mẽsuratis: & ideo patet q̃ bonum uirtutis moralis consistit in adæquatione ad mensuram rationis. Manifestum est autem, quòd inter excessum & defectum medium est æqualitas siue conformitas: vnde manifeste apparet, q̃ virtus moralis in medio consistit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ uirtus moralis bonitatem hẽt ex regula rationis: pro materia autẽ habet passiones, vel operationes. Si ergo comparetur virtus moralis ad rationem, sic secundum id quod rationis est, habet rationem extremi vnius, quod est conformitas: excessus uero & defectus habet rationem alterius extremi, quod est difformitas. Si uero consideretur virtus moralis secundum suam materiam, sic habet rationem medij in quãtum passionẽ reducit ad regulã rõnis. vnde Philo. dicit in 2. [a] Ethi. q̃ virtus secundum substantiã mediocap. 6. post med. to. 5. tas est, inquãtum regula virtutis ponitur circa ꝓpriã materiã: secundum optimum autem & bene, est extremitas, scilicet fm conformitatem rationis.

AD 2[m] dicendum, q̃ medium & extrema considerãtur in actionibus & passionibus secundum diuersas circunstantias: vnde nihil prohibet in aliqua virtute esse extremum secundum vnam circunstantiam, quod tamen est medium secundum alias circunstantias per cõfirmitatẽ ad rõnem, & sic est in magnificentia & magnanimitate. Nam si consideretur quantitas absoluta eius in quod tẽdit magnific[a] & magnanim[a], dicetur extremũ & maximum: sed si consideretur hoc ipsum per comparationẽ ad alias circunstãtias, sic habet rationẽ medij: quia in hoc maxime tendũt huiusmodi virtutes secundũ regulã rationis, idest, vbi oportet, & quãdo oportet, & propter qd oportet: excellus autẽ si in hoc maximum tẽdatur, quãdo nõ oportet, vel vbi nõ oportet, vel pp quod nõ oportet. Defectus aũt est si nõ tendatur in hoc maximum ubi oportet, & quãdo oportet. & hoc est quod Philo. dicit in 4. [a] Eth. quòd magnanimus est quidẽ magnitudine extremus, eo autem quòd ut oportet medius. ca.3. pau. 2 prin.

AD 3[m] dicendum, q̃ eadem ratio est [a] de virginitate & paupertate, quæ est de magnanimitate. Abstinet enim uirginitas ab omnib[a] venereis, & paupertas ab omnib[a] diuitiis pp quod oportet, & secundum quod oportet, idest, secundum mandatum Dei, & pp vitam æternam. Si autem hoc fiat secundum quod nõ oportet, idest, secundum aliquam superstitionem illicitã, vel etiam propter inanem gloriam, erit superfluũ. Si autem non fiat quando oportet, vel secundum quod oportet, est vitium per defectum, ut patet in transgredientibus uotum uirginitatis, vel paupertatis. D.1166

ARTICVLVS II.

Vtrum medium uirtutis moralis sit medium rei, uel rationis.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur q̃ medium uirtutis moralis non sit medium rationis, sed medium rei. Bonum .n. uirtutis moralis consistit in hoc, qd est in medio: bonum autẽ, vt dicit in 6. [a] Met. est in reb[a] ipsis. ergo mediũ uirtutis moralis est medium rei.

¶ 2 Præt. Ratio est uis apprehensiua: sed uirtus moralis non cõsistit in medio apprehẽsionum, sed magis in medio operationũ & passionum. ergo mediũ uirtutis moralis nõ est mediũ rõnis, sed mediũ rei.

¶ 3 Præt. Medium quod accipitur secundum proportionem arithmeticã, vel geometricam est medium rei: sed tale est medium iustitiæ, ut dicitur in 5. † Ethic. ergo medium virtutis moralis non est medium rationis, sed rei.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Ethicorũ quòd uirtus moralis in medio consistit quo ad nos determinata ratione.

RESPON. Dicendũ, q̃ medium rationis dupliciter potest intelligi. Vno modo fm quod mediũ in ipso actu rõnis existit, quasi ipse act[a] rationis ad medium reducatur. & sic quia virtus moralis nõ perficit actum rationis, sed actum virtutis appetitiuæ, medium virtutis moralis non est medium rationis. Alio modo potest dici medium rationis id, quod a ratione ponitur in aliqua materia, & sic omne medium virtutis moralis est medium rationis: quia sicut [a] dictum est, virtus moralis dicitur consistere in medio per conformitatem ad rationem rectam. Sed quandoque contingit, quòd medium rationis est etiam medium rei: & tũc oportet q̃ virtutis moralis medium sit mediũ rei, sicut ẽ in iustitia. Quandoque autem medium rationis non est medium rei, sed accipitur per cõparationem ad nos, & sic est mediũ in omnibus aliis virtutibus moralibus. cuius ratio est: quia iustitia est circa operationes, quæ consistunt in rebus exterioribus, in quibus rectũ institui debet simpliciter & fm se, vt supra dictũ est: & ideo mediũ rationis in iustitia est idẽ cũ medio rei, iquãtum. s. iustitia dat vnicuique qd debet, & nõ plus nec minus. Alię vero virtutes morales cõsistunt circa passiones interiores, in quibus nõ potest rectũ cõstitui eodẽ modo, pp hoc q̃ homines diuersimode se habẽt ad passiones. & ideo oportet q̃ rectitudo rõnis in passionibus instituatur per respectum ad nos, qui afficimur fm passiones. Et per hoc patet respõsio ad obiecta. Nã primæ duæ rationes procedunt de medio rationis, quod scilicet inuenitur in ipso actu rationis: tertia vero ratio procedit de medio iustitiæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum uirtutes intellectuales consistant in medio.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur q̃ virtutes intellectuales nõ cõsistat in medio. Virtutes .n. morales cõsistunt in medio, inquantum cõformãtur regulæ rõnis: sed virtutes intellectuales sunt in ipsa ratione, & sic non videtur habere superiorem regulam. ergo virtutes intellectuales non consistunt in medio.

¶ 2 Præt. Medium virtutis moralis determinatur a virtute intellectuali. Dicitur .n. in 2. [a] Ethi. q̃ virtus consistit in medietate determinata ratione, prout sapiens determinabit. si igitur virt[a] intellectualis iterum cõsistat in medio, oportet quòd determinetur sibi mediũ per aliquam aliam virtutem, & sic

Infr. art. 4. ad 1. & 2. Et 3. di. 33. q. 1. ar. 3. q. 3. fit virt. q. 1. ar. 1. 3. co. & ad 5. & 19. & q. 44 ar. 1. ad. 7.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum tertium.*

ca. 6. to. 5.

IN articulo tertio eiusdem sexagesimæquartæ quæstionis, multa dubia simul soluenda occurrunt. Primum est, quomodo virtus intellectualis, quæ nocatur intellectus, sit in medio, cum careat contrario. nõ enim contingit oppositũ primorum principiorum opinari affirmando, aut negando. Secundũ est, quomodo stant hæc duo simul q̃ verum intellectus practici consistit inconfusse se habere appetitui recto, vt superius ex 6. Ethic. dicitur, & q̃ veritas eiusdem habeat pro mensura res, & sit mẽsura appetitus. Ex primo enim habetur, q̃ dependet ab appetitu, & consequenter mensuratur ab eo. Tertium est, quomodo hic dicitur, q̃ uirtutis intellectualis mensura non est aliquod genus virtutis, vt patet in responsione ad secundum: & tamen superius in quæstionis sexagesimætertiæ articulo secũdo dictum est, q̃ duplex est regula boni hominis ad quod ordinatur virtus, scilicet humana ratio & lex diuina.

¶ Ad euidentiã horũ omnium distingue, q̃ uirtutes omnes dupliciter possunt accipi, scilicet secundum se, & ex parte nostri: vtro que modo regulã habẽt. Et in littera quidẽ quamuis de solis theologicis virtutibus fiat ista distinctio in articulo sequẽti: veritatẽ tñ habet extensã ad oẽs virtutes diuersimode applicata. nã virt[a] intellectualis quo ad cognoscere fm se cõsideratur, qñ in ordine ad rẽ cognitã sumitur. Ex parte vero nostri, cũ fm modũ quo in nobis sit aut est, accipitur: quo ad dirigere vero, qd addunt practici ce supra speculatiuas secũdũ se, sunt ipsæ regulæ, & respiciunt regulabilia per cas. vñ ex parte tãtũ nostri regulã habere pñt, fm quã in nobis, sũt aut sunt. Virtutes quoq; morales fm se obiectã habẽt rationem rei: quia nõ solũ æqualitatẽ eandẽ quã rei mediũ existit, recta ratio nõ imponit iustitiæ, sed conditiones etiam nullas apponit, nisi redundantes in æqualitatẽ vel inæqualitatẽ rei. Reddere nanq; debitũ recta ratio dictat iustitiæ, quando, & vbi oportet, pro quãto faciunt vel tollunt rationẽ debiti. Et propterea esto cautus, vt discernas circunstantias in materia iustitiæ dupliciter inuenitri: primo vt redundant in æquale vel inæquale, alterũ, vt pertinent ad rationẽ debitit alio modo ut sunt cõmunes circunstantiæ actus virtuosi, verbi gratia. Reddere mutuo acceptum die statuto, spectat ad rationẽ debiti. Reddere autẽ illo die hora incõpacta, puta, qua sumit cibum, impertinens est iustitiæ. non enim iniusti, sed imprudentis est hæc electio: & propterea in littera dicitur, quòd medium rationis in iustitia est mediũ rei. & ex hoc prouenit quòd extrema, scilicet plus & minus in iustitia non sumuntur secundum affirmationem materiæ, & negationem conditionum, & econtra, vt in aliis moralibus virtutibus, sed secundũ plus vni, & minus alteri. & hinc etiam prouenit, q̃ iustitia nõ est media inter duas malitias, sicut aliæ virtutes morales, quæ mediant inter affirmationem materiæ, & negationẽ conditionũ, ut superfluum: & negationem materiæ, & affirmationes conditionũ, vt diminutum. nã si medium rationis & extrema in iustitia sumerentur secundũ conditiones, vt in aliis, & non præcise vt redũdãt in mediũ rei, cõtingeret accipere extrema vitia, vt in aliis. Et hæc sunt hic dicta pro intellectu medii & extremorum in virtutib[a] pro clarificanda Noui ritorum mente.

¶ In eodem secundo articulo eiusdẽ sexagesimæquartæ quæstionis, declarãdum occurrit Nouitis, q̃ prima ratio pro tanto dicitur in litera, quòd procedit de medio rationis subiectiue: quia concludit quòd medium rationis, quia bonũ est rõnis, est i ipsis actibus rõnis tanũ in rebus ipsis sicut mediũ rõnis cauſaliter, qd scilicet a ratione impositum est operatio nibus & passiõibus, est in passionibus & & operationibus tãquam in rebus ipsis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio eiusdem sexagesimæquartæ quæstionis, multa dubia simul soluenda occurrunt. Primum est, quomodo virtus intellectualis, quæ nocatur intellectus, sit in medio, cum careat contrario. nõ enim contingit oppositũ primorum principiorum opinari affirmando, aut negando. Secundũ est, quomodo stant hæc duo simul q̃ verum intellectus practici consistit inconfusse se habere appetitui recto, vt superius ex 6. Ethic. dicitur, & q̃ veritas eiusdem habeat pro mensura res, & sit mẽsura appetitus. Ex primo enim habetur, q̃ dependet ab appetitu, & consequenter mensuratur ab eo. Tertium est, quomodo hic dicitur, q̃ uirtutis intellectualis mensura non est aliquod genus virtutis, vt patet in responsione ad secundum: & tamen superius in quæstionis sexagesimætertiæ articulo secũdo dictum est, q̃ duplex est regula boni hominis ad quod ordinatur virtus, scilicet humana ratio & lex diuina.

¶ Ad euidentiã horũ omnium distingue, q̃ uirtutes omnes dupliciter possunt accipi, scilicet secundum se, & ex parte nostri: vtro que modo regulã habẽt. Et in littera quidẽ quamuis de solis theologicis virtutibus fiat ista distinctio in articulo sequẽti: veritatẽ tñ habet extensã ad oẽs virtutes diuersimode applicata. nã virt[a] intellectualis quo ad cognoscere fm se cõsideratur, qñ in ordine ad rẽ cognitã sumitur. Ex parte vero nostri, cũ fm modũ quo in nobis sit aut est, accipitur: quo ad dirigere vero, qd addunt practici ce supra speculatiuas secũdũ se, sunt ipsæ regulæ, & respiciunt regulabilia per cas. vñ ex parte tãtũ nostri regulã habere pñt, fm quã in nobis, sũt aut sunt. Virtutes quoq; morales fm se obiectã habẽt rationem rei: quia nõ solũ æqualitatẽ eandẽ quã rei mediũ existit, recta ratio nõ imponit iustitiæ, sed conditiones etiam nullas apponit, nisi redundantes in æqualitatẽ vel inæqualitatẽ rei. Reddere nanq; debitũ recta ratio dictat iustitiæ, quando, & vbi oportet, pro quãto faciunt vel tollunt rationẽ debiti. Et propterea esto cautus, vt discernas circunstantias in materia iustitiæ dupliciter inuenitri: primo vt redundant in æquale vel inæquale, alterũ, vt pertinent ad rationẽ debitit alio modo ut sunt cõmunes circunstantiæ actus virtuosi, verbi gratia. Reddere mutuo acceptum die statuto, spectat ad rationẽ debiti. Reddere autẽ illo die hora incõpacta, puta, qua sumit cibum, impertinens est iustitiæ. non enim iniusti, sed imprudentis est hæc electio: & propterea in littera dicitur, quòd medium rationis in iustitia est mediũ rei. & ex hoc prouenit quòd extrema, scilicet plus & minus in iustitia non sumuntur secundum affirmationem materiæ, & negationem conditionum, & econtra, vt in aliis moralibus virtutibus, sed secundũ plus vni, & minus alteri. & hinc etiam prouenit, q̃ iustitia nõ est media inter duas malitias, sicut aliæ virtutes morales, quæ mediant inter affirmationem materiæ, & negationẽ conditionũ, ut superfluum: & negationem materiæ, & affirmationes conditionũ, vt diminutum. nã si medium rationis & extrema in iustitia sumerentur secundũ conditiones, vt in aliis, & non præcise vt redũdãt in mediũ rei, cõtingeret accipere extrema vitia, vt in aliis. Et hæc sunt hic dicta pro intellectu medii & extremorum in virtutib[a] pro clarificanda Noui ritorum mente.

¶ In eodem secundo articulo eiusdẽ sexagesimæquartæ quæstionis, declarãdum occurrit Nouitis, q̃ prima ratio pro tanto dicitur in litera, quòd procedit de medio rationis subiectiue: quia concludit quòd medium rationis, quia bonũ est rõnis, est i ipsis actibus rõnis tanũ in rebus ipsis sicut mediũ rõnis cauſaliter, qd scilicet a ratione impositum est operatio nibus & passiõibus, est in passionibus & & operationibus tãquam in rebus ipsis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundū ipsius appetitū dirigit ordinē quo ad dirigere vero, ut dictū est, ipsa intellectualis virtus est regula & mensura lumini rationis naturalis & appetitui cōmensuratur, vt superius declaratū fuit. Eadē ētās ratione virtutis intellectualis secundū se mēsurata, nec practice, nec speculatiue est aliquod virtutis genus: procederetur enim in infinitū. Sed virtutum moralium mēsura, qa est obiectum nostra, vel diuina regula moderatum: ideo aliud virtutum genus ad qđ pertinet mēsura illa, mēsura est: aliquarū aūt virtutū intellectualiū, puta prudētię & cię, q ad præcepta p se nota examinātur, mēsura quoq; aliud virtutū genus secundū se, & ex parte nostra est. primarū aūt virtutū intellectualiū, scilicet intellectus et synderesis, mēsura ēt ex parte nri nō est aliqua virtus, sed solū naturale lumen ex parte nostra, & res cognita secundum se. Et sic patet respōsio ad omnia obiecta.

ex. 22. et 23. to. 3.

ea. 3. et 4. tom. 5. 2. Eth. ca. 6.

ar. 1. huius quæst.

*q. 36. ar. 3.

ca. 2. to. 5.

PROCEDITVR ergo quod virtus non consistat in medio. Quia super dictum Matth. 5, perfecti estote sicut & pater vester cœlestis perfectus est, dicit Glossa Hieronymi: Nihil est medium in virtutibus. ergo virtus non consistit in medio.

2 PRÆT. Sicut dictum est, virtus moralis consistit in medio rationis. Sed ratio est superior quam sensus. ergo virtus moralis non consistit in medio sensus.

3 PRÆT. Medium proprie est inter contraria, ut patet per Philosoph. in 10. Metaph. sed in intellectu non videtur esse aliqua contrarietas, cū ēt ipsa contraria fm quod sunt in intellectu nō sint contraria, sed si mul intelligantur, vt album & nigrū, & sanū & ægrū. ergo in intellectualib⁹ virtutibus nō est mediū.

SED CONTRA est, q ars est virt⁹ intellectualis, vt dicitur in 2. Eth. & tamē artis est aliquod mediū, vt dr in 2. Ethi. ergo etiam virtus intellectualis consistit in medio.

RESPON. Dicēdum, q bonum alicuius rei consistit in medio, fm q conformatur regulæ, vel mensuræ, quam contingit transcendere, & ab ea deficere, sicut dictum est. Virtus autem intellectualis ordinatur ad bonum, sicut & moralis, vt supra dictū est: vnde fm quod bonū virtutis intellectualis se hēt ad mēsuram, sic se habet ad rationem medij. Bonū autem virtutis intellectualis est uerum: speculatiuæ quidem virtutis verum absolute, vt in 6. Ethic. dicitur: practicæ autem virtutis verum secundum cōformitatem ad appetitum rectum: verum autem intellectus nostri absolute cōsideratum, est sicut mensuratum a re. Res enim est mensura intellectus nostri, vt dicitur in 10. Meth. Ex eo enim q res est, vel nō est, veritas est in opinione & in oratiōe. Sic igitur bonum virtutis intellectualis speculatiuæ consistit in quodā medio per cōformitatem ad ipsam rē, fm quod dicit esse quod est, vel non esse quod nō est, in quo ratio veri cōsistit. Excessus autem est fm affirmationem falsam, per quā dicitur esse quod nō est: defectus autē accipitur fm negationem falsam, per quā dicitur nō esse quod est. Verum autem virtutis intellectualis practicæ cōparatum quidem ad rem, habet rationem mensurati: & sic eodem modo accipitur medium per conformitatē ad rem in virtutibus intellectualib⁹ practicis, sicut in speculatiuis, sed respectu appetitus habet rationē regulæ & mēsuræ. vnde idē medium, quod est virtutis moralis, etiā est ipsius prudentiæ, scilicet rectitudo rationis: sed prudentiæ quidē est istud mediū vt regulantis & mensurantis, virtutis aūt moralis vt mensuratæ & regulatæ. Similiter excessus & defectus accipitur diuersimode vtrobique.

ex. 5. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q etiam uirtus intellectualis habet suam mensurā, vt dictum est, & p cōformitatem ad ipsam accipitur in ipsa medium.

in cor. ar.

AD 2^m dicendum, q nō est necesse in infinitū procedere in virtutib⁹: quia mēsura & regula intellectualis virtutis nō est aliqd aliud gen⁹ virtutis, sed ipsa res.

AD 3^m dicendum, q ipsæ res contrariæ non habent contrarietatem in anima, quia vnum est ratio cognoscendi alterum: & tamen in intellectu est contrarietas affirmationis & negationis, quæ sunt contraria, vt dicitur in fine Perihermenias. Quānis enim esse & nō esse nō sint contraria, sed cōtradictorie opposita, si

lib. 2. perhi. ca. 1. et 2. to. 1.

F cōsiderentur ipsa significata, put sunt in rebus, ga alterū est ens, & alterum est pure nō ens: tn si referantur ad actum aīæ, vtrunq; ponit aliquid esse. vnde esse & non esse sunt contradictoria: sed opinio, qua opinamur q bonū est bonū, est contraria opinioni, qua opinamur quòd bonum non est bonum, & inter huiusmodi contraria medium est uirtus intellectualis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uirtutes theologicæ consistant in medio.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulū quartum.*

AD QVARTVM sic procedit. Videt q virtus theologica G consistat in medio. Bonum enim aliarum virtutum consistit in medio: sed uirtus theologica excedit in bonitate alias virtutes. ergo uirtus theologica multo magis est in medio.

¶ 2 Præt. Medium virtutis moralis accipitur quidem fm quod appetitus regulatur per rationem, intellectualis vero secundum quod intellectus noster mēsuratur a re: sed uirtus thologica & perficit intellectum & appetitū, vt supra dictum est. ergo etiam uirtus theologica consistit in medio. H

¶ 3 Præt. Spes, quæ est uirtus theologica, medium est inter desperationem & præsumptionem: similiter etiam fides incedit media inter contrarias hæreles, vt Boetius dicit in lib. de duabus naturis. quòd enim confitemur in Christo vnam personā & duas naturas, medium est inter hæresim Nestorij, qui dicit duas personas & duas naturas, & hæresim Euticis, qui dicit vnā I personam & unam naturam. ergo virt⁹ theologica cōsistit in medio.

SED CONTRA. In omnibus, in quibus consistit uirtus in medio, contingit peccare per excessum, sicut & per defectum: sed circa Deū qui est obiectum virtutis theologicæ, nō contingit peccare per excessum. dicitur enim Eccl. 43. Benedicentes Deum, exaltate illum quantum potestis: maior enim est omni laude. ergo virtus theologica non consistit in medio. K

RESPON. Dicendum, q sicut dictū est, mediū virtutis accipitur per conformitatem ad suam regulā, vel mensuram secundum quod contingit ipsam transcendere, vel ab ea deficere. Virtutis autem theologicæ duplex potest accipi mensura. Vna quidem secundum ipsam rationem virtutis, & sic mensura & regula uirtutis thologicæ est ipse Deus. Fides enim nostra regulatur secundum veritatem diuinam: charitas autem secundum

nus vni, & plus alteri tribuitur. Nec obstat si quādoque solū minus videatur fieri alteri, & nulli plus, vt in mendiis, & huiusmodi: dicīhoc enim ostendit, q medium iustitiæ principaliter violatur in minus, & vere sic est: quia cum æquale sit ad alterum per minus illi directe violatur: sed tamen semper cōcomitatur plus ali cui uel in re, vel in potestate. Sat est ergo literæ, quòd vbicunque est virtus in medio, contingit & per excessum & per defectū peccare: siue simul, siue separatim siue vno, siue pluribus uitijs, non est curæ.

¶ In eodem quarto articulo dubium primo occurrit ex Scoto in 3. sen. dist. 26. docente quòd potest concedi, quòd virtus theologica est propie in medio non ex parte obiecti, sed actus: ita quòd licet non possit tedere in nimis verum aut bonum, quia tendit in infinitum obiectum, potest tn nimis tedere in illud, & sic virtus theologica moderatur actum vt medio modo tendat, & consequenter fides est media inter leuitatem, iuxta illud, Qui cito credit, leuis est corde, & pertinaciam violantis rationem, & spes inter præsumptionem & desperationem.

¶ Dubium secundo occurrit specialiter de medio respectu fidei. Videtur enim q secundum se habeat medium: quia obiectum suum quod est quid complexum, puta Deum esse trinū, & huiusmodi, habet extrema scilicet, Deum non esse trinum, & Deum esse trium essentialiter: hoc enim est superfluum, illud diminutum.

¶ Ad primū horū dicitur, primo q positio illa Scotica est contra diuum Thomam, & veritatem. Contra diuum quidem Thomam expresse dicentem hic de modo actus, quòd non potest esse excessiuus, scilicet quòd non potest quis nimis credere, nimis sperare, nimis amare, tendendo in Deum. Contra ueritatem vero: quia constat quòd non potest Deus amari nimis, ita quòd actus amandi Deum sit excessiuus: immo modus amādi Deum, secundum Bernardum, est sine modo amare: nec est verum quod de fide dicitur, quoniam licet qui cito credit, leuis sit corde, non tamen qui cito credit Deo, leuis est corde. Præsumptio quoque, vt patet in responsione ad tertium, non est vitium, quia nimis speret in Deum, sed quia sperat bonum excedens propriam conditionem. vnde conclusio ista non solum vt falsa, sed vt mala, vtpote ponens modum dilectionis Dei, procul abiciatur.

¶ Ad secundum autem dicitur, q fides secundum se est de Deo, cuius non sunt extrema. ex parte autem nostri est de Deo per modum compositionis & diuisionis, vt in secunda secundæ dicitur: & propterea ex parte nostri est in medio, & non secundū se.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum primum.*

IN articulo primo quæstionis sexagesimæquintæ, termini duo sunt primo declarandi, quid scilicet importet uirtus perfecta, & quid virtus imperfecta, de quibus in litera sermo fit, an differentia hic sit sicut inter calorem remissum, & in summo, an sicut inter dispositionem & habitum, an sicut inter diuersas formas, puta, opinionem & scientiā. non enim parui refert quo hæc modo distinguantur. & si quis hic erraret, male posset de connexione virtutum disputare. Sciendū est igitur, q cōstat virtutes perfectas ab imperfectis non propterea distingui, quia illæ in summo sunt gradu, istæ non. nam virtutes cōnexæ, quæ sunt solæ perfectæ, vt in litera dicitur, intendi possunt, vt sequēs quæstio ostendit. quomodo autem distinguātur ex natura, habitus & dispositionis, manifestatur: habitus enim & dispositio distincta contra habitum secundum melius sentientium sententiam, distinguuntur non modaliter tantum, sed essentialiter: ita quòd qualitas illa quæ est dispositio, nunquam erit essentialiter habitus: quamuis forte habitus modum habere possit. sed dispositio est qualitas secundum se facile mobilis: habitus vero est qualitas ex natura sua difficile mobilis. verum huiusmodi qualitas habet duplicem statum: est. n. quandoque in se quidem habitus, sed per modum dispositionis inhæret, quia facile corrūpti potest, vt patet de scientia per primam demonstrationem acquisita, & non meditatione firmata, quandoque autem & in se est habitus, & in statu habitus: quia per modum habitus habetur firmiter &c. sicut autem in communissimis rationib⁹ primæ speciei qualitatis inuenit habit⁹ dupliciter. s. per modū dispositionis, & per modū habitus, & præter hæc dispositio siue per modū dispositionis, siue per modū habit⁹, ita in virtute, vt sic quę est spēs habit⁹, inuenit qualitas quę est essentialiter virtus dupliciter. s. habens statum virtutis, & non habens statum virtutis: & præter hæc inuenitur sub specie dispositionis inclinatio seu dispositio ad virtutem. Ex his autem tribus, scilicet virtute in statu virtutis, virtute non in statu virtutis, & dispositione ad uirtutem, sola prima virtus perfecta est & dicitur: immo vt in quarto articulo dicitur, hæc sola simpliciter & proprie virtus dicitur. & ratio in promptu est, quia uirtutem proprie & simpliciter oportet esse principium operis uirtuosi simpliciter, & non secundum quid. virtus autem non in statu virtutis rale opus non facit: quia defectuosa est, vtpote priuata proprio statu. Sic ergo virtutis perfectæ nomine qualitas quæ est virtus, statum virtutis habens intelligitur. virtutis autem imperfectæ nomine, licet secundum proprietatem vocabuli sola virtus secundum essentiam, & deficiens uideatur intelligi, quia virtus imperfecta dicit virtutem & imperfectionē eius: extēso tamen seu accommodato vocabulo, virtutis imperfectæ nomine intelligitur tā virtus deficiēs in statu, q dispositio ad uirtutē, præsertim si est firmata. In quo autē cōsistat virtutis essentia, ex q. 55. colligere poteris: in quo aūt perfectio status virtutis cōsistat, ex litera quidē vnico verbo habes quo ad morale. s. q inclinat ad bonū bene. Ex secūdo aūt Eth. explicati⁹ habes, q

ex eo, q sperat a Deo bonum qđ excedit suā cōditionem, vel nō sperat quod fm suā conditionem sperare posset: non autē potest esse superabundantia spei ex parte Dei, cui⁹ bonitas est infinita. Similiter etiā fides est media inter cōtrarias hæreses, non per comparationem ad obiectum, quod est Deus, cui non potest aliquis nimis credere: sed inquātum ipsa opinio humana est media inter contrarias opiniones, vt ex supradictis patet.

QVAESTIO LXV.

De connexione uirtutum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerādū est de cōnexione virtutum.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum virtutes morales sint adinuicem connexæ.

¶ Secundo, Vtrū virtutes morales possint esse sine charitate.

¶ Tertio, Vtrum charitas possit esse sine eis.

¶ Quarto, Vtrum fides & spes possint esse sine charitate.

¶ Quinto, Vtrum charitas possit esse sine eis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtutes morales sint adinuicem connexæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q uirtutes morales

Inf. q. 73. art. 1. Et 2. 2. q. 1, 46. ar. 4. Et. 3. q. 85. ar. 6. co. Et 3. dist. 36. ar. 1. et 2. & uirt. q. 5. ar. 2. Et quo li. 12. ar. 23. Et 6. Ethi. fin.

ar. 2. & 3. ad 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scies, ꝙ lucrans, ꝙ propter hoc, quòd immobiliter, habens ipsum, operetur: & consequenter imperfecta uirtus est, si aliquid horum deficiat. quamuis enim bonum tunc fiat, non tamē bene. Et scito Nouitie, quòd aliqui qualitati inclinati in bonū, aliquid dupliciter deesse potest aliqua uirtutis conditio, primo de pertinentibus ad speciem, seu essentiā uirtutis, vt si deficeret recta rō uel electio, uel proprius finis in habitu agibilium, nō esset in ueritate uirtus nec perfecta, nec imperfecta: diceretur tamen uirtus imperfecta, sicut dispositio ad uirtutem. vnde si quis habituatus est ad abstinentiæ, vel castitatis materiam non secundum regulam rationis, aut non electione propter ipsum bonum rationis, talis habitus nec est, nec erit vnquam uirtus, sed dispositio tantum ad virtutē. Secundo de pertinentibus ad statū tātum uirtutis, vt si deficeret immobilitas aut extensio, aut debita dispositio subiecti, esset quidem imperfecta uirtus sic ꝙ potest eadem numero esse perfecta & simpliciter uirtus, ablatis illis defectibus. oportebit ergo te cautum esse, cum de uirtute imperfecta est sermo, an intelligatur ibi de imperfecta rōne status, an quia dispositio tūm est. & eadem oportet uti cautela, cum negari inueneris rationem propriæ, vel simpliciter uirtutis. scies autē discernere intentionē literæ si secundum nunc dicta inspexeris, an eadem qualitas, quę negatur uirtus, sit postmodum virtus, uel nō: quoniam ut patet, si primum inueneris de non uirtute, secundum statum est sermo: si secundum de non uirtute, secundum essentiam. Et hoc si seruaueris, non vagaberis ad quærendum constitutiua uirtutū in esse uirtutis in genere relationis, ut Scotus putauit: sed perfectionem statuum perquires, aut nouæ uirtutis generationem facilem, post talem ac tantam dispositionem.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum primum.*

IN eodem primo articulo q. 65. dubium de connexione uirtutum ex Scoto resurgit. ipse nanque in tertio sent. dist. 36. solam connexionem uirtutis moralis cum prudentia sua, ideſt, illius materiæ, & non econtra tenens, putat nec prudentiam moralem uirtutem, nec moralem uirtutem prudentiam simpliciter, ideſt totius agibilis, nec unam moralem uirtutem, aliam moralem coexigere: sed simul stare, quòd aliquis sit temperatus in summo, & tamen auarus, iniustus &c. Et ut distincte omnia percipiantur, primo recitabuntur sua motiua: secundo declarabuntur fundamenta veritatis: tertio satisfiet obiectis. Arguit primo Scotus contra connexionem uirtutum ex hoc, quòd sint perfectiones partiales. Quādo enim sunt plures perfectiones partiales eiusdem perfectibilis, potest perfectum esse illud perfectibile secundum unam, & imperfectum secundum aliam, ut patet in Sorte respectu uisus & auditus. Constat autem cardinales uirtutes esse partiales perfectiones mentis nostræ. ergo. Secundo ex diffinitione uirtutis 2. Ethic. Quælibet uirtus moralis est habitus electiuus in medietate cōsistens, determinata rōne, prout sapiens determinabit absque determinatione & electione mediī in alia materia. ergo est uirtus sine connexione ad alias virtutes. Et antecedens patet, quia in diffinitione uirtutis, non ponitur nisi connexio ad prudentiam, seu rationem determinantem mediū in illa materia. Tertio, ex exercitio causante uirtutem: quia potest aliquis optime se exercere in materia unius uirtutis, & non in materia alterius. ergo non sunt connexæ. tenet sequela, quia uirtus generatur ex actibus. Quarto, ex distantia: quia uirtutes eiusdem generis quæ sunt propinquiores, non sunt cōnexæ, puta uirginitas, & castitas coniugalis. ergo a fortiori uirtutes distinctæ secūdum genus, ut cardinales, quæ magis distāt, non sunt connexæ. Quinto, deducit ad tria inconuenientia ex connexione. primo, quòd aliqua uirtus esset uirtus antequam esset uirtus. secundo, quòd nulla uirtus esset prima. tertio, quòd vnus actus generaret omnes uirtutes: sequela primi probatur sic, Temperantia per se non est uirtus sine uirtute fortitudinis. ergo fortitudo est prius uirtus, & ex alia parte fortitudo non potest esse uirtus sine temperantiæ uirtute. ergo fortitudo non erit uirtus nisi post temperantiam. ergo fuit uirtus antequam esset uirtus. sequela secundi patet: quia ex quo quælibet coexigit aliam, omnes sunt simul, & consequenter nulla prior aut posterior. sequela tertii probatur: quia impossibile est simul haberi tot actus perfectos generatiuos tot uirtutum. Quòd autem tertium sit inconueniens, probatur. quia unus actus est unius uirtutis: & sicut esset actus unius uirtutis si esset generata, ita est generatiuus vnius, & non omnium uirtutum: hæc de primo.

non sint ex necessitate cōnexę. virtutes enim morales quādoq; causantur ex exercitio actuum, ut probatur in 2. Ethi. sed homo potest exercitari in actibus alicuius uirtutis sine hoc, ꝙ exerciteť in actibus alteri⁹ uirtutis. ergo una uirt⁹ moralis potest haberi sine altera.

¶ 2 Præt. Magnificentia & magnanimitas sunt q̄dā uirtutes morales: sed aliquis potest habere alias uirtutes morales sine hoc, ꝙ habeat magnificentiā & magnanimitatē. dicit n. Philosoph. in 4. †Ethi. ꝙ inops non potest esse magnificus, qui tamen potest habere alias quasdā uirtutes, & ꝙ ille qui paruis est dignus, & his se dignificat, temperatus est, magnanimus autem non est. ergo uirtutes morales non sunt connexæ.

¶ Quo ad secundū, scito, connexionem uirtutum cardinalium conuinci ex illo processu, ꝙ in litera fit. Virtus moralis exigit prudentiam: prudentia autem exigit omnes tres virtutes morales. ergo omnes uirtutes morales sūt connexæ. Sed quia propositiones hic assumptæ diuersimode intelliguntur, oportet eas explanare, & sensum uerum capere, & tunc uidere vim rationis huius. Prima ergo propositio, scilicet Virtus moralis exigit prudentiam, quia ex diffinitione virtutis, secundi Ethicor. allata patet, non negatur, sed diffinguitur: quia aut intelligitur de prudentia totali, aut partiali: & vocatur prudentia totalis prudentia respectu omnium agibilium: partialis autem respectu talis materiæ, delectationis venereæ, vel periculorum mortis &c. si in assumpta propositione & diffinitione virtutis moralis intelligitur de prudentia totali, negatur: si de partiali, cōceditur. sed tunc patet manifeste ꝙ nihil valet processus: quia prudentia partialis non exigit omnes virtutes morales. propter illam autem distinctionem oportet ostendere, aut verificari assumptum de prudentia totali, aut ꝙ prudentia partialis exigat oēs virtutes: & vtrumq; simul fiet, ostendendo ꝙ prudētia partialis: aut non est prudentia sufficiens ad materiā illius virtutis, & cōsequenter nō est prudentia: aut est totalis. ostenditur aūt hoc facile ex cōnexione materiarū virtutum moraliū, & ipsa diffinitione uirtutis. Sic virtus moralis, puta, tēperantia, est habitus secundū rationē rectam electiuus mediī in delectationibus tactus, noh pront electionem mediī in talibus delectationibus cōtingit corrumpi a tali, aut tali passione: sed simpliciter vndecunque contingat ab electione talis mediī in electionem extremorum vitiorum declinare. ergo temperantiæ virtus necessario habituatum reddit animum ad eligendum talem medium secundum prudentiam totalem. Assumptum hoc manifestatur dupliciter: liquidem credi potest, ꝙ virtus moralis, puta temperantia, perficit animum: primo, vt declinatio a tali medio oritur ex aliqua certa passione: puta vt ex amore concupiscentiæ declinari solet a medio in delectationibus tactus, ita quòd non spectat ad temperantiam inclinare ad eligendum medium in delectationibus tactus, nisi pro quanto abducimur a medio ob amorem superfluæ delectationis. secundo autem modo, vt temperantiæ sit inclinare ad tale medium contra quoscunque impetus ex quacunque passione prouenientes ad abducendum a tali medio: puta ex auaritia, ex timore mortis &c. Differunt autem intantum hi duo modi: vt ex hoc pendeat ista veritas, & secūdum primum modum non fiat aliquis temperatus nisi secundum quid: iuxta secundum uero fiat temperatus simpliciter. quoniam patet, iuxta primū modū non est habituatus ad mediū in delectationibus tactus, nisi secundū quid: quia secundum ꝙ oriuntur a cetero motiuo tantū: iuxta secundū vero est habituatus ad mediū in delectationibus tactus totaliter, quia secundum quod oriuntur ex quocunque motiuo. Quòd autem temperantia primo modo non sit virtus, sed secundo modo tantum, manifeste ex vlu conuincitur: mulier enim habituata ad castitatem quantum est ex amore delectationum, si inops & auara male mercando veneris vacat, proculdubio intemperata est. & similiter si timore veneris, aut infamiæ &c. hoc faciat. Idem ergo est dicere, quòd temperantia non perficit animum contra timores, & alias passiones, vt & inquantum natæ sunt corrumpere electionem mediī in delectationibus tactus: & dicere quòd qui mœchatur vt furetur, non est mœchus, & meretricem ob solam auaritiam posse simul esse temperatum, & infinita huiusmodi falsa: spectat igitur ad moralem virtutem inclinare ad medium in propria materia non solum excludendo extrema secundum se, sed secundum quòd connexionem habent cum aliena materia. vt enim in litera dicitur in responsione ad tertium, & quartum, agibilia quæ sunt materia virtutum moralium, sunt ordinata ad inuicem, & propterea vnum redundat in alium: & propterea oportet virtutem moralē perficere sic animū in propria materia, vt nec ex his quæ infra limites propriæ materiæ secundum se sunt, nec ex his quæ intrant limites propriæ materiæ ex connexione illius cum aliis, abducat a medio eligendo in illa materia. & sic patet assumptum, & restat manifestanda consequentia, quòd. s. ex hoc sequatur, quòd virtus moralis coexigat prudentiam totalem: hoc autem sic probatur. Virtus moralis eligit medium in propria materia simpliciter, ideſt, secundum se, & vt in eam redundant aliæ materiæ. ergo exigit rectam rationem sui secundū se, & secundum comparationē ad alias: sed hoc est prudentia totalis. ergo. Sequela est manifesta ex eo, quòd virtus moralis est electiua secundum rectam rationem. & sicut est electiua in propria materia & secundū se, & secundum comparationem ad alias materias: ita oportet ꝙ ratio sit rectificans illā materiam & secundum se, & secundum comparationē ad alias. Ex defectu nāque rectæ regulæ in huiusmodi comparationibus prouenit, quòd habituatus animus in castitate, & non in pauperate, liberalitate, fortitudine, & iustitia, pp auaritiam, aut timorem, aut odium contra castitatem facit: comparatur siquidē tunc in tali animo bonum castitatis bono pecuniæ, vt euasionis a morte, aut explendi appetitus odii himōi, & dictatur magis eligendū hunc hoc apparens bonum, quàm illud vere bonum pp passiones, seu affectiones nūc, hic &c. ad hoc magis, quàm illud. Quòd autem ratio recta circa vnam materiam tam secundum se, quàm secundum id quod ex connexione habet, sit prudentia totalis, ex illo principio secundi de anima, in c. de Sensu communi patet. s. quòd iudicāls inter aliqua duo, oportet cognoscere vtrumque. Si enim hanc tertiam rationem oportet comparare hanc materiam reliquis agibilibus, oportet eam, quia ratio est, vtraque cognoscere, & quia recta est, circa vtraque rectum esse: constat autem rectā rationem circa omnia agibilia prudentiam esse totalem. patet igitur ex dictis, quòd prudentia partialis non est prudētia nisi sit totalis, & cōsequenter, vt patebit, exigit omnes virtutes morales: propter quod in calce articuli dicitur, quòd defectus prudentiæ circa unam partem agibilium induceret defectum circa alia. Ex his autem habes, quomodo intelligenda sit diffinitio uirtutis moralis 2. Ethic. quo ad duos terminos. s. electionem mediī, & rectā rationem. Intelligitur. n. de electione mediī nō secundum quid, sed simpliciter. i. cōtra quæcunq; abducētia a recta rōne, non ſm quid, ideſt, secundum partem, sed simpliciter seu totaliter: & sic patet, quòd ex diffinitione uirtutis sine glosis appositiuis, excludendo solum sensum secundum quid, & utendo sensu simpliciter, quod regulariter in diffinitionibus intelligitur, habes connexionem prudentiæ totaliter ad uirtutem moralem.

¶ Explanata autem & probata prima propositione assumpta, reliquum est, vt proberur & explanetur secunda. s. quòd prudentia exigit omnes uirtutes morales. Hæc ꝓpositio, licet possit probari ex parte materiæ, quia sicut temperantia generatur ex frequentibus electionibus mediī in delectationibus, ita prudētiam oportet generari ex frequentibus iudiciis & præceptis circa suam materiam, quę est totum agibile: melius tamen monstratur processus ex ipsa ratione prudentiæ secundum se, ut in litera fit ex parte principiorum ipius prudentiæ sic. Prudentia est recta ratio consiliatiua, iudicatiua, & præceptiua. ergo rectitudo eius exigit animum tam secundum partem apprehensiuam, ꝙ secundum partem appetitiuam, recte & bene se habere circa principia rectæ rationis, ꝙ sunt fines agibilium: sed sic se habere ad huiusmodi fines, est habere omnes uirtutes morales principales. ergo prudentia coexigit secundum se oēs uirtutes huiusmodi. Antecedens patet: sequela uero quo ad partem apprehētiuam est per se nota, quia habitus cōclusionum pendet ex habitu principiorum. Quo ad partem uero appetitiuam, licet ex supradictis de prudentia pateat: breuiter tamen quasi repetendo manifestatur sic. Prudentia non est in ratione solum, ut dicit ut in 6. Eth. quia est in ratione ut mota ab appetitu, & propter hoc non traditur obliuioni, ut ibidem dicitur. ergo dependet ab appetitu recto: obiectum autem appetitus est finis. ergo dependet ab appetitu recte se habente ad finem, quod erat intentū. Quòd autem dependeat prudentia ab appetitu recto respectu omnium & non unius tantum, licet ex redundantia connexionis, posset haberi in litera: tamen probatur ex hoc, quòd sicut scientia dependet ex omnibus ipsius principiis & non aliquibus tantum, ita ꝙ Geometria errans in uno principio, non est scientia: ita prudentia non est prudentia, nisi omnia principia recta supponat. fines autem agibilium cōstat esse principia, ex quibus prudentia procedit, & ad quos oportet apprehensionem se recte habere: alioquin & in actu iudicii, quia delectatio corrūpit æstimationem prudentiæ, & in actu præcepti, quia est a ratione ut subest appetitui, erraturus. Et scito, ꝙ licet recta ratio agibilium pendeat ex utraque rectitudine circa fines. i. ex rectitudine partis apprehensiuæ & appetitiuæ: quia tamen rectitudo apprehensiuæ nō est propria prudentiæ, sed cōmunis sibi & cæteris uirtutibus intellectualibus circa conclusiones, & authoris diuinū ingenium, ex propriis consueuit doctrinam facere: ideo illam silentio præteriuit, & rectitudinem appetitus, quæ est propria prudentiæ (sola enim prudentia secundum se pendet ex appetitu recto materiales finis) posuit principium prudentiæ: & propterea comparauit ipsam intellectui, qui est habitus principiorum, dicens, Quòd sicut in speculativis scientia pendet ex habitu principiorum, ita in moralibus recta ratio pendet ex recto appetitu finium. Est enim habitus principiorum in appetitu, quia fines principia sunt operabilium. Quòd demum appetitum recte se habere ad fines operabilium, sit habere uirtutes morales, patet ex eo, quòd eadem est uirtus intendens finem proprium alicuius materiæ, & eligens medium in illa: ac per hoc, eadē est temperantiæ uirtus, qua quis recto appetitu intendit bonū rationis in delectationibus tactus, & qua eligit medium in eidem secūdum rectam rationē. Ut sic patet totus processus, qui tanto uerior comprobatur, quanto ex sola diffinitione uirtutis moralis, considerando, quæ coexigunt partes apprehensiuæ & appetitiuæ: quia coexigunt pat ticulæ diffinitionis, deduxit connexionem mutuam uirtutū moralium, computata etiam inter eas prudentia. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium, respondendo ordinate obiectis, dicitur, quòd primæ rōnis maior est falsa, si est uniuersalis, ut esse debet. Sunt enim multæ partiales perfectiones connexæ, licet nō omnes sint connexæ. Intellectus enim & uoluntas cōnexæ sunt, uisus & auditus non: unde ex hoc nihil habetur. Secunda uero ratio ex diffinitione uirtutis iam soluta est, & conuictum est, quòd in diffinitione uirtutis oportet cadere rectam rationem simpliciter, & nō secundum quid, ut opponens uult, concedens ꝙ non spectat ad temperantiæ uirtutem firmare animum, ne timore mortis forniceturſ & sic incidit in foueam magnam, scilicet quòd talis non faciat contra temperantiam, cuius oppositum tamen sentit, & præterea conuincitur. Aut talis recedit a medio temperantiæ, aut non, si sic, declinat in uitium extremū: ergo est contra rectā rationem spectantem ad temperantiam. si non: ergo fornicationem committens ex auaritia solum, & non propter delectationem, non peccat contra temperantiam.

¶ Ad tertium, respondetur in litera ad primum, quòd materiæ uirtutum sunt duplices, quædam spectantes ad communem uitam, quædam ad aliquem particularē statū. In primis quæ sunt materiæ uirtutum cardinalium, non cōtingit exerceri in una, & non in alia recte, sic ut fiat uirtus aliqua, quamuis possit inchoatio aliqua uirtutis generari: in istis autem contingit fieri unam sine alia actu: sit tamen omnis dupliciter: primo in potentia propinqua, ut in litera dr: secūdo in præparatione animi, ut alibi dicit author: quia connexio uirtutū oium est connexio in tertio. i. in prudentia, ꝙ dictat formale in oi uirtute. s. præparationē animi, & deficiēte materia. Et ꝓ hoc patet rōnio ad quartū: tū quia formaliter tm. i. secūm ꝓparationē animi sufficit castitate cōiugalē, & uirginitatē esse connexas: tum quia fallum est, ꝙ sit maior ratio de connexione spetialium, quàm generalium uirtutum: quia harum materiæ magis connexæ sunt coniunctione occursus respectu conuersationis humanæ, licet minus connexæ sint coniunctione similitudinis. & propterea istas oportet esse connexas formaliter & materialiter, illas formaliter tantum.

¶ Ad quintum dicitur dupliciter iuxta duos modos, quibus cōnexio ista intelligi potest. Connexio nanque uirtutum cum non sit successiua, claudit in se simultatem temporis, ita quòd oportet eas in eodem tempore esse, fieri, & corrumpi: sed huiusmodi simultas temporis potest dupliciter intelligi. Primo, secundum rigorem ueritatis, ut. s. in eodem instanti temporis quo est una, sit actualiter alia, & in nullo instanti sit una sine alia actualiter: & hic sensus uidetur communiter accipi, & contra eum procedit

Amb. in illud Luc. 6. Beati pauperes spiri. circa fin. habetur lib. 5. in Lucam, tom. 5.

dit argumentum: vnde hinc sequendo sensum, conceditur quòd nulla cardinalium virtutum est prior aut posterior altera secundum tempus: & similiter quòd nulla est prima positiue ordine temporis, sed quælibet sic est prima negatiue. Negatur autem ꝙ sequatur temperantiam esse prius virtutem, quàm sit virtus. & probatio assumit falsum. S. li temperantia nõ est virtus sine virtute fortitudinis: ergo fortitudo ē prima virtus. sufficit enim ad hoc, quòd fortitudo sit simul virtus, vt patet. Nõ habeo denum pro inconuenienti, quòd vnico actu in virtute tot præcedentium generentur simul omnes virtutes in esse perfecto: & cum dicitur. Ille actus est vnius virtutis, dico quòd ille actus est actᵘ generatiuus prudẽtiæ, q agit in virtute habitus principiorum prudẽtiæ. Cũ enim, vt ex dictis patet, habitus principiorum prudentiæ in parte apprehensiua sit synderesis, in parte appetitiua sit ad minᵘs triplex habitus triũ virtutum cardinalium, & pluribus habitibᵘ simul vti contingat in ordine ad vnum, & prudẽtia vna existẽs ex omnibus his pẽdeat, & generatio prudentiæ sit perfectio virtutum, consequẽs est vt actus generatiuus prudentiæ procedat & a synderesi, & habitibus tribus virtutum cardinalium nõ plus perfectarũ, sed ipso actu generante prudentiã esse perfectum accipientium, & sic ille actus dato quòd esset vnius tantum virtutis, puta synderesis, quia nulla præsupponitur alia virtus: esset tamen multorum habituum participatiuus, & ãe posset multas consummare virtutes: sicut post genitam prudentiã recte præcipere simul in pluribus materiis, est actus vnius virtutis prudentiæ. S. electiuæ: simul tarum autem virtutum moralium principiorum prudentiæ est actus participatiue. Secũdo autem modo, simultas temporis intelligitur secundum propinquitatem, vt. S. quæ parum differunt secundum tempus, simul esse dicũtur, iuxta illud. Quod parum distat, nihil distare videtur, & sic virtutes morales pluribus actibus quasi simul generantur, & dicuntur connexæ, quia oportet vnamquãq; statim aliam comitem habere. & licet hoc videatur prima facie inconsonum, si quis tamen consideret ꝙ sermo præsens non est metaphysicus, neque mathematicus, sed moralis, in quo non adamussim certitudo quæritur, & attendat ad alias ꝓprietates virtutum, ꝙ simili modo verificantur, non vsquequaq; hoc spernet. Patet nanque ꝙ attingere medium non minus contingit virtuti, q̃ connexio: & constat ꝙ contingere mediũ vocat non solũ attingere centrum, sed prope. Quare ergo cõnexio virtutũ nõ uocanda est, si prope sint, sed solũ in instanti si attingãt? Idẽ. n. u idet in materia connexionis instans, quod in materia de medio punctũ centrale. Et scito hic ꝙ ex vtroque modo simulta nec generationis virtutum saluatur, quòd virtutes quatenus virtutes sunt, qualitates sunt absolute, quas dicimus habitus, iuxta superius determinata cõtra Sco. Nam si simultas ista non est instantanea, sed quasi, constat quòd sicut post multos actus ex aut-

†Aug. 6. de Trin. c. 4. in princ. tom. 3.

q. 61. art. 3. & 4.

vt qui vnam habet, plures habere videatur. † Augu. etiam dicit in 6. de Tri. ꝙ virtutes, quę sunt in animo humano, nullo modo separantur abinuicem. Et * Greg. dicit 22. Moral. ꝙ vna virtus sine alijs aut omnino nulla est, aut imperfecta. Et †Tull. dicit in 2. de Tuscul. q. Si vnã virtutẽ confessus es te non habere, nullã necesse est te habiturũ.

RESPON. Dicendum, quòd virtus moralis potest accipi vel perfecta, vel imperfecta. Imperfecta quidem moralis virtus, vt temperantia vel fortitudo, nihil aliud est, q̃ aliqua inclinatio in nobis existẽs ad opus aliquod de genere bonorum faciendum, siue talis inclinatio sit in nobis a natura, siue ex assuetudine: & hoc modo accipiẽdo virtutes morales, non sunt cõnexæ. Videmus enim aliquem ex naturali cõplexione, vel ex aliqua consuetudine esse promptum ad opera liberalitatis, qui tamen non est promptus ad opera castitatis. Perfecta autem virtus moralis est habitus inclinans in bonum opus bene agendum: & sic accipiendo virtutes morales, dicẽdum est eas connexas esse, vt fere ab omnibus ponitur. Cuius ratio duplex assignatur, secundũ quod diuersimode aliq virtutes cardinales distinguunt. Vt enim * dictum est, quidã distinguunt eas secundum quasdã generales conditiones virtutum, vtpote, ꝙ discretio ptineat ad prudentiam, rectitudo ad iustitiã, moderantia ad temperantiam, firmitas ad fortitudinẽ, in quacũque materia ista considerentur, & secundũ hoc manifeste apparet ratio connexionis. Non enim firmitas habet laudem virtutis si sit sine moderatione, vel rectitudine, aut discretione: & eadem ratio est de alijs. Et hanc rationem connexionis assignat Gregor. 22. Moral. dicens, ꝙ virtutes si sint disiunctę, non possunt esse perfectæ secundũ rationẽ virtutis: quia neq; prudentia vera est quæ insta, & tẽperans, & fortis nõ est: & idem subdit de alijs virtutibus. Et similem rationem assignat * August. in 6. de Tri. Alij vero distinguũt prædictas virtutes secundum materias, & secũdum hoc assignatur ratio connexionis ab Aristot. in 6. Eth. quia sicut † supra dictum est, nulla virtus moralis potest sine prudentia haberi, eo quòd proprium virtutis moralis est facere electionẽ rectã, cum sit habitus electiuus. Ad rectam autem electionem non solum sufficit inclinatio in debitum finem, quod est directe per habitũ virtutis moralis: sed etiam ꝙ aliquis directe eligat ea quæ sunt ad finem, quod fit per prudentiã, quæ est consiliatiua, & iudicatiua, & præceptiua eorum quæ sunt ad finem. Similiter etiam prudẽtia nõ potest haberi, nisi habeãtur virtutes morales, cum prudentia sit recta rõ agibilium, quæ sicut ex principijs, procedit ex finibᵘs agibiliũ, ad quos aliquis recte se habet per virtutes morales. Vnde sicut scientia speculatiua non potest haberi sine intellectu principiorum, ita nec prudentia sine virtutibus moralibus, ex quo manifeste sequitur, virtutes morales esse connexas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtutum moralium quædã perficiunt hoiem secundum communem statum. S. quantum ad ea quæ communiter in omni vita hominum occurrunt agenda. vnde oportet ꝙ homo simul exercitetur circa materias omnium virtutum moralium. Et si quidem circa omnes exercitetur bene operãdo, acquiret habitus omnium virtutum moralium. Si autẽ exerciteur bene operando circa vnam materiã, non autem circa aliam, puta bene se habendo circa iras, non autem circa cõcupiscẽtias, acquiret quidem habitum aliquẽ ad refrenandum iras, qui tamen non habebit rationem virtutis propter defectũ prudentiæ, quæ circa concupiscentias corrumpitur: sicut etiam naturales inclinationes nõ habent perfectã rationem virtutis, si prudentia desit. Quædam vero virtutes morales sunt, quæ perficiunt hominem secundũ aliquem eminentem statum, sicut magnificentia & magnanimitas. Et quia exercitium circa materias harum virtutũ non occurrit vnicuique communiter, potest aliquis habere virtutes morales sine hoc, ꝙ habitus harum virtutũ habeat actu, loquendo de virtutibus acquisitis: sed tamẽ acquisitis alijs virtutibus habet istas virtutes in potentia propinqua. Cum enim aliquis per exercitium adeptus est liberalitatem circa modicas donationes & sumptus, si superueniat ei abundantia pecuniarum, modico exercitio acquiret magnificentiæ habitum: sicut Geometer modico studio acquirit scientiam alicuius conclusionis, quam nunquã considerauit. Illud autẽ habere dicimur, qd in promptu est, vt habeamus, secundum illud Philosophi in 2. Physic. Quod parũ deest, quasi nihil deesse vr. Et ꝓ hoc patet responsio ad secundũ.

AD 3ᵐ dicendũ, ꝙ virtutes intellectuales sunt circa diuersas materias adinuicem non ordinatas, sicut patet in diuersis scientijs, & artibus: & ideo non inuenitur in eis ᵈ cõnexio, quæ inuenitur ī virtutibus moralibus existẽtibus circa passiones & operationes, quæ manifeste habent abinuicem ordinem. Nã omnes passiones, a quibusdam primis procedentes, scilicet amore & odio, ad quasdã alias terminantur. S. delectationem & tristitiã. Et similiter omnes operationes, quę sunt virtutis moralis materia, habent ordinẽ adinuicem, & etiam ad passiones: & ideo tota materia moralium virtutũ sub vna ratione prudentiæ cadit. Habent tamen omnia intelligibilia ordinẽ ad prima principia: & secundum hoc omnes virtutes intellectuales dependent ab intellectu principiorum, sicut prudentia a virtutibus moralibus, vtᵃ dictũ est. Principia autem vniuersalia, quorum est intellectus principiorum, nõ dependent a conclusionibus, de quibus sunt reliquę intellectuales virtutes, sicut morales dependent a prudẽtia, eo ꝙ appetitus mouet quodãmodo rationem, & ratio appetitum, vtᵇ supra dictum est.

ADᵃ 2ᵐ dicendum, quòd ea ad quæ inclinant virtutes morales, se habent ad prudentiam sicut principia, non autem factibilia se habent ad artem sicut principia, sed solum sicut materia. Manifestum est autem, ꝙ etsi ratio possit esse recta in vna parte materię, & non in alia: nullo tñ modo potest dici ratio recta, si sit defectus cuiuscunq; principij. sicut siquis erraret circa hoc principium, Omne totum est maius sua parte, non posset habere scientiã geometricã: quia oporteret multũ recedere a veritate in sequentibus. Et præterea, agibilia sunt ordinata adinuicem, non autem factibilia, vtᶜ dictum est: & ideo defectus prudentiæ circa vnam partem agibilium, induceret defectum etiã circa alia agibilia, quod in factibilibus non cõtingit.

Lo corp. ar.

q. 9. ar. 1. & q. 58. art. 5. ad 1.

Ad 3. argu. præcedens.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtutes morales possint esse sine charitate.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articu. secundum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ virtutes morales possint esse sine charitate. Dicitur enim in lib. sententiarum Prosperi, quòd omnis virtus prærer charitatem, potest esse communis bonis & malis: sed charitas non potest esse nisi in bonis, vt dicitur ibidem. ergo aliæ virtutes possunt haberi sine charitate.

¶ 2 Præt. Virtutes morales possunt acquiri ex actibus humanis, vt dr in 2. *Eth. sed charitas nõ habetur nisi ex infusione, secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. ergo alię virtutes pñt haberi sine charitate.

¶ 3 Præt. Virtutes morales connectuntur adinuicem, inquantũ dependent a prudentia: sed charitas non dependet a prudentia, immo prudentiã excedit, secundũ illud Ephes. 3. Supereminentem scientiæ charitatem Christi. ergo virtutes morales non cõnectuntur charitati, sed sine ea esse possunt.

SED CONTRA est, qd dicitur 1. Io. 3. Qui non diligit, manet in morte: sed per virtutes perficitur vita spiritualis. ipsæ. n. sunt quibus recte viuitur, vt Aug. dicit in 2.* de liber. arbit. ergo nõ possunt

In arti. 2. eiusdem 65. quæstio. aduerte tria. primo duplicem differentiam ad propositũ inter morales infusas & acquisitas, quia infusæ perficiunt in ordine ad vltimum finẽ simpliciter, acquisitæ vero in ordine ad vltimum finem in genere. S. boni humani, puta felicitatis politæ in 10. Ethicor. Et ex hoc secundo dixerunt, quia morales infusæ sunt virtutes simpliciter, acquisitæ vero secũdum quid. Nec propterea putet authorem hic cõtrariari philosopho morali, ac per hoc sibi ipsi, & etiam reliquis. Cũ enim vero verũ non sit contrarium, vt in calce Perihermenias dr, & vnusquisq; verum dicat, si secundũ causas ad ipsum spectantes recte iudicet, contingit quòd de eodẽ diuersi iudicia sic diuersa proferant, vt videantur contraria, non tamen sunt, vt patet si de infirmo medicus iudicet futuram mortem ex ægritudine, de qua qᵘ aristo-

Infra q. 71. ar. 4. cor. Et 2. 2. q. 23. ar. 7. & qst. 31. ar. 2. cor. & q. 108. art. 2. ad 2. Et veri. q. 14. ar. 6. Et virt. q. 2. ar. 3. ad 1. Et quoli. 12. ar. 2. 23. fin.

*lib. 2. Eth. cap. 1. & 2. tom. 5.

Cap. 18. & 19. tom. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

q.63.art.2. & 3.

enlationes promittunt longum tempus, astrologi dicitus victurũ dixerit: vterque enim secundum causas proprias iudicium verum protulit, & hoc facto accidit in proposito: quoniam de virtutibus moralibus acquisitis si secundum humanas causas iudicium fiat, dicitur & sunt inter maxima bona hominis, & simpliciter virtutes, & hoc spectat ad moralem. Si autem de eisdem iudicandum sit secundũ supernaturales & diuinas causas, sic sunt & dicuntur virtutes secundũ quid, & hoc spectat ad theologũ. Vnde si nõ vis in hac re errare, aut despici tanquã volũtarios creator virtutum attende quo habitu accinãt, naturali scilicet, an diuino de his loquatur, & in quolibet venerare veritatem etiam absolute prolatam: quia subintelligitur in qualibet arte & scientia, q̃ gaudeat ꝓpriis. Sic indo aduerte, quòd sicut prudẽtia acquisita pẽdet a virtutibus moralibus, tanq̃ a pximis principiis stabilientibus proximos prudẽtiæ fines, & ab appetitu naturali felicitatis, tanq̃ a primo pricipio stabilienti vltimum finem humanum: ita prudentia supernaturalis dependet a moralibus infusis tanq̃ a pximis principiis fines pximos supernaturales afferentib⁹, & a charitate tãquam a primo principio vltimũ supernaturalem finem in appetitu firmante.

art.1.huius quæst. & q. 58. art. 4.

habetur ad Ro. 14. in glo. ordina. sumitur ex lib. senten. quæ sũt ex Aug. decerptæ c. 106. tom. 3.

Tertio aduerte, ꝙ hic author ponit virtutes morales acquisitas in Gentilibus multis, vt cum infelicitẽ de necessitate praxiæ ad opera moraliter perfecta, & de actionibus infidelium erit sermo, non erres putando, qđ hic sermo fuerit de virtutibus secundum se, & non in natura lapsa. Quamuis enim præsens sermo sit de virtutibus secũdum se, quia tamẽ author ipse expresse applicat esse sine dilectione charitatis.

RESPON. Dicendũ, ꝙ sicut* supra dictum est, Virtutes morales prout sunt operatiuæ boni in ordine ad finem, qui non excedit facultatem naturalem hominis, pñt per opera humana acquiri: & sic acquisitę sine charitate esse possunt, sicut fuerunt in multis Gẽtilibus. Secundum autem quod sunt operatiuæ boni in ordine ad vltimum finem supernaturalem, sic perfecte & vere habent rationem virtutis, & non possunt humanis actibus acquiri, sed infunduntˉa Deo: & huiusmodi virtutes morales sine charitate esse non possunt. Dictũ est enim supra,* quòd aliæ virtutes morales non possunt esse sine prudentia: prudentia autem nõ potest esse sine virtutibus moralibus, inquãtum virtutes morales faciunt bene se habere ad quosdã fines, ex quibus procedit ratio prudentiæ. Ad rectam autem rationem prudẽtię multo magis requiritur, quòd homo bene se habeat circa vltimum finem, quod sit per charitatẽ, quàm circa alios fines, quod fit per virtutes morales: sicut ratio recta in speculativis maxime indiget primo principio indemonstrabili, quod est contradictoria nõ simul esse vera. Vnde manifestum fit, quòd nec prudentia infusa potest esse sine charitate, nec aliæ virtutes morales consequenter, quæ sine prudentia esse nõ possunt. Patet igitur ex dictis, ꝙ solæ virtutes infusiæ sunt perfectæ, & simpliciter dicendæ virtutes, quia bene ordinant hominem ad finem vltimum simpliciter: alię vero virtutes, s. acquisitæ, sunt fm quid virtutes, non autem simpliciter: ordinant.n. hominem bene respectu finis vltimi in aliquo genere, nõ aũt respectu finis vltimi simpliciter. Vnde Ro. 14. super illud. Omne quod non est ex fide, peccatum est, dicit† glos. Aug. Vbi deest agnitio veritatis, falsa est virtus etiam in bonis moribus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtutes ibi accipiuntur secundum imperfectã rationem virtutis: alioquin si virtⁿ moralis fm perfectã rõnẽ virtutis accipiatur, bonum facit habentem, & per consequens in malis esse non potest.

AD 2ᵐ dicendum, quòd ratio illa procedit de virtutibus moralibus acquisitis.

AD 3ᵐ dicendum, quòd etsi charitas excedat scientiam & prudentiam, tamen prudentia dependet a charitate, vt dictum est: * & per consequens omnes virtutes morales infusæ.

la corp.

ARTICVLVS III.

Vtrum charitas possit esse sine aliis virtutibus moralibus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd charitas sine alijs virtutibus moralibus haberi possit. Ad id enim ad quod sufficit vnũ, indebitum est ꝙ plura ordinentur: sed sola charitas sufficit ad omnia opera virtutis implenda, vt patet per id quod dicitur primæ ad Corinth. 13. Charitas patiens est, benigna est &c. ergo videtur quòd habita charitate, aliæ virtutes superfluerent.

¶ 2 Præt. Qui habet habitum virtutis, de facili operatur ea quæ sunt virtutis, & ei secundum se placent. vnde & signum habitus est delectatio quæ fit in opere, vt dicitur in 2. Ethic. * sed multi habent charitatem absq; peccato mortali existentes, qui tamen difficultatem in operibus virtutum patiuntur, neq; eis secundum se placent, sed solum secundum quod referuntur ad charitatem. ergo multi habent charitatem, qui non habent alias virtutes.

¶ 3 Præt. Charitas in omnibus sanctis inuenitur: sed quidã sunt sancti, qui tñ aliquibus virtutibus carent. dicit enim Beda, quòd sancti magis humiliantur de virtutibus quas nõ habent, quàm de virtutibus quas habent glorientur. ergo non est necessarium, quòd qui habet charitatẽ, omnes virtutes morales habeat.

SED CONTRA est, ꝙ per charitatem tota lex impletur. Dicitur.n. Rom. 13. quòd qui diligit proximum, legem impleuit: sed tota lex impleri non potest, nisi per omnes virtutes morales: quia lex præcipit de omnibus actibus virtutum, vt dicitur in 5. Ethicor.* ergo qui habet charitatem, habet omnes virtutes morales. Augustˉ. etiam dicit in quadam epistola, quòd charitas includit in se omnes virtutes cardinales.

RESPON. Dicendum, ꝙ cum charitate simul infundantur omnes virtutes morales, cuius ratio est: quia Deus non minus perfecte operatur in operibus gratiæ, quàm in operibus naturæ. Sic autem videmus in operibus naturæ, ꝙ non inuenitur principiũ alicuius operum in aliqua re, quin inueniantur in ea quæ sunt necessaria ad huiusmodi opera perficienda: sicut in animalibus inueniunt̃ organa, quibus perfici possunt opera, ad quæ peragenda anima habet potestatẽ. Manifestum est autem quòd charitas, inquantum ordinat hominem ad finem vltimum, est principiũ omnium bonorum operum, quæ in finem vltimum ordinari possunt: vnde oportet ꝙ cum charitate simul infundantur omnes virtutes morales, quibus homo perficit singula genera bonorum operũ. & sic patet, quòd virtutes morales infusæ non solum habent cõnexionem propter prudentiam, sed propter charitatem: & quòd qui amittit charitatem per peccatũ mortale, amittit omnes virtutes morales infusas.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad hoc ꝙ actus inferioris potentiæ sit perfectus, requiritur ꝙ non solum adsit perfectio in superiori potentia, sed ẽt in inferiori. Si enim principale agens debito modo se habeat, eum ad Gentiles sine charitate, oportet hãc sustinere dominam etiã in natura infirma, qualis fuit in Gentilibus huiusmodi.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum tertium.*

IN arti. 3. eiusdem quæst. 65. nihil occurrit scribendũ, nisi ꝙ hic articulⁿ de cõnexione adiuuat illũ de necessitate earundem moraliũ infusarum cum sequẽti, & eouuerso, vt in quæstio. 63. superius patet &c.

QVAEST. LXV. ARTIC. IIII. 135

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum quartum.*

IN art. 4. eiusdem quæst. 65. aduerte, quòd hic est sermo de affirmatione & negatione virtutis ratione status, & non ratione essentiæ: quoniam eadem numero qualitas affirmatur, & negatur virtus secundum diuersa tẽpora. Intendit ergo author, quòd fides & spes sine charitate nõ sunt virtutes, qa nõ sunt in statu virtutis: cũ charitate autẽ sunt virtutes, quia sunt i statu virtutis. Quare autem & quomodo hoc accidat, secũdũ rationẽ in litera positam facile apparet recolentibus quo ad fidem de eius subiecto, quod est intellectus, non absolute, sed a volũtate motˉ. Ex hoc enim patet, ꝙ actus fidei, s. credere Deo, cum non sit ab intellectu absolute, exigit necessario intellectum motum a volũtate ad talem actum, aliter non esset credere nec fidei actus, ac per hoc bene credere exigit intellectum bene motum a voluntate, qđ esse nõ potest nisi voluntas sit bene affecta Deo, quod est ꝙ charitatem: & sic fides est in suo pfecto statu ex hoc ꝙ habet subiectũ bene dispositũ, & sic est virtus. Similiter quoq; accidit in spe: qm̃ subiectũ eius est voluntas affecta meritis, & ꝓpterea actus eiº s. expectare beatitudinem a Deo, exigit in voluntate meritum, sine quo nõ esset sperare: sed habere merita contingit dupliciter. s. in intentione tantum, & in re. Et si quidem voluntas speret affecta tantum meritis in intentione, actus quidem est spei, sed imperfectus: si vero speret affecta meritis in re, tũc spes est in suo perfecto statu, habẽs debitam in proprio subiecto dispositionem, & sic est virtus &c.

Vtr. sola ar. 1. huius & q. 62. a. 4. ad 3. & q. 63. art. 2. Quæst. 62. art. 4. ad 3.

¶ In eodem 4. artic. nota Nouitie circa illud, Credere est alicui propria voluntate assentire, quòd Scotus in 15. dist. 3. sentent. in quæstione literali, nescio quo spiritu ductus, non vult intellectũ moueri a voluntate ad credendum, sed sufficit eam non contra mouere. Affert enim, ꝙ aliter sequeretur ꝙ proposito in intellectu astra esse paria, posset voluntas imperare credulitatem. Sed contra experimur, ꝙ credere est voluntarium, quãmuis æstimationes & dubitationes ad alteram partem sint a persuasionibus, & apparentiis, vnde obiecto sufficiente ad determinandum intellectum ad alteram partem determinante absque formidine alterius partis, vt obiectum fidei est, oportet voluntate supplere mouendo intellectum ad assensum absque formidine: alioquin fidei actus nunquam erit, vtpote carens sufficienti causa. nec inconuenit ex sola volũtate credere astra esse paria. Sicut enim voluntas

Ca. 1. & 2. post. text. 1. dist. Ia. sup. ver. Ad hãc quæst. quarto. ꝙ. Ca. 1. & 2. post. text. 1. dist. in fi. in fi. quarto. ꝙ. in tract. quarto. ꝙ. tuibus com. ꝙ.

A terminat potentiam rationalem ad alterum contrariorũ, ad quæ neutraliter se habet, vt dicitur 9. Metaph. sic determinat intellectum ad alteram partem contradictionis credendã. & sicut medicus ex solo odio determinat artem ad occidẽdum infirmum, ita ex solo amore alicuius quantumcunque extranei determinatur quis ad credendum id, cuius nullam habet rationem.

¶ In eodem 4. artic. dubiũ est de proportionali similitudine in litera posita inter fidem ac spẽ ad charitatem, & virtutes morales acquisitas ad prudentiam. & ratio dubii est: quia, vt dictũ est, hic est sermo de perfectione & imperfectione virtutum quo ad statum. ex hoc.n. sequitur, aut qđ virtutes morales sine prudentia sunt virtutes secundum essentiam, licet non quoad statum, si similitudo proportionalis tenet. Cuius tamen oppositum dictum est, dum dictũ est, quòd sine rectæ rationẽ habitus temperantiæ dispositio tantum ad virtutem esse potest: aut quòd similitudo hic ꝓportionalis non teneat.

tract. 26. in Io. aliquantulũ a princip. tom. 9. ¶ q. 62. ar. 3 * Enchir. c. 8. non procul a fine, tom. 3.

glosa interlinearis ibi,

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ dupliciter intelligi potest, virtutes morales sine recta rõne esse. Primo, vt sint qualitates habituantes vires aiæ ad tẽperata, ad iusta &c. absque recta ratione omnino. Et si sic esset, huiusmodi habitus non essent virtutes aliquo modo, sed dispositiones ad virtutes: quia deesset eis essentiale principium, vt patet ex diffinitione virtutis. Et si in hoc sensu verba literæ susciptantur, tunc aut velut exemplariter allata, aut secundum similitudinẽ aliqualem, puta in hoc quod non sunt virtutes simpliciter, sed inchoationes virtutum, exponenda sunt. Secundo

enim sint virtutes theologicæ, digniores esse uidentur virtutibus moralibus etiam infusis: sed virtutes morales infusæ non possunt esse sine charitate. ergo neque fides & spes.

¶ 2 Præt. Nullus credit nisi uolens vt Aug. dicit super Ioanˉ. sed charitas est in uoluntate sicut perfectio eius, vt supra dictum†. ergo fides nõ potest esse sine charitate.

¶ 3 Præt. Augu. dicit in Enchiridio*. quòd spes sine amore esse nõ potest: amor autem est charitas, de hoc.n. amore ibi loquitur. ergo spes nõ potest esse sine charitate.

SED CONTRA est, quod Matthæi 1. dicitur in glos.* quòd fides generat spem, spes vero charitatem: sed generans est prius genera to, & potest esse sine eo ergo fides potest esse sine spe, & spes sine charitate.

RESPON. Dicendum, quòd fides & spes, sicut & virtutes morales, dupliciter cõsiderari possunt. Vno modo fm inchoationẽ quandã: alio modo fm perfectum esse uirtutis. Cum enim uirtus ordinetur ad bonum opus agendum, virtus quidem perfecta dicitur ex hoc, quòd potest in opus perfecte bonum quod quidem est dum non solum bonum est quod fit, sed etiam bene fit, alioquin si bonum sit quod fit, non autem bene fiat, non erit perfecte bonum. vnde nec habitus, qui est talis operis principium, habebit perfectẽ rationem uirtutis: sicut si aliquis operetur iusta, bonum quidem facit, sed non erit opus perfectæ virtutis, nisi hoc bene faciat, idest, secundum electionem rectam, quod est per prudentiam: & ideo iustitia sine prudentia non potest esse virtus perfecta. Sic igitur fides & spes sine charitate possunt quidẽ intelligi possunt, ut tales habitus sint sine recta ratione perfecta, quæ est prudentia, & sic similitudo optime occurrit: quoniam qualitates habituantes vires animæ ad temperata, ad iusta &c. secundum rectam rationem imperfectam extensiue, puta, quia adhuc non habituant ad recte præcipiendum in comparationibus diuersarum materiarũ, sed paulatim ad hoc tenditur, sunt uirtutes secundum essentiam, sed non perfectæ: quia non sunt in statu uirtutis, propter quod diximus eas non esse connexas: & secundum hoc sicut huiusmodi uirtutes se habẽt ad prudentiam, ita fides & spes ad charitatem. utrobique enim contingit defectus status ex subtractione principii, & in dispositione subiecti. Virtutes enim morales habent pro subiecto appetitum, vt subest rectæ rationi perfectæ, quæ est prudentia simpliciter. & fides & spes intellectum motum a uoluntate perfecta, & uoluntatem affectam meritis præsentibus, quorum utrũque sola charitate habetur,

betur. & quoniam litera prudentiam plures nominat: ideo hic sensus exponendus est. ¶ In corpore art. in responsione ad primum, aduerte Nouitie, q̃ author distinguit virtutes in eas ĩdem proprias rationes, puta fidei, prudẽtię, temperantię &c. & in eas, vt virtutis perfectæ rationẽ habent, ita q̃ cõsiderat fidem inquantum fides, & rursum fidem inquantum est simpliciter virtus, & sic de aliis: & intendit, q̃ in hoc est differentia inter fidem infusam, & prudentiam infusam, quòd licet neutra inquantũ virtus possit cẽ sine charitate, fides tamẽ inquantum fides, esse potest sine illa, quia potest habere sine illa opus suum. Saluatur enim sine illa intellectus motus a uoluntate ad credendũ Deo secundum regulã diuinæ reuelationis, licet nõ perfecte. Prudentia autem infusa nec inquantum prudentia potest esse sine charitate, quia inquantum prudentia dependet magis ab ultimo, quàm a finibus proximis: sicut scientia a primis principiis. & propterea sicut non potest esse sine moralibus infusis, a fortiori non potest esse sine charitate. Ex prædictis autẽ patet, quòd aliter se habet charitas ad fidẽ & spem, & aliter ad morales acquisitas. Istæ enim non constituuntur in esse uirtutis secundũ essentiam, nec secundum statum per charitatem, aut aliquid eius: sed dũ imperantur ab ea, ad superiorẽ ordinem referũtur: illæ autem ex charitatis præsentia sortiũtur perfectionem status. Propter quod Scotus in 36. dist. 3. tenẽs fidem & spem esse perfectas uirtutes, sicut morales sine charitate, minus perspicaciter uidit.

Cap. 9. to. 5

Ca. 6. ĩ prin cip. tom. 5

In corp. ar.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulũ quintum.*

IN arti. 5 eiusdem quæstio. nihil scribendum occurrit.

aliqualiter esse: perfecte autem virtutis rationẽ sine charitate nõ habent. Cum enim fidei opus sit credere Deo, credere autem sit alicui, propria uoluntate assentire: si non debito modo velit, non erit fidei opus perfectum, q̃ autem debito modo velit, hoc est per charitatem, quæ perficit voluntatem. Omnis enim rectus motus voluntatis ex recto amore procedit, vt Augu. dicit in 14. de ciuit. Dei *. Sic igitur fides est quidẽ sine charitate, sed non perfecta virtus: sicut temperãtia, vel fortitudo sine prudentia. Et similiter dicendum est de spe: nam actus spei est expectare futuram beatitudinẽ a Deo, qui quidem actus perfectus est, si fiat ex meritis quæ quis habet, qđ nõ potest esse sine charitate. Si autem hoc expectet ex meritis quæ nondum habet, sed proponit in futurum acquirere, erit actus imperfectus, & hoc potest esse sine charitate. & ideo fides & spes possunt esse sine charitate: sed sine charitate, pprie loquendo, virtutes non sunt. Nã ad rationẽ virtutis pertinet, vt non solum secundũ ipsam aliquod bonum operemur, sed ẽt bene, vt dicitur in 2. Ethic.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtutes morales depẽdent a prudentia: prudentia autem infusa nec rationem prudentiæ habere potest absque charitate, vtpote deficiente debita habitudine ad primum principium, quod est vltimus finis. Fides autem, & spes secundum proprias rationes nec a prudentia, nec a charitate dependẽt: & ideo sine charitate esse possunt, licet nõ sint virtutes sine charitate, vt dictum est. *

AD 2^m dicendum, quòd ratio illa procedit de fide, quę habet perfectam rationem virtutis.

AD 3^m dicendum, quòd Aug. loquitur ibi de spe, secundũ quod aliquis expectat futuram beatitudinem per merita quæ iam habet, quod non est sine charitate.

ARTICVLVS V.

Vtrum charitas possit esse sine fide & spe.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur quòd charitas possit esse sine fide & spe. Charitas enim est amor Dei: sed Deus potest a nobis amari naturaliter, etiã non præsuppositis fide, vel spe futuræ beatitudinis. ergo charitas potest esse sine fide & spe.

¶ 2 Præt. Charitas est radix omnium virtutum, secundum illud Ephes. 3. In charitate radicati & fundati: sed radix aliquando est sine ramis. ergo charitas potest esse aliquando sine fide, & spe, & alijs virtutibus.

¶ 3 Præt. In Christo fuit pfecta charitas: & ipse tñ non habuit fidẽ & spem, quia fuit perfectus cõprehensor, vt infra dicetur * ergo charitas põt esse sine fide & spe.

pun. 3. q. 1. ar. 3. & q. 4. ar. 2. & 3. & q. 5. ar. 2.

SED CONTRA est, q̃ Apostolus dicit Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, quod maxime pertinet ad charitatem, vt patet secundum illud Proverb. 8. Ego diligentes me, diligo. Spes etiam est, quæ introducit ad charitatem, vt supra dictum est. * ergo charitas non potest haberi sine fide & spe.

q. 65. ar. 5.

RESPON. Dicendum, q̃ charitas non solum significat amorem Dei, sed etiam amicitiam quandam ad ipsum, quæ quidem super amorem addit mutuam redamationem cum quadam communicatione mutua, vt dicitur in 8. Eth. * Et quòd hoc ad charitatem pertineat, patet per id quod dicitur 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et 1. ad Corinth. 1. dicitur. Fidelis Deus, per quẽ vocati estis in societatem filij eius. Hæc autem societas hominis ad Deum, quæ est quædam familiaris cõuersatio cum ipso, inchoatur quidem hic in præsenti per gratiam, perficietur aũt in futuro per gloriam, quorum vtrumque fide & spe tenetur. Vnde sicut aliquis non posset cum aliquo amicitiã habere, si diffideret, vel desperaret se posse habere aliquam societatem, vel familiarem conuersationem cum ipso: ita aliquis non potest habere amicitiam ad Deum, quæ est charitas, nisi fidem habeat, per quam credat huiusmodi societatem, & conuersationem hominis cum Deo, & speret se ad hanc societatem pertinere: & sic charitas sine fide & spe nullo modo esse potest.

Cap. 8. tom. 5

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ charitas non est qualiscũq; amor Dei, sed amor Dei, quo diligitur ut beatitudinis obiectũ, ad qđ ordinamur p fidẽ & spẽ.

AD 2^m dicendum, quòd charitas est radix fidei & spei, inquantum dat eis perfectionem uirtutis: sed fides & spes secundum rationem propriam præsupponuntur ad charitatem, ut supra dictum est, * & sic q. 65. ar. 5.

charitas sine eis esse non potest.

AD 3^m dicendum, q̃ Christo defuit fides & spes, pp id quod est aliquid imperfectionis in eis: sed loco fidei habuit apertam uisionem: & loco spei, plenam comprehensionem, & sic fuit perfecta charitas in eo.

QVAESTIO LXVI.

De æqualitate uirtutum, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de æqualitate uirtutũ.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum uirtus possit esse maior, uel minor.

¶ Secundo, Vtrum omnes uirtutes simul in eodem existentes sint æquales.

¶ Tertio, De comparatione uirtutum moraliũ ad intellectuales.

¶ Quarto, De comparatione uirtutum moralium adinuicem.

¶ Quinto, De comparatione uirtutum intellectualium adinuicẽ.

¶ Sexto, De comparatione uirtutum theologicarũ adinuicem.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum primum.*

IN titulo primi articuli quæstionis sexagesimælexę, memento quòd cum alicui habitus dicuntur virtutes secundum quid, vt de virtutib⁹ intellectualibus in quæst. 56. & theologicis informatibus in q. præcedente dictum est, & aliqui simpliciter, ut charitas, & uirtutes cardinales ac morales omnes infusæ & acquisitæ, & totus articuli sermo circa hanc versetur, cõsequens est ut præsens titulus de virtutibus simpliciter accipiatur. Et eõ firmatur hoc, quia i litera virtus distinguitur contra scientiam & artem.

¶ In corpore eiusdẽ primi articuli, nota primo, q̃ istæ comparationes in litera positæ inter prudentiam &c. habebũt in hac eadem quæstione proprios articulos, & ideo ibi examinandos relinquo. Nota secundo, q̃ author loquitur de virtute perfecta secundum statum, quæ sola dicitur simpliciter virtus, cũ negat eam posse intendi secundum se, quod est intendi per extensionem ad plura nunc q̃ prius, vt superius declarauimus diffuse. Et sine manifeste habes, q̃ de intentione auctoris est dotrinã dicta de cõnexione. s. q̃ virtus perficit in propria materia, & iam connexa alius materiis. Si enim non esset hoc, iã posset extendi, ad quæ prius non se extendebat. Nota tertio, q̃ hinc habes differentiam quandam inter virtutes intellectuales & morales i hoc, q̃ illæ etiam imperfectæ secundum statum dicuntur virtutes: istæ aũt nisi sint secundum statũ perfectæ, non dicuntur virtutes. Dicit. n. in litera, quòd scientia & ars nõ semper extendũt se ad omnia sua: virtus autem ad omnia sua se extendit. Et in prõptu causa huius est, quia scilicet minus exigitur ad constituendũ imperfectũ, q̃ perfectũ: virtutes autem intellectuales imperfectę habent rationem virtutis. non enim sunt virtutes, nisi secundum quid: morales autem habent perfectę rationem virtutis, vt patet ex supra dictis. Nota quarto quatuor causas in litera augmenti intensi virtutum. s. consuetudinem, naturalem inclinationem, iudicium perspicacius, & gratiam. Et sic anud nota duas contra Stoicos rationes, alteram ex latitudine medii, alteram ex latitudine viæ ad indiuisibile medii. Propinquior enim est secundum se indiuisibilis iustitiæ medio vir perspicacioris iudicii, q̃ minus acuti, & secundum opus distribuens æqualibus quasi æqualia, quàm multum distãtia ab æqualitate. Promptior quoq; est ad indiuisibile medium inclinatus naturaliter ad illud, q̃ nõ naturaliter: exercitatus, quàm non exercitatus.

Ca. 6. to. 5.

Q. 52. ar. 2.

tum intellectualium adinuicẽ.

¶ Sexto, De comparatione virtutum theologicarũ adinuicem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtus possit esse maior, uel minor.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur q̃ virtus non possit esse maior, vel minor. Dicitur enim Apoc. 21. q̃ latera ciuitatis Hierusalẽ sunt æqualia: p hæc autem significãtur virtutes, vt glosa dicit ibidem. * ergo omnes virtutes sunt æquales. nõ ergo potest esse virtus maior virtute.

¶ 2 Præt. Omne illud, cuius ratio consistit in maximo, non potest esse maius, vel minus: sed ratio virtutis consistit in maximo. est enim virtus vltimum potentiæ, vt Philosophus dicit in 1. de cœlo. * & August. in. 2. de lib. arbit. † ait, q̃ virtutes sunt maxima bona, quibus nullus põt male vti. ergo videt q̃ virtus non possit esse maior, neque minor.

¶ 3 Præt. Quantitas effectus pensatur secundum virtutem agentis: sed virtutes perfectæ, quæ sunt virtutes infusæ, sunt a Deo, cuius virtus est vniformis & infinita. ergo uidetur quòd virtus non possit esse maior virtute.

SED CONTRA. Vbicunque potest esse augmentum & superabundantia, potest esse inæqualitas: sed in virtutibus inuenitur superabũdantia & augmentum. dicitur. n. Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarũ & Pharisæorum, non intrabitis in regnũ cœlorum. Et Prouer. 16. dicitur, In abundanti iustitia virtus maxima est. ergo videtur q̃ virtus possit esse maior, vel minor.

RESPON. Dicendum, quòd cũ quæritur, vtrum virtus vna possit esse maior alia, dupliciter intelligi potest quæstio. Vno modo in virtutibus specie differentibus, & sic manifestũ est q̃ vna virtus est alia maior. semper enim est potior causa suo effectu: & in effectibus tanto aliquid est potius, quanto est causæ propinquius. Manifestum est autem ex dictis, q̃ causa & radix humani boni est ratio: & ideo prudentia, quæ perficit rationem, præfertur in bonitate alijs virtutibus moralibus perficientibus uim appetitiuam, inquantum participat rationem: & in his etiam tanto est vna altera melior, quãto, magis ad rationem accedit. vnde & iustitia, quæ est in voluntate, præfertur alijs virtutibus moralibus: & fortitudo quæ est in irascibili, præfertur temperantiæ quæ est in concupiscibili, quæ minus participat rationem, vt patet in. 7. Eth †. Alio modo potest intelligi quæstio in virtute eiusdem speciei. & sic secundum ea quæ dicta sunt supra, cum de intentionibus habituum ageretur, virtus potest dupliciter dici maior & minor, vno modo secũdum seipsam: alio modo ex parte participantis subiecti. Si igitur secundum seipsam consideretur, magnitudo, vel paruitas eius attẽditur secundum ea, ad quæ se extẽdit. Quicunque autem habet aliquam virtutem, puta temperantiam, habet ipsam quantũ ad omnia ad quę se temperantia extendit, quod de scientia & arte non contingit. Non. n. quicunque est Grammaticus, scit omnia quæ ad Grammaticam pertinent. & secundũ hoc bene dixerunt Stoici, vt Simplicius dicit * in cõmento Prædicamentorum, q̃ virtus non recipit magis neq; minus, sicut scientia vel ars, eo q̃ ratio virtutis consistit in maximo. Si vero cõsideretur virtus ex parte subiecti participantis, sic contingit virtutem esse maiorem vel minorem, siue fm diuersa tẽpora in eodem, siue in diuersis hominibus: quia ad attingẽdũ medium virtutis, quod est fm rationem rectam, vnus est melius dispositus q̃ alius, vel propter maiorem assuetudinem, vel propter meliorem dispositionem naturæ, vel propter perspicacius iudicium rationis, aut etiam propter maius gratiæ donum, quod vnicuique donatur fm mẽsurã donationis Christi, vt dicitur ad Ephes. 4. Et in hoc deficiebant Stoici, æstimantes nullum esse virtuosum dicendum, nisi qui summe fuerit dispositus ad virtutem. Nõ enim exigitur ad rationẽ virtutis, q̃ attingat rectæ rationis medium in indiuisibili, sicut Stoici putabant, sed sufficit prope mediũ esse, vt in. 2. Ethi. * dicitur. Idem etiam indiuisibile signũ vnus propinquius & pröptius attingit q̃ alius, sicut ẽt patet in sagittatoribus trahẽtib⁹ ad certũ signũ.

Ca. 6. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ æqualitas illa non solum est fm quantitatem absolutam, sed est etiã fm proportionem intelligenda: quia omnes virtutes proportionaliter crescunt in homine, vt infra dicet *.

Art. sequẽ.

AD 2^m dicendum, quòd illud vltimum quod pertinet ad virtutem, potest habere rationem magis vel minus boni secundum prædictos modos, cum non sit vltimum indiuisibile, vt dictum est *.

In corp. ar.

AD 3^m dicendum, quòd Deus non operatur secũdum necessitatem naturæ, sed secundum ordinẽ suæ sapientiæ, secundum quam diuersam mensuram virtutis hominibus largitur, secundum illud ad Ephe. 4. Vnicuique vestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnes uirtutes simul in eodem existentes sint æquales.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur q̃ non omnes virtutes in vno & eodẽ sint æqualiter intẽtæ. Dicit enim Apostolus 1. ad Corint. 7. Vnusquisque enim

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum secundum.*

IN titulo articuli secundæ quæstionis sexagesimæsextæ scito titulum loqui de virtutib⁹ sicut in precedenti titulo, scilicet de virtutibus simpliciter, vt patet in processu.

Sup. ar. 1. ad 1. & infr. q. 73. ar. 2. ad 3. Et. 2. d. 42 q. 2. ar. 5. ad 6. Et 3. dist. 36. ar. 4. Et mal. q. 2. ar. 9. ad 8. Et virt. q. 5. ar. 3.

¶ In

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ In corpore eiusdē articuli, hoc primū declarandum occurrit Nouitijs, q̄ rō æqualitatis, quā ex Augu. litera tractat, consistit in hoc. Si virtutes non essent æquales, oporteret quòd aliqua haberet plures quatuor cōditiones inæquales: nam ad equalitatem requiritur æqualitas omniū, sicut ad connexionem simultas omnium: quia æqualitas est quædam cōnexio virtutum secundum quātitatē, vt patet: sed non potest fieri, vt vna virtus minus habeat de vna istarū quatuor conditionum, quam de aliis. ergo. Probatur minor ponendo duos, in quorū vno sit fortitudo minus habens de conditione prudentiæ, & in altero fortitudo magis habens prudentię, & deducendo ad inconueniens, quòd similiter sunt æquales in fortitudine, & inæquales in fortitudine. & patet sequela quo ad primi partem ex aduersario. quo ad secundam ex

Cap.4.to.3 veritate: quia alterius fortitudo ē prudentior, ac per hoc maior apparet, quòd etiam in vno & eodem oportet æquales esse has quatuor conditiones in qualibet materia cardinalium virtutum. idem est enim iudicium in vno, & eodem, & in duobus.

Ar.præced. ¶ Declarandum est secundo, quòd quia virtutes secundum inclinationes ad p̄rios actus non sunt æquales nec quanti tatiue, nec proportionaliter, vt in litera dicitur: ideo in responsione ad secundum dicitur. Vnus & idem homo promptior est ad actum unius uirtutis, q̄ ad actum alterius: & ad hūc sensum reducenda uidentur dicta aliqui ab authore, ita q̄ non dicam uirtutes æquales secundū habitum, & non secundum actum, ut in 36 dist. tertii hoc dicentes sequi uidetur author: sed dicā, quòd uirtutes secundū formale in habitu, sunt

habet proprium donum a Deo, alius quidem sic, alius autem sic: non esset aūt vnum donum magis propriū alicui, quàm aliud, si omnes virtutes dono Dei infusas quilibet æqualiter haberet. ergo videtur quòd non omnes virtutes sint æquales in vno & eodem.

¶ 2 Præt. Si omnes virtutes essent æque intensæ in vno & eodem, sequeretur quòd quicunque excederet aliquem in vna virtute, excederet ipsum in omnibus aliis virtutibus, sed hoc patet esse falsum: quia diuersi sancti de diuersis uirtutibus præcipue laudantur: sicut Abraham de fide, Moyses de mansuetudine, Iob de patientia. vnde de quolibet Cōfessore cantatur in Ecclesia; Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi, eo p̄ quilibet habuit prærogatiuā alicuius virtutis. non ergo oēs virtutes sunt equales in vno & eodē.

¶ 3 Præt. Quanto habitus est intensior, tanto homo secundum ipsum delectabilius & promptius operatur: sed experimento patet, quòd vnus homo delectabilius & promptius operatur actum unius uirtutis, quàm actum alterius. nō ergo omnes uirtutes sunt æquales in uno & eodem.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in 6. de Trinita. *Quòd quicunque sunt æquales in fortitudine, æquales sunt in prudentia & temperantia, & sic de alijs: hoc autem non esset, nisi omnes uirtutes unius hominis essent equales. ergo omnes uirtutes unius hominis sunt æquales.

Respon. Dicendum, p̄ quantitas uirtutum, sicut ex dictis patet, potest attendi dupliciter. Vno modo secūdum rationem speciei, & sic non est dubium, quòd una uirtus unius hominis sit maior, q̄ alia, sicut charitas fide, & spe. Alio modo potest attendi secundū participationem subiecti, prout scilicet intenditur, vel remittitur in subiecto: & secundum hoc omnes uirtutes unius hominis sunt æquales quadam æqualitate proportionis, inquantum æqualiter crescunt in homine: sicut digiti manus sunt inæquales secundum quantitatem, sed sunt æquales secūdum proportionem, cum proportionaliter augeantur: huiusmodi autem æqualitatis oportet eodem modo rationem accipere, sicut & cōnexionis. Æqualitas enim est quædam connexio uirtutum secundum quantitatem. Dictum est autem supra, quòd ratio connexionis uirtutum dupliciter assignari potest. Vno modo secūdum intellectum eorum, qui intelligunt per has quatuor uirtutes, quatuor cōditiones generales uirtutum, quarum una simul inuenitur cum alijs in qualibet materia: & sic uirtus in qualibet materia non potest æqualis dici, nisi habeat oēs istas conditiones æquales. Et hanc rationem æqualitatis uirtutum assignat Augustinus in 6. de Tri. dicens. Si dixeris æquales esse istos fortitudine, sed illum præstare prudentia, sequitur quòd huius fortitudo minus prudens sit, ac p̄ hoc nec fortitudine æquales sint, q̄ est illius fortitudo prudentior: atq; ita de cæteris uirtutibus inuenies, si oēs eadē cōsideratione percurras. Alio modo assignata est ratio connexionis uirtutum secundū eos, qui intelligunt huiusmodi uirtutes habere materias determinatas: & secundum hoc ratio connexionis uirtutum moralium accipitur ex parte prudentiæ, & ex parte charitatis quantum ad uirtutes infusas: non autem ex parte inclinationis, quæ est ex parte subiecti, ut supra dictum est. Sic igitur & ratio æqualitatis uirtutum potest accipi ex parte prudentiæ quantum ad id quod est formale in omnibus uirtutibus moralibus. Existente enim ratione æqualiter perfecta in uno & eodem, oportet quòd proportionaliter secundum rationem rectam medium constituatur in qualiber materia uirtutum. Quantum uero ad id, quod est materiale in uirtutibus moralibus, scilicet, inclinationem ipsam ad actū uirtutis, potest esse unus homo magis promptus ad actum unius uirtutis, quàm ad actum alterius uel ex natura, uel consuetudine, uel etiam ex gratiæ dono.

Ad primum ergo dicendum, p̄ uerbum Apostoli potest intelligi de donis gratiæ gratis datæ, quæ nō sunt communia omnibus, nec omnia æqualia in uno & eodem: uel potest dici quòd refertur ad mēsuram gratiæ gratum facientis, secundum quam unus abundat in omnibus uirtutibus plus quàm alius, propter maiorem abundantiam prudentiæ, uel etiam charitatis, in qua connectuntur omnes uirtutes infusæ.

Ad 2^m dicendum, quòd unus sanctus laudatur præcipue de una uirtute, & alius de alia propter excellentiorem promptitudinem ad actum unius uirtutis, quàm ad actum alterius. Et secundum hoc etiā patet responsio ad tertium.

Articvlvs iii.

Vtrum uirtutes morales præemineant intellectualibus.

Ad tertium sic proceditur. Videtur p̄ virtutes morales præemineāt intellectualib⁹. Quod enim magis est necessarium & permanentius, est melius: sed uirtutes morales sunt permanentiores etiam disciplinis, quæ sunt uirtutes intellectuales, & sunt etiā magis necessariæ ad uitam humanam. ergo sunt præferendæ uirtutibus intellectualibus.

¶ 2 Præt. De ratione uirtutis est, quòd bonum faciat habentē: sed secundum uirtutes morales dicitur homo bonus, non autem secūdum uirtutes intellectuales, nisi forte secundum solam prudentiā. ergo uirtus moralis est melior q̄ uirtus intellectualis.

¶ 3 Præt. Finis est nobilior his quę sunt ad finē: sed sicut dicitur in 6. Eth.* uirtus moralis facit rectam intentionem finis, prudentia autē facit rectam electionem eorū quæ sunt ad finem. ergo uirtus moralis est nobilior prudentia, quæ est virt⁹ intellectualis circa moralia.

Sed contra. Virtus moralis est in rationali per participationē: uirtus autem intellectualis in rationali per essentiam, sicut dicitur in 1. Eth.* sed rationale per essentiam est nobilius, q̄ rationale p participationē. ergo uirtus intellectualis est nobilior uirtute morali.

Respon. Dicendū, p̄ aliquid potest dici maius uel minus dupliciter. Vno modo, simpliciter. Alio modo, secundum quid. Nihil .n. prohibet aliquid esse melius simpliciter, vt philosophari, q̄ ditari: quod tamen non est melius secundum quid, idest, necessitatem patienti. Simpliciter autem consideratur vnumquodque, quando cōsideratur secundum propriam rationem speciei: habet autē virtus speciem ex obiecto, vt ex dictis patet.* Vnde simpliciter loquendo, illa virtus nobilior est, quæ habet nobilius obiectū. Manifestum est autē quòd obiectum rationis est

op. 12. in 2. to. 5.

Cap.4 to 3

q.61.a.1.

q.60.ar.1.

to.10.5.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum tertium.*

In art. 3. eiusdem 66. quæstionis dubium occurrit circa distinctionem in litera factā de uirtute, quòd sumitur dupliciter, scilicet secundum rationē speciei in ordinem ad obiectum, & secundū ordinem ad actū. Hęc nanq; distinctio coincidentia habet membra: nam uirtus secundum rationem speciei habet ordinem ad actum, & eonuerso quia potentiæ & habitus specificantur ex actibus, & actus ex obiectis, vt habetur in secundo de anima.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ virtus dupliciter respicit actū. primo vt specificantem ipsam: secundo, vt effectum ipsius. & primo modo actus cadit sub primo membro implicite, vt obiectio probat: secundo autem modo spectat ad secundum membrum. In tēdit enim author, quòd virtus potest considerari dupliciter; primo sm̄ speciem differētiam, seu rationem vt sic: secundo secundum hanc conditionē, scilicet, esse principiū actus recti: & vult, quòd prima consideratio iudicet virtutem simpliciter, quia secundum propriam constitutiuū essentialiter: secūda iudicet eam secūdū quid, quia secundū communia. & consequenter vale, q̄ virtutes intellectuales sint nobiliores simpliciter, quàm morales: quia habent nobilius obiectum. Morales autem sunt nobiliores secundum quid: quia dant nō solum facultatem actus recti, sed facultatē rectę vtēdi ipsa facultate, quod est manifeste esse perfectius principium actus: & hoc habet virtus moralis, quia perficit appetitum, cuius est mouere ipsum, & cæteras potēcias. Hæc aūt ideo breuiter transeo, quia superius declarata sunt.

¶ In eodem tertio articulo dubium est de ratione in litera assignata, quare obiectum rationis nobilius est obiecto appetitus, quia scilicet ratio apprehendit aliquid in vniuersali: appetitus autem tendit in res quæ habent esse particulare, tum quia & ratio apprehendit particulare, & appetitus tendit in vniuersalia. appetimus enim famam & gloriam in communi, & odimus latronum genus: tum quia res habent nobilius esse in particulari, quàm in vniuersali: quia illud est reale, hoc rationis: illud simpliciter, hoc secundum quid.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia de nobilitate intellectus & voluntatis in prima parte dictum est, ideo author breuiter pertransiens, hanc rationem affert, in qua duo tanguntur, scilicet modus operandi vtriusq;, & conditiones obiectorum. Vniuersalitas nanque & particularitas extra conditiones sunt obiectorū ratio nis & appetitus. tendere autē ad extra, & habere in se, modi sunt operandi, ille appetitus, iste intellectus: & ille quidem in litera exprimitur, iste autem non, sed insinuatur & ex opposito, & ex conditione obiecti, quia vniuersale in anima est. Est igitur nobilior ratio appetitu, quia apprehendit in vniuersali, idest, quia respicit res secūdum esse eleuatum, in quo vniuntur oia particularia quæ in re diuisa sunt. Cū enim dispersa in inferioribus vnita sint in superiori, & particularia in vniuersali vniātur, in scipsis dispergātur, cōsequens est ut vniuersale alterioris sit ordinis: & hoc directe intēdit litera, quæ ex obiecto testatur se procedere. Modus aūt operādi qui optimā quoq; cōstitueret rationē, hic nō est intētus: sed tu vti illo memento cū de volūtate & intellectu respectu Dei i patria loqueris: ibi n. stāte paritate obiecti ex modo præeminet intellectus. Ad obiecta aūt in oppositū dicitur, q̄ præsens sermo nō cōparat rationē appetitui intellectuo in spē, sed appetitui cōmuni, volūtati, irascibili, & cōcupiscibili. Vnde patet, q̄ sicut ratio per se primo est vniuersalis, & reflexe particularis ita appetitus per se respicit res in particulari permissiue, inquantum intellectiuus est, respicit vniuersale. Cōparatio aūt fit sm̄ primaria, nō sm̄ secundaria obiecta. Dicitur secūdo, q̄ appetitus hoc ipsum q̄ tēdat in vniuersale, habet a ratiōe: ideo ratio quæ ex seipsa hoc habet, etiam in hoc est nobilior. Et vt excludatur omnis cauillatio, dicito q̄ vis rationis cōstitit i hoc, q̄ ratio tendit ex se in vniuersale, ita q̄ habet ipsum vt proprium, quòd nulli alteri conuenit: quia appetitus si tendit in vniuersale, habet hoc ex alio, & vt cōmunicatū & participatiue: in cuius signū appetitus tēdit in vniuersale magis ex ea parte qua distribuitur in particularia, q̄ inquantū in se vnit illa, cuius oppositū accidit in intellectu, & est magis de ratione vniuersalis. Appetimus enim gloriā in vniuersali, pro quāto vellemus gloriā extēdi ad omnem gloriā. Et similiter odio habemus latronū genus, pro quāto ad omnes latrones odiū extendimus: intelligimus hæc in vniuersali ecōuerso pro quāto, s. diuisa ad vnum cōtemplando tenemus. ¶ Ad secundā autem obiectionem dicitur, quòd esse in vniuersali non sumitur pro denominatione, quæ dicitur vniuersalitas, scilicet, p̄ esse in materiali a quo in anima existēte res extra denominatur extrinsece vniuersalis. Cōstat autem, quòd esse immateriale, est reale, & nobilioris ac altioris ordinis adeo, vt vnum individuum immateriale infinitis particularib⁹ materialiter. Et licet esse immateriale rerum materialium sit esse earum secundum quid, est tamen in se & in ordine vniuersi esse simpliciter, & eminentius: sicut bos in Sole non est bos simpliciter, tamen esse Solis p̄ est eminenter bos, est esse simpliciter nobilius. vnde consueuit dici, p̄ bos est simpliciter bos in particulari, & bos secundum quid in anima: esse tamen ens nobilius in anima, quàm in particulari. & hoc sufficit proposito, vbi de nobilitate simpliciter obiecti, & non respectu huius, nec illius specialis prædicati, puta bonis, equi &c. est sermo.

¶ In eodem artic. 5. dubium est, quia author videtur in calce articuli quasi retractare conclusionem huius articuli, scilicet, q̄ virtutes intellectuales sunt simpliciter loquendo, nobiliores quàm morales, dum dicit, q̄ ratio virtutis magis competit morali, & q̄ virtutes intellectuales sunt nobiliores habitus: quasi dicat, q̄ non sunt nobiliores virtutes, quāmuis sint nobiliores habitus. Et cōfirmatur hæc sententia ex supradictis in art. 3. q. 56. vbi dictū est, q̄ virtutes intellectuales sunt virtutes secundū quid: morales aūt sunt virtutes simp̄r, p̄ rōnē hic tactā, & ibi explicatam: quia. s. moralis perficit ad rectitudinē actus in se & in eius vsu, intellectualis aūt in se tm̄. ex hoc enim arguitur facile sic. Quod est tale simpliciter, est nobilius i esse tali, q̄ quod est tale secundū quid: sed moralis est virtus simpliciter, intellectualis secūdū quid. ergo moralis est nobilior virtus q̄ intellectualis.

¶ Ad hoc dē concedēdo, q̄ author in calce articuli declarauerit intentionem suam, quòd intendit has tres propositiones esse veras, & stare simul, Virtutes intellectuales sunt nobiliores moralibus, Virtutes intellectuales sunt nobiliores habitus, q̄ morales, Virtutes morales sunt nobiliores virtutes, q̄ intellectuales: quoniā in prima fit cōparatio nō secundū hāc vel illā rationē, sed simpliciter: in secunda in ratione habitus: in tertia in rōne virtutis. Sed huic expositioni obstat primo, quia sermo authoris debet esse formalis, ac per hoc in tractatu de virtutibus nono, dicēs, q̄ intellectuales virtutes sunt nobiliores moralibus, debet verificari formaliter, scilicet de virtutibus, inquātū virtutes sūt. Obstat secundo, quia author ipse in hac litera vult, quòd virtus inquantum virtus, habet speciem ex obiecto, & ex hoc iudicetur nobilior simpliciter. Si enim a doctrina sensus formale tollitur, obiecta incertitudinis plena sunt, vt dicitur in 4. Metaphysicæ. Dicendū est ergo, q̄ intentio authoris hæc est, duas tantum propositiones construere, scilicet primā simpliciter, & tertiam secundum quid. i. cū determinatione, vt declarabitur. secunda .n. incidit cum prima, vt declarabitur. in sensu enim exposito impertinens: non enim hic de habitus ratione tractatus est.

¶ Ad quorum euidentiā sciendum est, q̄ dupliciter exponi potest sermo de virtutibus, inquātum virtutes. pōt nāq; ibi; inquātum; determinate rationē cōmunē virtutis: & potest determinare specificas differentias virtutum. si determinetur cōmunis ratio virtutis, sic virtutes morales sunt nobiliores intellectualibus: quia communis ratio virtutis, vt in litera dicitur, sumitur ex ordine ad actum, in quo præstant morales intellectualibus. si vero determinentur specificæ differentiæ virtutum, sic intellectuales præstant moralibus: quia habent nobilius obiectum, vnde specificas sortiuntur differentias: & totum oppositum est eius quod præcedens expositio credidit, quia virtutes intellectuales sunt

Universidad de Navarra Biblioteca

simpliciter non solum nobiliora entia, sed nobiliores virtutes moralibus, licet sint ignobiliores secundum communem rationem virtutis, quæ magis conuenit moralibus: immo eis simpliciter & intellectualibus secundum quid. Sed hæc maior nobilitas, scilicet habere communem rationem virtutis simpliciter, non dat maiorē nobilitatem simpliciter, sed secundum quid: quia spectat ad esse principium actus. Vnde, vt in litera dicit, non sumitur nobilitas simpliciter maior, sed secundū quid: & similiter ex eo quòd intellectuales virtutes sūt secundum quid virtutes secundum cōmunem virtutis rationem, non nisi secundum quid ignobiliores censentur. Fit propterea in litera cōclusio, quòd virtutes intellectuales, licet minus communem virtutis rationem habeant, sunt nobiliores habitus simpliciter & non in ratione habitus. Si enim essent nobiliores in ratione habitus tantum, essent nobiliores secundum quid, cum sit prædicatum valde commune. vnde prima propositio est simpliciter vera & formalis, scilicet, Virtutes intellectuales sunt nobiliores moralibus: quia ex propriis rationibus specificis vendicant sibi maiorem nobilitatem quàm morales. Tertia autem propositio est vera cum determinatione: vnde & in litera non habetur.

q. 9. art. 1.

Nec acceptarem eam nisi cum determinatione hoc modo, Virtutes morales sunt nobiliores virtutes secundum communem rationem virtutis, quàm intellectuales: sine hac enim determinatione contradictoriam concederem. Nec obstat doctrina superius habita in quæst. 56. & pluries repetita de virtute simpliciter, & secundum quid: quia secundum communem virtutis rationem intelligitur. hunc sensum memento reducere, vbi similia inuenies.

¶ In corpore eiusdem articuli aduerte primo, quòd Scotus eum sequacibus, quia tenet voluntatem nobiliorem intellectu, consequenter ponit virtutem moralem nobiliorem prudentia, quæ est intellectualis. & nō solū in hoc principio discordat, sed quia ponit prudentiam & virtutem moralem circa idem obiectū, ac per hoc æquæ est apud ipsum nobilitas ex parte obiecti, & aperte errat: quia licet sit idem obiectum materiale, puta, agibile: prudentiæ tamen obiectum est sub ratione veri, virtutis autem moralis sub ratione boni: veri autem ratio nobilior est simpliciter, quia absolutior. Aduerte secundo, ne te decipiat materia intellectualis virtutis, puta artis, & propterea nepēs eā nobiliorem simpliciter, respice ad rationem litteræ, quia scilicet est de eis in vniuersali, & quiescas non abnegando ignobilitatem secundum quid pro quanto ad vilia experiendo descendit. virumque enim artē comenit, vt in primo Metaphysicæ dicitur, iudicare scilicet & agere. & propterea sic suscipere memento, quòd prudentia & ars sint circa singularia, vt prius & essentialius, inquantum cognoscitiuæ sint circa vniuersalia: vnde nobilitatem simpliciter trahunt, vt in litera dicitur.

¶ In responsione ad tertium eiusdē articuli, dubium arduū occurrit in via authoris, & simpliciter, quomodo scilicet sit verum prudentiā dirigere morales virtutes etiā in præstituendo finē: & simpliciter quidē in Secunda secundæ discutiendū erit in q. 47. Ad hominē vero nunc duplici ratione dissrendū puto. Primo, quia hoc repugnare videtur superius dictis, & infetius in Secūda secundæ loco allegato. superioribus quidem pro quanto dictum fuit, ꝙ prudentia principium, quod est finis, habet a virtute morali: quia qualis vnusquisque est, talis ei finis videtur, inferioribus autem, quia expresse negabitur ex proposito, prudentiam præstituere finem moralibus virtutibus. Secundo, quia ex hoc pendet principale intentum huius articuli quo ad prudētiam, an scilicet nobilior sit prudētia virtute morali, vt vis argumenti tangit.

¶ Ad huius difficultatis euidentiā ponendus ante oculos est progressus nostræ mentis in istis, vt ex eo rōnem dictorū sumere & reddere valeamus, & quid simpliciter, & quid ſm quid intelligatur, discernamus. In mēte nostra primo omniū est synderesis, q nō solū omne bonū prosequendū, & malū fugiendū, felicitatē appetendam, & miseriam fugiendam: sed bonum rationis prosequendum, & maiū oppositum vitādum iudicamus naturaliter, & hinc in appetitu naturaliter ineſt non solum inclinatio ad bonum prosequendum, & malum vitandum, ad beatitudinem appetēdam, & miseriā fugiendam: sed inclinatio quædā ad perfecta quæ sūt secundum rectā rationē. Et licet synderesis sit vnitus, quia est intellectus principiorum, inclinatio tamē hæc appetit' nō est virtus, quia imperfecta est. Ratio autem quare in appetitu non est perfecta naturalis inclinatio, vt sit sufficiens ad virtutem, est, quia apprehensio trahit res ad se, & iudicū per

A

B

C

D

E

F

G

H

I

K

ficitur secundum esse, quod res habent in nobis: appetitus autem tendit ad res in se, & perficitur in adeptione rei. Ex hoc enim prouenit, quòd inclinatio ad bonum eget habitu rectificante electionem, in voluntate quidem quo ad bonum rationis in operationibus, in appetitu vero sensitiuo quo ad bonū rationis in passionibus, qua adipiscatur finem, & ipsa impotens ad hoc a rōne virtutis deficiat: lumē autē naturalis iudicii circa principia tali adminiculo non egeat, sed in seipso manens recti semper sit principium actus perfecti, qui est iudicare. Synderesis igitur in intellectu iudicante & proponente nō solum finem vltimum, sed fines proprios virtutum moralium, dum in passionibus & operationibus secundum rationem viuendum indicat, & appetitu inchoatiue inclinato ad hos fines, scilicet bonum rationis in operationibus, bonum rationis in timoribus & audacijs, bonum rationis in delectationibus &c. discurritur ex huiusmodi principiis firmatis in intellectu, & inchoatis in appetitu, subsumendo aliquod minus vniuersale, puta, abstinere a delectationibus venereis, rēpublicā defendendā, & concluditur modus in delectationibus, & sic de aliis. Hic aūt discursus prudentiæ generatiuus est, & cōclusio eius est modus in operationibus, seu passionibus seruandus, qui nil aliud est quàm medium rationis in materia morali. principiū autē eius est synderesis ex parte apprehensiua, & naturalis inclinatio ad bonum rationis in concupiscentiis & delectationibus ex parte appetitiua. Ad hunc quoque discursum perfectum, iudicio scilicet & præcepto, sequitur in appetitu conclusio electionis qua scilicet eligimus delectationes in ordine ad modum illum, medium illud, bonum illud rationis. In hac enim electione potest perficere simul duo ex parte obiecti, scilicet passiones ipsas modificatas, & modum ipsum: & intueri quòd modus spectat ad finem moralis virtutis, quia est ipsum rationis bonum participatum in materia morali: passiones autem ipse spectant ad id quod est ad finem: vtuntur enim eis virtutes propter bonum rationis. Et sicut prudentia generatur frequenti discursu ex fine, sic præexistente & concludente medium: ita virtus moralis generatur ex frequenti electione subsequente simul, genita autem iam vtraque virtus sic connectitur, vt humana ratio non solum syndaresi, sed prudentia rectificata de fine virtutis illa rectificante eam de fine illo absolute, illa rectificante eandem de eodem applicato ad minus vniuersale, quàm sit vniuersale synderesis, vel etiam ad singulare, quoniam prudentia est etiam singularium: & rursus mota non solum ab appetitu naturali talis finis, sed perfecta virtute inclinante in talem finem, discurrit ad vlteriores conclusiones, donec perueniatur ad perfectionem status virtutis, vel ad firmandum eisdem, & proportionaliter ad eligendum mouetur appetitus. Hic est progressus mentis nostræ, in quo triplicem aduertere potes distinctionem, vnde clarificari ambigua occurrentia possunt. Prima est de fine virtutis moralis, quòd sumitur dupliciter, scilicet absolute, seu in sua communitate, & applicate ad speciales actus occurrentes in exercitio vitæ humanæ. Secunda est de virtutibus moralibus & prudentia, quòd sumūtur dupliciter, scilicet in fieri, & in facto esse ſm essentiam. Tertia est de dare & accipere finē, quod sumitur dupliciter, scilicet primo, & non primo. Ex his nāque liquet primo quod finis virtutis moralis absolute præstituitur: primo non a prudentia, sed a synderesi. & hoc clarum est, quia prudentia ex illo fit. Secundo, ꝙ finis idē absolute non prius intenditur a virtute morali, ꝙ fit prudentia. & hoc clarū ē: quia virtus moralis non fit ab illo fine illi mediāte prudentia. Tertio, qā prudētia in fieri nō dependet a virtute morali, sed eius fine, & appetitu recto illi' naturaliter inclinatione, q nō ē virt', sed ichoatio virtutis. & hoc clarū est, quia intentio recta finis ē principiū prudentiæ: & constat quòd ante prudentiam non est virt' moralis. Quarto, quòd virtus moralis in fieri dependet nō solum a synderesi & recta intentione finis nunc dicta, sed prudentia afferente finem, ingeniendo mediū prius natura, quàm sequatur electio generans virtutem moralem. & hoc clarum est ex ordine dicto & diffinitione virtutis moralis. Quinto, quòd comparando prudētiam ad virtutē moralē in fieri, sic ſmpliciter verum est, quòd prudentia dirigit virtutem moralem præstituendo illi finem nō primo & absolute, sed applicando illum ad specialem materiā occurrentem. & sic verificantur verba authoris hic, quæ propter intentionē mediī prudētiæ præstitutinē finis dantis in secunda secundæ, quæ de prima præstitutione finis & de fine absolute virtutis moralis loquuntur. Sexto, quod comparando iam genitas prudentiā & virtutē moralē, vtraq; in facto esse alteri fini applicite præbet diuersimode. declaratur hoc quo ad singulare: prudentiā in primis constat mediū morali virtuti semper ostēdere & cōseruare virtutē: deinde moralē cōstat finis appetitū rectū facere, ac per hoc prudētię principiū firmare. ex hoc aūt ꝙ appetitus virtute morali rectificatur ad eligēdum consonat bono rationis, quia electio claudit in se intentionē, cō sequens est, vt eadem virtute rectificetur ad intendendum illum finem ēt absolute: ita quòd intētio finis quæ prius ex synderesi, & inclinatione naturali tantū erat recta, ex virtute morali a prudentia genita fit, & est recta recte, & sic virtus moralis in facto esse dat prudētiæ in facto esse finē & absolute, & nō ecōtra: & hoc est septimum. Declaratur quòd non est e cōtra: quia in parte apprehensiua synderesis est virtus sufficiens respectu finis absolute: & propter hoc magis vulgatum & cantatum est, quòd virtus moralis dat finem prudentiæ, quàm econtra, ex his autem patet quomodo argumento satisfiat in proposito de nobilitate secundum veritatem, & hanc rationem. consistit enim vis argumenti in hoc, Virtus finis est nobilior virtute eorum quæ sunt ad finem, sicut habitus principiorum est nobilior habitu conclusionū: sed virtus moralis est respectu finis, prudentia respectu eorū quæ sunt ad finē. ergo. responsio literæ est ad minorem dicens, ꝙ prudentia est eorū quæ sunt ad finem & finis, & ideo non sequitur quòd sit ignobilior: sicut sequeretur si esset eo

rū, quæ sunt ad finē tantū. & per hoc soluitur illa cōfirmatio de habitu principiorū, quia, s. habitus principiorū est nobilior habitu conclusionū tantū, non autē habitu principiorū, & conclusionum: sicut est in proposito. vbi secundum veritatem vtraque est principiorum & conclusionum. moralis namque virtus est finis, & eorum quæ sunt ad finem: facit enim rectam intentionē & electionē: & similiter prudentia est finis, & eorum quæ sunt ad finē, dum inueniendo medium applicat ipsum rationis bonū quod est finis, ad operationes & passiones, quæ sunt propter finem. Et nota quòd author non solum intendit prudentiam esse finis, sed etiam dirigere morales respectu finium, insinuans alteram responsionē, scilicet quòd ad hoc quod habitus respectu finis sit nobilior requiritur ꝙ sit perfectus absque mendicatiōe ab illo qui, est respectu eorum quæ sunt ad finē, si enim ab illo perficeretur, iam sub illo esset, nec esset independens: sicut finis independens est ab aliis quæ sunt ad finē. Sic aūt accidit in proposito: quia licet virtus moralis sit finis etiam absolute, quomodo ipsius non est prudentia, sed synderesis: attamen depēdet in fieri & esse a prudentia, quæ est finis applicate, & eorū quæ sunt ad finem: & propterea non sequitur, quòd sit nobilior prudentia. Reliqua in secunda secundæ tractanda sunt: vbi rationes Scoti in tertio sententia. distinc. 36. quòd prudentia sit respectu finis, videbuntur: & quare in ratione duabus existentibus virtutibus, scilicet, synderesi & prudentia, in appetitu vna respondeat moralis virtus respectu finis, & eorum quæ sunt ad finem intendens & eligens.

Cap. 3.

ca. 1. paulo ante fi. to. 5

Ar. 1. huius quæst.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum iustitia sit præcipua inter virtutes morales.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur ꝙ iustitia non sit præcipua inter virtutes morales. Maius enim est dare alicui de proprio, q̄ reddere alicui quod ei debetur: sed primum pertinet ad liberalitatem, secundum autem ad iustitiam. ergo videtur quòd liberalitas sit maior virtus quàm iustitia.

¶ 2 Præt. Illud videtur esse maximum in vnoquoque, quod est perfectissimum in ipso: sed sicut dicit Iacobi 1. Patientia opus perfectū habet. ergo videtur quòd patientia sit maior quàm iustitia.

¶ 3 Præt. Magnanimitas operatur magnum in omnibus virtutibus, vt dicitur in 4. Ethicorum. * ergo magnificat etiam ipsam iustitiam: est igitur maior quàm iustitia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ehi. * ꝙ iustitia est præclarissima virtutum.

RESPON. Dicendum, quòd virtus aliqua secundum suam speciē potest dici maior, vel minor, vel simpliciter, vel secundum quid. Simpliciter quidem dicitur maior, secundum quod in ea maius bonum rationis relucet, vt supra dictum est. * & secundum hoc iustitia inter omnes virtutes morales præcellit tanquàm propinquior rationi, quod patet & ex subiecto, & ex obiecto: ex subiecto quidem, quia est in voluntate sicut in subiecto. voluntas autem est appetitus rationalis, qui est in ratione sicut in subiecto. obiectum autem iustitiæ est bonum rationis circa operationes, quæ sunt ad finem, sicut obiectum prudentiæ est bonum rationis circa ea quæ sunt ad finem. Manifestum est autem quòd finis simpliciter est maius bonum quàm id quod est ad finem. vnde & virtus quæ respicit finem simpliciter, scilicet prudentia, est maior quàm virtus quæ respicit finem secundum quid, scilicet liberalitas, quæ est circa pecunias, quæ habent rationem ad finem. Et ideo prudentia est virtus maior quàm liberalitas, & similiter quàm iustitia. Vnde & Philosophus dicit in 6. Ethicorum, quòd prudentia est finis, & eorum quæ sunt ad finem, dum inueniendo medium applicat ipsum rationis bonū quod est finis, ad operationes & passiones, quæ sunt propter finem. Et nota quòd author non solum intendit prudentiam esse finis, sed etiam dirigere morales respectu finium, insinuans alteram responsionē, scilicet quòd ad hoc quod habitus respectu finis sit nobilior requiritur ꝙ sit perfectus absque mendicatiōe ab illo qui, est respectu eorum quæ sunt ad finē, si enim ab illo perficeretur, iam sub illo esset, nec esset independens: sicut finis independens est ab aliis quæ sunt ad finē. Sic aūt accidit in proposito: quia licet virtus moralis sit finis etiam absolute, quomodo ipsius non est prudentia, sed synderesis: attamen depēdet in fieri & esse a prudentia, quæ est finis applicate, & eorū quæ sunt ad finem: & propterea non sequitur, quòd sit nobilior prudentia. Reliqua in secunda secundæ tractanda sunt: vbi rationes Scoti in tertio sententia. distinc. 36. quòd prudentia sit respectu finis, videbuntur: & quare in ratione duabus existentibus virtutibus, scilicet, synderesi & prudentia, in appetitu vna respondeat moralis virtus respectu finis, & eorum quæ sunt ad finem intendens & eligens.

¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum quartum.

IN articulo 4. eiusdem 66. quæst. dubium Nouitiorum occurrit, quomodo fortitudini præferatur iustitia: quia fortitudo rectificat circa mortem & vitam, iustitia autem circa opera rectificat circa mortem & vitam, iustitia autem circa operationes ad alterum. Nulla nanque operatio est maior ipsa vitam sua. Sed hoc facile soluitur: ex eo quod iustitia rectificat etiam respectu vitæ & mortis. Ad iustitiam enim spectat ponere vitam pro altero, puta pro republi. cui hoc debet: nec inconuenit eandem actum spectare ad iustitiā & fortitudinem diuersimode: ut in proposito, ponere vitam inquantū habet rationem debiti, spectat ad iustitiam, quæ sicut dat alia bona debita, ita & vitam: inquantū vero habet rationem terribilis, spectat ad fortitudinem, cuius est timare animum ne timeat hoc, sed audeat &c. iustitia tanto est nobilior, quanto vniuersalior circa altera, scilicet est bona rectificās in his quæ sunt ad alterū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

p.q.4.ca. tionalis, vt ex dictis patet. † Secundum autem obiectum siue materiam, quia est circa operationes, quibus homo ordinatur non solum in seipso, sed etiam ad alterum. vnde iustitia est præclarissima virtutum, vt dicitur in 5. Ethi. * Inter alias autem virtutes morales, quæ sunt circa passiones, tanto in vnaquaq; magis relucet rationis bonum, quanto circa maiora motus appetitiuus subditur rationi. Maximum autem in his quæ ad hominem pertinent, est vita, a qua omnia alia dependent. & ideo fortitudo, quæ appetitiuum motū subdit rationi in his quæ ad mortem & vitam pertinent, primum locum tenet inter virtutes morales, quæ sunt circa passiones, tamen ordinatur infra

C2.q. to.6. iustitiam. Vnde Philosoph. dicit in 1. Rhet. * q necesse est maximas esse virtutes, quæ sunt aliis honoratissimæ, siquidem est virtus potentia benefactiua. propter hoc fortes & iustos maxime honorāt hæc quidē in bello. s. fortitudo, hæc autem. s. iustitia & in bello, & in pace vtilis est. Post fortitudinem autem ordinatur temperantia, quæ subijcit rationi appetitum circa ea quę immediate ordinantur ad vitam vel in eodem secundum numerum, vel in eodem secundum speciem, scilicet in cibis, & venereis. & sic istæ tres virtutes simul cum prudentia dicuntur esse principales ēr dignitate. Secūdum quid autem dicitur aliqua virtus esse maior, secundum quod adminiculum, vel ornamentum præbet principali virtuti: sicut substantia est simpliciter dignior accidente, aliquod tamen accidēs est secundum quid dignius substantia, inquātum perficit substantiam in aliquo esse accidentali.

Ad primvm ergo dicendum, q actus liberalitatis oportet q fundetur super actum iustitiæ. Non. n. esset liberalis datio, si non de proprio daret, vt in 2. Polit. dicitur. vnde liberalitas sine iustitia esse nō posset, quæ sescernit suū a non suo. Iustitia aūt potest esse sine liberalitate: vnde iustitia simpliciter est maior liberalitate tanquàm cōior, & fundamentum ipsius. Liberalitas autem est secundum quid maior, cum sit quidam ornatus iustitiæ, & supplementum eius.

Ad 2^m dicendum, quòd patientia dr̄ habere opus I perfectum in tolerantia malorum, in quibus non solum excludit iniustam vindictam, quam etiam excludit iustitia: neque solum odium, quod facit charitas: neq; solum iram, quod facit mansuetudo: sed etiā excludit tristitiam inordinatam, quæ est radix omnium prædictorum. & ideo in hoc est perfectior & maior: quia in hac materia extirpat radicem: non autem est simpliciter pfectior omnibus alijs virtutibus: qa fortitudo nō solū sustinet molestias absq; pturbatione, qđ est patientiæ, sed ēt ingerit se eis cum opus fuerit. vnde quicunque est fortis, est patiens, sed non cōuertitur. est autem patientia quædam fortitudinis pars.

Ad 3^m dicendum, q magnanimitas non potest K esse nisi alijs virtutibus præexistentibus, vt dicitur

ca.3.to.5. in 4. Ethic*. vnde comparatur ad alias, sicut ornatus earum: & sic secundum quid est maior omnibus alijs, non tamen simpliciter.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum quintum.*

Supr q. 57. ar. 2. ad 2. et infr. q. 68. art. 7. cor. & 2. Eth. prin. & li. 6. lect. 6. et 7.

In art. 5. einsdē 66. q. in respōsione ad quartum, nota autē doctrinam, quare sapientia rationes terminorum maxime

Articvlvs v.

Vtrum sapientia sit maxima inter uirtutes intellectuales.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd sapiētia non sit maxima inter virtutes intellectuales. Imperans enim magis est eo cui imperatur: sed prudētia videtur imperare sapiētiæ. dr̄. n. 1. Ethic*. q quale disciplinarū debitū est esse in ciuitatibus, & quale vnūquodque addiscere, & vsque quo, hæc præordinat, scilicet politica, quæ ad prudentiam pertinet, vt dicitur in 6. Ethic. Tcum igitur inter disciplinas etiā sapiētia cōtineatur, uidetur q prudentia sit maior, quàm sapientia.

¶ 2 Præt. De ratione uirtutis est, quòd ordinet hominem ad felicitatem. est enim uirtus dispositio perfecti ad optimum, vt dicitur in 7. Physic*. sed prudentia est recta ratio agibilium, per quæ homo ad felicitatem perducitur: sapientia autem nō considerat humanos actus, quibus ad beatitudinē peruenitur. ergo prudentia est maior uirtus quàm sapientia.

¶ 3 Præt. Quanto cognitio est perfectior, tanto uidetur esse maior: sed perfectiorem cognitionem habere possumus de reb^s humanis, de quibus est scientia, quàm de rebus diuinis, de quibus est sapientia, ut distinguit Aug. in 12. de Trini*. Quia diuina incomprehensibilia sunt, secundum illud Iob 36. Ecce Deus magnus vincens scientiā nostrā. ergo scientia est maior virtus quàm sapientia.

¶ 4 Præt. Cognitio principiorum est dignior quàm cognitio conclusionum: sed sapientia concludit ex principiis indemostrabilibus, quorum est intellectus, sicut & aliæ scientiæ. ergo intellectus est maior virtus, quàm sapientia.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in 6. Ethicorum*, quòd sapientia est sicut caput inter virtutes intellectuales.

Respon. Dicendum, q sicut dictum est*, Magnitudo virtutis secundum suam speciem consideratur ex obiecto: obiectum autem sapientiæ præcellit inter obiecta omnium uirtutum intellectualiū: considerat enim causam altissimam, quæ Deus est, vt dicitur in principio Meta*. Et quia per causam iudicatur de effectu, & per causam superiorē de causis inferioribus, inde est, q sapiētia habet iudicium de omnibus alijs virtutibus intellectualibus, & eius est ordinare omnes, & ipsa est quasi architectonica respectu omniū.

Ad primvm ergo dicendum, q cum prudentia sit circa res humanas, sapientia uero circa causā altissimam, impossibile est q prudētia sit maior virtus q̄ sapientia, nisi vt dicitur in 6. Ethi*. maximum eorum quæ sunt in mundo, esset homo. Vnde dicendum est, sicut in eo li. dicitur†, q prudentia non imperat ipsi sapientiæ, sed potius econuerso: quia spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur, ut dr̄ 1. ad Corin. 2. Non enim prudentia habet se intromittere de altissimis, q̄ cōsiderat sapiētia: sed imperat de his, quæ ordinātur ad sapientiā, scilicet, quomodo homines debeant ad sapientiam peruenire. vnde in hoc est prudētia, seu politica, ministra sapiētiæ: introducit. n. ad eā præparans ei uiam, sicut ostiarius ad regem.

Ad 2^m dicendum, quòd prudentia considerat ea, quibus peruenitur ad felicitatem: sed sapientia considerat ipsum obiectum felicitatis, quod est altissimum

mum intelligibile. Et si quidē esset perfecta cōsideratio sapiētię respectu sui obiecti, esset perfecta felicitas in actu sapientiæ: sed quia actus sapientiæ in hac vita est imperfectus respectu principalis obiecti, quod est Deus: ideo actus sapientiæ est quædam inchoatio, seu participatio futuræ felicitatis. & sic propinquius se habet ad felicitatem, quàm prudentia.

Ad 3^m dicendum, q sicut Philosoph. dicit in 1. de anima*, Vna notitia præfertur alteri aut ex eo, q est nobiliorū, aut propter certitudinē. Si igitur subiecta sint æqualia in bonitate & nobilitate, illa quæ est certior, erit maior virtus: sed illa quæ est minus certa de altioribus & maioribus præfertur ei, quæ est magis certa de inferioribus rebus. vnde Philos. dicit in 2. de cælo, * q magnū est de rebus cælestibus aliquid posse cognoscere, etiā debili & topica ratione. Et in 1. de partibus animalium† dicit, q amabile est magis, parvum aliquid cognoscere de rebus nobilioribⁿ, quàm multa cognoscere de rebus ignobilioribus. Sapīa igitur ad quā pertinet Dei cognitio, homini maxime in statu huius vitæ nō pōt perfecte aduenire, vt sit quasi eius possessio, sed hoc solius Dei est, vt dr̄ in 1. Met*. sed tamen illa modica cognitio, quæ per sapiētiā de Deo haberi potest, omni alij cognitioni præfertur.

Ad 4^m dicendum, q veritas & cognitio principiorum indemonstrabilium dependet ex ratione terminorum. Cognito enim quid est totū, & quid est pars, statim cognoscitur, q omne totum est maius sua parte: cognoscere autem rationem entis & non entis, & totius & partis, & aliorum quæ cōsequuntur ad ens, ex quibus sicut ex terminis cōstituūtur principia indemostrabilia, pertinet ad sapientiā: quia ens cōmune, est proprius effectus causæ altissimæ, scilicet Dei. Et ideo sapientia non solum vtitur principijs indemōstrabilibus, quorū est intellectus, concludendo ex eis, sicut etiam aliæ scientiæ: sed etiam iudicando de eis, & disputando contra negantes. vnde sequitur, q sapientia sit maior virtus, quàm intellectus.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum sextum.*

In ar. 6. einsdē 66. quæst. nihil scribē dum occurrit, nisi q omnia notāda sunt.

Articvlvs vi.

Vtrum charitas sit maxima inter uirtutes theologicas.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur q charitas non sit maxima inter virtutes theologicas. Cum enim fides sit in intellectu, spes autem & charitas in vi appetitiua, vt supra dictum est*: uidetur quod fides comparetur ad spem & charitatem, sicut virtus intellectualis ad moralem: sed virtus intellectualis est maior morali, vt ex dictis patet †. ergo fides est maior spe & charitate.

¶ 2 Præt. Quod se habet ex additione ad aliud, videtur esse maius eo: sed spes, vt videtur, se habet ex additione ad charitatē. præsupponit. n. spes amorē, vt Aug. dicit in Ench*. Addit. n. quendā motum proten sionis in rem amatam. ergo spes est maior charitate.

¶ 3 Præt. Causa est potior effectu: sed fides & spes sunt causa charitatis. dicitur enim Matth. 1. in glo †. q fides generat spem, & spes charitatem. ergo fides & spes sunt maiores cha. tate.

Sed contra est, quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas.

Respon. Dicendum, q sicut supra dictū est*, magnitudo virtutis secundum suam speciē consideratur ex obiecto. cū autem tres virtutes theologicæ respiciant Deū sicut proprium obiectum, nō pōt vna earū dici maior altera ex hoc, q sit circa maius obiectum, sed ex eo q vna se habet propinquius ad obiectum, q̄ alia: & hoc modo charitas est maior alijs. nam aliæ important in sui ratione quandam distantiā ab obiecto. est enim fides de non visis: spes autē de non habitis, sed amor charitatis est de eo q iā habetur: est. n. amatum quodāmodo in amante, & etiā amans per affectū trahitur ad vnionē amati, pp q. dicitur 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo maner, & Deus in eo.

Ad primvm ergo dicendum, q hoc modo nō se habent fides & spes ad charitatem, sicut prudētia ad virtutē moralem. & hoc pp duo. Primo quidem, qa virtutes theologicæ habent obiectum, quod est supra animā humanam: sed prudentia & virtutes morales sunt circa ea, quæ sunt infra hominē. in his aūtē quæ sunt supra hominē, nobilior est dilectio, q̄ cognitio: perficitur enim cognitio, secundū quod cognita sunt in cognoscente: dilectio vero fm quod diligens trahitur ad rem dilectam. id autem quod est supra hominem, nobilius est in seipso, quàm sit in homine: quia vnūquodq; est in altero p modū eius, in quo est. econuerso aūt est in his, quæ sunt infra hominē. Secundo, qa prudentia moderatur motus appetitiuos ad morales virtutes pertinētes: sed fides nō moderatur motū appetitiuū tēdentē in Deum, qui pertinet ad virtutes theologicas, sed solū ostēdit obiectū. Motus aūt appetitiuus in obiectū excedit cognitionē humanā, fm illud ad Eph. 3. Superuenientē sciētię charitatē Christi.

Ad 2^m dicendum, q spes præsupponit amorē eius qđ quis adipisci se sperat, qui est amor cōcupiscentię. quo quidē amore magis se amat qui concupiscit bonum, q̄ aliquid aliud. Charitas aūt importat amorem amicitiæ, ad quā peruenitur spe, vt supra dictum est*. Q.62.2.1.4.

Ad 3^m dicendū, q causa pficiens est potior suo effectu, nō aūt causa disponens. sic. n. calor ignis esset potior q̄ anima, ad quā disponit materiā: quod patet ēē falsum. Sic autem fides generat spem, & spes charitatem, secundum scilicet quod vna disponit ad alterā.

QVAESTIO LXVII.

De duratione uirtutum post hanc uitam, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandū est de duratione virtutum post hanc vitam.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum virtutes morales maneant post hanc vitam.

¶ Secundo, Vtrum virtutes intellectuales.

¶ Tertio, Vtrum fides.

¶ Quarto, Vtrum remaneat spes.

¶ Quinto, Vtrum maneat aliquid fidei, vel spei.

¶ Sexto, Vtrum maneat charitas.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ septimæ Articulum primum.*

In primo art. q. sexagesimæ septimæ scito Nouitie, quòd distinctio literæ de formali & materiali, nō ē de ipsa essentia uirtutis, tota. n. remanet, sed de actu eius, quia non remanent refrænans aut impellēs, vel firmās passiones, quæ sunt materia eius: sed perficiens appetitū ad sequēdam rationem rectam. propterea dicitur quòd erunt quidē ibi virtutes, sed alio modo.

Articvlvs primvs.

Vtrum uirtutes morales maneant post hanc uitam.

Ad primvm sic proceditur. Videtur q virtutes morales non maneant post hanc vitam.

Inf. ar. 2. ca. & ad 1. & 3. & q. 68. a. 6 Et 2. 2. q. 52 ar. 3. ad 2. Et 3. di. 33. q. 1 ar. 4. Et 4. dis. 14. q. 1. ar. 3. q. 3. Et virt q. 5. ar. 4.

Homines enim in statu futuræ gloriæ erunt similes angelis, vt dicit Matth. 22. sed ridiculum est, in angelis ponere virtutes morales, vt dicitur in 10. Ethico. * ergo neque in hominibus post hanc vitam erunt virtutes morales.

10. Ethi. ca. 8. tom. 5.

¶ 2 Præt. Virtutes morales perficiunt hominem in vita actiua: sed vita actiua non manet post hanc vitam, dicit enim Greg. in 6. Mora. † Actiuæ vitæ opera cum corpore transeunt. ergo virtutes morales non manent post hanc vitam.

† 6. Mora. cap. 28. non procul a fi.

¶ 3 Præt. Temperantia & fortitudo, quę sunt virtutes morales, sunt irrationalium partium, vt Philosophus dicit in 3. Ethic. * sed irrationales partes animæ corrumpũtur corrupto corpore, eo quòd sunt actus organorũ corporalium. ergo videtur quòd virtutes morales non maneant post hanc vitam.

Cap. 10. in prin. to. 5.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 1. quòd iustitia perpetua est & immortalis.

RESPON. Dicendũ, ꝙ sicut Aug. dicit in 14. de Trini. * Tullius posuit post hanc vitam quatuor virtutes cardinales nõ esse: sed in alia vita homines esse beatos sola cognitione naturæ, in qua nihil est melius, aut amabilius, vt Aug. dicit ibidẽ, * ea. s. natura, quæ creauit omnes naturas. Ipse autem postea determinat huiusmodi quatuor virtutes in futura vita existere, tamẽ alio modo. Ad cuius euidentiã sciendum est, ꝙ in huiusmodi virtutibus aliqd est formale, & aliquid quasi materiale. Materiale quidem est in eis virtutibus inclinatio quædam partis appetitiuę ad passiones, vel operationes ſm modum aliquem: sed quia iste modus determinatur a ratione, ideo formale in omnibus virtutibus est ipse ordo rationis. Sic igitur dicẽdum est, ꝙ huiusmodi virtutes morales in futura vita non manent, quantum ad id quod est materiale in eis. Nõ. n. habebunt in futura vita locum concupiscentiæ, & delectationes ciborum, & venereorum: neq; etiã timores & audaciæ circa pericula mortis: neque etiam distributiones & cõicationes rerũ quę veniunt in vsum præsentis vitæ. Sed quantum ad id quod est formale, remanebunt in beatis perfectissimæ post hanc vitam, inquantum ratio vniuscuiusque rectissima erit circa ea, quæ ad ipsum pertinent secundum statum illum: & vis appetitiua omnino mouebitur secundum ordinem rationis in his quæ ad statum illum pertinent.

cap. 9. circa prin. to. 3.

cod. li. & c. circa med.

cod. li. 14. ca. 9. a med. tom. 3.

vñ Aug. * ibidẽ dicit, ꝙ prudẽtia ibi erit sine vllo periculo erroris: fortitudo sine molestia tolerandorum malorũ: tẽperantia sine repugnatione libidinũ, vt prudentiæ sit nullum bonũ Deo præponere, vel æquare: fortitudinis ei firmissime inhærere: temperãtiæ nullo defectu noxio delectari. de iustitia vero manifestũ est quẽ actum ibi habebit. s. esse subditum Deo: quia etiã in hac vita ad iustitiã pertinet esse subditũ superiori.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Philosophus loquitur ibi de huiusmodi virtutibus moralibus, quantum ad id quod materiale est in eis: sicut de iustitia, quantum ad cõmutationes & distributiones: de fortitudine, quantum ad terribilia & pericula: de temperantia, quantum ad concupiscentias prauas.

Et similiter dicendum est ad 2ᵐ. Ea enim quæ sunt actiuæ vitæ, materialiter se habent ad virtutes.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ status post hanc vitam est duplex, Vnus quidem ante resurrectionem, qñ animæ erunt a corporibus separatæ. Alius autẽ post resurrectionem, qñ animæ iterato corporibus suis vnientur. In illo ergo resurrectionis statu erunt vires irrationales in organis corporis, sicut & nunc sunt. vnde & poterit in irascibili esse fortitudo, & in concupiscibili temperantia, inquantum vtraq; vis perfecte erit disposita ad obediẽdum rationi: sed in statu ante resurrectionẽ partes irrationales non erunt actu in anima, sed solum radicaliter in essentia ipsius, vt in 1. dictũ est. vñ nec hmõi virtutes erunt in actu nisi in radice, .s. in ratione & voluntate, in quibus sunt seminaria quædã harum virtutum, vt dictum est: * sed iustitia q̃ est in voluntate, etiam actu remanebit. vñ specialiter de ea dictũ est, * ꝙ est perpetua & immortalis, tum ratione subiecti, quia voluntas incorruptibilis est, tum etiam pp similitudinem actus, vt prius dictum est. *

p. q. 56. art. 3.

* q. 61. a. 5.

In corp.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtutes intellectuales maneant post hanc uitam.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur ꝙ virtutes intellectuales non maneant post hãc vitã. Dicit enim Apostol. ad Cor. 13. ꝙ sciẽtia destruetur. & ratio ẽ: quia ex parte cognoscimus. Sed sicut cognitio scientiæ est ex parte, ideſt, imperfecta: ita etiam cognitio aliarum virtutum intellectualium, quandiu hæc vita durat. ergo omnes virtutes intellectuales post hanc vitam cessabunt.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in Prędicamẽtis, * ꝙ scientia cum sit habitus, ẽ qualitas difficile mobilis. nõ enim de facili amittitur, nisi ex aliqua forti trãsmutatiõe, vel ęgritudine: sed nulla est tãta transmutatio corporis humani sicut per mortem. ergo scientia & aliæ virtutes intellectuales non manent post hanc vitam.

¶ 3 Præt. Virtutes intellectuales perficiũt intellectum ad bene operandum propriũ actum: sed actus intellectus non videtur esse post hanc vitam, eo quòd nihil intelligit anima sine phantasmate, vt dicitur in 3. de anima. * Phantasmata autem post hanc vitam non manent, cum non sint nisi in organis corporeis. ergo virtutes intellectuales non manẽt post hanc vitã.

SED CONTRA est, quòd firmior est cognitio vniuersalium & necessariorum, quàm particularium & contingentium: sed in homine remanet post hanc vitam cognitio particularium contingentium, puta, eorum quæ quis fecit, vel passus est, secũdum illud Luc. 16. Recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. ergo multo magis remanet cognitio vniuersalium & necessariorum, quę pertinet ad sciẽtiam, & ad alias virtutes intellectuales.

RESPON. Dicendũ, ꝙ sicut in 1. dictũ est, * quidã posuerunt ꝙ spẽs

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ septimæ Articu. secundum.*

IN ar. 2. eiusdẽ 67. q. dubiũ primo occurrit, quo pacto est verũ, ꝙ si spẽs intelligibiles nõ cõseruãtur in intellectu possibili, quòd scientia nullo modo remaneret * cum Auicen. cuius est ista positio, dicat remanere habitarem intellectus ad recipiendum ab intelligẽtia agente, quæ prius recepit, & ita habilitate dicitur aliquis sciens.

Inf. q. 89. a. 1. ad 3. Et. q. 89. a. 6. ad 3. 3. sent. dist. 14. q. 2. a. 2. qc. 2. ad 2. 4. Meta. com. 22. 9. Phy. com. 4. 1. de anim. com. 84. 3. de anim. com. 9. 12. Meta. com. 1. 2. de anim. com. 67. 1. de anim. com. 14. 2. de anim. com. 67

Universidad de Deusto Biblioteca

sitred autē dicitur, ꝙ fides opinio, & scientia differunt secundum perfectum & imperfectum ex parte subiecti, ita quod credens non videt id quod credit: hoc est ac si diceret, ex parte subiecti simpliciter & absolute. Ad intelligendum ergo, quomodo ex parte subiecti absolute propria imperfectio fidei sit, sciendum ꝙ fides dicitur imperfecta ex parte subiecti, quia constituit subiectum absolute in esse imperfecto, seu quod in idem reddit, exigit subiectū absolute imperfectum: & est sermo de imperfecto priuatiue, ita quòd ponit subiectum absolute priuatum unione illius quod creditur. & est simile de istis actibus & motu: ita quòd sicut motus ex hoc ipso quòd inest alicui, constituit ipsum in esse potentiali respectu termini, ac per hoc in priuatione actuali termini: ita credere & sperare cōstituunt subiecta in priuatione crediti & sperati. Sit sicut motus est actus entis in potentia vt sic, ita fides est assensus determinatus nō videntis ut sic. Et spes est appetitus nō habentis vt sic, & propterea importat imperfectionē subiecti non secundum quid, sed simpliciter: non per accidens, sed per se. Et propterea sicut motus non stat cum termino excludēte priuationem eius, ita nec spes stat cū eius termino, ut in articulo quarto dicitur: nec fides stat cum ui sione, quia vtrobique excluditur priuatiua imperfectio subiecti, quam vterque actus substantialiter sibi vēdicabat, vt in littera dicitur. Et huic sensui attestatur littera de perfectione & imperfectione ex parte obiecti, & ex parte medii. Sicut enim perfectio vel imperfectio propria obiecti, constituit cognitionem perfectam, vel imperfectam obiectiue: & similiter perfectio, vel imperfectio ex parte propria medii constituit perfectam, vel imperfectam cognitionem secūdum medium: ita imperfectio vel perfectio proprii subiecti absolute constituit cognitionē perfectam vel imperfectam, ex parte subiecti. Nec mireris, si dico subiectum imperfectum cōstituere cognitionem imperfectam, cū prius dixerim cognitionem imperfectā huiusmodi constituere subiectum ineffe imperfecto. Memēto ꝙ causæ sunt sibiinuicē causæ: & ꝙ sicut motus constituit formaliter subiectum in esse actu, & sic in potentialita & econtra subiectū sic actu, & sic in potentia cōstituit subiectue seu materialiter motum in esse imperfecto: simile enim accidit in proposito. Et hanc doctrina bene notato, quoniam ex ea habes solutionem ad oia opposita & quære fides, opio, & scientia de eodem, sunt impossibiles in eodē ex quod quia est eorum. & hęc sunt pro ar. 3. & 4 &c.

Ser. 27. de ver. Apost. in princip. tom. 10.

D.610.

quandoque accidit defectus rationis, inquātum impeditur in eo rationis usus pp somnum, vel ebrietatem, vel aliquid huiusmodi. Patet autem ꝙ tali imperfectione remota nihilominus subsitātia rei remanet. Manifestum est autem, ꝙ imperfectio cognitionis est de ratione fidei: ponitur enim in eius diffinitione. Fides enim est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium, vt dicitur ad Hebr. 11. Et Augu. dicit. *Quid est fides? credere quod non vides. Quòd autem cognitio sit sine apparitione vel visione, hoc ad imperfectionē cognitionis pertinet: & sic imperfectio cognitionis est de ratione fidei. vnde manifestū est, ꝙ fides non potest esse perfecta cognitio eadem numero manens. Sed vlterius considerandum est, vtrum simile possit esse cum cognitione perfecta: nihil enim prohibet aliquā cognitionem imperfectam simul esse aliquando cū cognitione perfecta. Est igitur cōsiderandum, quòd cognitio potest esse imperfecta tripliciter.

Vno modo ex parte obiecti cognoscibilis: alio modo ex parte medij: tertio modo ex parte subiecti. Ex parte quidem obiecti cognoscibilis differunt secundum perfectum & imperfectum cognitio matutina & vespertina in angelis: nā cognitio matutina est de rebus, secundum quod habent esse in verbo: cognitio autem vespertina est de eis, secundum quod habent esse in propria natura, quod est imperfectum respectu primi esse. Ex parte vero medij differunt secundum perfectū & imperfectum cognitio quæ est de aliqua cōclusione per medium demonstratiuum, & per medium probabile. Ex parte vero subiecti differunt secundū perfectum & imperfectum opinio, fides, & scientia: nam de ratione opinionis est, quòd accipiatur vnum cum formidine alterius oppositi, vnde non habet firmam inhæsionem. De ratione vero scientiæ est, quòd habeat firmam inhæsionem cum visione intellectiua: habet enim certitudinem procedentem ex intellectu principiorū. Fides autē medio modo se habet: excedit enim opinionem in hoc, quòd habet firmam inhæsionem: deficit vero a scientia in eo, quòd non habet visionem. Manifestum est autem, quòd perfectum & imperfectum non possunt simul esse secundum idem: sed ea quæ differunt secundum perfectum & imperfectum, secundum aliquid idē possunt esse in aliquo alio eodem. Sic igitur cognitio perfecta & imperfecta ex parte obiecti nullo modo possunt esse de eodem obiecto, possunt tū conuenire in eodē medio, & in eodē subiecto. Nihil.n. prohibet, ꝙ unus homo simul & semel per vnū & idē medium habeat cognitionē de duobus, quorū vnum est perfectum, & aliud imperfectum: sicut de sanitate & ægritudine, & bono & malo. Similiter ēt impossibile est, ꝙ cognitio ꝑfecta & imperfecta ex parte medij, cōueniāt in uno medio: sed nihil prohibet quin cōueniāt in vno obiecto, & in vno subiecto. pōt enim vnus homo cognoscere eandē cōclusionē per mediū probabile, & demōstratiuū. Et est similiter impossibile, ꝙ cognitio perfecta & imperfecta ex parte subiecti sint simul in eodē subiecto. Fides autē in sui ratione hēt imperfectionem, quæ est ex parte subiecti, vt.s. credens non uideat id qđ credit: beatitudo aūt de sui ratione habet perfectionem ex parte subiecti, vt.s. beatus videat id quo beatificatur, vt supra dictum est*. Vnde manifestum est quòd impossibile est, quòd fides maneat simul cum beatitudine in eodem subiecto.

*9.3. ar.4.

Ad primvm ergo dicendū, quòd fides est nobilior quàm scientia ex parte obiecti, quia eius obiectum est ueritas prima: sed scientia habet perfectiorem modum cognoscendi, qui non repugnat perfectioni beatitudinis, scilicet visioni, sicut repugnat ei modus fidei.

Ad 2m dicendum, quòd fides est fundamentum quantū ad id quod habet de cognitione: & ideo quādo perficietur cognitio, erit perfectius fundamentū.

Ad 3m patet solutio ex his, quæ* supra dicta sunt.

In hoc art.

Articvlvs iiii.

Vtrum spes maneat post mortem in statu gloriæ.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur ꝙ spes maneat post mortē in statu gloriæ. Spes .n. nobiliori mō perficit appetitū humanū, q̄ uirtutes morales: sed virtutes morales manent post hanc vitā, vt patet per Aug. in 14. de Tri*. ergo multo magis spes.

2. Tim. 4. Tract. 10.

¶ 2 Præt. Spei opponitur timor: sed timor manet post hanc vitā, & in beatis quidem timor filialis, qui manet in sęculum, & in damnatis timor pœnarum. ergo spes pari ratione potest permanere.

¶ 3 Præt. Sicut spes est futuri boni, ita & desiderii; sed in beatis est desiderium futuri boni & quantum ad gloriam corporis, quam animæ beatorum desiderant, vt dicit Aug. 12. super Gen.* ad literam: & etiā quantum ad gloriā animæ, secundum illud Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esuriēt: & qui bibūt me, adhuc sitient. Et 1. Pet. 1. dicitur, In quem desiderant angeli prospicere. ergo videtur ꝙ possit esse spes post hanc vitam in beatis.

cap. 30. med. fol. 89.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Roma. 8. Quòd videt quis quid sperat? sed beati vidēt id quod est obiectum spei, scilicet Deum. ergo non sperant.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut dictum est', Id quod de ratione sui importat imperfectionem subiecti, nō potest simul stare cum subiecto opposita perfectione perfecto: sicut pater ꝙ motus in ratione sui importat imperfectionem subiecti. est enim actus existentis in potentia inquantum huiusmodi: vnde quādo illa potentia reducitur ad actum, iam cessat motus. nō enim adhuc albatur, postquàm iam aliquid factū est albū. spes autem importat motum quēdam in id quod nō habetur, vt patet ex his quæ supra de passione spei diximus*: & ideo quando habetur id quod speratur. s. diuina fruitio, iam spes esse non poterit.

Ad 1.pr.c. Q.a.ar.1. &c.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ spes est nobilior virtutibus moralibus quantum ad obiectum, quod est Deus: sed actus virtutum moralium nō repugnāt perfectioni beatitudinis, sicut actus spei, nisi forte ratione materiæ, secundum quam non manent. Non.n. virtus moralis perficit appetitū solū in id quod nondum habetur, sed etiā circa id qđ presentialiter habet.

Ad 2m dicēdum, quòd timor est duplex, seruilis & filialis, vt infra dicetur*. Seruilis quidem est timor pœnæ, qui non poterit esse in gloria nulla possibilitate ad pœnā remanēte. Timor vero filialis habet duos actus. s. reuereri Deū, & quantum ad hunc actum manet: & timere separationem ab ipso, & quantum ad hunc actum non manet. separari enim a Deo habet rationem mali, nullum autē malum ibi timebitur, secundum illud Prouerb. 1. Abundantia perfruetur, malorum timore sublato. Timor autem opponitur spei per oppositionem boni & mali, vt supra dictum est*: & ideo timor qui remanet in gloria, non opponitur spei. In damnatis autem magis potest esse timor pœnæ, quàm in beatis spes gloriæ: quia in damnatis erit successio pœnarum, & sic remanet ibi ratio futuri, qđ est obiectum timoris: sed gloria sanctorum est absq; successione secundum quandam æternitatis participationem, in qua non est præteritum & futurum, sed solum præsens. Et tamen nec etiam in damnatis est proprie timor: nam sicut supra* dictum est, timor nunquàm est sine aliqua spe euasionis: quæ omnino in damnatis nō erit. vnde nec timor, nisi communiter loquendo, secundum quod quælibet expectatio mali futuri, dicitur timor.

1.pr.c. 9.3. ar.4. 1.pr.c. 9.3. ar.4.

Ad 3m dicendum, ꝙ quantum ad gloriam animæ nō potest esse in beatis desiderium, secundum quod respicit futurum ratione iam dicta'. Dicitur aūt ibi esse esuries & sitis per remotionem faltidij, & eadem ratione dicitur esse desiderium in angelis. Respectu autem gloriæ corporis in animabus sanctorum, potest quidem esse desiderium, non tamen spes, proprie loquendo, neq; secundum quod spes est virtus theologica: sic enim eius obiectum est Deus, non autem aliquod bonum creatum: neq; secundum quod communiter sumitur, quia obiectum spei est arduum, vt supra dictum est'. Bonum autem cuius iam incuitabilem causam habemus, non comparatur ad nos in ratione ardui: vnde non proprie dicitur aliquis qui habet argentum, sperare se habiturum aliquid, quod stimi potestate eius est vt eman: & similiter illi qui habent gloriam animæ, non proprie dicuntur sperare gloriam corporis, sed solum desiderare.

Articvlvs v.

Vtrum aliquid fidei, uel spei remaneat in gloria.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur ꝙ aliquid fidei, vel spei remaneat in gloria. Remoto.n. quod est proprium, remanet id quod est commune: sicut dicitur in lib. de causis', quod remoto rōnali, remanet viuū, & remoto viuo, remanet ens: sed in fide est aliquid, quod habet commune cum beatitudine. s. ipsa cognitio, aliqd aūt qd est sibi propriū. s. enigma. est.n. fides cognitio ænigmatica. ergo remoto ænigmate fidei, ad huc remanet ipsa cognitio fidei.

¶ 2 Præt. Fides est quoddam spirituale lumen animæ, secundum illud Ephe. 1. Illuminatos oculos cordis vestri in agnitionem Dei: sed hoc lumen est imperfectum respectu luminis gloriæ, de quo dicitur in Psal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Lumen autē imperfectum remanet superueniente lumine perfecto: non enim candela extinguit claritate solis superueniente. ergo videtur ꝙ ipsum lumē fidei maneat cū lumine gloriæ.

¶ 3 Præt. Substantia habitus nō tollitur per hoc, ꝙ subtrahitur materia. potest.n. homo habitum liberalitatis retinere etiam amissa pecunia, sed actum habere non pōt: obiectum autem fidei est veritas prima non visa. ergo hoc remoto per quod videt veritas prima, ad huc pōt remanere ipse habit* fidei.

Sed contra est, quod fides est quidam habitus simplex: simplex autem vel totum tollitur, vel totum remanet. cum igitur fides non totaliter maneat, sed euacuetur, vt dictum est', videtur ꝙ tota liter tollatur.

Respon. Dicendum, ꝙ quidā dixerunt ꝙ spes totaliter tollitur: fides autem partim tollitur, scilicet quātum ad ænigma, & partim manet, scilicet quantum ad substantiam cognitionis: quod quidem si sic intelligatur, ꝙ maneat non idē numero, sed idem genere, verissime dictum est. Fides enim cum visione patriæ conuenit in genere, quòd est cognitio: spes autem non conuenit cum beatitudine in genere: cōparatur enim spes ad beatitudinis fruitionem, sicut motus ad quietem in termino. Si autem intelligatur, quòd eadem numero cognitio, quæ est fidei, maneat in patria, hoc est omnino impossibile.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ septimæ Articulum quintū.

In responsione ad secundum & tertium quinti arti. dubium occurrit simpliciter, & ad hominem, authorem scilicet, An habit* fidei, & similiter spei cesset in patria, quia si perflueret: an quia succedit eis aliqua perfectio incompossibilis, simpliciter q̄dem occurrit dubiū: quia Scotus in 3. di. 31. tenet, ꝙ cessatio est ratione supfluitatis, & non incompossibilitatis. & probat hoc, quia in patria nullus habitus est necessarius, nisi charitas: quia nec ad facilitandum, nec ad habilitandum potētiam, nec ad præsentandum obiectum: actus autem succedētes in patria nō proprie opponuntur habitibus. quod probatur: quia Paulus in raptu videbat Deū, & tamē habebat habitum fidei. Ad hominem vero, quia author hic in respōsione ad secundum videtur dicere, quòd est incompossibilitas perfectionis gloriæ ad perfectionem fidei. In ratione vero ad tertium dicit, ꝙ esset superfluitas si remaneret habit* fidei non potens exire in actum.

3. di. 31. q. 2 ar. 1. q. 1. & 3. Et ver. q. 27. ar. 5. ad 6. Et vir. q. 5. ar. 4. ad 10.

* propos. 1. habetur inter opera Arist. to. 3.

¶ Ad aliud dicitur, ꝙ euacuatio habit* fidei & spei est ex vtraque ratione. s. si superfluitatis, & incōpossibilitatis. succedit enim vtrique habitui aliquid incompossibile, licet non vniformiter. qm̄ lumini fidei succedit lumē gloriæ et incōpossibile habitui ve ro spei succedit aūt talis efficaciæ, seu status vt incōpossibilis sit eidē. Ad quorum euidentiā scito primo, ꝙ falsum ē, in patria solum charitatis habitum esse necessarium. oportet enim etiam ponere habitū lumini gloriæ non ad aliquid eorum quæ dicit arguens, sed ad eleuādam animam ad videndū. & hoc oportet Scotistas fateri, qm̄

Art. 3. huius quæst.

quoniam determinatum per ecclesiam est in clemen. 1. c. Ad no strum, de hæreticis. vbi inter errores damnatur, quòd anima nō indigeat lumine gloriæ eleuante ipsam ad videndum Deum, & eo beate fruendum: propter quod in litera dicitur, quòd imperfectio luminis fidei, quod est ipse habitus fidei, & perfectio luminis gloriæ opponuntur, sicut claritas aeris, & obscuritas ei⁹. D.107. Scito secundo, quòd licet actus non directe opponatur habitui in acquisitis, quàm infusis habitibus, differenter tñ se habēt ad corruptionē, quasi per modū sequele habit⁹ infusi & acquisiti: a acquisiti ex vno actu contrario non corrumpuntur, vt patet, infusi autē corrumpuntur ex vno actu contrario: fidei enim habitus nō remanet in eo qui vno actu negat Trinitatē. Scito tertio, quòd licet habitui directe non opponatur positiue nisi forma habitualis i eodē subiecto, potest tamē sine tali opposita forma subiectum disponi statu incompossibili tali habitui. desinit nanque forma nō solum per successionem cōtrariē, sed p subtractionem eorum quibus conseruabatur, vt patet de lumine. Ex quibus habere potes, q fidei habitus euacuatur in patria ex successione oppositę formæ. s. luminis glorię per modū habitus: qđ dico propter lumen gloriæ per modum passionis in raptu Pauli, vt patet i 2.2.q.175.ar.3. Nec obstat obiectio Durā di.q.2.31.dist. tertii senten. scilicet, Quæ possunt simul per instans esse, possunt simul esse absolute: quia incompossibilitatem non impedit longitudo temporis, sed natura oppositionis. Dicitur enim ad hoc, quòd incompossibilitas cō surgit ex natura oppositionis: sed oppositio aliquarū specierum non est in actu exercito, nisi in statu earum completo, vt patet in viro mansueto peccāte ex passione, seu dispositione modica iræ, in hoc. n. simul stant habitus mansuetudinis, & non solū actus iræ, sed habitus iræ inchoatiue, qui nihil aliud est q̄ ipsa ira per modū passionis. Sic enim proportionaliter & eadem ratione fuit in Paulo de habitu fidei, & lumine gloriæ: propter imperfectum enim modum essendi, oppositio quæ est inter huiusmodi formas, exerceri non potuit impedita ab essendi modi perfectione, & ex efficacia oppositi actus. s. videre Deum non per modū transeuntis, & ex incompossibili statu suppositi. Est. n. beatus in tali statu, cui repugnat huiusmodi imperfectio habitualis: spei autem habitus euacuatur & ex efficacia oppositi actus. s. habere Deū, & ex incompossibili statu suppositi. non enim est in statu immobilis, s. omnino quiescentis, cui repugnat imperfectio habitualis mobilis. est enim huiusmodi mutatio status, subtractio quædam subiecti ipsius habitus. Sicut enim habitus nō generatur nisi in subiecto disposito, ita nec conseruatur subtracta illa dispositione a subiecto: & hoc hic contingit. Intellectus enim immobilis ad credendum, & voluntas immobilis ad sperandū nō nunc, sed simpliciter, sicut nunquàm suscipiōt fidei, aut spei habitum, ita nec conseruant. Ex opposito autem forma habitualis non in eodem subiecto, ideſt, volūtate, sed in eius causa. s. intellectu excluditur, lumine. s. gloriæ, ita quòd lumen gloriæ per modū habitus, ideſt, immobiliter habitum, est forma habitualis opposita habitui fidei & spei, sed fidei formaliter, spei virtualiter & hoc sufficit ad successionē formæ incompossibilis. Et hæc vltima vēra sola sufficiāt pro hac veritate: reliqua sint ad perfectionem. Et per hoc patet responsio ad Scotum, & decisionē veritatis. Authoris aūt verba nō dissonant: nam in responsione ad secūdum, veritatē absolute dixit, q̄ s. est oppositio faciens incompossibilitatē. In cap.4

¶ In responsione vero ad tertium, ad argumentum respondit, quòd nō est similē de partia de fide, & de liberalitate in paſso iacturam, quia ibi etiam potētia auferetur, hic actus tātum: & ꝓpterea sequitur conditionalis illius veritatis, quòd frustra remaneret, si remaneret: hanc enim intēdebat, exprimendo solum ipsius consequens.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 5. artic. nota, q̄ hinc habes lumen gloriæ esse subiectiue in intellectu, dū dicitur in litera, q̄ imperfectio fidei, & pfectio gloriæ opponuntur, & respiciunt idem subiectum. Constat enim ex argumēto, quòd de lumine fidei & lumine gloriæ loquitur: & hæc nota propter difficultatem illā, an sit in essentia animæ lumen gloriæ, an in intellectu.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, nota diligentissime, quòd vbicunque tam hic, quàm alibi inuenies, quòd obiectum fidei est non visum, vel non apparens &c. intelligitur non de obiecto ex parte rei, sed ex parte nostri: ita quòd non visum non est ratio formalis, nec conditio obiecti fidei ex parte obiecti, sed redundat in obiectum ex parte credentis, & denominat obiectum denominatione extranea, sumpta ex conditione credentis. Iam enim dictum est, quòd imperfectio fidei est ex parte subiecti, & non obiecti: immo ex parte obiecti excellit scientiam, vt in art. 3. in responsione ad primum litera dicit: quia habet pro obiecto Deum sicut cæteræ virtutes theologicæ. & propterea quando inuenies obiectū fidei dici imperfectum, memento prædictæ distinctionis, & glosā de obiecto ex parte nostri, ideſt, secundum id quod habet ex parte credentis non secundum se, & non errabis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ septimæ Articulum sextum.*

IN artic. 6. eiusdem 67. quæst. in responsione ad secundum no ta, quòd ibi negatur charitatis obiectum esse Deum cognitū: & dicitur esse ipsum Deum absolute, non quòd possit diligi non cognitus: sed quia cognitio tenet se respectu istius habitus qui est charitas, non ex parte obiecti, sed subiecti. Si enim teneret se ex parte obiecti, cum alterius rationis sit cognitio vię & patriæ, charitas esset alterius speciei. & qm̄ imperfecta vel perfecta cognitio tenens se ex parte subiecti, per accidens se habet ad charitatem

ritatem: ideo charitas cum vtraq; stat, & ex neutrius defectu euacuatur. non sic autem est de imperfectione ex parte subiecti respectu fidei & spei: quoniam p se ad illas ptinet, vt patet ex dictis.

¶ In eiusdem art. 1e sponsione ad tertiū, nota duo, primo q̄ charitas viæ nunquā potest peruenire ad æqualitatem charitatis patriæ: & consequēter maxim⁹ viator nunquàm in hac vita habet charitatē æqualē minimo beatorum, quem tamen in patria excedet in charitate multū. Secundo, quòd causa huius est, quia visio est quæda causa amoris: & hanc causam tu ponderabis in 2.q.24.artic.7. Nūc autem prælibato, q̄ quantitas charitatis est duplex. s. ex parte subiecti & ex parte obiecti, & sunt alterius rationis ad inuicē, & illa quæ nascitur ex visione, ex parte subiecti se tenet: illa vero quæ ex natura obiecti, ex parte ipsius obiecti se tenet, & hinc proueniet quòd quantūcunque crescat hic charitas, nunquàm erit æqualis illi quātæ duabus quantitatibus diuersārum rationum: sicut quantumcunq; crescat linea, nunquàm erit æqualis superficiei. sed quoniā inferius ex proposito materia hæc tractanda est in loco allegato, transferamus.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum primū.*

IN 1.art.q.68. dubium occurrit de distinctione donorū a virtutibus. Scotus in 3.sent.dist.34. impugnat conclusionē, & eius rationem, volens, sine assertione tamen, dona non esse alios habitus, q̄ habitus virtutū. Et adueniente perfectione gloriæ.

¶ 2 Præt. Habitus & actus distinguuntur secundum obiecta: sed obiectū amoris est bonum apprehensum. cū ergo alia sit apprehensio prę̄sentis vitæ, & alia apprehēsio futuræ vitæ, videtur quòd non maneat eadem charitas vtrobiq;.

¶ 3 Præt. Eorum quæ sunt vnius rationis imperfectum potest venire ad æqualitatem perfectionis per continuum augmentum: sed charitas viæ nunquàm potest peruenire ad æqualitatem charitatis patriæ, quantumcunque augeatur. ergo videtur quòd charitas vię nō remaneat in patria.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 13. Charitas nunquàm excidit.

RESPON. Dicendū, q̄ sicut supra dictum est, quando imperfectio alicuius rei non est de ratione speciei ipsius, nihil ꝓhibet idem numero quod prius fuit imperfectum, postea perfectum esse: sicut homo per augmentum perficitur, & albedo per intensionem. Charitas autē est amor, de cuius ratione non est aliqua imperfectio: potest enim esse & habiti & nō habiti, & visi & non visi. vnde charitas non euacuatur per gloriæ perfectionē, sed eadem numero manet.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ imperfectio charitatis p accidēs se habet ad ipsam, quia non est de ratione amoris imperfectio: remoto aūt eo qđ est per accidens, nihilominus remanet substantia rei: vnde euacuata imperfectione charitatis, nō euacuatur ipsa charitas.

AD 2^m dicendum, quòd charitas non habet pro obiecto ipsam cognitionem, sic enim nō esset eadem in via & in patria: sed habet pro obiecto ipsam rem cognitam, quæ est eadem. s. ipsum Deum.

AD 3^m dicendum, q̄ charitas viæ per augmētum non pōt peruenire ad æqualitatem charitatis patriæ pp differentiā, quæ est ex parte causæ: visio. n. est quędā causa amoris, vt dicitur in 9. Eth. a Deus aūt quāto perfectius cognoscitur, tanto perfectius amatur.

QVAESTIO LXVIII.

De donis, in octo articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de donis. Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum dona differant a uirtutibus.

¶ Secūdo, De necessitate donorū.

¶ Tertio, Vtrū dona sint habitus.

¶ Quarto, Quæ, & quot sint.

¶ Quinto, Vtrū dona sint cōnexa.

¶ Sexto, Vtrū maneant in patria.

¶ Septimo, De comparatione eorum adinuicem.

¶ Octauo, De comparatione eorum ad virtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dona differant a uirtutibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ dona non distinguantur a virtutibus. Dicit. n. Greg. in 1. Moral. exponens illud Iob: Nati sunt ei septem filij. Septem nobis nascuntur filij, cum per conceptionē bonæ cogitationis, Sancti spiritus septem in nobis virtutes oriuntur. Et inducit illud quod habetur Isa. 11. Requiescet super eū spūs intellectus &c. vbi enumerantur septem Spiritus sancti dona. ergo septē dona Spiritus sancti sunt virtutes.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in lib. de quæstionib. Euangelij, exponens illud qđ habetur Mat. 11. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus &c. Septem vitia sunt cōtraria septem virtutibus Spiritus sancti, ideſt, septem donis: sunt autem septem vitia cōtraria virtutibus cōiter dictis. ergo dona non distinguuntur a virtutibus communiter dictis.

¶ 3 Præt. Quorum est diffinitio eadem, ipsa quoque sunt eadem: sed diffinitio virtutis conuenit donis. vnumquodq; enim donum est bona qualitas mentis qua recte viuitur &c. Similiter diffinitio doni conuenit virtutibus infusis: est. n. donum datio irredibilis secūdum Philosophum. ergo virtutes & dona non distinguuntur.

¶ 4 Præt. Plures eorum quæ numerantur inter dona, sunt virtutes. nam sicut supra dictum est, sapientia, & intellectus, & scientia, sunt virtutes intellectuales: consilium autem ad prudētiā pertinet: pietas autem species est iustitiæ: fortitudo autem quædā virtus est moralis. ergo videtur quòd dona & virtutes non distinguantur.

SED CONTRA est, quod Greg. in 1. Moral. distinguit septem dona, quas dicit significari per septē filios Iob, a tribus virtutibus theologicis, quas dicit significari per tres filias Iob. Et in 2. Moral. distinguit eadem septē dona a quatuor virtutibus cardinalibus, quæ dicit significari per quatuor angulos domus.

RESPON. Dicendum, q̄ si lo contra cōclusionem quidē arguit, Quia illi habitus tantum ponendi sunt in viatore, quibus perficitur circa omne obiectum quo perfici potest in vita: tales autem sunt solæ virtutes theologicæ, intellectuales, & morales. ergo præter istos nō sunt alii habitus necessarii in via.

¶ Contra rationem vero tripliciter. Primo, quia falsum supponitur. s. quòd ratio moueat volūtatem, ita quòd virtus nō sit nisi dispositio mobilis in voluntate. Secundo, quia distinctio beatitudinū a donis & virtutibus non est sic. Tertio, quia per idē aliquid est proportionatum mouēti primo & secundo, ac per hoc si per habitum virtutis ꝓportionatur potentia sibipsi, p eundem sufficiēter proportionatur Spiritui sancto, & consequenter non oportet ponere alios habit⁹ pp motionem a Spiritu sancto, vt author assumit. Assumptū manifestat, quia ex quo Deus dedit habitū voluntati, semper assistit voluntati & habitui ad actus sibi cōuenientes: sicut ex quo miraculose illuminauit cæcum, scim per assistit illuminato, ut possit mouere illam potētiam. Sed hæc facile solūtur, si dicta authoris in litera perspiciantur.

¶ Ad primam enim rationem quam fecerat S. Tho. in artic. 1. hoc mō rīdetur, q̄ Maior est diminuta: oportet nanque dicere, circa omne obiectum, & omnimodo. Licet enim dona nō sint circa alia obiecta, sunt tamen alio modo circa illa, quia sunt circa illa, ut actus oriūtur ex instinctu Spūs sancti.

¶ Ad primam autem contra rationem dicitur, q̄ uerissimum est rationem mouere uoluntatem ex parte obiecti regulando ac præcipiēdo, ut patet ex supradictis: uirtutesque non omnes, sed morales esse dispositiones appetitus ut mobilis a ratione:

Cap. 28. cp ca rincip i.

Li. 1. c. & q. 8. circa medium. to. 4.

q. 57. art. 1. & 2.

Cap. 28.

† cap. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione: quoniam sunt in eo, vt rationalis est per participationē. apperitus aūt non est nisi mobilis, sed motum mouēs, vt dicitur in 3. de aīa. & propterea non est fidelis interpretatio, nisi ad bonum sensum, dicere. Virtutes nō esse nisi dispositiones mobilis. Etenim virtutes, & dona sic sunt dispositiones mobilis a rōne, & Spiritu sancto, quòd sunt perfectiones mouentis: sunt.n. instīta, seu patientia mouentia secundum seipsa vires animæ vtentes virtutibus & donis.

q. 55. art. 3. & 4. ¶ Ad secundam dicitur, q̄ non est similis ratio de habitudinibus & donis, vt in q. sequenti patebit: quoniam actus tātū sunt habitudines, dona vero habitus.

q. 63. art. 3. ¶ Ad tertiā dicitur, q̄ ratio illa aut assumit falsum, aut non concludit ad propositum: nam propositio dicens, quòd per idē aliquid est proportionatum secūdo & primo mouenti, potest habere duos sensus. Primus est, quòd eadem ē forma qua mediante aliquid fit a secundo & primo motore, ēt hic sensus est verus, & intentus videtur a Scoto, vt patet in probatione de cæco illuminato, & de habitu in voluntate. Cōstat enim quòd per eandē formā visio fit a vidente & Deo, scilicet per potentiam visiuam: & similiter restitutio per habitum iustitiæ a voluntate mera, & a Deo &c. Sed iuxta hunc sensum nihil cōcluditur contra nos, sed potius q̄ nobis, nō cōtra: quia nulla virtus est talis forma, qua secundū mouens, puta, homo potest in actum qui elicitur a dono Spiritus sancti. & sic falsa est minor, scilicet, q̄ virtutis habitus reddat potētiam proportionatam secundo mouenti, puta, sibipsi potentiæ, vel homini ad habēdā talē perfectionē,

Cap. 36. an. 2. medium. s. actum talem, qualis natus est esse a dono Spiritus sancti, vnde in hoc sensu maior non est ad propositū, & minor nihilominus est falsa. Secūdus autem sensus est, quòd eadem dispositio est alicuius mobilis, vt moueaf ab inferiori, & superiori motore, & sic est ad propositum dicte, sed non est ue-

quamur de dono, & virtute secundum nominis rationem, sic nullā oppositionem habent adinuicem. nam ratio virtutis sumitur secundum qđ perficit hominem ad bene agendum, vt supra dictum est: ratio autem doni sumitur secundum comparationem ad causam, a qua est. Nihil autem prohibet, illud quod est ab alio vt donum, esse perfectiuū alicuius ad bene operandum, præsertim cum supra dixerimus, quòd virtutes quædam nobis sunt infusæ a Deo: vnde secundum hoc, donum a virtute distingui nō potest. Et ideo quidam posuerunt, quòd dona non essent a virtutibus distinguenda: sed eis remanet non minor difficultas, vt scilicet rationem assignent, quare quædam virtutes dicantur dona, & non oēs: & quare aliquæ computantur inter dona, quæ non cōputātur inter virtutes, vt patet de timore. Vnde alij dixerunt dona a virtutibus esse distinguenda: sed non assignauerunt conuenientem distinctionis causam, quæ scilicet ita cōmunis esset virtutibus, quòd nullo modo donis, aut econuerso. Considerantes enim aliqui, quòd inter septem dona quatuor pertinēt ad rationem, scilicet sapientia, scientia, intellectus, & consilium: & tria ad vim appetitiuam, scilicet fortitudo, pietas, & timor, posuerunt quòd dona perficiebant liberum arbitrium, secūdum quod est facultas rationis: virtutes vero secundum quod est facultas voluntatis: quia inuenerunt duas solas virtutes in ratione vel intellectu, scilicet fidem, & prudētiam, alias vero in vi appetitiua vel affectiua. Oporteret autem, si hæc distinctio esset conueniens, quòd omnes virtutes essent in vi appetitiua, & omnia dona in ratione. Quidam vero considerantes quod Greg. dicit in 2. Morali. quòd donū Spiritus sancti, quod in mēte sibi subiecta format prudentiam, temperantiā, iustitiam, & fortitudinem, eandem mentem munit cōtra singula tentamenta per septem dona, dixerūt quòd virtutes ordinantur ad bene operandum, dona vero ad resistendum tentationibus. Sed nec ista distinctio sufficit: quia etiam virtutes tentationibus resistūt inducentibus ad peccata, quæ contrariantur virtutibus. Vnumquodque.n. resistit naturaliter suo contrario, quod præcipue patet de charitate, de qua dicitur Canti. 8. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Alij vero considerantes, q̄ ista dona traduntur in Scriptura, secundum quod fuerunt in Christo, vt patet Isai. 11. dixerunt, quòd virtutes ordinātur simpliciter ad bene operandum: sed dona ordinantur ad hoc, vt per ea cōformemur Christo, præcipue quantum ad ea quæ passus est: quia in passione eius præcipue huiusmodi dona resplenduerūt. Sed hoc ēt non videtur esse sufficiēs, quia ipse Dominus præcipue nos inducit ad sui conformitatem, secundum humilitatem, & mansuetudinem. Matt. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et secundū charitatem, Ioā. 15. Diligatis inuicem sicut dilexi vos. Et hæ etiam virtutes, præcipue in passione Christi resplenduerunt. Et ideo ad distinguendum dona a virtutibus, debemus sequi modum loquendi Scripturæ, in qua nobis traduntur, nō quidem sub nomine donorū, sed magis sub nomine spirituum. Sic enim dicitur Isa. 11. Requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus &c. Ex quibus verbis manifeste datur intelligi, quòd ista septem enumerantur ibi, secundum quod sunt in nobis ab inspiratione diuina: inspiratio autem significat quandam motionem ab exteriori. Est enim considerandum, q̄ in homine est duplex principium mouens, vnum quidem interius, quod est ratio: aliud autem exterius, quod est Deus, vt supra dictū est, & etiā Philosophus dicit hoc in cap. † de bona fortuna. Manifestum est autem quòd omne quod mouetur, necesse est proportionatum esse motori: & hæc est perfectio mobilis inquantum est mobile, dispositio qua disponit ad hoc, q̄ bene moueatur a suo motore. Quanto igitur mouens est altior, tanto necesse est, q̄ mobile perfectiori dispositione ei ꝓportionet: sicut videmus, q̄ perfectius oportet esse discipulum dispositum ad hoc, q̄ altiorem doctrinam capiat a doctore. Manifestum est autem, q̄ virtutes humanæ perficiunt hominem secundum qđ homo natus est moueri per rationē in his, quæ interius, vel exterius agit. Oportet igitur inesse homini altiores perfectiones, secūdum quas sit dispositus ad hoc, q̄ diuinit⁹ moueatur, & istæ perfectiones vocantur dona, non solum quia infunduntur a Deo, sed quia secundum ea homo disponitur, vt efficiatur prompte mobilis ab inspiratione diuina, sicut dicitur Isa. 50. cap. Dominus aperuit mihi aurem, ego autē non contradico, retrorsum non abij. Et Philosophus etiā dicit in cap. ‡ de bona fortuna, quòd his qui mouentur per instinctum diuinum, non expedit consiliari secundū rationem humanā, sed quòd sequantur interiorem instinctū, quia mouentur a meliori principio, quàm sit ratio humana: & hoc est quod quidam dicunt, quòd dona perficiunt hominem ad altiores actus, quàm sint actus virtutum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd huiusmodi dona nominantur quandoq; virtutes secundum communem rationem virtutis: habent tamen aliquid superueniens rationi communi virtutis, inquantum sunt quædam diuinę virtutes perficientes hominem, inquantum est a Deo motus. Vnde & Philosophus in 7. Eth. * supra virtutem communem ponit quandam virtutem heroicam, vel diuinam, secundum quam dicuntur aliqui diuini viri.

Ad 2^m dicendum, quòd vitia inquantum sunt contra bonū rationis, contrariantur virtutibus, inquantum autem sunt contra diuinum instinctum, contrariantur donis. idem enim contrariatur Deo, & rationi, cuius lumen a Deo deriuatur.

Ad 3^m dicendum, q̄ diffinitio illa datur de virtute fm cōem modū virtutis. vnde si volumus diffinitionem restringere ad virtutes, prout distinguuntur a donis, dicemus qđ hoc, quod dicitur, Qua recte viuitur, intelligendum est de rectitudine vitæ quæ accipitur fm regulam rationis: similiter autem donum, prout distinguitur a virtute infusa, potest dici id quod datur a Deo in ordine ad motionem ipsius, quia scilicet facit hominem bene sequentem suos instinctus.

Ad 4^m dicendum, q̄ sapientia dicitur intellectualis virtus, secundum quod procedit ex iudicio rationis: dicitur autem donum, secundum qđ operatur ex instinctu diuino. Et similiter dicendum est de alijs.

Articvlvs II.

Vtrum dona sint necessaria homini ad salutem.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd dona non sint necessaria homini ad salutem. Dona enim ordinantur ad quandā perfectionem virtutis communem perfectionem virtutis: nō autem est homini necessarium ad salutē, vt hmōi perfectionem consequatur, quæ est vltra cōem statum virtutis, quia hmōi perfectio non cadit sub præcepto, sed sub cōsilio. ergo dona nō sunt necessaria homini ad salutem.

¶ 1 Præt. Ad salutem hominis sufficit, q̄ homo se bene habeat & circa diuina, & circa humana: sed p virtutes theologicas homo se habet bene circa diuina, per virtutes autem morales circa humana. ergo dona non sunt homini necessaria ad salutem.

¶ 3 Præt. Gregor. dicit in 2. Moral. * quòd Spiritus sanctus dat sapientiam contra stultitiam, intellectum contra hebetudinem, consilium contra præcipitationem, fortitudinem contra timorem, scientiam contra ignorantiam, pietatem contra duritiam, humilitatem contra superbiam: sed sufficiens remedium potest adhiberi ad omnia ista tollenda per virtutes. ergo dona non sunt necessaria homini ad salutem. Cap. 36.

Sed contra. Inter dona summum videtur esse sapientia, infimum autem timor: vtrunque autem horum necessarium est ad salutem, quia de sapientia dicitur Sap. 7. Neminem diligit Deus nisi eū, qui cum sapientia inhabitat. et de timore dicitur Eccle. 1. Qui sine timore est, non poterit iustificari. ergo etiam alia dona media sunt necessaria ad salutem.

Respon. Dicendum, q̄ sicut dictum est, * Dona sunt quędam hominis perfectiones, quibus homo disponitur ad hoc, q̄ bene sequatur instinctū diuinum. Vnde in his, in quibus nō sufficit instinctus rationis, sed est necessarius Spiritus sancti instinctus, per consequens est necessarium donum. Ratio autem hominis est perfecta dupliciter a Deo. Primo quidem naturali perfectione, secundum. s. lumē naturale rationis. Alio autem modo quadam supernaturali perfectione per virtutes theologicas, vt dictum est * supra. Et quāmuis hæc secunda perfectio sit maior, quàm prima, tamē prima perfectio perfectiori modo habetur ab homine quàm secunda. nā prima habetur ab homine quasi plena possessio, secunda autem habetur quasi imperfecta: imperfecte enim diligimus & cognoscimus Deum. Manifestum est autem, q̄ vnumquodque quod perfecte habet naturam, vel formam aliquam, aut virtutem, potest per se secundum illam operari, non tñ excluſa operatione Dei, qui in omni natura & voluntate interius operatur: sed id qđ imperfecte habet naturam aliquam, uel formam, aut virtutem, non potest per se operari nisi ab altero moueatur. Sicut sol, quia est perfecte lucidus, p seipsum potest illuminare: luna autem. in qua est imperfecte natura lucis, non illuminat nisi illuminata. Medicus ēt qui perfecte nouit artem medicinæ, potest per se operari: sed discipulus eius, qui nondum est plene instructus, non potest per se operari, nisi ab eo instruatur. Sic igitur quātum ad ea, quæ subsunt humanæ rationi in ordine. s. ad finem cōnaturalem homini, homo potest operari per iudicium rationis: si tamen etiam in hoc homo adiuuetur a Deo per specialem instinctum, hoc erit superabundātis bonitatis. Vnde secundum philosophos, non quicunque habebat virtutes morales acquisitas, habebat virtutes heroicas, vel diuinas: sed in ordine ad finem vltimum supernaturalem ad quem ratio mouet, secūdum quod est aliqualiter, & imperfecte informata per virtutes theologicas, non sufficit ipsa motio rationis, nisi desuper adsit instinctus & motio Spiritus sancti, secūdum illud Roma. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt & hæredes. Et in Psal. 142. dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, quia scilicet, in hæreditatem illius terræ beatorum nullus potest peruenire, nisi moueatur & deducatur a Spiritu sancto. Et ideo ad illum finem consequendum, necessarium est homini habere donum Spiritus sancti. Ar. præced.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dona excedunt F communem perfectionem virtutum, non quantum ad genus operum eo modo, quo consilia præcedunt præcepta: sed quantum ad modum operandi, secundum quod mouetur homo ab altiori principio.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ per virtutes theologicas, & morales non ita perficitur homo in ordine ad vltimũ finem, quin semper indigeat moueri quodam superiori instinctu Spiritus sancti, ratione iam * dicta.

In 1. part.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ rationi humanæ non sunt omnia cognita, neque omnia possibilia, siue accipiatur vt perfecta ꝓfectione naturali: siue accipiatur vt perfecta theologicis virtutibus. vnde non potest quantũ ad omnia repellere stultitiã, & alia huiusmodi, de G quibus ibi fit mentio: sed ille, cuius scientiæ & potestati omnia subsunt, sua motione ab omni stultitia, & ignorantia, & hebetudine, & duritia, & cæteris huiusmodi nos tutos reddit. & ideo dona Spiritus sancti, quæ faciũt nos bene sequentes instinctum ipsius, dicuntur contra huiusmodi defectus dari.

ARTICVLVS III.

Vtrum dona Spiritu sancti sint habitus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ dona Spiritus sancti non sint habitus. Habitus. n. est qualitas in homine manens. est. n. qualitas difficile H mobilis, vt dicitur in prædicamentis: * sed proprium Christi est, ꝙ dona Spiritus sancti in eo requiescant, vt dicitur Isa. 11. Et Ioan. 1. dicitur. Super quem videris Spiritum descẽdentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat. Quod exponens Greg. in 2. Moral. * dicit. In cunctis fidelibus Spiritus sanctus venit: sed in solo Mediatore semper singulariter permanet. ergo dona Spiritus sancti non sunt habitus.

In prædic. qualitat. nõ lõge a princip. tom. 1.

C. 41. post med. & 42.

¶ 2 Præt. Dona Spiritus sancti perficiunt hominem, secundum qđ agitur a Spiritu Dei, sicut dictũ est: * sed inquantum homo agitur a Spiritu Dei, se habet quodammodo vt instrm respectu eius: non aũt conuenit vt instrumentũ perficiatur per habitum, sed principale agens. ergo dona Spiritus sancti non sunt habitus.

Art. 1. & 2.

¶ 3 Præt. Sicut dona Spiritus sancti sunt ex inspiratione diuina, ita donum prophetiæ: sed prophetia nõ est habitus, non enim Spiritus prophetiæ adest prophetis semper, vt Greg. dicit in 1. Hom. Ezech. * ergo neque etiam dona Spiritus sancti sunt habitus.

Aliquantulum a princip. & lib. 2 mora. c. 41.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit discipulis de Spiritu sancto loquens, Ioan. 14. Apud vos manebit, & in vobis erit. Spiritus autem sanctus non est in hominibus absque donis eius. ergo dona eius manent in hominibus. ergo non solum sunt actus, vel passiones, sed etiam habitus permanentes.

Artic. 1.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dictũ est, * dona sunt quædã perfectiones hominis, quibus disponitur ad hoc, ꝙ homo bene sequatur instinctũ Spiritus sancti. Manifestũ est aũt ex supradictis, * ꝙ virtutes morales perficiunt vim appetitiuã, sm qđ participat aliqualiter rationem, inquantum. s. nata est moueri per imperium rationis. Hoc igitur modo dona Spiritus sancti se habent ad homines in comparatione ad Spiritum sanctũ, sicut virtutes morales se habent ad vim appetitiuã in cõparatione ad rationem. Virtutes aũt morales habitus quidam sunt, quibus vires appetitiuæ disponuntur ad prompte obediendum rationi: vnde & dona Spiritus sancti sunt quidam habitus, quibus hõ perficitur ad prompte obediendũ Spiritui sancto.

q. 58. art. 1. & q. 56. ar. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Greg. * ibidẽ solum dicens, ꝙ in illis donis, sine quibus ad vitã peruenire non potest, Spiritus sanctus in electis omnibus semper manet: sed in alijs nõ semper manet. Septem aũt dona sunt necessaria ad salutẽ, vt dictũ est: vnde quantũ ad ea Spiritus sanctus semp manet in sanctis.

Ead. loco argum. 2. to.

Ans. huius quæst.

AD 2ᵐ dicendum, quòd ratio illa procedit de instrumento cuius non est agere, sed solum agi. tale autem instrumentum non est homo, sed sic agitur a Spiritu sancto, quòd etiam agit inquantum est liberi arbitrij: vnde indiget habitu.

AD 3ᵐ dicendum, quòd prophetia est de donis, quæ sunt ad manifestationem Spiritus, non autem ad necessitatem salutis. vnde non est simile.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Super Quæstionis sexagesimaoctauæ Articuli quarti.*

Vtrum conuenienter septem dona Spiritus sancti enumerentur.

IN arti. 4. eiusdem 68. quæst. aduerte, quòd author hoc in loco sequitẽ opinionem, quam postmodum in 2. 2. q. 8. art. 6. relinquit: hic enim vult ꝙ dona spectant ad intellectũ distinguunt penes practicũ & speculatiuũ: ibi uero nõ: sed vult ꝙ intellectus sit omnium penetratiuus, sapientia omniũ iudex per causam altissimam, & similiter scia per causas creatas seu proprias, & similiter consiliũ omnium applicatiuum ad opera, & hoc sequere: quia diuinioris est ingenii.

2. 2. q. 8. art. 6. ad 3. Et 3. dist. 35. art. 2. q. 2. ad 3. dist. 36. art. 3. Et 4. dist. 49. q. 6. art. 2. q. 2. ad 3. Et 1. cor. 12.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter septẽ dona Spiritus sancti enumerentur. In illa enim enumeratione ponũtur quatuor pertinẽtia ad virtutes intellectuales, scilicet sapientia, intellectus, scientia, & cõsilium, quod pertinet ad prudentiam: nihil autem ibi ponitur, quod pertineat ad artẽ, quæ est quinta virtus intellectualis: similiter etiã ponitur aliquid pertinẽs ad iustitiam, scilicet pietas, & aliquid pertinẽs ad fortitudinem, scilicet fortitudinis donum: nihil autem ponitur ibi pertinens ad temperantiam. ergo insufficienter enumerantur dona.

¶ 2 Præt. Pietas est pars iustitiæ: sed circa fortitudinẽ nõ ponit aliqua pars eius, sed ipsa fortitudo. ergo non debuit poni pietas, sed ipsa iustitia.

¶ 3 Præt. Virtutes theologicæ maxime ordinãt nos ad Deum. cum ergo dona perficiãt hominem secundum quod mouetur a Deo, uidetur quòd debuissent poni aliqua dona pertinentia ad theologicas uirtutes.

¶ 4 Præt. Sicut Deus timetur, ita ẽt amatur, & in ipsum aliquis sperat, & de eo delectatur: amor aũt, spes, & delectatio sunt passiones cõdiuisæ timori. ergo sicut timor ponitur donũ, ita & alia tria debẽt poni dona.

¶ 5 Præt. Intellectui adiungitur sapientia, quæ regit ipsum, fortitudini autem consilium, pietati uero scientia: ergo & timori debuit addi aliquod donum directiuum. inconuenienter ergo septem dona Spiritus sancti enumerantur.

SED IN CONTRARIVM est authoritas Scripturæ Isai. vndecimo.

Aug. super Gen. ad lit.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dictũ est, * dona sunt quidã habitus perficientes hoiem ad hoc, ꝙ prompte sequatur instinctũ Spiritus sancti: sicut uirtutes morales perficiunt uires appetitiuas ad obediendũ rõni. Sicut aũt uires appetitiuæ natæ sunt moueri per imperium rationis: ita oẽs uires humanæ natæ sunt moueri per instinctum Dei, sicut a quadam superiori potentia. & ideo in omnibus uiribus hominis, quæ pãt esse principia humanorum actuum, sicut sunt uirtutes: ita ẽt sunt dona. s. in ratione, & in ui appetitiua. ratio autem est speculatiua, & practica, & in utraque consideratur apprehensio veritatis, quæ pertinet ad A inuentionem, & ad iudicium de veritate. Ad apprehensionem igitur veritatis perficitur speculatiua ratio per intellectum, practica vero per consilium. Ad recte autem iudicandum speculatiua quidem per sapientiam, practica vero per scientiam perficitur. Appetitiua autem virtus in his quidem quæ sunt ad alterum, perficitur per pietatem: in his aũt quæ sunt ad seipsum, perficitur per fortitudinem contra timorem periculorum: contra concupiscentiam vero inordinatam delectabilium per timorem, secundum illud Prouer. 16. In timore Dñi declinat omnis a malo. Et in Psalm. 118. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui. Et sic patet, quòd hæc do- B na extendunt se ad omnia, ad quæ se extendunt virtutes tam intellectuales, quàm morales.

1. 2. q. 68. art. 5. ad 3. 4. Et 2. 2. q. 8. art. 6. ad 1. q. 9. art. 4. dist. 49. q. 6. art. 2. q. 2. ad 3. Et 1. cor. 12. Lib. 6. Ethic. cap. 12.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dona Spiritus sancti perficiunt hominem in his quæ pertinẽt ad bene viuendum, ad quæ non ordinatur ars, sed ad exteriora factibilia. est. n. ars ratio recta non agibilium, sed factibilium. vt dicitur in 6. Ethico. * Potest tamen etiam dici, quòd quantum ad infusionem donorum, ars pertinet ad Spiritum sanctum, qui est principaliter mouens, non autem ad homines, qui sunt quædã organa eius dum ab eo mouentur. Temperantiæ autem respondet quodammodo donum timoris. sicut enim ad virtutem temperantiæ pertinet secundum eius propriam rationem, vt aliquis recedat a delectationibus prauis propter bonũ rationis: ita ad donum timoris pertinet, quòd aliquis recedat a delectationibus prauis propter Dei timorem.

C

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ nomen iustitiæ imponitur a rectitudine rationis, & ideo nomen virtutis est conuenientius q̃ nomen doni: sed nomẽ pietatis importat reuerentiam, quam habemus ad patrem, & ad patriam. Et quia pater omnium Deus est, ẽt cultus Dei pietas nominatur, vt Augustꝰ dicit 10. de ciui. Dei. * & ideo conuenienter donum, quo aliquis pp reuerentiã Dei bonum operatur ad omnes, pietas nominatur.

Ps. 118. 5

AD 3ᵐ dicendum, quòd animus hominis non mouetur a Spiritu sancto, nisi ei secundum aliquem modum vniatur: sicut instrumentum non mouetur ab artifice, nisi per cõtactum, aut per aliquam aliã vnionem. Prima autem vnio hominis est per fidem, spem, & charitatem: vnde istæ virtutes præsupponuntur ad dona, sicut radices quædam donorum. vnde omnia dona pertinẽt ad has tres virtutes, sicut quædam derivationes prædictarum virtutum.

D

AD 4ᵐ dicendum, quòd amor, spes, & delectatio habẽt bonum pro obiecto: summum autem bonum Deus est. vnde nomina harum passionum transferuntur ad virtutes theologicas, quibus anima coniungitur Deo. Timoris autem obiectum est malum, quod E Deo nullo modo competit: vnde non importat confunctionem ad Deum, sed magis recessum ab aliquibus rebus propter reuerentiam Dei. & ideo non est nomen virtutis theologicæ, sed doni quod eminentius retrahit a malis, quàm virtus moralis.

AD 5ᵐ dicendum, quòd per sapientiam dirigitur & hominis intellectus, & hominis affectus: & ideo ponuntur duo correspondentia sapientiæ tanquàm directiua, ex parte quidem intellectus donum intellectus: ex parte autem affectus donum timoris. Ratio .n. timendi Deum præcipue sumitur ex consideratione excellentiæ diuinæ, quam considerat sapientia.

ARTICVLVS V.

Vtrum dona Spiritus sancti sint connexa.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ dona non sint connexa. Dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 12. Alij datur per Spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: sed sapientia, & scientia inter dona Spiritus sancti computantur. ergo dona Spiritus sancti dantur diuersis, & non connectuntur sibiinuicem in eodem.

2. 2. q. 19. art. 9. co. Et 3. q. 7. ar. 5. ad 3. Et 3. di. 36. ar. 3. Et uir. q. 5. art. 2. ad 6. Et 1. cor. 13.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in 14. de Trinit. * quòd scientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide: sed fidem concomitatur aliquod de donis, ad minus donum timoris. ergo videtur quòd dona nõ sint de necessitate connexa in vno & eodem.

* lib. 14. de Tri. cap. 1. a medio, tomo 3.

¶ 3 Præt. Greg. in 1. Moral. † dicit, ꝙ minor est sapientia, si intellectu careat: & valde inutilis est intellectꝰ, si ex sapientia nõ subsistat: vile est consilium, cui opus fortitudinis deest: & valde fortitudo destituitur, nisi per cõsilium fulciatur: nulla est scientia, si vtilitatem pietatis non habet: & valde inutilis est pietas, si scientiæ discretione careat: timor quoque ipse si non has virtutes habuerit, nullum opus bonæ actionis surgit: ex quibus videtur ꝙ vnum donum possit sine alio haberi. non ergo dona Spiritus sancti sunt connexa.

Cap. 32. circa medium

SED CONTRA est, quod ibidem * Greg. præmittit dicens, Illud in Iob filiorum cõuiuio perstrependum videtur, quòd semetipsos inuicem pascunt, per filios aũt Iob, de quibus loquitur, significantur dona Spiritus sancti. ergo dona Spiritus sancti sunt connexa per hoc quòd seinuicem reficiunt.

Lib. 1. Moral. cap. 32. circa med. illius.

RESPON. Dicendum, ꝙ huius quæstionis veritas de facili ex præmissis potest haberi. Dictum * est enim supra, ꝙ sicut vires appetitiuæ disponuntur per virtutes morales in comparatione ad regimẽ rationis: ita omnes vires animæ disponuntur per dona in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem. Spiritus autem sanctus habitat in nobis per charitatẽ, ſm illud Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctũ, qui datus est nobis: sicut & rõ nostra perficitur per prudentiã. vnde sicut virtutes morales connectuntur sibiinuicem in prudentia, ita dona Spiritus sancti cõnectuntur sibiinuicem in charitate, ita .s. ꝙ qui charitatem habet, omnia dona Spiritus sancti habet, quorum nullum sine charitate haberi põt.

Ar. 3. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sapientia, & scientia uno modo possunt considerari, secundum qđ sunt gratiæ gratis datæ, prout scilicet aliquis abundat in tantum in cognitione rerum diuinarum & humanarum, ut possit etiã fideles instruere, & aduersarios confundere: & sic loquitur ibi Apostolus de sapientia & scientia, vnde signanter fit mentio de sermone sapientiæ, & scientiæ. Alio modo possunt accipi prout sunt dona Spiritus sancti, & sic sapientia & scientia nihil aliud sunt, quàm quædam perfectiones humanæ mentis, secundum quas disponitur ad sequendum instinctum Spiritus sancti in cognitione diuinorum, uel humanorũ. & sic patet quòd huiusmodi dona sunt in omnibus habentibus charitatem.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ Aug. loquitur de scientia, exponens prædictã authoritatem Apostoli: vnde loquitur de scientia prædicto modo accepta, ſm qđ est gratia gratis data, qđ patet ex hoc qđ subdit. Aliud. n. est scire tantummodo quid homo credere debeat pp adipiscendã vitam beatam, quę non nisi æterna est: aliud autem

autē est scire, quemadmodum hoc ipsum. & pijs opitulerur, & contra impios defendatur, quam proprio nomine vocabulo scientiam videtur Apostolus.

Ad 3^m dicendum, quòd sicut uno modo connexio uirtutum cardinalium probatur per hoc, ꝙ una earum perficitur quodammodo per aliam, ut supra dictum est.* ita Greg. eodem modo uult probare connexionem donorum per hoc, quòd unum sine alio non potest esse perfectum: unde præmittit dicens.† Valde singula quælibet destituitur, si non una uirtus alij uirtuti suffragetur. non ergo datur intelligi, quòd unum donum possit esse sine alio, sed ꝙ intellectus si esset sine sapientia, non posset esse donum: sicut temperantia si esset sine iustitia, non esset virtus.

q.65.art.1. lib.1. Mor. †cap.16.

Articvlvs VI.

Vtrum dona Spiritus sancti remaneant in patria.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur ꝙ dona Spiritus sancti nō maneant in patria. Dicit. n. Greg. in 2. Moral.* ꝙ Spiritus sanctus contra singula tentamenta septem donis erudit mentem: sed in patria non erunt aliqua tentamenta, secūdū illud Is. xi. Nō nocebunt, & nō occident in uniuerso monte sancto meo. ergo dona Spūs sancti non erunt in patria.

2.2.q.8.ar.7. Et 3.q.7. art.5. ad 3. Et 3.di.34. q.1.ar.3. & dis.35. q.2. ar.2.q.3. & art.4.q.3. *li.2.Mor. cap.36. ante mediū.

¶ 2 Præt. Dona Spiritus sancti sunt habitus quidā, ut supra dictum est.* frustra autem essent habitus, ubi actus esse non pōt: actus autem quorundā donorum in patria esse non pōt. dicit. n. Greg. in 1. Mora.* ꝙ intellectus facit audita penetrare, & consilium prohibet esse præcipitem, & fortitudo facit non metuere aduersa, & pietas replet cordis uiscera operibus misericordiæ: hæc autem non competunt statui patriæ. ergo huiusmodi dona non erunt in statu gloriæ.

Artic. 3.

Cap.32.nō pcul a princip. & c.36

¶ 3 Præt. Donorum quædā perficiunt hominem in uita cōtemplatiua, ut sapientia & intellectus, quædā in uita actiua, ut pietas & fortitudo: sed actiua uita cum hac uita terminatur, ut Greg. dicit in 6. Moral.* ergo in statu glorię non erunt omnia dona Spiritus sancti.

Cap.28.ad fin.

Sed contra est, qđ Ambr. dicit in lib. de Spiritu sancto.* Ciuitas Dei illa Hierusalē cęlestis non meatu alicuius fluuij terrestris abluit, sed ex uitæ fonte procedens Spūs sanctus, cuius nos breui satiamur haustu, in illis cælestibus spiritibus redundātius vt affluere, pleno septem virtutum spiritualium feruens meatu.

Lib.1.c.20 parū a princip. tom.2.

Respon. Dicendum, ꝙ de donis dupliciter posumus loqui. Vno modo quantum ad essentiā donorum, & sic perfectissime erūt in patria, sicut patet per authoritatem Ambr.* inductam. Cuius ratio est, quia dona Spiritus sancti perficiunt mentem humanā ad sequendam motionem Spiritus sancti, quod præcipue erit in patria, quando Deus erit omnia in omnibus, vt dicitur 1. ad Corinth. 15. & qñ homo erit totaliter subditus Deo. Alio modo pōt considerari quātum ad materiam circa quam operantur, & sic in præsenti habent operationem circa aliquam materiam, circa quam non habebunt operationem in statu gloriæ: & secundum hoc non manebunt in patria, sicut

In arg. Sed contra.

q.67.art.1.

supra de virtutibus cardinalibus dictum est.*

Ad primvm ergo dicendum, quòd Greg. loquitur ibi de donis, secundum quod competunt statui præsenti. sic enim donis protegimur cōtra tentamenta malorum: sed in statu gloriæ cessantibus malis per dona Spiritus sancti perficiemur in bono.

Ad 2^m dicendum, ꝙ Greg. in singulis donis ponit aliquid qđ trāsit cum statu præsenti, & aliquid quod permanet in futuro. Dicit. n. ꝙ sapientia mentem de æternorum spe, & certitudine reficit, quorū duorum spes transit, sed certitudo remanet: & de intellectu dicit, ꝙ in eo ꝙ audita penetrat, reficiēdo cor, tenebras eius illustrat, quarum auditus trāsit, quia nō docebit vir fratrē suum, vt dicitur Hier. 31. sed illustratio mētis manebit. De cōsilio autem dicit,* qđ prohibet esse præcipitem, qđ est necessarium in præsenti: & iterum, ꝙ ratione animum replet, qđ est necessarium etiam in futuro. De fortitudine vero dicit, ꝙ aduersa non metuit, qđ est necessarium in præsenti: & iterum, ꝙ confidentiæ cibos apponit, quod permanet ēt in futuro. De scientia vero vnum tantum ponit. s. ꝙ ignorantiæ ieiunium superat, qđ pertinet ad statum præsentem: sed qđ addit; In ventre mentis; potest figuraliter intelligi repletio cognitionis, quæ pertinet ēt ad statum futurum. De pietate vero dicit, ꝙ cordis viscera misericordiæ operibus replet, qđ quidem fm verba pertinet tm̄ ad statum præsentē: sed ipse intimus affectus proximorum per uiscera designatus, pertinet etiam ad futurum statum, in quo pietas nō exhibebit misericordiæ opera, sed congratulationis affectum. De timore vero dicit, quòd premit mentem, ne de præsentibus superbiat, quod pertinet ad statum præsentem, & quòd de futuris cibos spei cōfortat, quod etiam pertinet ad statum præsentem, quantum ad spem: sed potest etiā ad statum futurum pertinere, quantum ad cōfortationem de rebus hic speratis, & ibi obtentis.

Ad 3^m dicendum, quòd ratio illa procedit de donis quantum ad materiam. Opera enim actiuæ vitæ non erunt materia donorum: sed omnia habebunt actus suos circa ea, quæ pertinent ad vitam contemplatiuam, quæ est vita beata.

Articvlvs VII.

Vtrum dignitas donorum attendatur secundum enumerationem Isaiæ 11.

Ad septimvm sic proceditur. Vt ꝙ dignitas donorum non attenditur fm enumerationē, qua enumerantur Isa. 11. Illud. n. videtur esse potissimum in donis, qđ maxime Deus ab homine requirit: sed maxime requirit Deus ab homine timorem. dicitur enim Deuter. 10. Et nunc Israel quid dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum? Et Malach. 1. dicitur. Si ego dominus, vbi timor meus? ergo videtur quòd timor, qui enumeratur vltimo, non sit infimum donorum, sed maximum.

Isa.11.1.

¶ 2 Præt. Pietas videtur esse quoddā bonum vniuersale. dicit enim Apostolus 1. ad Timoth. 5. Quòd pietas ad omnia vtilis est: sed bonum vniuersale præfertur particularibus bonis. ergo pietas, quæ penultimo enumeratur, videtur esse potissimum donorum.

¶ 3 Præt. Scientia perficit iudicium hominis, consilium autem ad inquisitionem pertinet: sed iudicium præeminet inquisitioni. ergo scientia est potius donum, quàm consilium, cum tamen post enumeretur.

¶ 4 Præt. Fortitudo pertinet ad vim appetitiuam, scientia autem ad rationem: sed ratio est eminentior quàm vis appetitiua. ergo & scientia est eminentius donum, quàm fortitudo, quæ tamen primo enumeratur. non ergo dignitas donorum attenditur secundum ordinem enumerationis eorum.

Sed contra est, qđ Aug. dicit in lib. de ser. Dñi in mōte. Videtur mihi septiformis operatio Spiritus sancti, de qua Isaias loquitur, his gradibus sententijs congruere, de quibus fit mentio Matth. 5. sed interest ordinis: nam ibi, scilicet in Isaia, numeratio ab excellentioribus cœpit, hic vero ab inferioribus.

Respon. Dicendum, ꝙ dignitas donorum dupliciter potest attendi. Vno modo simpliciter. s. per comparationem ad proprios actus, prout procedūt a suis principijs: alio modo secundum quid. s. per comparationem ad materiam. Simpliciter aūt loquendo de dignitate donorum, eadem est ratio cōparationis in ipsis, & in virtutibus: quia dona ad oēs actus potentiarum animæ perficiunt hominem, ad quos perficiunt virtutes, vt supra dictum est.* Vnde sicut virtutes intellectuales præferuntur virtutibus moralibus, & in ipsis virtutibus intellectualibus contemplatiuæ præferuntur actiuis, vt sapientia intellectui, & scientia prudentiæ & arti, ita tñ ꝙ sapiētia præfertur intellectui, & intellectus sciētię, sicut prudentia, & synesis eubuliæ: ita ēt in donis sapientia & intellectus, scientia & consilium præferuntur pietati, & fortitudini, & timori, in quibus etiam pietas præfertur fortitudini, & fortitudo timori, sicut iustitia fortitudini: & fortitudo temperantiæ: sed quantum ad materiam fortitudo & consilium præferuntur scientiæ & pietati: quia. s. fortitudo & consilium habent in arduis locū, pietas autem & etiā scientia in communibus. Sic igitur donorum dignitas ordini enumerationis respondet, partim quidem simpliciter, secundum qđ sapientia & intellectus omnibus præferūtur: partim autem secundum ordinem materiæ, secundum quod consilium & fortitudo præferuntur scientiæ & pietati.

Ad primvm ergo dicendum, quòd timor maxime requiritur quasi primordium quoddā perfectionis donorum: quia initium sapientię timor Domini, non propter hoc, ꝙ sit cęteris dignius. prius enim est secundum ordinem generationis, vt aliquis recedat a malo, quod fit per timorem, vt dicitur Prouerb. 16. quàm quòd operetur bonum, quod fit per alia dona.

Ad 2^m dicendum, ꝙ pietas non comparatur in verbis Apostoli oībus donis Dei, sed soli corporali exercitationi, de qua præmittit, ꝙ ad modicum vtilis est.

Ad 3^m dicendū, ꝙ scientia etsi præferat consilio ratione iudicij, tñ cōsiliū præfertur ratione materiæ: nā consiliū non habet locū nisi in arduis, vt dicitur in 3. Eth.* sed iudicium scientiæ in omnibus locum habet.

Ad 4^m dicendum, quòd dona directiua, quæ pertinent ad rationē, donis exequentibus digniora sunt, si considerentur per comparationem ad actus, prout egrediuntur a potentijs. Ratio enim appetitiuæ præeminet, vt regulans regulato: sed ratione materiæ adiungitur consilium fortitudini, sicut directiuum exequenti, & similiter scientia pietati, quia scilicet consilium & fortitudo in arduis locū habent: scientia autem & pietas etiam in communibus. & ideo cōsilium simul cum fortitudine ratione materiæ numeratur ante scientiam & pietatem.

¶ *Super Quæstionis secundæ confirmationem Articulum octauum.*

Omissis articulis quinto, sexto, & septimo, in octauo attende, ponēs hinc rationē quæ est caput virtutum, & virtutes intellectuales & morales, inde Deū, & virtutes theologicas, & dona: & videbis proportionalitatem hanc tenere quomodo ad excellentiam coniunctionis ad caput qua author egebat, vt concluderet theologicas esse nobiliores donis, & non quo ad motionē moralū ab intellectualibus, & donorum a theologicalibus. Iam enim definitum est, quòd morales infusæ hic se habent ad theologicales: dona aūt non sic ad ipsas solas, sed adiuncto iustinctu Spiritus sancti.

†lib.2. Moral.cap.36. ante mediū

Articvlvs VIII.

Vtrum virtutes sint præferendæ donis.

Ad octavvm sic proceditur. Videtur quòd virtutes sint præferendæ donis. Dicit. n. Aug. in 15. de Trinit.* de charitate loquens. Nullū est isto Dei dono excellentius, solum est quod diuidit inter filios regni æterni, & alios perditionis æternæ. dantur & alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil ꝓsunt: sed charitas est virtus. ergo virtus est potior donis Spiritus sancti.

¶ 2 Præt. Ea quæ sunt priora naturaliter, videntur esse potiora: sed virtutes sunt priores donis Spiritus sancti. dicit enim Greg. in 2. Moral.† quòd donum Spiritus sancti in subiecta mente ante alia iustitiam, prudentiam, fortitudinē, & temperantiā format: & sic eandem mentem septem mox virtutibus, ideſt, donis temperat, vt contra stultitiam, sapientiā: contra hebetudinem, intellectū: contra præcipitationem, consilium: contra timorem, fortitudinem: cōtra ignorantiam, scientiam: contra duritiam, pietatem: contra superbiam, Dei timorem. ergo virtutes sunt potiores donis.

¶ 3 Præt. Virtutibus nullus male vti potest, vt Augustinus dicit:* donis autem potest aliquis male vti. dicit enim Gregor. in 1. Moral.† quòd hostiam nostræ precis immolamus ne sapientia eleuet: ne intellectus dum subtiliter currit, oberret: ne consilium dum se multiplicat, confundat: ne fortitudo dum fiduciam præbet, præcipiet: ne scientia dum nouit, & non diligit, inflet: ne pietas dum se infra rectitudinem inclinat, intorqueat: ne timor dum plus iusto trepidat, in desperationis foueam mergat. ergo virtutes sunt digniores donis Spiritus sancti.

Li.2.de lib. arb. cap.19 tom.1. †ca.35.circa mediū.

Sed contra est, qđ dona dantur in adiutorium virtutum contra defectus, vt patet in autohritate inducta,* & sic videtur ꝙ perficiant quod virtutes perficere nō possūnt. sunt ergo dona potiora virtutibus.

In argu. 2.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut ex supradictis patet,* Virtutes in tria genera distinguuntur. sunt enim quædam virtutes theologicæ, quædā intellectuales, quædā morales. Virtutes quidē theologicæ sunt, quibus mens humana Deo coniungitur. Virtutes aūt intellectuales sunt, quibus ratio ipsa perficitur. Virtutes autem morales sunt, quibus vires appetitiuę perficiuntur ad obediendum rationi. Dona autem Spiritus sancti sunt, quibus omnes vires animæ disponuntur ad hoc, ꝙ subdantur motioni diuinę. Sic ergo eadem videtur esse comparatio donorum ad virtutes theologicas, ꝙ quas homo vnitur Spiritui sancto mouenti, sicut virtutum moralių ad virtutes intellectuales, per quas perficitur ratio, quæ est virtutum moralium motiua. Vnde sicut virtutes intellectuales præferuntur virtutibus moralibus, & regulāt eas: ita virtutes theologicæ præferuntur donis Spiritus sancti, & regulant ea. Vnde Greg. dicit in 1. Moral.* ꝙ neque ad denarij perfectionem septem filij, ideſt, septem dona peruenīunt, nisi in fide, spe, & charitate fiat omne quod agunt. Sed si comparemus dona ad alias virtutes intellectuales vel morales, dona præferuntur virtutibus, quia dona perficiunt vires animę in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem: virtutes autem perficiunt vel ipsam rationem, vel alias vires in ordine ad rationē. Manifestum est autem, ꝙ ad altiorem motorem oportet maiori perfectione mobile esse dispositū. Vnde perfectiora sunt dona virtutibus.

¶.57.& 58. & 62.*

Cap.28.circa mediū.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ charitas est virtus theologica, de qua concedimus ꝙ sit potior donis.

AD 2^m dicendum, q̃ aliquid est prius altero dupliciter, Vno modo ordine perfectionis & dignitatis, sicut dilectio Dei est prior dilectione proximi: & hoc modo dona sunt priora virtutibus intellectualibus & moralibus, posteriora vero virtutibus theologicis. Alio modo ordine generationis, seu dispositionis: sicut dilectio proximi præcedit dilectionem Dei quantum ad actum, & sic virtutes morales & intellectuales præcedunt dona: quia per hoc quòd homo bene se habet circa rationem propriam, disponitur ad hoc quòd se bene habeat in ordine ad Deum.

AD 3^m dicendum, q̃ sapiẽtia & intellectus, & alia huiusmodi, sunt dona Spiritus sancti, secũdum quod per charitatem informantur, quę non agit perperam, vt dicitur 1. ad Cor. 13. & ideo sapiẽtia, & intellectu, & alijs huiusmodi nullus male vtitur, secundũ quòd sunt dona Spiritus sancti: sed ad hoc quòd a charitatis perfectione non recedant, vnum ab altero adiuuatur. & hoc est quod Greg. intendit dicere.

¶ *Super Quæstionem sexagesimamnonam & septuagesimam.*

QVAESTIO LXIX.

De beatitudinibus, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de beatitudinibus.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum beatitudines a donis & virtutibus distinguãtur.

¶ Secundo, De præmijs beatitudinum, vtrum pertineant ad hanc vitam.

¶ Tertio, De numero beatitudinũ.

¶ Quarto, De conuenientia præmiorum, quæ eis attribuuntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beatitudines distinguantur a uirtutibus & donis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudines a uirtutibus & donis non distinguantur. Augu. enim in lib. de ser. do. in monte, attribuit beatitudines, in Matth. enumeratas, donis Spiritus sancti. Ambro. † aũt super Lucam attribuit beatitudines ibi enumeratas quatuor uirtutib^9 cardinalibus. ergo beatitudines nõ distinguũtur a uirtutibus & donis.

¶ 2 Præt. Humanæ voluntatis non est nisi duplex regula. s. rõ, & lex æterna, vt supra dictũ est: * sed virtutes perficiunt hoiem in ordine ad rõnem: dona aũt in ordine ad legem æternam Spiritus sancti, vt ex dictis patet. † ergo nõ potest esse aliquid aliud pertinens ad rectitudinem voluntatis humanæ præter virtutes & dona. non ergo beatitudines ab eis distinguuntur.

¶ 3 Præt. In enumeratione beatitudinum ponitur mititas, & iustitia, & misericordia, quæ dicuntur esse quædam uirtutes. ergo beatitudines non distinguuntur a donis & uirtutibus.

SED CONTRA est, quòd quædam enumerantur inter beatitudines, quæ nec sunt virtutes, nec dona, sicut paupertas, & luctus, & pax. differunt ergo beatitudines a uirtutibus, & a donis.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut supra dictũ est, Beatitudo est ultimus finis humanæ uitæ. Dicitur enim aliquis iam finem habere pp spem finis obtinendi. vn de & Philosophus dicit in 1. Ethi. * quòd pueri dicuntur beati propter spem. Et Apostolus dicit Ro. 8. Spe salui facti sumus. Spes autem de fine cõsequendo insurgit ex hoc, quòd aliquid conuenienter mouetur ad finem, & appropinquat ad ipsum, quod quidem fit per aliquam actionem. Ad finem autem beatitudinis mouetur aliquis, & appropinquat per operationes virtutum, & præcipue per operationes donorum, si loquamur de beatitudine æterna, ad quam ratio non sufficit, sed in eam inducit Spiritus sanctus, ad cuius obedientiam & sequelam per dona perficimur: & ideo beatitudines distinguuntur quidem a uirtutibus & donis, nõ sicut habitus ab eis distincti, sed sicut actus distinguuntur ab habitibus.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ Aug. & Amb. attribuunt beatitudines donis & uirtutibus, sicut actus attribuuntur habitibus. Dona aũt sunt eminentiora uirtutibus cardinalibus, ut supra dictũ est: * & ió Ambro. exponens beatitudines turbis ꝓpositas, attribuit eas uirtutibus cardinalibus. Aug. aũt exponens * beatitudines discipulis propositas in monte, tanquàm perfectionibus, attribuit eas donis Spiritus sancti.

AD 2^m dicendum, quòd ratio illa probat, quòd non sunt alij habitus rectificantes humanam vitam præter uirtutes & dona.

AD 3^m dicendum, quòd mititas accipitur pro actu mansuetudinis. Et similiter dicendum est de iustitia, & misericordia. & quamuis hæc uideantur esse uirtutes, attribuuntur tamen donis: quia etiam dona perficiunt hominem circa omnia, circa quæ perficiunt uirtutes, ut dictum est. *

ARTICVLVS II.

Vtrum præmia, quæ attribuuntur beatitudinibus, ad hanc uitam pertineant.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ præmia quæ attribuuntur beatitudinibus, nõ pertineant ad hanc uitam. Dicuntur enim aliqui beati propter spem præmiorum, ut dictum est: * sed obiectum spei beatitudo est futura. ergo præmia ista pertinent ad vitam futuram.

¶ 2 Præt. Luc. 6. ponuntur quædã pœnæ per oppositũ ad beatitudines, cũ dr, Væ uobis qui estis saturati, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nũc, quia lugebitis & flebitis: sed istæ pœnæ non intelliguntur in hac uita, quia frequenter homines in hac uita non puniuntur, fm illud Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos. ergo nec præmia beatitudinum pertinent ad hanc uitam.

¶ 3 Præt. Regnum cælorũ qd ponitur præmium paupertatis, est beatitudo cælestis, ut Aug. dicit 19. de ciuit. Dei, plena ẽt saturitas non nisi in futura uita habetur, secundum illud ps. 16. Satiabor, dum apparuerit gloria tua. Visio etiam Dei, & manifestatio filiationis diuinæ ad uitam futuram pertinent, secundum illud 1. Ioan. 3. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. ergo præmia illa pertinent ad uitam futuram.

SED

SED CONTRA est, qd Aug. dicit in lib. de ser. dñi in monte. * Ista quidem in hac vita compleri pñt, sicut completa in Apostolis esse credimus: nam illa omnimoda, & in angelicam formã mutatio, quæ post hanc vitam promittitur, nullis verbis exponi potest.

RESPON. Dicendum, q̃ circa ista præmia expositores sacræ scripturæ, diuersimode sunt locuti. Quidam .n. omnia ista præmia ad futuram beatitudinem pertinere dicunt, sicut Amb. super Luc. * Aug. vero dicit ea ad præsentem vitã pertinere. Chrys. † autem in suis Homilijs, quædam eorum dicit pertinere ad futuram vitam, quædã autem ad præsentem. Ad cuius euidentiam considerandum est, q̃ spes futuræ beatitudinis potest esse in nobis propter duo. Primo quidem propter aliquam præparationẽ, vel dispositionem ad futurã beatitudinem, quod est per modum meriti: alio modo per quandam inchoationem imperfectam futuræ beatitudinis in viris sanctis etiam in hac vita. Aliter enim habetur spes fructificationis arboris, cũ virescit frondibus, & aliter cum iam primordia fructuum incipiunt apparere. Sic igitur ea, quæ in beatitudinibus tanguntur tãquàm merita, sunt quædam præparationes, vel dispositiones ad beatitudinẽ, vel perfectam, vel inchoatam: ea vero quæ ponuntur tanquàm præmia, possunt esse vel ipsa beatitudo perfecta, & sic pertinent ad futuram vitam: vel aliqua inchoatio beatitudinis, sicut est in viris perfectis, & sic præmia pertinent ad præsentem vitam. Cum enim aliquis incipit proficere in actibus virtutum & donorum, potest sperari de eo, quòd perueniet ad perfectionem viæ, & ad perfectionem patriæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ spes est de futura beatitudine sicut de vltimo fine: põt ẽt esse & de auxilio gratiæ, sicut de eo qd ducit ad finem, secundum illud ps. 27. In Deo sperauit cor meũ & adiutus sum.

AD 2^m dicendum, quòd mali etsi interdum in hac vita temporales pœnas non patiantur, patiuntur tamen spirituales. vnde Augus. dicit in 1. Confess. * Iusti domine, & sic est, vt pœna sibi sit inordinatus animus. Et Philosophus dicit in 9. Ethicor. † de malis, quòd contendit ipsorum anima, hoc quidem huc trahit, illud autem illuc. et postea concludit. Si autem sic miserum est malum esse, fugiendum est malitiam intense: & similiter econuerso, boni etsi in hac vita quandoq; non habeant corporalia præmia, nunquàm tamen deficiunt a spiritualibus etiam in hac vita, secundum illud Matth. 9. & Mar. 10. Centuplum accipietis, etiam in hoc sęculo.

AD 3^m dicendum, q̃ omnia illa præmia perfecte quidem consumabuntur in vita futura, sed interim etiam in hac vita quodammodo inchoantur. Nam regnum cælorum, vt Aug. dicit, potest intelligi perfectæ sapientiæ initium, secundum quod incipit in eis spiritus regnare. Possessio etiam terræ significat affectum bonum animæ quiescentis per desiderium in stabilitate hæreditatis perpetuę per terram significatæ. Consolatur autem in hac vita per Spiritum sanctum, qui paraclitus, idest, consolator dicitur, participando. Saturantur etiam in hac vita illo cibo, de quo dominus dicit: Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei. In hac etiam vita consequuntur homines misericordiam Dei. In hac etiam vita purgato oculo per donum intellectus, Deus quodammodo videri potest. Similiter etiam in hac vita qui motus suos purificant ad similitudinem Dei accedentes, filij Dei nominantur: tamen hæc perfectius erunt in patria.

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter enumerentur beatitudines.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter enumerentur beatitudines. Attribuuntur enim beatitudines donis, vt dictum est. * donorum autem quædam pertinent ad vitã contemplatiuam, scilicet sapientia, & intellectus: nulla autem beatitudo ponitur in actu contemplationis, sed omnes in his quæ pertinent ad vitam actiuam. ergo insufficienter beatitudines enumerantur.

¶ 2 Præt. Ad vitam actiuã non solum pertinent dona exequentia, sed ẽt quædã dona dirigentia, vt scientia, & cõsilium: nihil aũt ponitur inter beatitudines qd directe ad actum scientiæ, vel cõsilij pertinere videatur. ergo insufficienter beatitudines tanguntur.

¶ 3 Præt. Inter dona exequentia in vita actiua, timor ponitur ad paupertatem pertinere, pietas autem videtur pertinere ad beatitudinem misericordiæ: nihil autem ponitur directe ad fortitudinem pertinens. ergo insufficienter enumerantur beatitudines.

¶ 4 Præt. In sacra scriptura tanguntur multæ aliæ beatitudines, sicut Iob 5. dicitur. Beatus homo qui corripitur a Deo. Et in Psalm. 1. dicitur, Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum. Et Prouerb. 3. Beatus vir qui inuenit sapientiam. ergo insufficienter beatitudines enumerantur.

SED CONTRA. Videtur quòd superflue enumerentur. sunt enim septem dona Spiritus sancti: beatitudines autem tanguntur in octo. ¶ Præt. Luc. 6. ponuntur quatuor tantum beatitudines. superflue ergo enumerantur septem, vel octo in Matthæo.

RESPON. Dicendum, q̃ beatitudines istæ conuenientissime enumerantur. Ad cuius euidentiã est considerandum, quòd triplicem beatitudinem aliqui posuerunt. Quidam enim posuerunt beatitudinem in vita voluptuosa, quidam in uita actiua, quidam uero in uita contemplatiua. Hæ autem tres beatitudines diuersimode se habent ad beatitudinem futuram, cui spe dicimur hic beati. Nam beatitudo uoluptuosa, quia falsa est, & rationi contraria, impedimentum est beatitudinis futuræ. Beatitudo uero actiuæ uitæ dispositiua est ad beatitudinem futuram. Beatitudo autem contemplatiua, si sit perfecta, est essentialiter ipsa futura beatitudo: si autẽ est imperfecta, est quædã inchoatio eius. & ideo Dominus primo quidem posuit quasdam beatitudines quasi remouentes impedimentum uoluptuosæ beatitudinis. Consistit n. uoluptuosa uita in duobus. Primo quidem in affluentia exteriorum bonorũ, siue sint diuitiæ, siue sint honores, a quibus quidem retrahitur homo per uirtutem sic, ut moderate eis utatur: per donum autem excellentiori modo, ut scilicet homo totaliter ea contemnat. Vnde prima beatitudo ponitur, Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quod potest referri uel ad contemptum diuitiarum, uel ad contemptum bonorum, quod sit per humilitatem. Secundo uero uoluptuosa uita consistit in sequendo proprias passiones siue irascibilis, siue concupiscibilis. A sequela autem passionum irascibilis retrahit uirtus, ne homo in eis superfluat, secundum regulam rationis: donum autem excellentiori modo, ut. s. homo secundum uoluntatem diuinã totaliter ab eis tranquillus reddatur. Vnde secunda beatitudo ponitur, Beati mites. A sequela uero passionum cõcupiscibilis retrahit uirtus, moderate hui usmodi passionibus utendo: donum ue-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro eas, si necesse fuerit, totaliter abijciendo: quinimmo si necessarium fuerit, voluntarium luctū assumendo. Vnde tertia beatitudo ponitur, Beati qui lugent.

Actiua vero vita in his cōsistit præcipue, quæ proximis exhibemus vel sub ratione debiti, vel sub rōne spōtanei beneficij. & ad primum quidem nos virtus disponit, vt ea quę debemus proximis, nō recusemus exhibere, qd pertinet ad iustitiā. Donum aūt ad hoc ipsum abundantiori quodā affectu nos inducit, vt. s. fer uēti desiderio opera iustitiæ impleamus, sicut feruenti desiderio esuriens & sitiens cupit cibū vel potum. Vnde quarta beatitudo ponitur, Beati qui esuriūt, & sitiunt iustitiā. Circa spontanea vero dona nos perficit virtus, vt illis donemus, quibus rō dictat esse donandū, puta amicis, aut alijs nobis cōiunctis, qd pertinet ad virtutē liberalitatis: sed donū pp Dei reuerentiā solū necessitatem considerat in his, quibus gratuita beneficia præstat. vnde dicitur Luæ 14. Cum facis prandium, aut cœnā, noli vocare amicos, aut fratres tuos &c. sed voca pauperes, & debiles &c. qd ꝓprie est misereri. Et ideo quinta beatitudo ponitur, Beati misericordes. Ea vero quæ ad cōtemplatiuam vitam pertinent, vel sunt ipsa beatitudo finalis, vel aliqua inchoatio eius; & ideo non ponuntur in beatitudinibus tanquàm merita, sed tanquā præmia: ponuntur autem tanquàm merita effectus actiuæ vitæ, quibus homo disponitur ad contemplatiuā vitam. effectus autem actiuæ vitæ, quātum ad virtutes & dona, quibus homo perficitur in seipso, est munditia cordis, vt. s. mens hominis passionibus non inquietur. Vnde sexta beatitudo ponitur, Beati mundo corde. Quantū vero ad virtutes & dona, quibus homo perficitur in cōparatione ad proximum, effectus actiuæ vitę est pax, secundum illud Isa. 32. Opus iustitiæ pax. Et ideo septima beatitudo ponitur, Beati pacifici.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ actus donorum pertinentiū ad vitā actiuā, exprimuntur in ipsis meritis: sed actus donorū pertinentiū ad vitā cōtēplatiuā, exprimuntur in præmijs rōne iā dicta. Videre. n. Deū respondet dono intellectus, & conformari Deo quadā filiatione adoptiua, pertinet ad donum sapientiæ.

In corp. ar.

Ad 2m dicendum ꝙ in his quæ pertinent ad actiuā vitā, cognitio nō quæritur pp seipsam, sed pp operationem, vt etiā Philosophus dicit in 2. Eth. Et ideo quia beatitudo aliquid vltimum importat, non computantur inter beatitudines actus donorum dirigentium in vita actiua, quos. s. eliciunt: sicut cōsiliari est actus consilij, & iudicare est actus scientiæ: sed magis attribuunt eis actus operatiui in quibus diriguntur, sicut scientiæ lugere, & consilio misereri.

Cap. 2. to. 5

Ad 3m dicendū, ꝙ in attributione beatitudinum ad dona, pñt duo cōsiderari. Quorum vnum est, conformitas materiæ: & sm hoc primæ omnes quinque beatitudines pñt attribui scientiæ & consilio, tanquā dirigentibus: sed inter dona exequentia distribuunt: ita. s. ꝙ esuries, & sitis iustitiæ, & etiā misericordia pertinent ad pietatem, quæ perficit hominē in his quæ sunt ad alterum, mititas autem ad fortitudinem. Dicit enim Ambr. in per Lucam, ꝙ fortitudinis est iram vincere, indignationem cohibere. est. n. fortitudo circa passiones irascibilis: paupertas vero & luctꝰ pertinent ad donum timoris, quo homo se retrahit a cupiditatibus, & delectationibus mundi. Alio modo possumus in his beatitudinibus considerare motiua ipsarū, & sic quantū ad aliqua eorū oportet aliter attribuere. pręcipue. n. ad mansuetudinem mouet reuerentia ad Deū, quæ pertinet ad pietatē: ad lugēdū aūt mouet præcipue scientia, per quā hō cognoscit defectus suos, & rerū mundanarum, sm illud Eccl. 1. Qui addit scientiā, addit & dolorem. Ad esuriendum aūt iustitiæ opera, præcipue mouet animi fortitudo: ad miserendum vero, præcipue mouet cōsilium Dei, sm illud Dan. 4. Consiliū meū regi placeat: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum Et hunc modum attributionis sequitur Aug. in lib.ꝰ de sermone Domini in monte.

Ad 4m dicendum, ꝙ necesse est beatitudines omnes, quæ in sacra scriptura ponūtur, ad has reduci vel quantum ad merita, vel quantū ad præmia: quia necesse est, ꝙ omnes pertineant aliquo modo ad vitam actiuam, vel ad vitā cōtemplatiuam. vnde qđ dicitur, Beatus vir qui corripitur a Dño, pertinet ad beatitudinem luctus: quod vero dicitur, Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, pertinet ad munditiam cordis: quod vero dicitur, Beatus vir qui inuenit sapientiam, pertinet ad præmium septimæ beatitudinis. Et idem patet de omnibus alijs, quæ pñt induci.

Ad 5m dicendum, quòd octaua beatitudo est quędam confirmatio & manifestatio omnium præcedentium. ex hoc enim quòd aliquis est confirmatus in paupertate spiritus & mititate, & alijs sequentibus, prouenit quòd ab his bonis propter aliquā persecutionem non recedit. vnde octaua beatitudo quodāmodo ad septem præcedentes pertinet.

Ad 6m dicendum, ꝙ Lucas narrat sermonem Dñi factum esse ad turbas. vnde beatitudines enumerantur ab eo sm capacitatem turbarum, quæ solā voluptuosam, & temporalem, & terrenā beatitudinem nouerunt. vnde Dñs per quatuor beatitudines quatuor excludit quæ ad prædictam beatitudinem pertinere videntur. Quorum primum est, abundātia bonorum exteriorum, quod excludit per hoc quòd dicit, Beati pauperes. Secundum est, ꝙ sit bene homini quantum ad corpus in cibis & potibus, & alijs huiusmodi: & hoc excludit per secundum ꝙ ponit, Beati qui esuritis. Tertium est, ꝙ sit homini bene quantum ad cordis iucunditatem: & hoc excludit tertio dicens, Beati qui nunc fletis. Quartum est, exterior hominū fauor: & hoc excludit quarto dicens, Beati eritis cum vos oderint homines. Et sicut ꝰ Amb. dicit paupertas pertinet ad temperantiam, quæ illecebrosa non quærit: esuries ad iustitiam, quia qui esurit, cōpatitur, & cōpatiendo largitur: fletus ad prudentiam, cuius est flere occidua, pati odium hominum ad fortitudinem.

Articvlvs iiii.

Vtrū præmia beatitudinū conuenienter enumerentur.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd præmia beatitudinum inconuenienter enumerentur. In regno enim cælorum, quod est vita æterna, bona omnia continentur. posito ergo regno cælorum, non oportuit alia præmia ponere.

¶ 2 Præt. Regnum cælorum ponitur pro præmio & in prima beatitudine, & in octaua. ergo eadem ratione debuit poni in omnibus.

¶ 3 Præt. In beatitudinibus proceditur ascendendo, sicut Aug.ꝰ dicit. In præmijs aūt videtur ꝓcedi descendendo, nam possessio terræ est minus q̄ regnum cælorum. ergo inconuenienter hmōi præmia assignantur.

Sed contra est authoritas ipsius Domini, præmia huiusmodi proponentis.

Respon.

Respon. Dicendum, ꝙ præmia ista conuenientissime assignantur considerata conditione beatitudinum sm tres beatitudines supra assignatas. Tres. n. primæ beatitudines accipiuntur per retractionem ab his, in quibus voluptuosa beatitudo consistit, quam homo desiderat quærēs id qd naturaliter desideratur, non vbi quęrere debet. s. in Deo, sed in rebus temporalibus & caducis: & ideo præmia trium primarum beatitudinum accipiuntur secundum ea quæ in beatitudine terrena aliqui quærunt. Quærūt. n. homines in rebus exterioribus. s. diuitijs, & honoribus excellentiam quandam & abundantiā, quorum vtrunque importat regnum cælorum, per qđ homo consequitur excellentiam & abundantiam bonorum in Deo: & ideo regnum cælorum Dñs pauperibus spiritu repromisit. Quærunt autem homines feroces & immites per litigia & bella securitatem sibi acquirere, inimicos suos destruendo: vnde Dñs repromisit mitibus securam & quietā possessionem terræ viuentium, per quā significatur soliditas ęternorum bonorum. Quęrunt autē homines in cōcupiscentijs, & delectationibus mundi habere consolationem contra præsentis vitæ labores: & ideo Dominus cōsolationem vitę lugētibus repromittit. Aliæ vero duæ beatitudines pertinēt ad opera actiuę beatitudinis, quę sunt opera virtutū ordinantium hominem ad proximum, a quibus operibus aliqui retrahuntur pp inordinatum amorē proprij boni: & ideo Dominus attribuit illa præmia his beatitudinibus, pp quæ homines ab eis discedūt. Discedunt. n. aliqui ab operibus iustitiæ non reddentes debitū, sed potius aliena rapientes, vt bonis temporalibus impleantur: & ideo Dominus esurientibus iustitiam, saturitatem repromisit. Discedunt etiam ali qui ab operibus misericordiæ, ne se immisceant miserijs alienis: & ideo Dominus misericordibus repromittit misericordiam, per quam ab omni miseria liberentur. Aliæ vero duæ vltimæ beatitudines pertinent ad contemplatiuam felicitatem seu beatitudinem: & ideo sm conuenientiā dispositionū, quę ponuntur in merito, præmia redduntur. nā munditia oculi disponit ad clare vidēdū: vnde mundis corde diuina visio repromittitur. Cōstituere vero pacē vel in seipso, uel inter alios, manifestat hominem esse Dei imitatorem, qui est Deus unitatis & pacis: & ideo ꝓ præmijs redditur ei gloria diuinæ filiationis, quæ est in perfecta coniunctione ad Deum per sapientiā consumatam.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ sicutꝰ Chrys. dicit, Omnia præmia ista unū sunt ī re. s. beatitudo æterna, quā intellectus humanus non capit: & ideo oportuit ꝙ ꝓ diuersa bona nobis nota, describereꝫ obseruata cōuenientia ad merita, quibus præmia attribuuntur.

Ad 2m dicendum, quòd sicut octaua beatitudo est firmitas quædam omnium beatitudinum, ita debentur sibi omnium beatitudinum præmia: & ideo redit ad caput, ut intelligantur sibi consequenter omnia præmia attribui. Vel secundum Ambros. pauperibus spiritu repromittitur regnum cælorum, quā tum ad gloriam animæ: sed passis persecutionem in corpore, quantum ad gloriam corporis.

Ad 3m dicendum, quòd etiam præmia secundum additionem se habent adinuicem: nam plus est possidere terram regni cælorum, quàm simpliciter habere. multa enim habemus, quæ non firmiter & pacifice possidemus. Plus est etiā consolari in regno, quàm habere & possidere: multa enim cum dolore possidemus. Plus est etiam saturari, quàm simpliciter consolari: nam saturitas abundantiam consolationis importat. Misericordia uero excedit saturitatem, ut plus scilicet homo accipiat, quàm meruerit, uel desiderare potuerit. Adhuc autem maius est Deum uidere: sicut maior est qui in curia regis non solum prandet, sed etiam faciem regis uidet. Summam autem dignitatem in domo regia filius regis habet.

QVAESTIO LXX.

De fructibus Spiritussancti, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de fructibus.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fructus Spiritus sancti sint actus.
¶ Secundo, Vtrum differant a beatitudinibus.
¶ Tertio, De eorum numero.
¶ Quarto, De oppositione eorum ad opera carnis.

Articvlvs primvs.

Vtrum fructus Spiritus sancti, quos Apostolus nominat ad Galat. 5. sint actus.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd fructus Spiritus sancti, quos Apostolus nominat ad Galat. 5. non sint actus. Id enim cuius est alius fructus, non debet dici fructus, sic enim in infinitum iretur: sed actuum nostrorum est aliquis fructus. dicitur enim Sapient. 4. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et Ioan. 4. Qui metit, mercedem accipit, & fructum congregat in uitam æternam. ergo ipsi actus nostri non dicuntur fructus. Gal. 5. lect. 6. co. 1. & 2.

¶ 2 Præt. Sicut Aug. dicit in 10. de *Tri. Fruimur cognitis, in quibus voluntas ipsa delectata conquiescit: sed voluntas nostra non debet cōquiescere in actibus nostris pp se. ergo actus nostri fructus dici nō debent. Ca. 10. paulo 2 prin. to mo 3.

¶ 3 Præt. Inter fructus Spiritus sancti enumerantur ab Apostolo aliquæ virtutes. s. charitas, mansuetudo, fides, & castitas: virtutes aūt non sunt actus, sed habitus, vtꝰ supra dictum est. ergo fructus non sunt actus. q. 55. art. 1.

Sed contra est, qđ dī Mat. 12. Ex fructu arbor cognoscitur. i. ex operibus suis homo, vt ibi exponitur a sanctis. ergo ipsi actus humani dicūtur fructus.

Respon. Dicendum, ꝙ nomen fructus a corporalibus ad spiritualia est translatum. Dicitur autem in corporalibus fructus id, quod ex planta producitur, cum ad perfectionem peruenerit, & quandam in se suauitatem habet. Qui quidem fructus ad duo cōparari potest. s. ad arborem producentem ipsum, & ad hominem qui fructum ex arbore adipiscitur. secundum hoc igitur, nomē fructus in rebus spiritualibus dupliciter accipere possumus. Vno modo, vt dicatur fructus hominis quasi arboris id, qđ ab eo producitur. Alio modo, vt dicatur fructus hominis id, qđ homo adipiscitur: nō autem omne id quod adipiscitur homo, habet rationem fructus, sed id qđ est vltimum delectationem habens. Habet. n. homo agrum, & arborem, quæ fructus nō dicuntur, sed solum id qđ est vltimum, quod. s. ex agro & arbore homo intendit habere: & secundum hoc fructus hominis dicitur vltimus hominis finis, quo debet frui. Si autem dicatur fructus hominis id, quod ex homine producitur, sic ipsi actus humani fructus dicuntur. Operatio. n. est actus secundus operantis, & delectationem habet, si

Universidad de Biblioteca

ste tonu eniens operanti. Si igitur operatio hominis procedat ab homine secundum facultatem suę rationis, sic dicitur esse fructus rationis: si vero procedat ab homine secundum altiorem virtutem, quæ est virtus Spiritus sancti, sic dicitur esse operatio hominis fructus Spiritus sancti, quasi cuiusdã diuini seminis. Dicitur in 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum fructus habeat quodammodo rationem vltimi & finis, nihil prohibet alicuius fructus esse alium fructum, sicut finis ad finem ordinatur. Opera igitur nostra inquantum sunt effectus quidã Spiritus sancti in nobis operantis, habent rationem fructus: sed inquantum ordinantur ad finem vitæ æternæ, sic magis habent rationem florum. vnde dicitur Eccles. 24. Flores mei fructus honoris & honestatis.

AD 2^m dicendum, ꝙ cum dicitur voluntas in aliquo propter se delectari, potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum quod ly, propter, dicit causam finalem, & sic propter se nõ delectatur aliquis nisi in vltimo fine. Alio modo secundum quod designat causam formalẽ, & sic propter se aliquis potest delectari in omni eo, quod delectabile est secundum suam formam: sicut patet ꝙ infirmus delectatur in sanitate propter se, sicut in fine: in medicina autem suaui non sicut in fine, sed sicut in habente saporẽ delectabilem: in medicina autem austera nullo modo propter se, sed solum propter aliud. Sic igitur dicendum est, quòd in Deo delectari debet homo propter se, sicut propter vltimum finem: in actibus autem virtuosis non sicut propter finem, sed propter honestatem, quam continet delectabile in virtuosis. vnde Ambr. dicit, quòd opera virtutum dicuntur fructus, quia suos possessores sancta & syncera delectatione reficiunt.

In li. de Paradiso, c. 13 id innuit, tom. 4.

AD 3^m dicendum, ꝙ nomina virtutum sumuntur qñq; pro actibus earum, sicut Aug. dicit, † ꝙ fides est credere quod non vides: & charitas est motus animi ad diligendum Deum & proximum. & hoc modo sumuntur nomina virtutũ in enumeratione fructuum.

† Serm. 27. de verbis Apost. hr. 1. pars huius. Secunda vero lib. 3. de doct. Christ. cap. 10. to. 3 & in Enchirid. cap. 8.

ARTICVLVS II.

Vtrum fructus a beatitudinibus differant.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd fructus a beatitudinibus non differant. Beatitudines enim attribuuntur donis, vt supra dictum est: * sed dona perficiunt hominem secundum quod mouetur a Spiritu sancto. ergo beatitudines ipsę sunt fructus Spiritus sancti.

Gal. 5. lect. 9.

*q. 69. ar. 3.

¶ 2 Præt. Sicut se habet fructus vitæ æternæ ad beatitudinem futurã, quæ est rei, ita se habent fructus præsentis vitæ ad beatitudinẽ præsentis vitę, quæ est spei: sed fructus vitæ æternæ est ipsa beatitudo futura. ergo fructus vitæ præsentis sunt ipsæ beatitudines.

¶ 3 Præt. De ratione fructus est, ꝙ sit quiddã vltimum & delectabile: sed hoc pertinet ad rõnẽ beatitudinis, vt supra dictum est. * ergo eadem ratio est fructus, & beatitudinis. ergo non debent abinuicem distingui.

Q. 3. & 4. ar tic. 1.

SED CONTRA. Quorum species sunt diuersæ, ipsa quoq; sunt diuersa: sed in diuersas partes diuiduntur & fructus, & beatitudines, vt patet per numerationẽ vtrorumq;. ergo fructus differunt a beatitudinibus.

RESPON. Dicendum, ꝙ plus requiritur ad rationẽ beatitudinis, q̃ ad rationem fructus. nã ad rationem fructus sufficit, quòd sit aliquid habens rationem vltimi & delectabilis: sed ad rationem beatitudinis vlterius requiritur, quòd sit aliquid perfectum, & excellens, vnde omnes beatitudines possunt dici fructus, sed non conuertitur. sunt enim fructus quæcunque virtuosa opera, in quibus homo delectatur: sed beatitudines dicuntur solum perfecta opera, quæ ẽt ratione suæ perfectionis magis attribuuntur donis, quàm virtutibus, vt supra dictum est. *

Q. 69. ar. 2. ad 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa probat, quòd beatitudines sint fructus, non autem quòd omnes fructus beatitudines sint.

AD 2^m dicendum, quòd fructus vitæ æternæ est simpliciter vltimus & perfectus: & ideo in nullo distinguitur a beatitudine æterna futura. Fructus autẽ præsentis vitæ non sunt simpliciter vltimi, & perfecti: & ideo non omnes fructus sunt beatitudines.

AD 3^m dicendum, ꝙ aliquid amplius est de ratione beatitudinis, q̃ de ratione fructus, vt dictum est. *

In corp.

ARTICVLVS III.

Vtrum fructus conuenienter enumerentur ab Apostolo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ Apostolus inconuenienter enumeret ad Gal. 5. duodecim fructus. Alibi enim dicit esse tantum vnum fructum præsentis vitæ, secundum illud Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione. Et Isa. 27. dicitur. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum. non ergo ponendi sunt duodecim fructus.

3. dist. 34. a. 1. q. 2. ad 1. Et vide Aug. 21. de Ciuit. Dei, c. 25. Et Gloss. Isa. 6.

¶ 2 Præt. Fructus est qui ex spirituali semine exoritur, vt dictum est: * sed Dominus Matt. 13. ponit triplicem terræ bonæ fructum ex spirituali semine prouenientem, scilicet centesimum, sexagesimum, & trigesimũ. ergo non sunt ponendi duodecim fructus.

Aug. 1. de bono coniug. c. 1.

Matt. 13.

¶ 3 Præt. Fructus habet in sui ratione, quòd sit vltimum & delectabile: sed ratio ista non inuenitur in omnibus fructibus ab Apostolo enumeratis. Patientia enim & longanimitas videntur in rebus cõtristantibus esse: fides autem non habet rationem vltimi, sed magis rationem primi fundamenti. superflue igitur huiusmodi fructus enumerantur.

SED CONTRA. Videtur ꝙ insufficienter & diminute enumerentur. Dictum est enim, * ꝙ omnes beatitudines fructus dici possunt, sed nõ omnes hic enumerantur: nihil enim hic ponitur ad actum sapientiæ pertinens, & multarum aliarum virtutum. ergo videtur quòd insufficienter enumerentur fructus.

Arg. prim.

RESPON. Dicendum, ꝙ numerus duodecim fructuum ab Apostolo enumeratorum conueniens est, & possunt significari per duodecim fructus, de quibus dicitur Apocal. vlti. Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim. Quia vero fructus dicitur, quod ex aliquo principio procedit sicut ex semine, vel radice, attendenda est distinctio horum fructuum secundum diuersum processum Spiritus sancti in nobis, qui quidem processus attenditur secundum hoc, vt in primo mens hominis in seipsa ordinetur: secundo vero ordinetur ad ea quæ sunt iuxta: tertio vero ad ea quæ sunt infra. Tunc autem bene mens hominis disponitur in seipsa, quando mens hominis bene se habet in bonis & in malis. Prima autem dispositio mentis humanæ ad bonũ, est per amorem, qui est prima affectio, & omnium affectionum radix, vt supra dictum est: * & ideo inter fructus spiritus primo ponit charitas, in qua specialiter Spiritus sanctus datur sicut in propria similitudine

Q. 25. ar. 2. & 3.

dine, cum & ipse sit amor. Vnde dicitur Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Ad amorem autem charitatis ex necessitate sequitur gaudium: omnis. n. amãs gaudet ex cõiunctione amati. charitas autem semper habet præsentem Deum quem amat, secundum illud 1. Io. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vnde sequela charitatis est gaudium: perfectio autem gaudij est pax quantum ad duo. Primo quidẽ, quantum ad quietẽ ab exterioribus conturbantibus. Non enim põt perfecte gaudere de bono amato, qui in eius fruitione ab alijs perturbatur. & iterum, Qui perfecte cor habet in vno pacatum, a nullo alio molestari potest, cum alia quasi nihil reputet. vnde dicitur in ps. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & nõ est illis scandalum: quia. s. ab exterioribus non perturbantur, quin Deo fruantur. Secundo, quantum ad sedationem desiderij fluctuantis: non. n. perfecte gaudet de aliquo, cui non sufficit id de quo gaudet. Hæc autem duo importat pax. s. vt neque ab exterioribus perturbemur, & vt desideria nostra conquiescant in vno: vnde post charitatem, & gaudium, tertio ponitur pax. In malis autem bene se habet mens quãtum ad duo. Primo quidem, vt non perturbetur mens per imminentiam malorum, quod pertinet ad patientiã. Secundo, vt non perturbetur in dilatione bonorum, quod pertinet ad longanimitatẽ: nam carere bono, habet rationem mali, vt dicitur in 5. * Ethic.

Caiet. & 3 Ethicorum lect. 1.

Ad id autem quod est iuxta hominem. s. proximũ, bene disponitur mens hominis. Primo quidẽ, quantum ad voluntatem bene faciendi, & ad hoc pertinet bonitas. Secundo, quantum ad beneficentiæ executionem, & ad hoc pertinet benignitas. dicũtur enim benigni, quos bonus ignis amoris feruere facit ad benefaciendum proximis. Tertio, quãtum ad hoc, quòd æquanimiter tolerentur mala ab eis illata: & ad hoc pertinet mansuetudo, quæ cohibet iras. Quarto, quãtum ad hoc, quòd non solum per iram proximis non noceamus, sed etiam neque per fraudem, vel per dolum: & ad hoc pertinet fides, si pro fidelitate sumatur. sed si sumatur pro fide, qua creditur in Deum, sic per hanc ordinatur homo ad id quod est supra se, vt scilicet homo intellectum suum Deo subijciat, & per consequens omnia quæ ipsius sunt.

Ar. 1. huius quæst.

Sed ad id quod infra est, bene disponitur homo, primo quidem quantum ad exteriores actiones per modestiam, quæ in omnibus dictis, & factis modum obseruat: quantum ad interiores cõcupiscentias per continentiam & castitatem, siue hæc duo distinguantur per hoc, quòd castitas refrenat hominem ab illicitis, continentia vero a licitis: siue per hoc, quòd continens patitur concupiscentias, sed non deducitur: castitas autem neque patitur, neque deducitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sanctificatio fit per omnes virtutes, per quas etiam peccata tolluntur. vnde fructus ibi singulariter nominatur propter virtutem generis, quod in multas species diuiditur, secundum quas dicuntur multi fructus.

AD 2^m dicendum, ꝙ fructus centesimus, sexagesimus, & trigesimus non diuersificantur fm diuersas species virtuosorum actuum, sed fm diuersos perfectionis gradus etiã vnius virtutis): sicut continentia cõiugalis dicitur significari per fructum trigesimum, continentia vidualis per sexagesimum, virginalis aũt per centesimum. Et alijs ẽt modis sancti distinguunt tres euãgelicos fructus secundum tres gradus virtutis, & ponuntur tres gradus, quia cuiuslibet rei perfectio attenditur scdm principium, medium, & finem.

AD 3^m dicendum, quòd hoc ipsum quod est in tristitijs non perturbari, rationem delectabilis habet: & fides etiam si accipiatur prout est fundamentum, habet quandam rationem vltimi & delectabilis, secundum quod continet certitudinem. Vnde glo. exponit, Fides, id est, de inuisibilibus certitudo.

AD 4^m dicendum, ꝙ sicut * Aug. dicit super epistolam ad Gal. Apostolus non hoc ita suscepit, vt doceret quot sunt vel opera carnis, vel fructus spiritus: sed vt ostenderet in quo genere illa vitanda, illa vero sectanda sint. Vnde potuissent vel plures, vel etiã pauciores fructus enumerari: & tñ omnes donorũ & virtutum actus pñt fm quandam cõuenientiam ad hæc reduci, secundum quod omnes virtutes & dona necesse est ꝙ ordinent menté aliquo prædictorum modorum. Vnde & actus sapientiæ, & quorumcũq; donorum ordinantium ad bonum, reducuntur ad charitatem, gaudium, & pacem. Ideo tamen potius hæc, q̃ alia enumerauit: quia hic enumerata magis important vel fruitionem bonorum, vel sedationem malorum, quod videtur ad rationem fructus pertinere.

In expositione ca. 5. ad Gal. aliquãtulum ante finem tom. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fructus Spiritus sancti contrarientur operibus carnis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd fructus nõ contrarientur operibus carnis, quę Apostolus enumerat. Contraria enim sunt in eodem genere: sed opera carnis non dicuntur fructus. ergo fructus Spiritus eis non contrariantur.

Gal. 5. lect. 6. fin.

¶ 2 Præt. Vnum vni est contrarium: sed plura enumerat Apostolus opera carnis, q̃ fructus spiritus. ergo fructus spiritus, & opera carnis non contrariantur.

¶ 3 Præt. Inter fructus spiritus primo ponuntur charitas, gaudium, & pax, quibus non correspondent ea, quæ primo enumerãtur inter opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, & impudicitia. ergo fructus spiritus non contrariantur operibus carnis.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ibidem, quòd caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.

RESPON. Dicendũ, ꝙ opera carnis, & fructus spiritus pñt accipi dupliciter. Vno modo, fm cõem rõnem, & hoc modo in cõi fructus Spiritus sancti contrariãtur operibus carnis. Spiritus. n. sanctus mouet humanã mẽtem ad id qd est fm rationem, vel potius ad id qđ est supra rationem: appetitus autem carnis, qui est appetitus sensitiuus, trahit ad bona sensibilia, quæ sunt infra hominem. vnde sicut motus sursum, & motus deorsum contrariantur in naturalibus: ita in operibus humanis contrariantur opera carnis fructibus spiritus. Alio modo pñt considerari fm proprias rõnes singulorum fructuum enumeratorum, & operum carnis. & sic non oportet, ꝙ singula singulis contraponantur: quia sicut * dictũ est, Apostolus non intendit enumerare omnia opera spiritualia, nec omnia opera carnalia. Sed tñ fm quandã adaptationem Aug. * super epistolam ad Galat. contraponit singulis operibus carnis singulos fructus, sicut fornicationi, quæ est amor explendæ libidinis a legitimo cõnubio solutus, opponitur charitas, per quam anima coniungitur Deo, in qua etiam est vera castitas: immunditiæ autem sunt omnes perturbationes de illa for-

Ar. præced.

Loco citato ar. præced. ad 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicatione conceptæ, quibus gaudiũ trãquillitatis opponitur. Horum aũt seruitus, per quã bellum est gestum aduersus euangelium Dei, opponitur paci. Contra veneficia aũt, inimicitias, & contentiones, animositates, æmulationes, & dissensiones opponuntur longanimitas ad sustinendũ mala hominũ, inter quos viuimus, & ad cutandũ benignitas, & ad ignoscendum bonitas. Hæretibus aũt opponitur fides: inuidiæ manducando: ebrietatibus & comessationibus cõtinentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd id quod procedit ab arbore contra naturam arboris, non dicitur esse fructus eius, sed magis corruptio quædã. Et quia virtutum opera sunt connaturalia rationi, opera vero vitiorum sunt contra rationem: ideo opera virtutum fructus dicuntur, non autem opera vitiorum.

Ca.4.par.4 inter med. & finem.

AD 2^um^ dicendum, quòd bonum contingit vno modo, malum uero omnifariam, vt * Diony. dicit 4. cap. de Diui. no. Vnde & vni virtuti plura vitia opponuntur: & propter hoc nõ est mirum, si plura ponuntur opera carnis, quàm fructus spiritus.

In corp.ar.

AD 3^um^ patet solutio ex * dictis.

¶ *Super Quæstionem sexagesimamprimam.*

QVAESTIO LXXI.

De uitijs, & peccatis, in sex articulos diuisa.

IN titulo q.71. & articulorũ aduerte Notitie, quòd licet tractando de uirtutibus nõ fuerit distinctum de uirtutis habitu, & actu eius in uocabulis, quia caremus illis nominibus: tñ in hoc tractatu habemus nomina, & uitii quidẽ nomine habitum uitii significamus peccati autem nomine actũ ipsum uitii. pp qđ author utrunq; proponit in principio quæstionis, & in articulis distincte quærit de eis. Attentus ergo esto quando de uitio, & quando de peccato est sermo.

Supra q.68 art.1. ad 2. Et uer. q. 14.art.6.ad 2. Et uir.q. 1.ar.1.ad 1. & 5. & q.2 ar.13.cor. * tex.17.

¶ *Super Quæstionis septuagesimamprimæ Articulum primum.*

IN 1.artic.memor esto doctrinæ posterioris ice de p se, & per se secundo, & essentialiter: & uide re poteris, q sicut homini conuenit primo rationale, & consequẽter animal, ita uirtuti sua differentia constitutiua, & consequenter cõmune prædicatum essentiale, scilicet esse bonitatem. Mãda quoque memoriæ oppositioné & distinctionem horum trium, uirtii, peccati, & malitiæ, ut possis intelligere sequentia.

ONSEQVENTER considerandum est de uitijs, & peccatis.

Circa quæ sex consideranda occurrunt. Primo quidem, de ipsis uitijs & peccatis secundum se. Secundo, de distinctione eorum. Tertio, de comparatione eorum adinuicem. Quarto, de subiecto peccati. Quinto, de causa eius. Sexto, de effectu ipsius.

Circa primum quærũtur sex.

¶ Primo, Vtrum uitium contrarietur uirtuti.

¶ Secundo, Vtrum vitium sit contra naturam.

¶ Tertio, Quid sit peius, utrum vitium, vel actus vitiosus.

¶ Quarto, Vtrũ actus uitiosus possit esse simul cum uirtute.

¶ Quinto, Vtrum in omni peccato sit aliquis actus.

¶ Sexto, De diffinitione peccati, quam August. ponit 22. contra Faustum, Peccatum est dictum, uel factum, uel concupitũ contram legem æternam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uitium contrarietur uirtuti.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur q uitium non contrarietur uirtuti. Vni.n. unum est contrarium, ut probatur in 10. * Metaph. sed uirtuti cõtrariantur peccatum & malitia. non ergo cõtrariatur ei uitium, quia uitium dicitur etiam si sit indebita dispositio membrorum corporalium, uel quarumcunque rerum.

¶ 2 Præt. Virtus nominat quandam perfectionem potentiæ: sed uitium nihil nominat ad potentiam pertinens. ergo uitium non contrariatur uirtuti.

¶ 3 Præt. * Tullius dicit in 4. de Tusc. quæstionibus, quòd uirtus est quædam sanitas animæ: sanitati autem opponitur ægritudo, uel morbus, magis quàm uitium. ergo uirtuti non contrariatur uitium.

Li.4.dis. 6. a prin. lib.

SED CONTRA est, quod dicit * Augu. in lib. de Perfectione iustitiæ, quòd uitium est qualitas, secundum quam malus est animus: uirtus autem est qualitas, quæ facit bonum habentem, ut ex * supradictis patet. ergo uitium contrariatur uirtuti.

Circa fi. 4 ratiõibus. * q.55.ar.4 &4.

RESPON. Dicendum, q circa uirtutem duo possumus considerare. s. ipsam essentiam uirtutis, & id ad quod est uirtus. In essentia quidem uirtutis aliquid considerari põt directe, & aliquid ex consequenti. Directe quidem uirtus importat dispositionem quandã alicuius cõuenienter se habentis s̃m modum suæ naturæ. Vnde Philosophus dicit in 7. * Phys. q uirtus est dispolitio perfecti ad optimum: dico aũt perfecti, qđ est dispositũ s̃m naturã. ex consequenti aũt sequitur, q uirtus sit bonitas quædã. In hoc.n. consistit uniuscuiusq; rei bonitas, q conuenienter se hẽt s̃m modũ suæ naturæ. Id aũt ad qđ uirtus ordinatur, est actus bonus, ut ex supradictis patet. Secundũ hoc igitur tria inueniuntur opponi uirtuti, quorum unum est peccatum, qđ opponitur sibi ex parte eius, ad qđ uirtus ordinatur. Nã pcm proprie nominat actum inordinatum: sicut actus uirtutis est actus ordinatus, & debitus. Secundum aũt qđ ad rõnem uirtutis cõsequitur, q sit bonitas quædam, opponitur uirtuti malitia: sed s̃m id qđ directe est de rõne uirtutis, opponitur uirtuti uitium. Vitium.n. uniuscuiusq; rei esse uidetur, q non sit disposita secundum quod conuenit suæ naturæ. Vnde Aug. dicit in 3. * de libe. arb. Quod perfectioni naturæ deesse perspexeris, id uoca uitium.

Lib.7.de ciui. c.3. Cap.14. finc cõm.

AD PRIMVM ergo dicendum, q illa tria non contrariantur uirtuti secundum idem, sed peccatũ quidem contrariatur, secundũ quod uirtus est operatiua boni: malitia autem secundum quod est bonitas quædã: uitium aũt proprie secundum qđ est uirtus.

AD 2^um^ dicendum, q uirtus non solum importat perfectionem potentiæ, quæ est principium agendi: sed etiã importat debitam dispositionem eius, cuius est uirtus. & hoc ideo: quia unumquodque operatur secundum quod actu est. Requiritur ergo q aliquid sit in se bene dispositum, quod deber esse boni operatiuum, & secundum hoc uirtuti uitium opponitur.

Lib.7.de ciui. c.27. tom.

AD 3^um^ dicendum, quòd sicut * Tull. dicit in 4. de Tusc. quæst. Morbi, & ægrotationes partes sunt uitiositatis. In corporibus.n. morbum appellat totius corporis corruptionem, puta febrem, uel aliquid huiusmodi: ægrotationem uero morbum cum imbecillitate: uitium autem, cum partes corporis inter se dissident. Et quàmuis in corpore quandoq; sit morbus sine ægrotatione, puta, cum aliquis est interius male dispositus: non tamen exterius præpeditur a solitis operationibus. In animo tamẽ, ut ipse dicit, hæc duo non possunt nisi cogitatione secerni. Necesse est. n. q quandocunq; aliquis interius est male dispositus habens inordinatum affectum, quòd ex hoc imbecillis reddat ad debitas operationes exercendas: quia unaquæque arbor ex suo fructu cognoscitur, idest, homo ex opere, ut dicitur Matth. 12. sed uitium animi

9.95.ar.1.

Lib.4. Tusc. quæst. lib. 6. a prin.

vt Tull.

vt Tull. * ibidem dicit, est habitus, aut affectio animi in tota vita inconstans, & a seipsa dissentiens. quod quidem inuenitur etiã absq; morbo vel ægrotatione, vtpote cum aliquis ex infirmitate, vel ex passione peccat. Vnde in plus se habet uitiũ, q ægrotatio vel morbus: sicut etiam virtus in plus se habet, quàm sanitas. nam sanitas etiã quædam virtus ponitur in 7. * Physi. & ideo virtuti conuenientius opponitur vitium, q ægrotatio vel morbus.

Lib.7.de ciui. c.3. 7.to.2

¶ *Super Quæstionis septuagesimæprimæ Articulum secundũ.*

IN artic. 2. eiusdẽ 71. q. in responsione ad 3. aduerte, q argumentum est ardium, & flebilem ingerens difficultatẽ de ea, quam experimur in nostra specie singulari miseria. Admittandum quippe est, q cum omnibus speciebus, quas videmus tam infra, quàm supra hominẽ, statutũ sit bonũ, vt in pluribus: sola humana natura in hac iacet miseria, vt malum habeat vt pluribus, & bonum vt paucioribus, & est sermo de malo contra naturam, & bono secundum naturam. Et author ex Arist. 9. Ethic. soluit dicens, q causa huius exorbitantiæ est dualitas naturarum subordinatarũ i homine, quarum vna contrariatur alteri. Ex hoc nanq; q in homine est ratio & sensus, & caro concupiscit aduersus spiritũ, & a bono sensus ichoamus adiũcto illo alto principio, sed plures sunt inchoantes, quàm consummantes: manifeste sequitur, q plures sequũtur bona secundum naturam sensitiuam, q̃ peruenientes ad sequendum bonum secundum naturam rationalem. Ex hoc autem aliquis malum contra naturam rationalem incurrit, quia in sensitiuæ naturæ bonis quiescit. Est etiam & alia ex eadem radice ratio, quia scilicet naturæ sensitiuæ bona sunt quo ad nos magis connaturalia, vtpote ab incunte ætate in vsu, & magis nota, vtpote euidenti experientia sensuũ,

Lib.4. Tusc. quæst. lib. 6. a prin.

ARTICVLVS II.

Vtrum uitium sit contra naturam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q vitium non sit contra naturam. Vitium.n. contrariatur virtuti, vt * dictũ est: sed virtutes non sunt in nobis a natura, sed causantur in nobis p infusionẽ, aut ab assuetudine, vt * dictũ ẽ. ergo vitia nõ sunt cõtra naturam.

¶ 2 Præt. Ea qnæ sunt contra naturã non possunt assueheri, sicut lapis nunquam assuescit ferri sursum, vt dicitur in 2. * Eth. sed aliqui assuefiunt ad vitia. ergo vitia nõ sunt contra naturam.

¶ 3 Præt Nihil quod est contra naturam, inuenitur in habentibus illam naturã, vt in pluribus: sed vitia inueniuntur in hominibus vt in pluribus, quia sicut dicit Matt. 7. Lata est via, quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam. ergo vitium non est cõtra naturã.

¶ 4 Præt. Peccatum comparatur ad vitium, sicut actus ad habitum, vt ex † supradictis patet: sed peccatũ dicitur esse dictũ, vel factũ, vel concupitum contra legem Dei, vt patet per * Aug. 22. contra Faustum, lex autem Dei est supra naturam. magis ergo dicendum est, q vitium sit contra legem, quàm sit contra naturam.

SED CONTRA, est, qđ † Augu. dicit in 3. de lib. arb. Omne vitium eo ipso quod vitium est, contra naturam est.

RESPON. Dicendum, q sicut * dictum est, Vitium virtuti contrariatur: virtus autem vniuscuiusq; rei cõsistit in hoc, q sit bene dispolita secundum conuenientiam suæ naturæ, vt * supra dictum est. vnde oportet, q in qualibet re vitium dicatur ex hoc, q est dispolita contra id quod conuenit suæ naturæ. vnde & de hoc vnaquæque res vituperatur: a vitio autem nomen uituperationis detractum creditur, ut * Aug. dicit in 3. De liber. arbit.

Sed considerandum est, q natura uniuscuiusque rei potissime est forma, s̃m quam res speciem sortitur. homo autem in specie constituitur per animã rationalẽ: & ideo id quod est contra ordinem rationis, proprie est cõtra naturam hominis, inquantum est homo. quod autem est s̃m rationem, est s̃m naturam hominis, inquantum est homo. Bonum autem hominis est secundum rationem esse: & malum hois est præter rõnẽ esse, vt Diony. dicit 4. c. de Diui. no. Vnde uirtus humana, quæ hominem facit bonum, & opus ipsius bonum reddit, intantum est secundum naturam hominis, inquantum conuenit rationi: uitium autem intantum est contra naturam hominis, inquãtũ est cõtra ordinẽ rationis.

Ca.4.par.4 non multũ remote a fine

AD PRIMVM ergo dicendũ, q uirtutes etsi non causentur a natura secundum suum esse perfectum: tamen inclinant ad id, quod est s̃m naturam, ideſt, secundũ ordinem rationis. Dicit enim * Tull. in rhet. sua, quòd uirtus est habitus in modum naturæ rationi consentaneus. & hoc modo uirtus dicitur esse secundum naturam: & per contrarium intelligitur, quòd uitium sit contra naturam.

Li.2.de inuẽtione in fol. 4. ante finem lib.

AD 2^um^ dicendum, quòd Philosophus ibi loquit de his quæ sunt contra naturam, secundum quod esse contra naturam, opponitur ei quod est esse a natura: non autem secundum quod esse contra naturam, opponitur ei quod est esse secundum naturam, eo modo quo uirtutes dicuntur esse secundum naturam, inquantum inclinant ad id quod naturæ conuenit.

AD 3^um^ dicẽdum, quòd in homine est duplex natura, scilicet rationalis, & sensitiua. Et quia per operationẽ sensus homo peruenit ad actus rationis, ideo plures sequuntur * inclinationes naturæ sensitiuæ, q̃ ordinem rationis. Plures enim sunt qui assequuntur principium rei, quàm qui ad consummationem perueniunt. Ex hoc autem vitia & peccata in hominibus proueniunt, quòd sequuntur inclinationem naturæ sensitiuæ contra ordinem rationis.

D. 295. 839.

AD 4^um^ dicendum, quòd quicquid est contra rationem artificiati, est etiam contra naturam artis, qua artificiatum producitur. lex autem æterna comparatur ad ordinem rationis humanæ, sicut ars ad artificiatum: unde eiusdẽ rationis est, quòd uitium & peccatum sit contra ordinem rationis humanæ, & quòd sit contra legem æternam. Vnde * Augustin. dicit in tertio de Libero arbit. quòd a Deo habent omnes naturæ, q naturæ sunt: & intantum sunt uitiosæ, inquãtum ab eius, qua factæ sunt, arte discedunt.

c2. 15. in prin.to.1.

ARTICVLVS III.

Vtrum uitium sit peius quàm actus uitiosus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd vitiũ, ideſt, habitus malus, sit peius q̃ peccatum, ideſt, actus malus. Sicut enim bonum quod est diuturnius, est melius: ita malũ qđ est diuturnius, est peius: sed habit * vitiosus est diuturnior, q̃ actus vitiosi qui statim trãseunt. ergo habitus vitiosus est peior q̃ actus vitiosus.

¶ 2 Præt. Plura mala sunt magis

¶ *Super Quæstionis septuagesimæprimæ Articulum tertiũ.*

IN articulo tertio in responsione ad primũ nota, q d p se, & quid per accidens in habitu & actu iuxta doctrinam i corpore articuli, vt scias discernere, cũ de nobilitate habic & actus est disceptatio. Propter quod responsio ad tertium & si solũ loquatur cõparãdo actũ & habitum

Supr. ar. 2. cor. Et mal. q.2. arti.2. ad 9. & art. 5. ad 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitumĩ nobilitate & malitia: pon tamen negatum inde putes actum) esse simpliciter nobiliorem habitu. Ex ratione enim allata in corpore, & explanata ad primum patet, q̃ actus simpliciter est nobilior & melior habitu, sicut actus simpliciter acto permisto potentiæ, & finis, eo quòd est ad finem simpliciter. secundum q̃d autem inquantum permaneret in subiecto, & habet in se virtualiter actum, vt causa efficiés, nõ inconuenit excellere. Nõ enim proprie causa est vniuoca, Tex.19.to. 3. vt Sortes Platonis, sed potius sicut semen: quod est secunda causa infra vniuocam, ad eandẽ enim speciẽ spectat semẽ, & effectus, & habitus, & actus: sed effectus & actꝰ perfectiores sunt res talibus instrumentalibus causis, quàm suis effectibus.

tus nõ dicitur bonus, vel malus, nisi ex hoc, q̃ inclinat ad actum bonũ, vel malum. Vnde pp bonitatem, vel malitiã actus, dr̃ habitus bonus, vel malus: & sic potior est actus in bonitate vel malitia, q̃ habitus: quia, D.12. 53 60. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis est.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ nihil prohibet, aliquid esse simpliciter altero potius, quod tñ fm qd ab eo deficit. Simpliciter.n. potius iudicatur quod pẽminet, quantũ ad id qd per se cõsideratur in vtroq;: fm quid aũt quod præminet, fm id quod p accidẽs In cor. art. se hẽt ad vtrunq;. Ostensum est aũt ex ipsa rõne actus & habitus, q̃ actus est potior in bonitate & malitia q̃ habitus. Quòd aũt habitus sit diuturnior q̃ actus, accidit ex eo, q̃ vtrunq; inuenitur in tali natura, quę nõ potest semper agere, & cuius actio est in motu trãseũte. vnde simpliciter actus est potior tã in bonitate, q̃ in malitia, sed habitus est potior secundum quid.

AD 2ᵐ dicendum, q̃ habitus nõ est simpliciter plures actus, sed secundum quid, idest, virtute. vnde ex hoc non potest cõcludi, quòd habitus sit simpliciter potior in bonitate, vel malitia quàm actus.

AD 3ᵐ dicendũ, q̃ habitus est causa actus in genere causæ efficientis: sed actus est causa habitus in genere causæ finalis fm quã cõsiderat rõ boni & mali: & ideo in bonitate, & malitia actus pẽminet habitui.

Supr. q.63. ar.2.ad 2.et inf.q.73. ar. 1. ad 2. & q.77. ar. 2.ad 3.Et 2 2. q.24.art. 12. Et mal. q. 2. art. 9. ad 13.Et virtu.q.1. art. 2.ad 5.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæprimæ Articulum quartũ.*

IN arti.4. in resp̃õ ad 2. aduerte, q̃ argumento consistente in hoc, q̃ si virtus nõ est cõpossibilis minori malo, puta vitio: ergo nec fugienda quàm vnum malum: sed habitus malus virtualiter est causa multorum malorum actuum. ergo habitus vitiosus est peior q̃ actus vitiosus.

¶ 3 Præt. Causa est potior quàm effectus: sed habitus perficit actũ tam in bonitate, quàm in malitia. ergo habitus est potior actu & in bonitate, & in malitia.

SED CONTRA. Pro actu vitioso aliquis iuste punitur, non autem pro habitu vitioso, si non procedat ad actum. ergo actus vitiosus est peior, quàm habitus vitiosus.

RESPON. Dicendum, quòd habitus medio modo se habet inter potentiam & actum. Manifestum est autem q̃ actus in bono & malo præeminet potentiæ, vt dicitur in 9.ª Meta. Melius est enim bene agere, quàm posse bene agere: & similiter vituperabilius est male agere, quàm posse male agere. vnde etiam sequitur, quòd habitꝰ in bonitate & in malitia, me diũ gradũ obtineat inter potentiã & actũ, vt.s. sicut habitus bonꝰ, vel malus præeminet in bonitate, vel malitia potẽtię, ita ẽt subdat actui; quod etiã ex hoc apparet, q̃ habi-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccatum simul possit esse cum virtute.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur q̃ actus vitiosus, siue peccatum, non possit simul esse cũ virtute Cõtraria. n.nõ posssũt esse simul in eodẽ: sed peccatũ quodammodo contrariatur virtuti, vt dictum est. ergo peccatũ nõ põt simul esse cum virtute.

¶ 2 Præt. Peccatum est peius q̃ vitium, idest, actus malus, quàm habitus malus: sed vitium nõ potest simul esse in eodem cum virtute. ergo neque peccatum.

¶ 3 Præt. Sicut peccatum accidit in rebus uolũtarijs, ita & in rebus naturalibus, vt dicit in 2. †Physi. sed nunquàm in rebus naturalibus accidit peccatum, nisi per aliquam corruptionem virtutis naturalis: sicut monstra accidunt corrupto aliquo principio in semine, vt dicitur in 2.ª Physi. ergo etiã in rebus voluntarijs non accidit peccatũ, nisi corrupta aliqua virtute animæ: & sic peccatum & virtus non possunt esse in eodem.

SED CONTRA est, q̃ Philosoph. dicit in 2. Ethi.ª q̃ per cõtraria virtus generatur & corrũpitur: sed vnus actus virtuosus nõ causat virtutẽ, vt †supra habitum est. ergo neq; vnus actus peccati tollit virtutem. possunt ergo simul in eodem esse.

RESPON. Dicendum, q̃ peccatum cõparatur ad virtutem, sicut actus malus ad habitũ bonũ: aliter autem se habet habitus in anima, & forma in re naturali. Forma.n. naturalis ex necessitate producit operatiõnẽ sibi cõuenientem, vnde nõ põt esse simul cum forma naturali actus formæ cõtrariæ: sicut non põt esse cum calore actus infrigidationis, neq; simul cũ leuitate motus descensionis, nisi forte ex violentia exterioris mouentis: sed habitus in anima nõ ex necessitate producit suã operationem, sed homo vtitur eo cũ voluerit. vnde simul habitu in nomine existente põt nõ vti habitu, aut agere contrarium actum: & sic põt habens virtutẽ procedere ad actum peccati. Actus vero peccati si cõparetur ad ipsam virtutem, put est habitus quidã, non potest ipsam corrumpere, si sit vnus tñ. Sicut.n.nõ generatur habitus per vnum actũ, ita nec per vnum actum corrumpitur, vt supra dictum est. Sed si cõparet actus peccati ad causam virtutũ, sic possibile est q̃ p vnum actum peccati aliquæ virtutes corrumpãtur. Quodliber.n. peccatũ mortale cõtrariatur charitati, quę est radix omniũ virtutũ infusarũ, inquãtum sunt virtutes: & ideo per vnum actũ peccati mortalis excluſa charitate, excludunt p cõsequẽs omnes virtutes infusæ, inquãtũ sunt virtutes. Et hoc dico pp fidẽ & spẽ, quarũ habitus remanent informes post peccatũ mortale, & sic nõ sunt virtutes: sed peccatum veniale, qd nõ cõtrariatur charitati, nec excludit ipsam, p consequens ẽt nõ excludit alias virtutes: virtutes vero acquisitæ nõ tolluntur p vnum actum cuiuscũq; peccati. Sic igitur peccatũ mortale nõ põt simul esse cũ virtutibus infusis, põt tñ simul esse cum virtutibus acquisitis: peccatũ vero veniale põt simul esse & cum virtutibus infusis, & cum acquisitis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ peccatum non contrariatur virtuti secundum se, sed secundum suũ actum: & ideo peccatũ non põt simul esse cum actu virtutis, potest tamen simul esse cum habitu.

AD 2ᵐ dicendum, qd vitium directe contrariatur virtuti, sicut & peccatũ actui virtuoso: & ideo vitiũ excludit virtutẽ, sicut peccatũ exeludit actũ virtutis.

AD 3ᵐ dicẽdum, q̃ virtutes naturales agunt ex necessitate. & ideo integra existẽte virtute, nunquã peccatũ põt in actu inueniri: sed virtutes animæ nõ inducunt actus ex necessitate. vnde nõ est similis ratio maiori, puta actui etc. Rndet author, q̃ icõpossibilitas nõ consurgit ex maiori vel minori bonitate vel malitia, sed ex directa oppositione: magis autem opponitur vitium virtuti quàm peccatum: & ideo &c. Art.1.huius quæst.

1.2.q.6. 14. 11.ad 2.& q.29.art.3. 2.d.35. ar.3.& dist. 41.q.1.art. 1.ad 4. Et 3p.q.1.art. 2.ad 3.& q. 27.ar.2.ad 2.& q. 28.ar.1.ad 2.& 2.d. 22.q.2. art.1. Iacob.18. & lib. de vera rel. cap.14.

ARTICVLVS V.

Vtrum in quolibet peccato sit aliquis actus.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd in quolibet peccato sit aliquis actus. Sicut.n. meritum cõparatur ad virtutem, ita peccatum ad vitiũ cõparatur: sed meritum non põt esse absque aliquo actu. ergo nec peccatũ potest esse absque aliquo actu. ¶ 2 Præt.ª Augu. dicit in lib. de liber. arbit. q̃ omne peccatum adeo est voluntarium, q̃ si non sit voluntarium, non est peccatum: sed non potest esse aliquid voluntariũ nisi per actum voluntatis. ergo omne peccatum habet aliquem actum.

¶ 3 Præt. Si peccatum esset absque aliquo actu, sequeretur q̃ ex hoc ipso, q̃ aliquis cessat ab actu debito, peccaret: sed cõtinue aliquis cessat ab actu debito, ille scilicet, qui nunquàm actum debitum operatur. ergo sequeretur q̃ continue peccaret, quod est falsum. nõ ergo est aliquod peccatum absque actu.

SED CONTRA est, quod dicitur Iacob. 4. Scienti bonum facere, & nõ facienti, peccatum est illi: sed non facere non importat aliquem actum. ergo peccatum potest esse absque actu.

RESPON. Dicendum, q̃ quæstio ista principaliter mouetur pp peccatum omissionis, de quo aliqui diuersimode opinantur. Quidã enim dicũt, q̃ in omni peccato omissionis est aliqs actus vel interior, vel exterior. Interior quidem, sicut cum aliquis vult non ire ad ecclesiam, quando ire tenetur. Exterior aũt, sicut cum aliquis illa hora, qua ad ecclesiã ire tenetur, vel ẽt ante, occupat se talibus, quibus ab eundo ad ecclesiã impedit: & hoc quodãmodo videtur in primũ redire. Qui .n. vult aliquid, cum quo aliud simul esse nõ potest, ex cõsequenti vult illo carere, nisi forte nõ perpendat, q̃ per hoc quod vult facere, impeditur ab eo qd facere tenetur: in quo casu posset p negligentiã culpabilis iudicari. Alij vero dicunt, q̃ in peccato omissionis non requiritur aliquis actus: ipsum.n.nõ facere quod quis facere tenetur, peccatum est.

Vtraque autem opinio fm aliquid veritatem hẽt. Si enim intelligatur in peccato omissionis illud solũ, quod per se pertinet ad rationem peccati, sic quãdoque omissionis peccatum ẽ cũ actu interiori, vt cum aliquis vult non ire ad ecclesiã. Quandoq; vero absq; omni actu vel interiori, vel exteriori: sicut cũ aliqs horta, qua tenetur ire ad ecclesiã, nihil cogitat de eundo, vel nõ eundo ad ecclesiã. Si vero in peccato omissionis intelligantur etiã causæ, vel occasiones omittẽdi, sic necesse est in peccato omissionis aliquẽ actũ esse. Non.n. est peccatũ omissionis, nisi cũ aliquis ptermittit qd potest facere, & non facere. q̃ autem aliquis declinet ad non faciendum illud qd potest facere, & nõ facere, non est nisi ex aliqua causa, vel occasione cõsita, vel præcedente: & si quidem causa illa non sit in potestate hois, omissio nõ habet rationem peccati: sicut cum aliquis pp infirmitatem prætermittit ad ecclesiã ire. Si vero causa, vel occasio omittẽdi subiaceat voluntati, omissio habet rõnem peccati, & tunc semper oportet q̃ ista causa inquantum est voluntaria, habeat aliquem actum ad minus interiorem volũtatis: qui quidem actus quandoq; directe fertur in ipsam omissionẽ, puta, cũ aliquis vult non ire ad ecclesiã vitans laborem, & tunc talis actus p se ptinet ad omissionem. Voluntas.n. cuiuscunq; peccati per se pertinet ad peccatum illud, eo q̃ voluntarium est de rõne peccati. Quãdoq; autem actus voluntatis directe fertur in aliud, per qd homo impeditur ab actu debito, siue illud in qd fertur voluntas, sit cõiunctum omissioni, puta, cum aliqs vult ludere, quando ad ecclesiã deberet ire: siue ẽt sit pcedens, puta, cum aliquis vult diu vigilare de sero, ex quo sequitur, q̃ nõ vadat hora matutinali ad ecclesiã: & tunc actꝰ iste interior, vel exterior p accidens se habet ad omissionem: qa omissio sequitur præter intentionem. hoc autem dicimꝰ p accidens esse, qd est præter intentionem, vt patet in 1. Physi. Vnde manifestum est, q̃ tũc peccatum omissionis habet quidem aliquem actum cõiunctum, vel pcedentem, qui tñ p accidens se habet ad peccatũ omissionis. Iudicium autem de rebus dãdum est fm illud qd est per se, & non fm illud quod est per accidens. Vnde verius dici potest, q̃ aliquod peccatum possit esse absq; omni actu: alioquin etiam ad essentiã aliorum peccatorum actualium pertinerent actus, & occasiones circunstantes.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ plura requirunt ad bonum q̃ ad malum, eo q̃ bonum contingit ex tota integra causa, malum autem ex singularibus defectib⁹, vt Dion. dicit 4. ca. de diui. no. & ideo peccatũ potest contingere siue aliquis faciat qd non debet, siue non faciendo quod debet: sed meritũ non põt esse nisi aliqd faciat volũtarie qd debet. & ideo meritũ nõ potest esse sine actu, sed peccatum põt esse sine actu. In parte 4 a medio.

AD 2ᵐ dicendum, q̃ aliquid dicitur voluntarium non solum quia cadit super ipsum actus voluntatis, sed quia in potestate nostra est vt fiat, vel non fiat, vt dicitur in 3.ª Eth. vnde etiam ipsum non velle potest dici voluntarium, inquantum in potestate hominis est velle, & non velle. Ca.5. to.5.

AD 3ᵐ dicendum, quòd peccatum omissionis contrariatur præcepto affirmatiuo, quod obligat semper, sed nõ ad semper: & ideo solum pro tempore illo aliquis cessando ab actu peccat, pro quo præceptum affirmatiuum obligat.

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter diffiniatur peccatum, esse dictum, uel factum, uel cõcupitũ contra legem æternam.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ inconuenienter diffiniatur peccatũ cum dicitur, Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum cõtra legem æternam. Dictum enim, vel factum, vel concupitum importat aliquẽ actum: sed non omne peccatum importat aliquem actum, vt dictum est. ergo hæc diffinitio non includit omne peccatum.

¶ 2 Præt. † Augu. dicit in libr. de duabus animabus. Peccatum est voluntas retinendi, vel consequẽdi quod iustitia vetat: sed voluntas sub concupiscentia cõprehenditur, secundum quod concupiscentia largo mõ sumitur p omni appetitu. ergo sufficisset dicere, Peccatum est concupitum contra legem æternam, nec oportuit addere, dictum, vel factum.

¶ 3 Præt. Peccatum proprie consi-

¶ *Super Quæstionis septuagesimæprimæ Articulũ sextum.*

IN art. 6. dubium occurrit ex Greg. de Arimino, in secũdo senten. distin. 34. volente quòd peccatum proprie, quo quis dicitur formaliter peccans, nõ est actus, nec est aliqd incomplexe significabile. & hoc probat dupliciter. Primo, quia peccatum consistit in hoc, qd aliquis agit contra rectam rationẽ: sed hoc non est nisi cõplexe significabile. ergo. Et quia in præceptis affirmatiuis & negatiuis prohibentur peccata, & affirmantur eorum opposita, vt patet: sed in his sola complexe enuntiabilia iubentur aut prohibẽtur: quia cũ præcipitur, Non mœchaberis, nec vir, nec mulier, nec aliꝰ prohibet, sed facere actum Infr. q. 76. art. 2. ad 1. Et 2. di. 35. ar. 2. cor. & ad 3. Et ma. q. 2. ar. 1 co. & ad 2.

Art. præc.

Lib. de duabus animabus ca. 11. in princ. to. 6. Et 1. retrac. ca. 15. to. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actum commissionis, quod sola oratione est enuntiabile formaliter, vel æquiualenter. Sed hæc Gregorii phantasia a diuo Tho. post Aug. & Aristotelem excludit dicente hic, q̃ peccatum nil aliud est quam actus humanus malus. constat nanque q̃ actus humanꝰ malus est quid incõplexe significabile: significatur nãque infinitis nominibus incõplexis, vt fornicationis, blasphemiæ, & aliis huiusmodi nominibꝰ.

q.1.ar.3. & q.18.ar.4. & 6. & q. 20. artic. 1. & 2.

*Li.1.de li. arb c.16.& vlti.añ me. tom.1.

*Lib.83.q. q.30. parũ a prin.to.4

¶ Peccatum nanq; cũ voluntarium sit in actu secundo consistens secũdum veritatem aut sumitur materialiter, tut formaliter, aut pro toto cõposito. & si qui dem sumitur materialiter, cõstat quod actus secundus est, quicquid sit illud: & potest & nominaliter, & verbaliter significari. verbaliter quidem per modum actus: nominaliter autẽ per modũ substãtiæ. Si uero sumitur formaliter, constat q̃ est priuatio, quæ eodẽ modo est significabilis, & similiter totum compositum: sed quod forte decipit est, quia non differnitur inter peccatum in actu exercito & in actu signato, & peccatum in re, idest, secundum se vt præuenit significabilitatem vtranque. in actu nanque exercito non nisi verbo significatur: in actu vero signato, nomine. Sed quæstio theologorum & philosophorum de re est, vt abstrahit ab his significandi modis. Et per hæc patet responsio ad obiecta: falsum nanque vtrobique assumitur, nisi in actu exercito, cum dicitur, quòd agere contra rationem, quòd mœchari &c. non sint incomplexe significabilia. male quoque exponitur Aug. in diffinitione ista. Peccatum est dictum, factum, nisi verificetur, quòd peccatum est dictio, factio, concupiscentia, volitio contra legem Dei.

¶ In eodem artic. pro quanto hic tractatur quid est peccatum in moralibus, & dicitur, quòd est actus voluntarius malus, scito vir docte, quòd, vt ex supra dictis in quæst. 18. habes, Malum æquiuoce dicitur de malo absolute, & de malo morali: quoniã malum absolute est formaliter nullius naturæ, sed priuatio I & nihil: malum autem morale est multarum naturarum, sicut color & alia genera. Vitium enim intemperantiæ formaliter est vna species in rerum natura: & similiter actus intemperantiæ formaliter est operatio in certa specie positiua, idem enim iudicium est de intemperantia habituali & actuali, quo ad hoc. Et quoniam illa vitium, hæc peccatum est: ideo cane in tractatu de vitiis & peccatis ne erres in principio, putans vitium & peccatum habere tãtum rationem mali ratione priuationis. Oportet nanque dicere, quòd peccatum est actus malus dupliciter, scilicet contrarie & priuatiue. Intemperantia enim est actus malus contrarie, pro quanto est actus habẽs contrarium obiectum formale obiecto temperantiæ: est vero actus malus priuatiue, pro quanto est actus priuatus rectitudine, quam deberet habere. Est autem inter has duas mali rationes tanta differentia, quòd prima, vt dictum fuit, est res quædã positiua, & a Deo &c. quòd secunda est, priuatio, est nihil, & non a Deo. prima quoque est prior naturaliter secunda, & est fundamentum eius, quòd omne peccatum est actus contrarius alicui virtuti: & ad huiusmodi contrarietatem sequitur priuatio debitæ rectitudinis. Prima rursus spectat ad conuersionem: secunda autem ad auersionem inseparabiliter tam in peccato vtroque, & vocatur inordinatio: sed prima contrarie, secũda priuatiue. quamuis visitato vocabulo cum de peccato est disputatio, inordinatio, deformitas, malitia, ratio mali, & si quid est huiusmodi, priuatiue sumantur in litera. ergo cum dicitur, quòd peccatum est actus humanus malus, intellige q̃ malus & inordinatus vtroque modo: vtranque enim inordinationem habet actus ex incommensuratione ad suam regulam. Nam inordinationem contrarie habet ex obiecto, quod est aliquid appetitum dissonans regulæ. & ex hoc comitatur inordinatio priuatiue: quia ex hoc actus priuatur rectitudine regulæ, qua deberet informari. Et hoc bene nota, & fige menti, si vis authore intelligere, & si vis contradictores cõuincere, naturas vi-

stere videtur in auersione a fine. nam bonum & malum principaliter considerantur secundum finem, vt ex *supradictis patet. vnde &* Augustin. in 1. de lib. arbitr. per comparationem ad finem diffinit peccatum dicens, quòd peccare nihil est aliud, quàm neglectis rebus æternis temporalia sectari. Et in *lib.83.q. dicit, quòd omnis humana peruersitas est vti fruendis, & frui vtendis: sed in præmissa diffinitione nulla fit mentio de auersione a debito fine. ergo insufficienter diffinitur peccatum.

¶ 4 Præt. Ex hoc dicitur aliquid esse prohibitum, quia legi cõtrariatur: sed nõ oĩa peccata sunt mala, qa prohibita, sed quædã sunt prohibita, quia mala. nõ ergo in communi diffinitione peccati debuit

G

ponι, quòd sit contra legem Dei.

¶ 5 Præt. Peccatum significat malum hominis actum, vt ex* dictis patet: sed malum hominis est contra rationem esse, vt Diony. dicit 4. cap. de diuin. nom. ergo potius debuit dici, quòd peccatum sit contra rationem, quàm quòd peccatum sit contra legem æternam.

IN CONTRARIVM sufficit authoritas *Augustin.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex* dictis patet, Peccatum nihil aliud est quàm actus humanus malus. quòd autem aliquis actus sit humanus, habet ex hoc, quòd est voluntarius, sicut ex* supradictis patet, siue* sit volũtarius quasi a volũtate elicitus, vt ipsum velle vel eligere: siue quasi a voluntate imperatus, vt exteriores actus

H

potest, q̃ substantia actus in genere naturæ & moris, est vt materiale: & inordinatio priuatiue est vt formale, vt ex dicendis clarius patet. secunda tamẽ expositio magis videtur literaliter intenta. De re igitur ipsa dubiũ est, quæ duarũ inordinationũ sit magis de rõne peccati, an inordinatio positiua, an inordinatio priuatiua: & hoc est idẽ qd quærere, quid est magis de rõne peccati, auersio, vel cõuersio. Oportet. n. hic, vbi q d est peccatũ fundamus, peccati quidditatẽ diligẽter inuestigare, q̃m principium ois scientiæ est. Q d q d est. Et scito, q̃ nõ facio difficultatẽ in peccatorũ nominibus ꝓpriis, puta intẽperãtia, iniusticia: vel cõmuni, puta culpa, peccatũ: q̃m esset quæst. nõ de rebus absolute, sed vt significatur sub vocabulis, & rediret quæst. de nominibus. Dẽ eo aũt hoc, ne quis arguat ex hoc, q̃ sicut albũ purã qualitatem significat: ita malũ purã malitiã, & peccatũ purã priuationẽ. Sicut ex nominũ significationibus arguimus, iniusticia actualis, cõtrarie sumẽdo ly, impurã qualitatẽ igitur & sic oppositas habent determinationes de genere & speciebus, qd est ridiculũ affere inter viros doctos. De ipsa ergo re, quã peccatũ dicim*, quocũq; nomine voceꝫ quæsitio est. & Sco. in secũdo sen. dis. 35. tenet, qd inordinatio priuatiua, seu auersio est magis de rõne peccati: quia ipsa essentialis ratio peccati. & hoc manifestat q̃ oppositũ rectitudo opposita est ipsa essentialis ratio virtutis. & deducta hãc suã positionẽ ex illo capite. s. qd peccatũ est formaliter priuatio, ad qd sunt tot authoritates a diuo Tho, nõ habeo explicite quantum recolo oppositum: sed distinguit ipse, & tandẽ oppositũ videtur mihi esse verũ ſm doctrinã eius, vt in seq. q. in 1. art. clare insinuat. Distinguo igitur in primis ex ipso in Secunda secundæ q. 10. art. 5. q̃ peccatũ est in duobus generibus, in genere mali simpliciter, & est in genere voluntarii, seu moralis mali. & in gne quidẽ mali simpliciter, reponit formaliter per inordinationẽ priuatiue, seu auersionẽ: in genere aũt voluntarii, seu moralis mali per suã differentiã, quàm ex obiecto malo moraliter habet, reponitur. Et quoniã obiectũ tale & differentiã talẽ, in qua inordinatio cõtrarie cõsistit, sortiũ peccatũ ex intentione peccantis. vnde habet peccatũ, quod sit voluntariũ: auersionẽ autẽ, seu inordinationẽ nõ sortitur ex intensione, sed cõsequitur: ideo peccato inquantũ voluntariũ: intimius inest inordinatio cõtrarie, q̃ priuatiue, & conuersio quàm auersio. inquãtũ vero malũ simpliciter, intimius inest inordinatio priuatiue & auersio, q̃ cõuersio. Et si quæras, absolute & sine distinctiõe loquendo, qd est dicendũ, dico q̃ qa peccatũ absolute loquẽdo, est in genere mali simpliciter, & est volũtarium, ideo vtrũq; absolute recte dicitur, scilicet, & q̃ auersio est de rõne peccati & formale in peccato, & q̃ cõuersio est de rõne peccati & formãs peccatũ. Ad cõparatiuã autẽ quid magis absolute, dico q̃ cõuersio & ratio est dupliciter, prima, qa peccatum est magis voluntariũ, q̃ malũ: qa est voluntariũ ſm se totum, quamuis diuersimode: qua conuersio principaliter, auersio secundario. non est autem malum secundum se totũ, sed secundũ partẽ tantũ, scilicet privationem. secundo

tiorũ oppone, & cũ oportebit, fateri vitia esse vere cõtrarias naturas positiuas virtutibus i genere qualitatis, & cõtraria sint formaliter contraria, cogentur idem dicere de actibus eorum formaliter, ex quibus generantur, & quos eliciunt.

¶ In eodẽ arti. quoniam ibi dicitur, quòd inordinatio est quasi formale in peccato, & actus humanꝰ est quasi materiale: dubitari potest primo de sensu literæ: secundo de re. De sensu quidẽ, an loquatur de inordinatione vtraque, an de altera tãtũ, scilicet priuatiua: & similiter per substãtiã actus, an intelligat actum ipsum in genere naturæ, an etiã secundum speciem moralẽ, sed hæc quæstio, quia de verbis & de rebus cõstat, nõ magni faciẽda est. Vtrũ hæc inordinatio vtraque, qd est quasi formale in peccato, & substantia actus volũtarii in genere naturæ vt materiale.

Artic. huius quæst.

Lib. 22. contra Faustũ. c. 27. 1. post tom. 6.

*Artic. 1. huius quæst.

Et rursus verificari

q.1.art. 2. D. Aug.

Sed arg. contra. huius.

¶ In eodem sexto articulo, in responsione ad vltimum occurrit dubium, An peccatũ in moralibus ex hoc ipso q̃ est peccatum, sit offensiuum Dei, & similiter auersiuum a Deo: an ex alio habeat, quòd sit contra rationẽ, & ex alio quòd sit offensiuũ Dei. In litera enim distinguitur peccatum secũdum has duas rationes, & dicitur quòd inquantum est contra rationem, tractatur a philosopho morali: inquantum est offensiuum Dei, a theologo. Quòd enim ex diuersis hæc proueniat, suadet primo ipsa distinctio facta, deinde ratio, quia ratio nostra est quoddam ens participatum: Deus autem est ipsum esse per essentiam. contra autem, quòd contrarium, vel priuatio entis participati, non est contrarium, nec priuatio entis per essentiam. Peccatum igitur ex hoc quòd est contra rationem humanam, non est offensiuum Dei: nec sufficit ad euadendum hoc, dicere quòd quia ratio humana deriuatur a diuina, quòd est contra rationem humanam, est contra diuinã, tum quia cognitio sensitiua deriuatur a diuina cognitione, non tamen contrarium cognitioni sensitiuæ, est contrarium cognitioni diuinæ: tum quia ex hoc nihil aliud habetur, nisi quòd peccatum est contra rationem diuinam, inquãtum participata est in ratione humana, quod nihil aliud est, quàm esse cõtra effectum Dei: & quæstio est de esse cõtra ipsum Deũ vt offensiuum eius, non suorum effectuum.

¶ Præterea, Si peccatũ vt sic, esset offensiuum Dei, & auersiuum

secunda est, quia cõuersio dat peccato verã speciem, auersio vero dat priuationem speciei. Intemperantia enim ex conuersione ad obiectum, sortitur differentiã veræ speciei in genere qualitatis: ex auersione autem priuationem habet speciei temperantiæ, magis autem conuenit peccato differentia vere specifica, quàm priuatio speciei. Authoritates autem allatæ a Scoto, & ratio inducta nihil aliud probant, nisi quòd peccato, vt est in genere mali simpliciter, magis insit auersio. sic enim essentialis peccati ratio in priuatione cõsistit: sed, vt dictum est, magis reget ratio peccati, inquantum est voluntarii, secundum quã non est essentialis ratio peccati in priuatione, sed in contrario ad qd sequitur priuatio illa. Dixi autẽ pluries malum simpliciter, ad differentiam mali moralis, quod non est malũ simpliciter, sed huic vt diuo Thomæ in locis superius allegatis placet. Sicut enim frigus est in se bonum quoddã, & est malum calido: ita temperantia est in se bonum quoddã, est tamẽ malum rationali vitæ. & sicut ad frigidũ quod est cõtrarium calido, sequitur priuatio calidi, non quia frigus non est calor, sed quia frigidũ nõ est calidũ: & hæc priuatio habet rõnem mali in subiecto, cui debetur bonũ calidi, quãdo, sicut &c. vt patet in corporibus infirmis ex frigore. Ita ad intẽperantiã sequitur primatio, nõ quia nõ est tẽperantia: hæc est. n. negatio impertinẽs, sed quia actus voluntarius subiectus formæ intemperantiæ, non est temperatus. Et quoniã debetur tali actui subiecto bonũ tẽperantiæ, ideo huiusmodi priuatio habet rationem mali simpliciter: & sic inordinato hic, & auersio pertinet ad peccatum, inquantum malum simpliciter: inordinatio autem contrarie, & conuersio pertinet ad peccatum, inquantum habet rationem mali moralis, & voluntarii. Et quoniam inordinatio priuatiue est vltimũ superueniẽs peccato, ideo forte in litera dicitur, q̃ est quasi formale in peccato: & non dixit absolute, quòd est formale. & eadẽ ratione, actus denominatur ab illa dicitur, quòd est quasi materiale in peccato. Vtrum autem peccatum, quia includit hæc duo, sit vnum per accidens, aut vnum per se, & alterum sit annexum: quamuis hic esset dicendum, vbi de quod quid est peccati tractatur: in sequenti tamen articulo, vbi de specifica distinctione peccatorum tractatur, dicetur.

¶ Præterea, si peccatũ vt sic, esset offensiuum Dei, & auersiuum ab eo, posset hoc cognosci naturali ratione, & a Philosophis deberet tractari, quorum neutrum apparet.

¶ In oppositũ est, quia odium Dei & blasphemia Dei, sunt peccata mortalia secluſa omni fide & gratia: & naturaliter cognoscibilia non solũ q̃ sunt peccata, sed q̃ sunt offensiua Dei. Et hoc non nisi quia cõtra rõnẽ rectã actꝰ odii hẽt obiectum. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ istæ duæ rationes in peccato distinguuntur non vt disparatæ, sed vt subordinatæ: ita q̃ peccatũ esse cõtra rationem subordinatur, ad esse contra Deum, & illud infert hoc, qua si vt inferius suũ superius.

Cap. 3 6. 7. 8. tom. 3.

¶ Ad cuius euidentiam sciendum est, q̃ finis vltimus creaturæ rationalis vt sic, est Deus dupliciter. primo vt obiectum beatitudinis possibilis naturaliter: secũdo vt obiectum beatitudinis reuelatæ. Nec Deus sic & sic sese habet vt duo disparati fines vltimi, sed qm gratia ꝓsupponit & perficit naturã, Deus vt finis naturalis est finis vltimus quasi in genere, & quasi subordinatur sibiipsi, vt finis est beatitudinis reuelatæ tãquã fini vltimo simpliciter. Propter quòd, quicquid contrariatur Deo vt fini naturali rationalis creaturæ, repugnat consequenter eidem, vt fini supernaturali: quamuis non quicquid ordinatur ad Deum vt finem naturalem, ordinetur ad eundem supernaturalem. Et ratio disparitatis est: quia bonum consurgit ex causa integra, malum autem ex particulari quocunque defectu. cum autem finis moralium virtutum sit bonum rationis ordinatum ad Deum finem naturalem, vt medium necessarium ad consequendũ illum: ita quòd inter bonum rationis, & Deum finem rationalis creaturæ, hæc est cõnexio necessaria & in ratiocinãdo, & in exequendo. nã inchoando a fine, & ex eo accipiẽdo rationẽ operis, ad bonum rationis deuenitur tanquam a principio ad conclusionem necessariam: & similiter inchoando ab exequendo bono rationis, proceditur ad Deum vltimum finem. Manifeste enim cõstat quòd ex summo bono mentis non deducitur malũ rationis, sed bonum, & quòd ad summum mentis bonum non ducit malum rationis, sed bonum. Connexo igitur bono rationis cũ Deo fine naturali, oportet q̃ peccatum, quod est malum rationis, ex eo ipso q̃ contrariatur bono rationis, abducat a Deo fine naturali & cõsequenter, vt dictum est, supernaturali. Et cõfirmatur, quia peccans, puta, intemperatus, constituit sibi vltimum finem in bono sensibili, puta, delectatione contraria rationiæ per hoc cum non possit vnus habere simul duos vltimos fines, vt in q. prima determinatum est, proponit rem vilissimã Deo, dans ei dignitatem diuinam vltimi finis, iuxta illud apostoli ad Philip. 3. Quorũ deus venter est. & per hoc auertitur manifeste a Deo summo bono, & offendit ipsum quantum est ex parte sua, auferens illi dignitatem propriam esse vltimum finem operum rationalis creaturæ, & præponens illi aliud, magis diligens illud aliud, q̃ ipsum: quia finis vltimus est maxime amatus. Et hoc qd

Universidad de Deusto
Biblioteca

offensiuum eius. Supposita autē fide peccatum ipsum privat rectitudine non solum legis naturæ seu rationis, sed diuinæ opponitur enim ordini charitatis infusæ, & est offensiuum Dei vltimi finis simpliciter. has enim conditiones non haberent actualiter peccata mortalia, si Deus creaturam rationalem in suis puris naturalibus præceptis ac tutib⁹ reliq̄s seruari ōnq̄ posset, vt dictum est, repugnarent etiam supernaturalibus, vtpote præsupponentibus naturalia.

¶ Ad primam autē obiectionem in oppositum patet respō sio. distinctio enim ex hoc quòd est distinctiō, habet magnam latitudinem. Quāmuis posset dici, q̄ author intendit de ratione offensiui, inquantum est cōtra Deum supernaturalem finem, quod puræ est theologiæ considerare. Sed hoc parui refert quia theologus etiā considerat peccata, inquantum sunt cōtra rationem in ordine ad abductionē a Deo, sicut etiam considerat de moralibus virtutibus acquisitis in ordine ad Deum.

Lib. 1. de li. arb. cap. 16. tom. 1.

¶ Ad secundam dicitur, quòd peccatū aliter contrariatur rationali vitæ, & aliter Deo. nam vitæ rationali contrariatur formaliter, sicut calidū frigido, vel tenebra lumini: Deo autem contrariatur obiectiue, nō efficaciter, sed affectuose, idest, non q̄ Deo ipsi in se aliqd ex tali contrarietate adimatur, sed quantum est ex affectu peccantis explicite, vt in odio Dei: implicite, vt in adulterio, furto, & huiusmodi. Vnde ex hoc ipso quòd peccatum est contrarium rationi formaliter, habet quòd est contrarium Deo obiectiue modo dicto. non enim est contrarium rationi formaliter, nisi quia voluntarium propter quod argumentum, quod de cōtrarietate formali loquitur, non obstat.

¶ Ad tertiam dicitur concedendo, quòd hoc potuit naturaliter cognosci, & dici a Philosophis, vt manifestè patet de odio Dei, quāmuis negantes diuinam prouidentiam circa humanos actus, de his non fuerint soliciti.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum primum.*

IN articu. 1. quæst. 72. sunt multa dubia simul tractanda. Primum est de conclusione ipsa ex Scoto in secundo sent. dis. 35. volente quòd peccata distinguuntur specie ex parte auersionis. Et ratio sua est: quia auersio est ipsa formalis ratio peccati: conuersio autem spectat ad materiale. constat enim quòd specificatio est ex formali, & non ex materiali.

¶ Præterea, Peccatum est in duplici genere, scilicet mali moralis & mali simpliciter, & vtroque modo specificatur. ergo non est altera tantum specificatio assereuda, reliqua omissa. Et si dicatur, quòd vna est priuatiua, & altera positiua, hoc neutram exclusionem causat: quia species alicuius assignantur iuxta naturam eius. vnde si peccatum est duarum naturarum, ambæ sunt assignandæ: si vnius, vna tantum.

¶ Si dicatur quòd vna est per se, & altera per accidens, vt in litera dicitur, bene respondetur: sed est probandum, & insuper quomodo se habeant ad inuicem per se & per accidens.

¶ Secundo, Vtrum peccata differant specie secundum obiecta. Videtur quòd non. Actus enim humani præcipue dicuntur boni vel mali, per comparationem ad finem, * vt supra ostensum est. cum igitur peccatum nihil aliud sit quàm act⁹ hominis malus, sicut † dictum est, videtur quòd secundum fines peccata debeāt distingui specie magis, quàm secundum obiecta.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccata differant specie secundum obiecta.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd peccata non differant specie secundū obiecta. Actus enim humani præcipue dicuntur boni vel mali, per comparationem ad finem, * vt supra ostensum est. cum igitur peccatum nihil aliud sit quàm act⁹ hominis malus, sicut † dictum est, videtur quòd secundum fines peccata debeāt distingui specie magis, quàm secundum obiecta.

¶ Primo, Vtrū peccata distinguantur specie secundum obiecta.

¶ Secūdo, De distinctione peccatorum spiritualiū, & carnalium.

¶ Tertio, Vtrum secūdum causas.

¶ Quarto, Vtrum secundum eos, in quos peccatur.

¶ Quinto, Vtrum secundum diuersitatem reatus.

¶ Sexto, Vtrum secundum omissionem & commissionem.

¶ Septimo, Vtrum secundum diuersum processum peccati.

¶ Octauo, Vtrum secundum abundantiam, & defectum.

¶ Nono, Vtrum secundum diuersas circunstantias.

Et circa hoc quæruntur nouē.

Et videtur quòd secundum diuersitatem obiecti, a quo peccatum habet speciem, sint diuersa peccata specie. Actus enim recipit speciem a fine, sicut a principio formali, vt supra dictum est. Sed finis est obiectum. ergo diuersa obiecta faciunt diuersa peccata specie.

¶ 2 Præt. Malum cum sit priuatio, distinguitur specie secundum diuersas species oppositorum: sed peccatum est quoddam malum in genere humanorum actuum. ergo peccata magis distinguuntur specie secundum opposita, quàm secundum obiecta.

¶ 3 Præt. Si peccata specie differant secundum obiecta, impossibile esset idem peccatum specie circa diuersa obiecta inueniri: sed inueniūtur aliqua huiusmodi peccata. Nā superbia est in rebus spiritualibus, & in corporalibus, vt * Gregor. dicit in libr. 34. Moral. Auaritia etiam est circa diuersa genera rerum. ergo peccata nō distinguuntur specie secundū obiecta.

SED CONTRA est, q̄ peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei: sed dicta, vel facta, vel cōcupita distinguuntur specie secundum diuersa obiecta: quia actus per obiecta distinguūtur, vt supra dictum est. * ergo etiam peccata secundum obiecta specie distinguuntur.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut dictum est, * ad rationem peccati duo concurrunt, scilicet actus voluntarius, & inordinatio eius, quæ est per recessum a lege Dei. Horum autem duorum vnum per se comparatur ad peccantem, qui intendit talem actum voluntariū exercere in tali materia: aliud autem, scilicet inordinatio actus, per accidens se habet ad intentionem peccātis. Nullus enim intendens ad malum operatur, vt Dio. * dicit 4. cap. de di. no. Manifestum est autem, quòd vnumquodque consequitur speciem secundum illud quod est per se, non autem secundū id quod est per accidens: quia ea quæ sunt per accidens, sunt extra rationem speciei. & ideo peccata specie distinguuntur ex parte actuū volūtariorū magis, q̄ ex parte inordinationis in peccato existentis. Actus autem voluntarij distinguuntur specie secundū obiecta, vt in superioribus * ostensum est: vnde sequitur, quòd peccata proprie distinguantur specie secūdum obiecta.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ finis principaliter habet rationem boni: & ideo comparatur ad actum voluntatis, qui est primordialis in omni peccato sicut obiectum. vnde in idem redit, q̄ peccata differant secundum obiecta, vel secundum fines.

AD 2^um dicendum, q̄ peccatum non est pura * priuatio, sed est actus debito ordine priuatus: & ideo peccata magis distinguuntur specie ſm obiecta actuū, q̄ secundū opposita. quāmuis etiā si distinguantur secundum oppositas virtutes, in idē rediret: virtutes enim distinguuntur specie secundū obiecta, vt * supra dictum est.

AD 3^um dicendum, quòd nihil prohibet in diuersis rebus specie, vel genere differentibus, inuenire vnā formalem rationem obiecti, a qua peccatum speciem recipit: & hoc modo superbia circa diuersas res excellentiā quærit: auaritia vero abundantiam eorum quæ vsui humano accommodantur.

vtiformans illud. Sit propterea dostotes, peccati nomine sæpe vtantur ad significandum illam adiacentem privationem, sicut vtuntur etiam nomine beatitudinis ad significandum summam delectationem. Declaro singula. Quòd peccatum sit vnum per se, ex hoc patet, quòd absolute dicitur distinguique specifice consuevit: hæc enim de vno per accidens non quærūntur. Quòd vero sit contrarium virtuti, ex hoc patet, quòd aliter non saluatur distinctio specifica peccatorum: declaratur sequela in peccatis extremis contrarijs iter se & medio virtuti. Si enim peccatum intemperantiæ, & peccatum insensibilitatis sunt formaliter inordinationes priuatiue, eū priuationes, vt Ipsemet Scotus in proposito fatetur, distinguuntur specie secūdum oppositos actus, oportet quòd peccata ista sint eiusdem speciei specialissimæ: quia oppositæ rectitudo, quæ privant, est vnius speciei specialissimæ, scilicet rectitudo temperantiæ, vel temperantiæ talis. Et similiter de aliis virtutibus moralibus medijs inter duas malitias, cōsequens hoc est cōtra veritatem, & Aristot. in Ethicis &c. ergo peccatū non est priuatio essentialiter, sed contrarium: & specifica distinctio eorum est ex contrariis obiectis in esse morali, & non ex priuationibus & inordinationis & inuersionis. Et quoniam hæc ratio sumpta ex parte distinctini specifici peccatorum conuenit vtrunque, scilicet distinctionem peccatorū ex parte conuersionis, & significatum formale peccati: quoniā distinctiua specifice per se sunt diuersificatiua rationis formalis istius quod distinguitur: ideo sola pro nunc sufficiat.

¶ Ad rationem autem Scoti, quòd peccatum sit priuatio, scilicet quia peccans ex hoc peccat, quòd actum voluntarium facit absque concordia ad legem, & actus ipse voluntarius ideo est peccatum, quia potest esse concors regulæ. ergo præcisa ratio peccati est priuatio concordiæ ad legem. Facile respondetur dicendo, quòd insufficienter resoluit peccatum: tribus nanque existentibus in ipso, duo tantum considerauit. Est enim in peccato intemperantiæ actus voluntarius, qui est materia bonitatis & malitiæ moralis: est & malitia moralis contraria temperantiæ, puta, intemperantiæ forma: est & cōsequēs priuatio rectitudinis temperantiæ debitæ illi actui voluntario. Et licet primum non sit formale peccatum: non sequitur, ergo tertium. stat enim quòd sit secūdum, sicut in veritate probatum est esse. Et hæc pro præcedente articulo & primo dubio. Et ad secundum defendamus, dicendo q̄ processus literæ nō est directe ab intentione ad peccatū, sed iuxta ſm modum tactum in arguendo a peccato in ordine ad peccantē ad peccatum secundum se. Nec est processus a ſm quid ad simpliciter: sicut esset arguere a peccato, vt est malum simpliciter, ad peccatū ſm se. Et ratio est, quia peccatū secundum se totum, & ambas eius partes, scilicet contrariam, & priuatiuam, intantum habet rationem peccati, inquantum est a peccante. Intemperantia enim neque cōtraria est rationi, neque priuat rectitudinem rationis, nisi vt est a peccante: non enim est peccatum nisi peccātis. Et vsque adeo est verum hoc, q̄ si nullius peccantis esset, peccatū non esset. vnde intemperantia contrarie in ordine ad Deum, a quo est, nō est peccatum, & inordinate concomitans non cōcomitatur ipsam, nisi quatenus est a peccante. Loqui ergo de peccato vt est a peccante, & de peccato secundum se, idem est: quia secundum se summptum claudit in sua ratione esse a peccāte, sic quod ex hoc sortitur peccati rationem: & quoniam peccatum est a peccante ex hoc q̄ eius voluntate est voluntarium, quod per intentionem quæ est respectu finis, q̄ est proprium obiectum voluntatis, exprimitur, consequens est quòd peccatū in ordine ad peccantem, & ad intentionem peccātis, & vt voluntarium, & secūdum se, idem sint. Et processus literæ ex hoc, quòd peccatum vt peccatum, est voluntariū voluntate peccantis, inferens q̄ specifice distingui debet secundum differentias voluntarij per se, & non voluntarij per accidēs, est processus optimus a simpliciter ad simpliciter, & non a secundū quid ad simpliciter. Fuisset autē a secundum quid ad simpliciter, immo ab accidēte ad substantiam, arguere ab inordinatione: quoniam illa est peccatum inquantum voluntaria. & quia non est voluntaria nisi per accidens, non est peccatum nisi per accidens, per actum scilicet contrarium quē comitatur vt est a peccāte. Et ex his patet, q̄ si etiā produceretur a specie intentionis peccantis ad speciē peccati, non esset error: quoniam intentio peccantis vt sic, peccatum est, & inordinata contrarie & priuatiue, sicut cætera peccata.

¶ In eodē. 1. art. 72. q. in rūsone ad secundū, dubiū occurrit, ex eo q̄ author dicit, q̄ si peccata distinguerētur ſm oppositas virtutes, in idem rediret, l. q̄ distinguerentur secundū obiecta. hoc enim repugnat nunc dictis, scilicet q̄ si distinguerētur secundū oppositas virtutes, non posset haberi distinctio specifica peccatorum, sed multa peccata distincta specie essent eiusdem speciei. ¶ Ad hoc dicitur, quòd intentio authoris est, quòd in idem rediret in ordine quo ad hoc, quòd haberentur proprie species. nam priuationes specificæ non sunt proprie species, sed priuationes specierum, vnde nihil obstant verba hic authoris determinationi factæ. Et ex hoc articulo nota regulam, quòd id quod conuertit per accidens, quāmuis necessario, nō dat speciem peccato.

¶ Super

D. 147. 785.

Q. 18. ar. 2. 992.

D. 987.

Q. 60. ar. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter distinguantur peccata spiritualia a carnalibus.

Infr. q. 73. art. 5. co. Et 2. 2. q. 118. ar. 6. cor. Et 1. cor. 6. lec. 3. Et 2. cor. 7.

IN 2. articu. nihil scribẽdum occurrit, nisi vt notes in principio corporis, quòd in omni peccato inuenitur apperitus alicuius boni cõmutabilis, & inordinatio: & cõsequẽter in omni peccato vera est doctrina supradicta de specificatione ex parte cõuersionis, & non auersionis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter distinguantur peccata spiritualia a carnalibus. Dicit enim Apostolus ad Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia &c. ex quo videtur quòd omnia peccatorum genera sunt opera carnis: sed peccata carnalia dicuntur opera carnis. ergo non sunt distinguenda peccata carnalia a spiritualibus.

¶ 2 Præt. Quicunque peccat, secundũ carnem ambulat, secundum illud Ro. 8. Si secundum carnẽ vixeritis, moriemini: si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. sed viuere vel ambulare secundũ carnẽ, videtur pertinere ad rationem peccati carnalis. ergo omnia peccata sunt carnalia. non ergo sunt distinguenda peccata carnalia a spiritualibus.

¶ 3 Præt. Superior pars animæ, quæ est mẽs vel ratio, spiritus nominatur, secundum illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. vbi spiritus pro rõne ponitur, vt ibi* glo. dicit: sed omne peccatũ, quod fm carnem cõmittitur, a rõne deriuatur per consensum: quia superioris rationis est consentire in actum peccati, vt infra dicetur. ergo eadẽ peccata sunt carnalia & spiritualia. non ergo sunt distinguẽda adinuicem.

In gloss. ordinar. & interlineari ibidem.

*q. 74. ar. 7.

¶ 4 Præt. Si aliqua peccata specialiter sunt carnalia, hoc potissime intelligẽdum videtur de illis peccatis, quibus in corpus suũ peccat aliquis: sed sicut Apostolus dicit 1. ad Cor. 6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. ergo sola fornicatio esset peccatum carnale, cum tamen Apostolus ad Eph. 5. etiã I auaritiam carnalibus peccatis annumeret.

Cap. 31. a med.

SED CONTRA est, quod Gregor. 31. Moral. dicit, quòd septem capitalium vitiorum, quinque sunt spiritualia, & duo carnalia.

Art. præc.

RESPON. Dicendum, q sicut* dictum est, peccata recipiunt speciem ex obiectis. Omne aũt peccatum cõsistit in appetitu alicuius cõmutabilis boni, qd inordinate appetitur, & p cõsequens in eo iã habito inordinate aliquis delectatur. vt aũt ex* superioribꝰ patet, duplex est delectatio. Vna quidẽ animalis, quæ eõ summatur in sola apprehensione alicuius rei ad votũ habitæ, & hæc ẽt põt dici delectatio spiritualis: sicut cũ aliquis delectatur in laude humana, vel in aliquo K hmõi. Alia vero delectatio ẽ corporalis, siue naturalis, quæ in ipso tactu corporali perficitur, quæ põt ẽt dici delectatio carnalis. Sic igit illa peccata q̃ pficiũtur in delectatione spirituali, vocant peccata spiritualia: illa vero quæ pficiuntur in delectatione carnali, vocãtur peccata carnalia: sicut gula, q̃ pficitur in delectatione ciborum: & luxuria, quæ perficitur in delectatione veneree otũ. vñ & Apostolus dicit 2. ad Cor. 7. Emũdemꝰ nos ab omni inquinãmẽto carnis & spiritꝰ.

Q. 32. ar. 3.

Ex Aug. sumitur loco mox dicen.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut* gl. ibidẽ dicit, Illa vitia dicũtur opera carnis, nõ quia in voluptate carnis perficiãtur, sed caro sumitur ibi pro homine, qui dum fm se viuit, secundum carnem viuere dicitur, vt etiam* Aug. dicit 14. de ci. Dei. Et huius ratio est ex hoc, q omnis rationis humanæ defectus ex sensu carnali aliquo modo initium habet. Et per hoc etiã patet responsio ad secundum.

Cap. 3. & cap. 5. med.

AD 3ᵐ dicẽdũ, q in peccatis etiã carnalibus est aliquis actus spiritualis, s. actus rõnis: sed finis horũ peccatorũ, a quo denominantur, est delectatio carnis.

AD 4ᵐ dicendum, q sicut gl. ibidẽ dicit, specialiter in fornicationis peccato seruit anima corpori, intantũ vt nihil aliud in ipso momẽto cogitare homini liceat: delectatio aũt gulæ etsi sit carnalis, nõ ita absorbet rõnem. Vel põt dici, q in hoc peccato etiã quædã iniuria fit corpori, dũ inordinate maculatur: ideo p G hoc solũ peccatũ dicitur specialiter homo in corpus peccare. Auaritia vero, quæ carnalibus peccatis cõnumeratur, pro* adultetio ponitur, qd est iniusta vsurpatio vxoris alienæ. Vel põt dici, q res in qua delectatur auarus, corporale quoddã est, & quãtũ ad hoc cõnumeratur peccatis carnalibus: sed ipsa delectatio non pertinet ad carnẽ, sed ad spiritum. & ideo* Greg. dicit q est spirituale peccatum.

Dilectio

Ligit. ergo

ARTICVLVS III.

Vtrum peccata distinguantur specie secundum causas.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Artic. tertium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q peccata distinguantur specie secundum causas. Ab eodem enim habet res speciem, a quo habet esse: sed peccata habent esse ex suis causis. ergo ab eis etiam speciem fortiuntur. differunt ergo specie secundum diuersitatem causarum.

H

¶ 2 Præt. Inter alias causas minus videtur pertinere ad speciem causa materialis: sed obiectum in peccato est sicut causa materialis. cũ ergo secundum obiecta peccata specie distinguãtur, videtur q peccata multo magis secundum alias causas distinguantur specie.

¶ 3 Præt. * Augu. super illud Psal. Incensa igni & suffossa: dicit quòd omne peccatum est ex timore male humiliante, vel ex amore male inflammãte. dicitur enim 1. Io. 2. quòd omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. dicitur autẽ aliquid esse in mundo pp peccatum, fm q mundi nomine, amatores mũdi signific̃atur, vt* Aug. dicit super Io. *Greg. etiã 31. Moral. distinguit omnia peccata secundum septem vitia capitalia. omnes autẽ hmõi diuisiones respiciũt causas peccatorũ. ergo videtur q peccata differãt specie fm diuersitatẽ causarũ.

Cap. 2. & 3. & cap. 4. med.

Pſal. 58.

SED CONTRA est, quia secundũ hoc, omnia peccata essent vnius speciei, cum ex vna causa causentur. Dicitur enim Eccles. 10. q initiũ omnis peccati est superbia.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum quartum.

IN 3. art. hoc solum notandũ, q cum audire vel legere soles, q peccata & aũ humani specificantur iuxta diuersitatem motiuorũ, intelligas de motiuis in genere causæ finalis, & non efficiũæ, idest, de intẽtionibus finibus, & nõ de his q̃ mouẽt pure actiue: propter qd peccatum adulterii ex timore vel amore ad actum, non differt specie. & simile est de aliis causis impulsiuis. Aduerte tamen hic, q sermo ſltm est formalis, & intelligit de causis actiuis vt hic. Vnde q causæ actiuæ inducerent alium finem, tunc non ex ratione causæ actiuæ, sed ex ratione finis posset diuersificari species peccati. Cõtingit. n. q mulier ne perdat dilectum facit eligẽdo, consentiat alteri latro: & tũc actus ille ex illo timore erit in genere, etiã in specie facile ameꝰ gii, ad quod cõsequẽdum ordinatur: q dum ordinatur: q uis absolute fuillet simplex fornicatio, vel adulterii. Contingit ẽt q ne pdat bona sua, cõsentiat alicui: & tunc quia nullus redundat ex tali timore impulsiuo finis malus, non datur peccato inde species

Aug. in gloſſa

QVAEST. LXXII. ARTIC. III. ET IIII. 153

species, & simile est de amore, si cõsentiat ꝓpter habendum unde vivat, vt communiter pauperes faciunt, non enim propterea incurrunt in aliam speciem: immo minuitur peccatum ex bonitate finis.

Et 1. ad Timotheum vltimo, quòd radix omnium malorum est cupiditas. Manifestum est autem esse diuersas species peccatorum. non ergo peccata distinguuntur specie secundum diuersitates causarum.

A

RESPON. Dicendũ, quòd cum quatuor sint causarum genera, diuersimode diuersis attribuunt. Causa enim formalis, & materialis respiciunt proprie substantiam rei: & ideo substantiæ fm formam, & materiam, specie & genere distinguuntur. Agens autem & finis respiciunt directe motũ, & operationem: & ideo motus & operationes secundum huiusmodi causas specie distinguuntur, diuersimode tamen. nam principia actiua naturalia, sunt determinata semper ad eosdem actus: & ideo diuersæ species in actibus naturalibus attenduntur non solum secundum obiecta, quæ sunt fines, vel termini: sed etiam secundum principia actiua, sicut calefacere, & infrigidare distinguuntur specie secundum calidum, & frigidum. Sed principia actiua in actibus voluntarijs, cuiusmodi sunt actus peccatorum, non se habent ex necessitate ad vnum: & ideo ex vno principio actiuo, vel motiuo possunt diuersæ species peccatorum procedere: sicut ex timore male humiliante potest procedere quòd homo furetur, & quòd occidat, & quòd deserat gregem sibi commissum: & hæc eadem possunt procedere ex amore. Vnde manifestum est, quòd peccata non differant specie secundum diuersas causas actiuas, vel motiuas, sed solum secundum diuersitatem causæ finalis: finis autem est obiectum uoluntatis. * ostensum est enim supra, quòd actus humani habent speciem ex fine.

B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principia actiua in actibus uoluntariis, cum non sint determinata ad vnum, non sufficiunt ad producendum humanos actus, nisi determinetur uoluntas ad vnum per intentionem finis, ut patet per* Philosophum in 9. Meth. & ideo à fine pficitur & esse, & spẽs pcti.

D

AD 2ᵐ dicendum, quòd obiecta, secundum quod comparantur ad actus exteriores, habent rationem materiæ circa quam: sed secundum quod comparantur ad actum interiorem uoluntatis, habent rationem finium, & ex hoc habent quòd dent speciem actui. Quamuis etiam secũdum quod sunt materia circa quam, habeant rationem terminorũ, a quibus motus specificantur, vt dicitur in 5.* Phys. & in 10. Ethic. sed tamen etiam termini motus dãt speciem motibus, inquantum habent rationẽ finis.

AD 3ᵐ dicendum, quòd illæ diuisiones peccatorum non dantur ad distinguendas species peccatorum, sed ad manifestandas diuersas causas eorum.

E

¶ Super quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccatum conuenienter distinguatur in peccatum in Deum, in seipsum, & in proximũ.

IN quarto vero articulo, aduertẽdum q̃ codices multi corrupti sunt euidenter. primus enim ordo debet esse ordo diuinæ legis, secundus rationis, tertius sensualis: nisi quis dicat quòd ly, primus, secundus, & tertius, non referuntur ad numerationem factã in litera, sed numerationẽ fm naturæ ordinẽ. & quia qõ hæc nõ ẽ de rebꝰ, dicat quisque ut uult. Et in eodem art. nota regulam uniuersalem datã in responsione ad secundum de intelligendis, ac exponendis comparationibus eorũ, quorum unũ claditur in reliquo: & si scieueris eam applicare, multas solues quæstiones.

Ex q. 64.

C

SED CONTRA est, qd Iliad. in li. de summo bono distinguẽs peccata, dicit quòd homo dicitur peccare in se, in Deum, & in proximum.

RESPON. Dicendum, quòd sicut* supra dictũ est, Peccatũ est actus inordinatus: triplex autem ordo in homine debet esse. Vnus quidem fm comparationem ad regulam rationis, prout. s. omnes actiones, & passiones nostræ debent fm regulam rationis cõmensurari. Alius autem ordo est per comparationem ad regulam diuinæ legis, per quam homo in omnibus dirigi debet. Et si quidẽ homo naturaliter esset animal solitarium, hic duplex ordo sufficeret: sed quia homo est naturaliter animal politicum, & sociale, ut probatur in 1.* Politico. ideo necesse est, q sit tertius ordo, quo homo ordinetur ad alios homines, quibꝰ conuiuere debet. Horum autem ordinum primus continet secundum, & excedit ipsum. Quæcunque .n. continentur sub ordine rationis, continentur sub ordine ipsius Dei: sed quædam continentur sub ordine ipsius Dei, quæ excedunt rationem humanam, sicut ea quæ sunt fidei, & quę debentur soli Deo. vnde qui in talibus peccat, dicitur in Deum peccare, sicut hæreticus, & sacrilegus, & blasphemus. Similiter ẽt secundus ordo includit tertium, & excedit ipsum, quia in omnibus, in quibus ordinamur ad proximũ, oportet nos dirigi fm regulam rationis: sed in quibusdam dirigimur secundum rationem quãtum ad nos tantum, non autem quantum ad proximum: & quando in his peccatur, dicitur homo peccare in seipsum, sicut patet de guloso, luxurioso, & prodigo. quando uero peccat homo in his quibus ad proximum ordinatur, dicitur peccare in proximum, sicut patet de fure, & homicida. Sunt autem diuersa, quibus homo ordinatur ad Deum, ad proximum, & ad seipsum. vnde hæc distinctio peccatorũ est fm obiecta, secundum quæ diuersificantur species peccatorum. unde hęc distinctio peccatorum proprie est fm diuersas peccatorum species. nam & uirtutes quibus peccata opponuntur, fm hanc differentiam speciei distinguuntur. Manifestum est enim ex* dictis, q virtutibus theologicis homo ordinatur ad Deum: temperantia uero & fortitudine ad seipsum, iustitia autem ad proximum.

Cap. 1. 10. 5

Cap. 31. ar. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, q peccare in Deum, fm quod ordo qui est ad Deũ includit oẽm humanum ordinem, cõmune est omni peccato: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum ad id q̃ ordo Dei excedit alios duos ordines, sic peccatũ in Deum, est speciale genus peccati.

AD 2^um^ dicendum, q̃ quando aliqua, quorũ vnũ includit alterum, abinuicem distinguuntur, intelligitur fieri distinctio non secundum illud, quod vnum continetur in altero, sed secundum illud, quod vnum excedit alterum, sicut patet in diuisione numerorum, & figurarum. Non enim triangulus diuiditur contra quadratum, secundum quod continetur in eo, sed fm quod exceditur ab eo. & similiter est dicendum de ternario, & quaternario.

AD 3^um^ dicendum, quòd Deus, & proximus quamuis sint exteriora respectu ipsius peccantis, nõ tamen sunt extranea respectu actus peccati, sed comparantur ad ipsum sicut propria obiecta ipsius.

¶ *Super quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum quintum.*

ARTICVLVS V.

Vtrum diuisio peccatorum, quæ est secundum reatum diuersificet speciem.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur quòd diuisio peccatorum, quæ est secundũ reatum, diuersificet speciem, puta, cũ diuiditur secundũ veniale, & mortale. Ea enim quæ in infinitum differunt, non possunt esse vnius speciei, nec etiã vnius generis: sed veniale, & mortale peccatum differunt in infinitum. ueniali enim debetur pœna temporalis, mortali pœna æterna: mensura autem pœnæ respondet quantitati culpæ, secundũ illud Deu. 25. Pro mensura delicti, erit & plagarum modus. ergo ueniale, & mortale non sunt unius generis, nec dum quòd sunt unius speciei.

¶ 2 Præt. Quædã peccata sunt mortalia ex genere, sicut homicidium, & adulterium: quædam uero ex suo genere sunt peccata uenialia, sicut uerbum otiosum, & risus superfluus. ergo peccatum ueniale, & mortale specie differunt.

¶ 3 Præt. Sicut se habet actus virtuosus ad præmium, ita se habet peccatum ad pœnam: sed præmium est finis virtuosi actus. ergo & pœna est finis peccati: sed peccata distinguuntur specie secundum fines, ut* dictum est, ergo etiam distinguuntur specie secũdum reatum pœnæ.

SED CONTRA. Ea quæ cõstituunt speciem, sunt priora, sicut differentiæ specificæ: sed pœna sequitur culpam, sicut effectus eius. ergo peccata non differunt specie secundum reatum pœnæ.

RESPON. Dicendum, quòd eorum quę specie differunt, duplex differentia inuenitur. Vna quidem, quæ constituit diuersitatem specierum: & talis differentia nunquàm inuenitur nisi in speciebus diuersis, sicut rationale & irrationale, animatum & inanimatum. Alia autem differentia est consequens diuersitatem speciei: & talis differentia etsi in aliquibus consequatur diuersitatem speciei, in aliis tamen potest inueniri in alia specie, sicut album & nigrum consequuntur diuersitatẽ speciei corui, & cygni: tamen inuenitur huiusmodi differentia in eadem hominis specie. Dicendum est ergo, quòd differentia uenialis, & mortalis peccati, uel quęcumque alia differentia, quæ sumitur penes reatum, non potest esse differentia constituens diuersitatem speciei. Nũquàm enim id quod est per accidens, constituit speciem: id autem quod est præter intentionẽ agentis, est per accidẽs, vt patet in secundo Phys. Manifestum est autem, quod pœna est præter intentionẽ peccantis: unde per accidens se habet ad peccatum ex parte ipsius peccantis. Ordinatur tamen ad peccatum ab exteriori, scilicet ex iustitia iudicantis, qui secundũ diuersas conditiones peccatorum diuersas pœnas infligit. Vnde differentia, quæ est ex reatu pœnæ, potest cõsequi diuersam speciem peccatorum, non autem constituit diuersitatem speciei. Differentia autem peccati uenialis, & mortalis consequitur diuersitatem inordinationis, quæ complet rationem peccati. Duplex enim est inordinatio, vna per subtractionem principii ordinis: alia qua etiam saluato principio ordinis fit inordinatio circa ea quæ sunt post principium: sicut in corpore animalis quandoque quidem inordinatio complexionis procedit usque ad destructionem principii vitalis, & hæc est mors: quandoque uero saluo principio vitæ fit deordinatio quędam in humoribus, & tunc est egritudo. Principiũ autem actus totius ordinis in moralibus est finis vltimus, qui ita se habet in operatiuis, sicut principium in demonstrabile in speculatiuis, vt dicitur in 7. Ethicorum. Vnde quando anima deordinatur per peccatum usque ad auersionem ab vltimo fine, scilicet Deo, cui unimur per charitatem, tunc est peccatũ mortale: quando uero fit deordinatio citra auersionem à Deo, tũc est peccatũ ueniale. Sicut.n.in corporibus deordinatio mortis, quæ est per remotionẽ principii uitæ, est irreparabilis fm naturã: inordinatio autem ægritudinis reparari potest propter id quod saluatur principiũ uitę, similiter est in his quæ pertinent ad animam. Nam in speculatiuis, qui errat circa principia, impersuasibilis est: qui autẽ errat circa ultima principijs, per ipsa principia reuocari potest. Et similiter in operatiuis, qui peccando auertitur ab ultimo fine, quantũ est ex natura peccati habet lapsum irreparabilem: & ideo dicitur peccare mortaliter, æternaliter puniendus. qui uero peccat citra auersionẽ à Deo, ex ipsa ratione peccati reparabiliter deordinatur, quia saluatur principium: & ideo dicitur peccare uenialiter, quia scilicet non ita peccat, ut mereatur interminabilem pœnam.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd peccatum mortale, & ueniale differunt in infinitum ex parte auersionis, non autem ex parte cõuersionis. per quam respicit obiectum, unde peccatum speciem habet. unde nihil prohibet, in eadem specie inueniri aliquod peccatum mortale, & ueniale: sicut primus motus in genere adulterii est peccatum ueniale, & verbũ otiosum, quod plerunque est ueniale, potest etiam esse mortale.

AD 2^um^ dicendũ, quòd ex hoc, quòd inuenitur aliquod peccatum mortale ex genere, & aliquod peccatum ueniale ex genere, sequitur quòd talis differentia consequatur diuersitatem peccatorum secundũ speciem, non autem quòd causet eam. Talis autem differentia potest inueniri etiam in his, quæ sunt eiusdem speciei, ut* dictum est.

AD 3^um^ dicendum, quòd præmium est de intentione merentis, uel uirtuose agentis: sed pœna nõ est de intentione peccantis, sed magis est contra uoluntatem ipsius: unde non est similis ratio.

¶ *Super quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum sextum.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatum commissionis, & omissionis differant specie.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur quòd peccatum commissionis, & omissionis specie differant. Delictum enim cõtra peccatum diuiditur, Eph. 2. ubi dicitur. Cum essetis mortui delictis, & peccatis uestris. et exponit ibi* glo. Delictis, idest, dimittendo quæ iubentur: & peccatis, scilicet agendo prohibita. Ex quo patet, quòd per delictum intelligitur peccatum omissionis: per peccatum, cie secundum diuersitatem præceptorum. Et hæc sequitur ex prima, vt patet: quia præcepta affirmatiua dantur de actibus virtutum: negatiua uero de actib^9^ uitiorum. Committẽs autem actũ uitii simul agit contra utrũque præceptum, committendo actum prohibitum, & omittendo actum mandatum: & in una tantum peccati specie errat. ¶ In eodem articulo, nota rationem duplicem in responsione ad secundum, quare peccata non diuersificantur secundum diuersitatem præceptorum, quia scilicet peccatum non habet speciem ex parte auersionis. Et intendit dicere, quòd quia esse contra legem, seu legis præceptũ, quod idem est, spectat ad auersionem peccati. Auertitur enim peccans à lege, nec per se intendit contra legem facere, sicut nec inordinate facere, ut fm dictum est, & peccatum non habet speciẽ ex parte auersionis, ideo diuersitas præceptorum nõ diuersificat speciem peccatorum. Sicut enim quia auersio non dat speciẽ peccato, diuersitas auersionis non specificat: ita quia esse cõtra præceptum, non dat speciem, quia pertinet ad auersionem, diuersitas præceptorum non diuersificat speciespeccatorum. Et dicit hoc author satisfaciens argumento inducenti, quòd peccato per se connexit esse contra legem: vt quia ex prima ratione hic assignata didiceramus, quòd diuersitas præcepti secundum affirmatiuum, & negatiuum nõ variat speciẽ peccati: ex hac secunda ratione discamus eniuersaliter, quòd diuersitas præceptorum non causat diuersitatem specificam peccatorum. Et ex hac doctrina habes, quòd fortũ ex hoc,

Inf. qõ. 88. ar. 1. & 2. Et 1. di. 17. qõ. 2. art. 5. cor. Et 2 di. 42. q. 1 ar 3 Et 4. dis. 16. q. 3. ar. 2 q. 4 ad 5 Et 3 cõtra. c. 139 fin. & 147.

art. 1. ad 1.

Ter. in com.

Lib. 4. Phy. tex. 67. to. 2

q. 71. ar. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd est prohibitum diuersis præceptis, puta, iuris diuini, naturalis, positiui, principis, prælati &c. non acquirit aliam speciem: & similiter est de peccato ex iure positiuo tantum multiplicatis præceptis à subordinatis prælatis. Assignata itaque ratio vniuersalis est, scilicet quòd peccãs respicit præceptũ ex parte auersionis. Propterea hic habes determinatum in oppositũ, qđ in quæstione de mal. quæstione 2. articulo 6. rationabile iudicatũ est, scil. et peccata, quia prohibita, distingui secũdum præcepta. semper enim peccatum ex parte conuersionis distinguitur specie, ut dictum est.

In cor. art.

¶ *Super quæstionis septuagesimæ secũdæ Articulum septimũ.*

IN articulo septimo eiusdem septuagesimæ secundæ quæstiõis nota, quòd diuisio peccati in peccatum cordis, oris, & operis dupliciter intelligi potest. Primo modũ diuisionis totius uniuersalis in partes subiectiuas generis, scilicet in species. Secundo modum quasi totius integralis in suas partes consequenter se habentes: & hoc modo tractatur in præsenti litera.

D.673. 1060.

Inf. q.100. artt.5.& 6. cor Et 2.2. prol. Et 2. di. 41. q.2. ar.2. qó.1.

¶ Ad cuius euidentiã scito, quòd peccata sunt in duplici differentia. nã quædam sunt quæ perfectionem non habent nisi in opere, vt furtum, homicidium, & adulterium, & huiusmodi: & huiusmodi peccata se habent ad peccata cordis, oris, & operis, quasi ut totum integrale ad suas partes, sicut domus ad fundamentum, parietes ad rectum. Et sic tractatur in litera prima distinctio, & dicitur quòd distinguuntur secundum gradus ciuilẽ causa eius: unde etiam in rebus naturalibus eiusdem rationis est, quòd ignis calefaciat, & quòd non infrigidet.

Libr.12. de Tri. cap.12 circa med. tom.3.

Li.4.Mora. c.27.a me.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd illa diuisio quæ est per commissionem & omissionem, non est secundum diuersas species formales, sed materiales tantum, vt dictum est.

AD 2m dicendum, quòd necesse fuit in lege Dei proponi diuersa præcepta affirmatiua, & negatiua, ut gradatim homines intro ducerentur ad virtutem. prius quidem abstinendo à malo, ad quod inducimur per præcepta negatiua, & postmodum faciendo bonum, ad quod inducimur per præcepta affirmatiua. Et sic præcepta affirmatiua & negatiua non pertinent ad diuersas virtutes, sed ad diuersos gradus virtutis, & per consequens non oportet quòd contrarientur diuersis peccatis secundum speciẽ. Peccatum etiam non habet speciẽ ex parte auersionis, quia secundũ hoc est negatio, uel priuatio: sed ex parte conuersionis, secundũ quod est actus quidam. vnde secundum diuersa præcepta legis non diuersificantur peccata secundum speciẽ.

AD 3m dicendum, quòd obiectio illa procedit de materiali diuersitate speciei. Sciendum est tamen, quòd negatio etsi proprie nõ sit in specie, constituitur tamen in specie per reductionem ad aliquã affirmationem quam sequitur.

ARTICVLVS VII.

Vtrũ conuenienter diuidatur peccatũ in peccatũ cordis, oris, & operis.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter diuidatur peccatum in peccatum cordis, oris, & operis. Augustinus enim in 12. de Trin. ponit tres gradus peccati, quorum primus est, cum carnalis sensus illecebram quandam ingerit, quod est peccatũ cogitationis. Secundus gradus est, quando sola cogitationis delectatione aliquis cõtentus est. Tertius gradus est, quando faciendum discernitur per consensum: sed tria hæc pertinent ad peccatum cordis. ergo incõuenienter peccatũ cordis ponitur quasi vnum genus peccati.

Inf. q.100. artt.5.& 6. cor Et 2.2. prol. Et 2. di. 41. q.2. ar.2. qó.1.

¶ 2 Præt †Greg. in 4. Moral. ponit quatuor gradus peccati, quorũ primus est culpa latens in corde: secũdus, cum exterius publicatur: tertius est, cum consuetudine roboratur: quartus est, cum vsque ad præsumptionem diuinæ misericordiæ, vel ad desperationem homo procedit: ubi non distinguitur peccatũ operis à peccato oris, & adduntur duo alij peccatorum gradus. ergo inconueniens fuit prima diuisio.

¶ 3 Præt. Non potest esse peccatũ in ore, vel in opere, nisi fiat prius in corde. ergo ista peccata specie non differunt. non ergo debent contra seinuicem diuidi.

SED CONTRA est, qđ *Hiero. dicit super Ezech. Tria sunt generalia delicta, quibus humanũ subiacet genus: aut enim cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus.

RESPON. Dicendum, quòd aliqua inueniuntur differre specie dupliciter. Vno modo ex eo quòd vtrumque habet speciem completam, sicut equus, & bos differunt specie. Alio modo, secundũ diuersos gradus in aliqua generatione, uel motu accipiuntur diuersæ species: sicut ædificatio est cõplera generatio domus, collocatio autem fundamẽti, & erectio parietis sunt species incompletæ, vt patet per Philosophum in 10. Eth. & idẽ etiã potest dici in generationibus animalium. Sic igitur peccatum diuiditur per hęc tria, s. peccatum oris, cordis, & operis, non sicut per diuersas species cõpletas: nam consumatio peccati est in opere, vnde peccatum operis habet speciem cõpletam, sed prima inchoatio eius est quasi fundatio in corde. Secundus autem gradus eius est in ore, secundũ quod homo prorumpit facile ad manifestandum conceptũ cordis. Tertius autem gradus iam est in consumatione operis. Et sic hęc tria differunt secundum diuersos gradus peccati: patet tamen qđ hæc tria pertinent ad vnam perfectam peccati speciem, cum ab eodẽ motiuo procedant. Iracundus. n. ex hoc qđ appetit vindictam, primo quidẽ perturbatur in corde, secũdo in verba contumeliosa prumpit, tertio uero procedit vsque ad facta iniuriosa: & idẽ patet in luxuria, & in quolibet alio peccato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omne peccatum cordis conuenit in ratione occulti, & secundum hoc ponitur unus gradus, qui tamen per tres gradus distinguitur, scilicet cogitationis, delectationis, & consensus.

AD 2m dicendum, quòd peccatum oris, & operis conueniunt in manifestatione, & propter hoc ea *Gregorius sub uno computat: *Hierony. autem distinguit ea, quia

quòd nulla est distinctio specifica in esse morali, sed solius unius speciei progressus. Secundo per modum cuiusdam intermedij termini, ut consensus in delectationem cogitati adulterii, & verba prouocantia ad hoc, secundum se tamen delectabilia: & in istis apparet, quòd sit aliqua specifica differentia secundum species imperfectas, sicut in generatione animalium, & ædificatione. sed in uera non est etiam sic aliqua diuersitas specierum imperfectarum, sed similitudo potius earum. Non enim est hic distinctio particularium formarũ heterogenearum, sicut in ædificatione fundare, erigere, & cooperire distinguuntur specie: nec est hic aliqua forma media, ut uia. sicut forma embrionis est in uia ad formam hominis: sed tantummodo forma inchoati finis proprii diuersimode in corde, in ore, atque opere se habens secundum perfectum & imperfectum grauia materiæ. Et ratio est illa, quæ in litera ponitur: quia scilicet unicum tantũ est motiuũ obiectiue. propter quod author in litera nõ affirmauit distinctionẽ imperfectarum specierũ in hac morali distinctione, ut dubitando tamen est, quamuis etiam iuxta authoris doctrinam in q. de potẽtia Dei, q.3. ar.9 ad 10. si distinguerẽtur specie imperfecta, ut embrio distinguitur à perfecta specie, non æquerea essent peccata hic diuersarũ specierum, sed omnia comprehendentur sub petõ unius speciei: quia huiusmodi imperfectæ species nec sunt in genere, nec in specie, nisi per reductionẽ, eo modo, quo imperfectũ reducitur ad perfectum. Non enim sunt quædam de per se species, ut terra, & elementa: sed sunt quædam p se, & essentialiter ordinatę naturę ad species, ut mot ad terminum, ita qđ se habent ut quidam mortus permanẽtes ad ipsas species non habentes alias species: sicut nec mot successiui absq; terminorum speciebus, & per hoc patet solutio primi dubii. Ad secundum autem dicitur, quòd licet peccatum contumeliæ perficiatur in ore, vt communiter uidetur in usu: si contumeliæ tamen nomine intelligatur dehonorationis peccatum, certum est quòd non consumatur in ore, quamuis multa in peccato oris dehonoratio sit. Plus namque dehonorat aliquam uxorẽ adulterio exponendo, q̃ dicendo ei, qđ uxor est adultera. Sunte eadem intentione. vnde in litera comparatur dicere verba contumeliosa ad facere facta contumeliosa: & sine dubio sunt eiusdẽ speciei secũdum illam rationem formalem dehonorationis, & sic nulla est diuersio. Secus autem est, quando aliquis contumelia iniuriatur verbo & facto, postmodum ad vindictã alterius rei, quàm honoris intẽdit, vel medio vtitur secundum se malo ad vindictam honoris, vt in ex emplo dato patet. Tunc enim plures vindictas intendit, & in pluribus speciebus reponitur eius peccatum.

Tex. 13. & 14. tom.3.

art.1.huius quæs.

D.785.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ secũdæ Articulum octauum.*

IN ar. 8 & 9 eiusdẽ 72 quæst. not. q̃ author distinguere peccatorũ species intendens, ex parte motiuorũ finiũ, videt digredi ad motiua ex parte agẽtis, brenitatis (vt puto) causa, uolens intelligi ex tali distinctione diuersitatem obiectorũ. verbi gratia, cũ dicit qđ intẽperantia, & insensibilitas oriuntur ex cõtrariis motiuis s. ex delectationum amore, & odio earũ, uult intelligi ex delectationibus amabilibus, & ex eiusdem exosis. oportet. n. sumere motiua effectiue non ut fic, sed id quod redundat in obiecto qđ mouet finaliter: & sic ẽt intelligo nostrũ articulũ.

D.648.

Cap.1.in fi. to.3.

¶ In respõsione ad 5m prædicti 8. ar. intelligo Noutrie dupliciter modũ recedẽdi à veritate, s. p. se mẽdãcio recessũ ab ea, & tunc non differt specie magis & minus, sicut nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

in recessu ratione vt sic, & non per se intendēdo: & tunc differt specie, sicut ueresio in peccatis ex motiuis.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, signa illam, & intuste illius veritatē, & in his qui auarissimi sunt ad habendū etiam Iesu Christi patrimonium, & effundunt in meretrices, ve nationes &c. sunt enim simul auari, & prodigi, vt in lra dicitur, & experientia testatur abominabilis, quā vtinam nescire liceret.

¶ *Super quæstionis septuagesimæ secundæ articulum nonum.*

IN art. 9. eiusdem quæst. 72. aduertey, quòd author mutat opinionem, quā in quarto senten. dist. 16. quæst. 93. tenuit, scilicet, quòd circūstantia etiam si non sit finis, dat speciem peccato, & vult hic idem esse iudicium de specificatiōe actū humani ex circumstantia in actu virtutis, & i actu vitij: quia vtrobiq; oportet speciē dari a motiuo, vt obiecto: & nunquàm circunstātiam ut sic, dare speciem, sed oportere eam transire in differentiam, seu conditionē obiecti inxta superius determinata in quæst. 18. Et quoniam ibi voluit peccati species sumi ex parte priuationis, hæc soluit in responsione ad primum, & secūdum. Nec est difficile solvere rationes, quæ ibi afferuntur, scilicet de fure, qui nolles calicem quem furatur, esse sacrum, & quòd sola circunstantia cur, mutaret speciem. Insufficiens namque signum non finis est nolle iras habentis voluntatem liberam deliberatam ad illud: sicut etiam accedens ad uxorem alterius mallet ipsam esse innuptam. Nec sequitur, quòd sola circunstantia, cur, mutet speciem, sed quòd nec cur, nec aliqua circunstantia mutet speciem, nisi habeat rationem alterius motiui, ut finis: non ita quòd sit, aut apprehendatur ut finis præcedentis peccati. Non enim sacrilegium est finis furti, cum aliquis furatur sacrum: sed sufficit quòd sit conuinis. Furtum enim sacrilegum est conuersio ad bonum commutabile, ut obiectum contrarium rationis, quia alienum, & quia sacrum.

¶ In articulo eodem nono eiusdem quæst. 72. dubium occurrit, Quomodo stant ista simul, scilicet, Circunstantia nunquàm dat speciem nisi ratione alterius motiui, ut obiecti, seu finis procul dubio per se, quia ab his quæ sunt per accidens non sumitur species: & omnis circunstantia transmutans actum de bono in malum, dat peccato speciem: fuit enim hæc regula in quæst. 18. assignata. Cum enim quicquid præter intentionem actui voluntario connunctum sit, non per se obiectum sit, & omne incognitum præter intentionem coniungatur voluntario actui, oportet dicere aut quòd nullus actus sit ex bono malus ex circunstantia ignota, quantumcunque mala: aut quòd circunstantia det speciem absque hoc, quòd eius obiectum sit per se motiuum uoluntatis ut finis. verbi gratia. Ioannes exercens se ad sagittandum, minus prouide emittens sagittā percutit patrem: in hoc & infinitis similibus circunstantia facit actum de bono malum, & nullum intervenit per se obiectum illius speciei, cuius est illa circunstantia, puta parricidii, uel homicidii, quomodo ergo consonant dicta, & in qua specie sunt ista peccata, non apparet.

¶ Ad hoc dubium est multiplex dicendi modus, scilicet ex cōsequenti, ex materia, ex omissione, ex ignorātia, ex negligentia,

¶ Ex consequenti quidem: quia sicut aliquis actus est ex consequenti uolitus, ita obiectum proprium illius actus est ex consequenti intentum. uerbi gratia in exemplo allato, Sicut ille uolendo improuide sagittare, ex cōsequēti uoluit actu percussionis consequētis: ita ex consequenti intendit proprium percussionis obiectū, ac per hoc ad os improuidum sagittationis trahitur in alia speciem accidentalē. Sed hæc uia implicat cōtradictoria: quoniam eo ipso quòd aliquid se habet consequetur ad actum, & obiectum intentum, est extra latitudinem specificantis. nec est dare species accidentales respectu actu interioris uoluntatis: quoniā à solo obiecto est illius species, quod est eius finis, licet sit aliqua spēs principalior altera: licut finis est sub fine, ut cum furtum fit ut moriatur. Vnde licet circunstantia in actu exteriori det speciem, si dat speciem transit in circunstantia, quia transit in obiectum, unde est substantialis differentia actus, ut in quæstione decima octaua, artic. 10. superius patet.

¶ Ex materia vero, quia materia ad eandem speciem spectat, ad quam formam. Et propterea quando aliquid est materialiter volitum, ad eandem speciem spectat actus ille, ad quam spectaret, si esset formaliter volitum: & ideo in exemplo posito, quia Ioann. voluit percussionem materialiter, ad speciem homicidii, & parricidii reductiue spectat. Sed hæc uia fallo innititur fundamento: quia materiam spectare ad speciem formæ, intelligitur de forma non sub qua esset, non enim materia animalis spectat ad speciem cadaueris, quæ esset sub ea si ab anima relinqueretur. Constat autem omne peccatum habere actu aliquam formam, cum nihil sit in genere, quod non sit in aliqua specie, ac per hoc nihil est in specie peccati quod non sit in aliqua specie peccati, & nihilominus falsum præter intentiam: quoniam quicquid est materialiter volitum sub ea qua forma, totum spectat ad formæ speciem, unde hic dicitur, quòd omnes circunstantiæ sub uno motiuo ad unam speciem illius, scilicet motiui, spectant. Constat quoque, quòd procurans à muliere consensum ad fornicationem, ex consequenti & materialiter uult & intendit spiritualem mortem illius: & tamen actus ille nullo modo respicit speciem à morte spirituali, sed à fornicatione per se intenta. Quæ ergo ex consequenti, uel materialiter, uel per accidens coniungūtur, quamuis nocumenta & mala, vt patet exemplo nunc allato, non trahunt in suam speciem, quamuis aggrauent peccatum: traherent autem in suas species, si intenta essent.

¶ Ex

¶ Ex omissione autem ignorantia, & negligentia, quæ sunt species omissionis, qā huiusmodi peccatis interuenit omissio, uel scientiæ, vel consilii, vel solicitudinis: emissio autem propriam speciem sortitur non ex actu, cui per accidens annectitur, sed ex proposito genere, etiam si nullus interueniat actus. Qui n. omittit audire Missam, vacans illa hora ludo, non specificatur omissio ex actu ludi, quia per accidēs iungitur omissionis peccato, sed ex diuino cultu, cui cōtrariatur omissio illa. Vnde i huiusmodi peccatis tātum malī est, quantū omissionis fm suas species habēt. Sed hoc nihil est, quia peccata ista sunt peccata commissionis. Occidens n. hominē improuide sagittādo, dicens malū de proximo non animo de trahendi, absoluens ignoranter aliquem à peccato, vel censura, a qua nō potest: & alia huiusmodi, non omittendo, sed committendo contra legem peccant. Præterea, Hoc non est soluere, sed quasi mutare quæstionē. nam commune est commissionibus & omissionibus, quòd omnes sub eodē fine motiuo cadētes, ad eandem speciem spectēt. Vnde sicut primus per se obiectā commissionum, ita & omissionum, nisi qn in omissione non oportet ponere obiectū politiue volitū, sed negatiue vel per se, sicut ipsam omissionem. Aliter dicitur, quòd nulla est in dictis authoris discordia: & quòd huiusmodi actus sunt in propriis speciebus suorum per se formaliter, & directe obiectorum tantum.

¶ Ad quorum euidentiam scire oportet, quòd aliud est loqui de voluntario, & aliud de voluntario specificāte. Non enim sufficit ad rationem specificantis in moralibus, quòd sit voluntariū, sed plus exigitur: iam enim dictum est quòd peccatum nō habet speciē ex auersione, & constat qn auersio est uoluntaria. Quòd autem sit illud plus, colligitur ex dictis. Cum enim actus moralis ex obiecto, seu fine speciem habeat, & constat quòd intelligitur de obiecto formaliter, sicut vniuersaliter cum de specificatione actuum & potentiarum ex obiectis dicitur: & quia quod est per accidens, extra speciem est, oportet etiam quòd intelligat de obiecto per se: & quia in per se, & formaliter obiectum actus directe tendit actus, vt patet inductiue, cōsequēs est vt de obiecto directe intelligatur, & sic ad hoc quòd obiectum specificet actum voluntatis, exigitur quòd sit formaliter per se, & directe intentum: non exigitur autem quòd sit primo intentum. Stat. n. quòd sit per se formaliter & directe, secundario tamen intentum: sicut cum quis vult mœchari, vt furetur, volitio specificatur ab vtroque, licet à furto principalius. Circunstantia igitur specificans, eo ipso quòd ingreditur latitudinem specificantium, oportet obiectuum ordinem intrare, & differentiam, seu conditionem obiectuum ponere formaliter, & directe intentam. Cum autem nullum ex ignorantia incursum sit per se, & directe uolitum, consequens est quòd nulla huiusmodi conditio, seu circunstantia det peccato speciem. Nec est uerum, quòd actus fiat de bono malus ex huiusmodi ignotis conditionibus, sed fit de malo peior, aut pluribus modis malus. Sagittās enim improuide, actū facit moraliter malum, etiam si nullum contingat lædi, quoniam sagittatio est actus voluntarius periculosus, & debet fieri quando, & vbi, sicut &c oportet: quod ab improuido non seruatur. Quando autem lædi aliquē contingit, læsio talis aggrauat actū iam malū, vt in q. seq. de nocumento aggrauante dicitur. Et codē modo cum quis verba detractoria non detrahendo, sed otiose dicit, læsio famæ proximi non specificat actum, sed aggrauat, obligatque ad restitutionem rationē læsionis. Si quis similiter ex ignorantia absolut à quo non potest, non est reus illius actus, sed improuidi, seu ignorantis actus quo ad moralem speciē. secus autem videtur quo ad pœnas positiui iuris: quoniam iuris dispositioni stā dū est. Si enim verbi gratia dicatur, Si quis auserit, vel præsumpserit absoluere, sit excommunicatus, contra facies ex ignorantia, excusatur à pœna: quia excusatur ab actu p se formaliter & directe volito: quod audaciæ præsumptionis, & similium nominum ratio insinuat. Si vero dicatur, Si quis absoluerit, incidere videtur in Canonē, eo quòd sicut potest ius positiuum pœnam ponere excommunicationis actui, ēt de se non illicito, vt patet de religiosis inducētibus ad sepulturas &c. multo magis potest excommunicare pro actu illicito, qualis est actus voluntarius ex culpabili, etiam venialiter ignorantia. Reponenda sunt igitur peccata in solis speciebus suorum per se obiectorum formaliter, & directe volitorum. Annexa autem & materialiter concurrentia aggrauare quidem, specificare autem non possunt. Sed nec hoc satisfacit: quoniam redit fere in idem cum dicentibus, quòd tantum est hoc peccati, quantum omissio, seu negligentia &c. meruit. sola enim maiori grauitate differentiam constituit: nec saluatur qđ cōmuniter dicitur, scilicet, quòd tales sunt homicidæ, & huiusmodi: quia ergo de ignorantia inferius erit ex proposito tractatus, & ex illa hæc pendet, illuc vsque solutio difficultatis huius differatur. hæc autem exercebunt ingenium.

QVAESTIO LXXIII.

De comparatione peccatorum adinuicem, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de comparatione peccatorum adinuicem.

Et circa hoc quæruntur decē.

¶ Primo, Vtrū omnia peccata, & vitia sint connexa.

¶ Secundo, Vtrū omnia sint paria.

¶ Tertio, Vtrum grauitas peccatorum attendatur fm obiecta.

¶ Quarto, Vtrum fm dignitatē virtutū, quibus peccata opponunt.

¶ Quinto, Vtrum peccata carnalia sint grauiora, quàm spiritualia.

¶ Sexto, vtrum secundum causas peccatorum attendatur grauitas peccatorum.

¶ Septimo, Vtrum secundum circunstantias.

¶ Octauo, Vtrum secundum quantitatem nocumenti.

¶ Nono, Vtrum secundum conditionē personæ, in quā peccatur.

¶ Decimo, Vtrum propter magnitudinem personæ peccantis aggrauetur peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnia peccata sint connexa.

AD PRIMVM sic procedi tur, Videtur qp omnia peccata sint connexa. Dicitur. n. Iacobi 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem F
in vno factus est omnium reus: sed idem est esse reũ
omnium mandatorum legis, quòd habere omnia pec
cata: quia sicut * Ambros. dicit, peccatum est transgres
sio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandato
rum. ergo quicunque peccat in vno peccato, subiici
tur omnibus peccatis.

Ambr. li. 2 paradi. c. 8. aut. med. tom. 4.

¶ 2 Præt. Quodliber peccatum excludit virtutem sibi
oppositam: sed qui caret vna virtute, caret omnibus,
vt patet ex † supradictis. ergo qui peccat vno peccato, q. 65. ar. 1.
priuatur omnibus virtutibus: sed qui caret virtute, G
habet vitium sibi oppositum. ergo qui habet vnum
peccatum, habet omnia peccata.

¶ 3 Præt. Virtutes omnes sunt connexæ, quæ conue-
niunt in vno principio, vt * supra habitum est: sed si- q. 65. art. 1. & 2.
cut virtutes conueniunt in vno principio, ita & pecca
ta. quia sicut amor Dei, qui facit ciuitatẽ Dei, est prin
cipium, & radix omnium virtutum: ita amor sui, qui
facit ciuitatem Babylonis, est radix omnium peccato-
rũ. vt patet per Aug. 14 * De ciui. Dei. ergo etiã omnia Cap. 28. & vlt. tom. 5.
vitia, & peccata sunt connexa, ita vt qui vnum habet,
habeat omnia.

SED CONTRA. Quædam vitia sunt sibiinuicem
contraria, vt patet per Philosophum in 2 Ethic. sed im H Ca. 8. to. 5.
possibile est contraria simul inesse eidem. ergo impos
sibile est oia peccata, & vitia sibi esse inuicem cõnexa.

RESPON. Dicendum, quòd aliter se habet inten-
tio agentis secundum virtutem ad sequendum ratio-
nem, & aliter intẽtio peccantis ad diuertendũ à ratio-
ne. Cuiuslibet enim agentis secundum uirtutem intẽ-
tio est, ut ipsius rationis regulam sequatur: & ideo
omnium uirtutum intentio in idem tendit, & propter
hoc omnes uirtutes habent connexionem adinuicem
in ratione recta agibilium, quę est prudentia, sicut * su- q. 65. art. 1.
pradictum est: sed intentio peccantis non est ad hoc,
quòd recedat ab eo quod est secundum rationem, sed
potius quòd tendat in aliquod bonum appetibile, à I
quo speciem sortitur. Huiusmodi autem bona, in quæ
tendit intentio peccantis à ratione recedens, sunt di- D. 1013.
uersa, nullam connexionẽ habentia adinuicem: immo
etiam interdum sunt contraria. Cum igitur uitia, &
peccata speciem habeant secundum illud ad quod cõ-
uertuntur, manifestum est, quòd secundũ illud, quod
perficit speciẽ peccatorum, nullam connexionem ha-
bent peccata adinuicem. Non enim peccatum cõmit-
titur in accedendo à multitudine ad unitatem, sicut
accidit in uirtutibus quę sunt connexę, sed potius in
recedendo ab unitate ad multitudinem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Iacobus lo
quitur de peccato non ex parte conuersionis, secundũ K
quod peccata distinguuntur, sicut * dictum est: sed lo- in corp. ar. & q. 72. ar. 1.
quitur de eis ex parte auersionis, inquantũ scilicet ho-
mo peccando recedit à legis mandato. Omnia autem
legis mandata sunt ab vno & eodem, vt ipse ibidem di
cit: & ideo idem Deus contemnitur in omni peccato:
& ex hac parte dicit, quòd qui offendit in vno, factus
est omnium reus: quia scilicet vno peccato peccando
incurrit pœnæ reatum ex hoc, quòd contemnit Deũ,
ex cuius contẽptu prouenit oium peccatorum reatus.

AD 2^um dicendum, quòd sicut * supra dictum est, q. 71. art. 4.
non per quemlibet actum peccati, tollitur uirtus op-
posita. nam peccatum ueniale uirtutem non tollit:
peccatum autem mortale tollit uirtutem infusam,
inquantum auertit à Deo. sed unus actus peccati
etiam mortalis, non tollit habitum uirtutis acquisi-
tæ: sed si multiplicentur actus, intantum quòd gene-
retur contrarius habitus, excluditur habitus uirtutis
acquisitæ, qua excluſa excluditur prudentia: quia cum
homo agit contra quamcumque uirtutem, agit cõtra
prudentiam, sine qua nulla uirtus moralis esse potest, q. 58. art. 2. & q. 65. art. 1.
ut * supra habitum est. & ideo per consequens exclu
duntur omnes uirtutes morales quãtum ad perfectũ,
& formale esse uirtutis, quod habent secundum quod
participant prudentiam: remanent tamen inclinatio-
nes ad actus uirtutum non habentes rationem uirtu
tis. Sed non sequitur, quòd propter hoc homo incur-
rat omnia uitia, uel peccata. Primo quidem, quia uni
uirtuti plura uitia opponuntur, ita quòd uirtus potest
priuari per unum eorum, etiam si alterum eorum nõ
adsit. Secundo, quia peccatum directe opponitur uir-
tuti, quantum ad inclinationem uirtutis ad actum, vt q. 71. art. 2.
* supra dictum est: unde remanentibus aliquibus in-
clinationibus uirtuosis, non potest dici, quòd homo
habeat uitia, uel peccata opposita.

AD 3^um dicendum, quòd amor Dei est congregati-
uus, inquantum affectum hominis à multis ducit in
unum: & ideo uirtutes, quę ex amore Dei causantur,
connexionem habent. Sed amor sui disgregat affectũ
hominis in diuersa, prout scilicet homo se amat appe
tendo sibi bona temporalia, quæ sunt uaria, & diuer-
sa: & ideo uitia & peccata quę causantur ex amore
sui, non sunt connexa.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnia peccata sint paria.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ 2. dist. 42. ar. 1. & 3. contra. gen. 119. Ecce. q. 2. ar. 6. Matth.
omnia peccata sint paria. Hoc enim peccare est,
facere quod non licet: sed facere quæ non licet vno &
eodẽ modo in omnibus reprehenditur. ergo peccare
vno & eodem modo reprehenditur. non ergo vnum
peccatum est alio grauius.

¶ 2 Præt. Omne peccatum consistit in hoc, quòd homo I
transgreditur regulã rationis, quæ ita se habet ad actus
humanos, sicut regula linearis in corporalibus rebus.
Ergo peccare simile est ei quod est lineas transilire: sed
lineas transilire est æqualiter, & vno modo, etiã si ali-
quis longius recedat, vel propinquius stet: quia pri
uationes non recipiunt magis, vel minus. ergo omnia
peccata sunt æqualia.

¶ 3 Præt. Peccata uirtutibus opponuntur: sed omnes in Parad. cuiuscunque est, omnia æqualia esse uitia. virtutes æquales sunt, vt^ Tull. dicit in Paradoxis. er-
go omnia peccata sunt paria.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit ad Pila
tum. Io. 19. Qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet. K
& tamen constat quòd Pilatus aliquod peccatum ha-
buit. Ergo vnum peccatum est maius alio.

RESPON. Dicendum, ꝙ opinio Stoicorum fuit, in Parad. cuiuscunque est, æqualia esse uitia.
quam * Tullius prosequitur in Paradoxis, quòd omnia
peccata sunt paria. Et ex hoc etiam deriuatus est quo-
rundam hæreticorum error, qui ponentes omnia pec-
cata esse paria, dicunt etiam omnes pœnas inferni esse
pares: & quantum ex verbis Tullii perspici põt, Stoici
ducebantur ex hoc, ꝙ considerabãt peccatum ex parte
priuationis tantum, prout scilicet est recessus à ratio-
ne. vnde simpliciter æstimantes, quòd nulla priuatio
susciperet magis & minus, posuerũt omnia peccata
esse paria. Sed si quis diligenter consideret, inueniet
duplex priuationũ genus. Est enim quædam simplex,
& pura priuatio, quæ cõsistit quasi in corruptum esse:
sicut mors est priuatio vitę, & tenebra est priuatio lu-
minis, & tales priuationes nõ recipiunt magis & mi-
nus:

nus: quia nihil residuum est de habitu opposito. vnde A
non minus est mortuus aliquis primo die mortis, &
tertio, vel quarto, quàm post annum, quãdo iam cada-
uer fuerit resolutum. Et similiter nõ est magis tenebro
sa domus, si lucerna sit operta pluribus velaminibus,
quàm si sit operta vno solo velamine totum lumen in-
tercludente. Est autẽ alia priuatio non simplex, sed ali
quid retinens de habitu oppositi, quæ quidem priua-
tio magis consistit in corrumpi, quàm in corruptum
esse: sicut ægritudo, quę priuat debitam commensu-
rationem humorum, ita tamen quòd aliquid eius re-
maneat, alioquin non remaneret animal viuum. & si-
mile est de turpitudine, & aliis huiusmodi. Huiusmo- B
di autem priuationes recipiũt magis & minus ex par-
te eius, quod remanet de habitu contrario. Multum
enim refert ad ægritudinem, vel turpitudinem, vtrum
plus, vel minus à debita cõmensuratione humorum,
vel membrorum recedatur. Et similiter dicendum est
de vitijs, & peccatis: sic enim in eis priuatur debita
cõmensuratio rõnis, vt non totaliter ordo rationis tol
latur, alioquin malũ si sit integrum, destruit seipsum, 4. Ethic. ante med.
vt dicitur in 4. Ethic. Non enim posset remanere sub-
stantia actus, vel affectio agentis, nisi aliquid remane-
ret de ordine rationis: & ideo multum interest ad gra-
uitatem peccati, vtrum plus, vel minus recedatur à re-
ctitudine rationis. Et secundum hoc dicendum est, ꝙ C
non omnia peccata sunt paria.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccata cõ-
mittere non licet propter aliquam deordinationem,
quam habent: vnde illa, quæ maiorem deordinatio-
nem continent, sunt magis illicita, & per consequens
grauiora peccata.

AD 2^um dicendum, quòd ratio illa procedit de pec-
cato, ac si esset priuatio pura.

AD 3^um dicendũ, quòd virtutes sunt æquales pro-
portionaliter in vno & eodem: tamen vna virtus pre-
cedit aliam dignitate secundum suam speciem. vnus
etiam homo est alio virtuosior in eadem specie virtu- 1. 66. art. 1. & 2.
tis, vt * supra habitum est. Et tamen si virtutes essent D
pares, nõ sequeretur vitia esse paria: quia virtutes ha-
bent connexionem, non autem uitia, seu peccata.

ARTICVLVS III.

Vtrum grauitas peccatorum uarietur secundum obiecta.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd 1. 66. art. 1. & 2. 1. dist. 44. q. 1. ar. 3. 2. dist. 42. q. 2. ar. 4. 3. dist. 16. q. 3. ar. 2. 4. dist. 16. q. 3. ar. 2. q. 1. 4. dist. 21. q. 3. ar. 2. q. 1. 4. dist. 43. q. 1. ar. 3. q. 1. 4. dist. 46. q. 1. ar. 3. q. 1.
peccatorum grauitas non uarietur secundum
obiecta. Grauitas enim peccati pertinet ad modum,
vel qualitatem ipsius peccati: sed obiectum est mate-
ria ipsius peccati. ergo secundum diuersa obiecta, pec-
catorum grauitas non uariatur.

¶ 2 Præt. Grauitas peccati est intensio malitiæ ipsius: E
peccatum autem non habet rationem malitiæ ex parte
conuersionis ad proprium obiectũ, quod est quoddam
bonũ appetibile, sed magis ex parte auersionis. ergo gra
uitas peccatorum non uariatur fm diuersa obiecta.

¶ 3 Præt. Peccata, quæ habent diuersa obiecta, sunt 1. 66. art. 1. & 2. 1. dist. 44. q. 1. ar. 3. 2. dist. 42. q. 2. ar. 4. 3. dist. 16. q. 3. ar. 2. 4. dist. 16. q. 3. ar. 2. q. 1. 4. dist. 21. q. 3. ar. 2. q. 1. 4. dist. 43. q. 1. ar. 3. q. 1. 4. dist. 46. q. 1. ar. 3. q. 1.
diuersorũ generum: sed ea quæ sunt diuersorũ ge-
nerum, nõ sunt comparabilia, vt probatur in 7. Phys. *
ergo unum peccatum non est grauius altero secun-
dum diuersitatem obiectorum.

SED CONTRA. Peccata recipiunt speciẽ ex obie
ctis, ut ex^ supradictis patet: sed aliquorum peccatorũ
unum est grauius altero secundum suam speciem, si-
cut homicidium furto. ergo grauitas peccatorum dif-
fert secundum obiecta.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex^ supradictis Arti. præc.
patet, grauitas peccatorum differt eo modo, quo una
ægritudo est alia grauior. Sicut enim bonum sanitatis
consistit in quadam commensuratione humorum
per conuenientiam ad naturam animalis: ita bonum
uirtutis consistit in quadam commensuratione huma
ni actus secundum conuenientiam ad regulam ratio-
nis. Manifestũ est autem, quòd tanto est grauior ægri-
tudo, quanto tollitur debita humorum commensura-
tio per commẽsurationẽ prioris principii: sicut ægri-
tudo, quæ prouenit in corpore humano ex corde, qđ
est principium uitæ: uel ex aliquo quod appropinquat
cordi, periculosior est. unde oportet etiam quòd pec-
catum sit tanto grauius, quanto deordinatio contingit
circa aliquod principium, quod est prius in ordine ra-
tionis. Ratio autem ordinat omnia in agibilibus ex fi
ne: & ideo quanto peccatum contingit in actibus hu-
manis ex altiori fine, tanto peccatũ est grauius. Obie-
cta autem actuum sunt fines eorum, ut ex^ supradictis q. 72. art. 3. ad 2.
patet: & ideo secundum diuersitatem obiectorum at-
tenditur diuersitas grauitatis in peccatis, sicut patet
quòd res exteriores ordinantur ad hominem, sicut ad
finem: homo autem ordinatur ulterius in Deum, sicut
in finem. Vnde peccatum, quod est circa ipsam substã-
tiam hominis, sicut homicidium, est grauius peccato,
quod est circa res exteriores, sicut furtũ. & adhuc est
grauius peccatum quod immediate contra Deum cõ-
mittitur, sicut infidelitas, blasphemia, & huiusmodi.
In ordine quorũlibet horum peccatorũ, unũ peccatũ
est grauius altero, fm quod est circa aliquid principa-
lius vel minus principale. Et quia * peccata habẽt spe D. 991.
ciẽ ex obiectis, dria grauitatis, quæ attenditur penes
obiecta, est prima & principalis, quasi cõsequẽs speciẽ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectum
etsi sit materia circa quam terminatur actus, habet ta-
men rationem finis, secundum quod intentio agentis
fertur in ipsum, ut * supra dictum est: forma autem q. 72. ar. 3. ad 2. q. præced. art. 6. & q. 18. art. 6.
actũ moralis dependet ex fine, ut ex superioribus patet.

AD 2^um dicendum, quòd ex ipsa indebita cõuersio-
ne ad aliquod bonum commutabile, sequitur auersio
ab incommutabili bono, in qua perficitur ratio mali:
& ideo oportet, quòd secundum diuersitatem eorum
quæ pertinent ad conuersionem, sequatur diuersa gra-
uitas malitiæ in peccatis.

AD 3^um dicendum, quòd omnia obiecta humanorũ
actuum habent ordinem adinuicem: & ideo omnes
actus humani quodãmodo cõueniunt in uno genere,
secundum quod ordinantur ad ultimum finẽ: & ideo
nihil prohibet omnia peccata esse comparabilia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum grauitas peccatorum differat secundum dignitatem uirtutum, quibus opponuntur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ gra 2. 2. qõ. 20. ar. 3. & qõ. 116 art. 2. co. & q. 119 ar. 3. cor. Et mal. q. 2. ar. 10.
uitas peccatorum non differat fm dignitatem
uirtutum, quibus peccata opponũtur, ut scilicet ma-
iori uirtuti grauius peccatum opponatur: quia, ut di-
citur Pro. 15. In abundanti iustitia uirtus maxima est.
sicut autem dicit Dominus Matt. 5. Abundans iustitia
cohibet iram: quæ est minus peccatum quàm homici-
dium, quod cohibet minor iustitia. ergo maximæ uir-
tuti opponitur minimum peccatum.

¶ 2 Præt. In 2. Ethi. * dicitur, quòd uirtus est circa dif- Ca. 3. circa finem, to. 5
ficile, & bonum. ex quo uidetur, quòd maior uirtus
sit circa magis difficile: sed minus est peccatum si ho-
mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo deficiat in magis difficili, q̃ si deficiat in minus difficili. ergo maiori virtuti minus peccatũ opponitur.

¶ 3 Præt. Charitas est maior virt⁹, quàm fides, & spes, vt dicitur 1. ad Cor. 13. Odium autem quod opponit charitati, est minus peccatum quàm infidelitas, vel desperatio, quæ opponuntur fidei, & spei. ergo maiori virtuti opponitur minus peccatum.

SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 8 Ethic.* quòd pessimum optimo contrariũ est. optimum autem in moralibus est maxima virtus: pessimũ autem grauissimum peccatum. ergo maximæ virtuti oppontur grauissimum peccatum.

RESPON. Dicẽdum, quòd virtuti opponitur aliquod peccatum vno quidem modo principaliter, & directe, quod scilicet est circa idem obiectum. nam contraria circa idem sunt: & hoc modo oportet, quòd maiori virtuti opponatur grauius peccatum. Sicut. n. ex parte obiecti attenditur maior grauitas peccati, ita etiam maior dignitas virtutis. vtrunque enim ex obiecto speciẽ sortitur, vt ex supradictis patet*. vnde oportet, q̃ maximę virtuti directe contrarietur maximum peccatum, quasi maxime ab eo distans in eodem genere. Alio modo potest considerari oppositio virtutis ad peccatum secundum quandam extensionem virtutis cohibentis peccatum. Quanto enim fuerit virtus maior, tanto magis elongat hominẽ à peccato sibi contrario, ita quòd non solum ipsum peccatum, sed etiã inducentia ad peccatum cohiber. Et sic manifestũ est, q̃ quanto aliqua virtus fuerit maior, tanto etiam minora peccata cohibet: sicut etiam sanitas quanto fuerit maior, tanto etiam minores discrepantias excludit. & per hunc modum‡ maiori virtuti minus peccatum opponitur ex parte effectus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ratio illa procedit de oppositione, quæ attenditur secundum cohibitionem peccati: sic enim abundans iustitia etiam minora peccata cohibet.

AD 2ᵐ dicendum, quòd maiori uirtuti, quæ est circa bonum magis difficile, contrariatur directe peccatum, quod est circa malum magis difficile. Vtrobique enim inuenitur quædam eminentia ex hoc, quòd ostẽditur uoluntas procliuior in bonum, uel in malum ex hoc, q̃ difficultate non uincitur.

AD 3ᵐ dicendum, quòd charitas nõ est quicunque amor, sed amor Dei: unde non opponitur ei quodcunque odium directe, sed odium Dei, quod est grauissimum peccatorum.

ARTICVLVS. V.

Vtrũ peccata carnalia sint minoris culpæ, quàm spiritualia.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd peccata carnalia non sint minoris culpæ, quàm peccata spiritualia. Adulterium enim grauius peccatum est, q̃ furtum. dicitur enim Prouer. 6. Non grandis est culpę cum quis furatus fuerit: qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: sed furtum pertinet ad auaritiam, quæ est peccatum spirituale, adulterium autem ad luxuriam, quæ est peccatũ carnale. ergo peccata carnalia sunt maioris culpę.

¶ 2 Præt. Augus. dicit super Leuit. q̃ diabolus maxime gaudet de peccato luxurię, & idololatrię: sed de maiori culpa magis gaudet. ergo cum luxuria sit peccatum carnale, uidetur q̃ peccata carnalia sint maximę culpę.

¶ 3 Præt. Philosophus probat in 7. Ethic†. quòd incõtinens concupiscentiæ est turpior, quàm incontinens iræ: sed ira est peccatum spirituale, sm Greg. 31. Moralium.* cõcupiscentia aũt pertinet ad peccata carnalia. ergo pctũ carnale est grauius, q̃ peccatum spirituale.

SED CONTRA est, qu òd Greg*. dicit, quòd peccata carnalia sunt minoris culpæ, & maioris infamiæ quàm spiritualia.

RESPON. Dicendũ, quòd peccata spiritualia sunt maioris culpæ, quàm peccata carnalia: quod non est sic intelligendum, quasi quodlibet peccatum spirituale si maioris culpæ quolibet peccato carnali, sed q̃ia considerata hac sola differentia spiritualitatis, & carnalitatis, grauiora sunt quàm cætera peccata cæteris paribus. cuius ratio triplex põt assignari. Prima quidem ex parte subiecti: nam peccata spiritualia pertinẽt ad spiritũ, cuius est conuerti ad Deũ, & ab eo auerti: peccata uero carnalia consummantur in delectatione carnalis appetitus, ad quem principaliter pertinet ad bonum corporale conuerti: & ideo peccatum carnale inquantũ huiusmodi, plus habet de conuersione, propter quòd etiam est maioris adhæsionis: sed peccatum spirituale habet plus de auersione, ex qua procedit ratio culpæ: & ideo peccatum spirituale inquãtum huiusmodi, est maioris culpæ. Secunda ratio potest sumi ex parte eius, in quem peccatur: nam peccatum carnale, inquãtum hmõi, est in corpus propriũ. quod est minus diligendum sm ordinẽ charitatis q̃ Deus & proximus, in quos peccatur p peccata spiritualia: & ideo peccata spiritualia inquantum hmõi, sunt maioris culpæ. Tertia ratio põt sumi ex parte motiui, quia quanto est grauius impulsiuũ ad peccandum, tanto homo minus peccat, ut infra dicetur*. peccata autem carnalia habent uehementius impulsiuum, idest, ipsam concupiscentiam carnis nobis innatã: & ideo peccata spiritualia, inquantum huiusmodi, sunt maioris culpæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd adulterium non solum pertinet ad peccatum luxuriæ, sed etiam pertinet ad peccatum iniustitiæ: & quantum ad hoc potest ad auaritiam reduci, ut glos. dicit ad Ephes. 5. *super illud, Omnis fornicator aut immundus, aut auarus: & tunc grauius est adulterium, quàm furtum, quanto homini charior est uxor, q̃ àm res possessa.

AD 2ᵐ dicendũ, quòd diabolus dicitur maxime gaudere de peccato luxuriæ, quia est maximæ adhærentiæ, & difficile ab eo homo potest etipi. Insatiabilis est. n. & difficile ab eo homo potest etipi. Insatiabilis est. n. delectabilis appetitus, ut Philosophus dicit in 3. Eth.

AD 3ᵐ dicendum, quòd sicut Philosophus dicit‡, Turpius est esse incontinentem concupiscentiæ, q̃ incontinentem iræ, quia minus participat de ratione: & sm hoc etiam dicit in 3. Ethic.* quòd peccata intemperantiæ sunt maxime exprobabilia, quia sunt circa illas delectationes, q̃ sunt cõmunes nobis, & brutis: unde quodãmodo p ista peccata homo brutalis redditur. & inde est q̃, sicut Greg.† dicit, sunt maioris infamiæ.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ grauitas peccatorũ attẽdatur secundũ causam peccati.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd grauitas peccatorum non attendatur secundũ peccati causam. Quanto enim peccati causa fuerit maior, tanto vehementius mouet ad peccandum, & ita difficilius potest ei resisti: sed peccatum diminuitur ex hoc, q̃ ei difficilius resistitur. hoc enim pertinet ad infirmitatem peccãtis, ut non facile resistat peccato: peccatum autẽ quod est ex infirmitate, leuius iudicatur. nõ ergo peccatũm habet grauitatẽ ex parte suæ causæ.

¶ 2 Præt.

¶ 2 Præt. Concupiscentia est generalis quædam causa peccati. unde dicit glo. super illud Rom. 7.* Nam concupiscentiam nescieba &c. Bona est lex, quæ dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet: sed quanto homo fuerit uictus maiori concupiscentia, tãto est minus peccatũ. grauitas ergo peccati diminuitur ex magnitudine causæ.

¶ 3 Præt. Sicut rectitudo rationis est causa virtuosi actus, ita defectus rõnis uidetur esse cã peccati: sed defectus rationis quanto fuerit maior, tanto est minus pctm, intantũ q̃ qui caret usu rõnis, oino excusetur à pctõ, & qui ex ignorantia peccat, leuius peccat. ergo grauitas peccati non augetur ex magnitudine causæ.

SED CONTRA. Multiplicata causa, multiplicatur effectus. ergo si causa peccati maior fuerit, peccatum erit grauius.

RESPON. Dicendum, quòd in genere peccati, sicut & in quolibet alio genere, põt accipi duplex causa. Vna quæ est per se & propria causa peccati, quæ est ipsa uoluntas peccandi. comparatur enim ad actum peccati, sicut arbor ad fructum, ut dicitur in glo. super illud Matth. 7.* Non potest arbor bona fructus malos facere: & huiusmodi causa quanto fuerit maior, tanto peccatum erit grauius. Quanto enim uoluntas fuerit maior ad peccandũ, tanto homo grauius peccat. Aliæ uero causæ peccati accipiuntur quasi extrinsece, & remote, ex quibus scilicet uoluntas inclinatur ad peccandum: & in his causis est distinguendum. Quædã enim harum inducunt uoluntatem ad peccandum, secundum ipsam naturam uoluntatis, sicut finis, quod est proprium obiectum uoluntatis: & ex tali causa augetur peccatum. Grauius enim peccat, cuius uoluntas intentione peioris finis inclinatur ad peccandum. Aliæ uero causæ sunt, quæ inclinant uoluntatem ad peccandum præter naturam, & ordinem ipsius uoluntatis, quæ nata est moueri libere ex seipsa secundum iudiciũ rationis. unde causæ, quę diminuunt iudiciũ rationis, sicut ignorantia: uel quę diminuunt liberum motum uoluntatis, sicut infirmitas, uel uiolentia, aut metus, aut aliquid huiusmodi, diminuunt peccatum sicut & diminuunt uoluntarium, intantum quòd si actus sit omnino inuoluntarius, non habet rationem peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de causa mouente extrinseca, quę diminuit uoluntarium, cuius quidem causę augmentum diminuit peccatum, ut dictum est*.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut supra dictum est, * causa interior peccati est & voluntas vt pficiens actum peccati, & ratio quantũ ad carentiam debitæ regulę, & appetitus sensitiuus inclinans. Sic ergo aliquid extrinsecũ tripliciter posset esse causa peccati, vel quia moueret immediate ipsam voluntatẽ, vel quia moueret rationẽ, vel quia moueret appetitum sensitiuum. Voluntatẽ autem, vt supra dictum est, * interius mouere non potest nisi Deus, qui non potest esse causa peccati, vt infra ostendetur. † Vnde relinquitur, q̃ nihil exterius potest esse causa peccati, nisi vel inquantum mouet rationem, sicut homo, vel dæmon persuadens peccatum, vel sicut mouens appetitũ sensitiuum: sicut aliqua sensibilia, exteriora mouent appetitum sensitiuum. Sed neque persuasio exterior in rebus agendis ex necessitate mouet rationem, neq; ẽt res exterius proposita ex necessitate mouent appetitum sensitiuum, nisi forte aliquo modo dispositum, & tñ etiam appetitus sensitiuus non ex necessitate mouet rationem, & voluntatẽ. Vnde aliquid exterius potest esse aliqua causa moues ad peccandum, non tñ sufficienter ad peccandum inducens; sed causam sufficienter cõplens peccatum est sola voluntas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc ipso, quod exteriora mouentia ad peccandum, non sufficienter, & ex necessitate inducunt, sequitur quòd remaneat in nobis peccare, & non peccare.

AD 2^m dicendum, quòd per hoc, quòd ponitur interior causa peccati, non excluditur exterior. Non enim id quod est exterius, est causa peccati, nisi mediante causa interiori, vt dictum est. *

AD 3^m dicendum, quòd multiplicatis exterioribus causis inclinantibus ad peccandum, multiplicatur actus peccati: quia plures ex illis causis, & plures inclinant ad actus peccati, sed tamen minuitur ratio culpæ quæ consistit in hoc, quòd aliquid sit voluntarium, & in nobis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccatum sit causa peccati.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur quòd peccatũ non sit causa peccati. Sunt. n. quatuor genera causarum, quorũ nullum potest ad hoc cõgruere, quòd peccatũ sit causa peccati. Finis. n. habet rationem boni, quod non competit peccato, quod de sua ratione est malum: & eadem ratione nec peccatum potest esse causa efficiens, quia malum non est causa agens, sed est infirmum & impotens, vt Dio. dicit 4. c. de diui. no. * Causa autem materialis, & formalis videntur habere solum locum in naturalibus corporibus, quæ sunt composita ex materia & forma. ergo peccatum non potest habere cãm materialem & formalẽ.

¶ 2 Præt. Agere sibi simile est rei perfectæ, vt dicitur in 4. Meteor. * sed peccatum de sui ratione est imperfectum. ergo peccatum non potest esse causa peccati.

¶ 3 Præt. Si huius peccati sit causa aliud peccatum, eadem ratione & illius erit causa aliquod aliud peccatum, & sic procedetur in infinitum, quod est inconueniens. non ergo peccatum est causa peccati.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit super Ezech. * Peccatum quod per pœnitentiam citius non deletur, peccatum est, & causa peccati.

RESPON. Dicendum, quòd cum peccatum habeat causam ex parte actus, hoc modo vnum peccatũ posset esse causa alterius, sicut vnus actus humanus potest esse causa alterius. Contingit igitur vnum peccatum esse causam alterius secundum quatuor genera causarum. Primo quidem secundum modum causæ efficientis, vel mouentis & per se, & per accidens. Per accidens quidem, sicut remouens prohibens dicitur mouens per accidens. Cum. n. per vnum actum peccati homo amittit gratiam, vel charitatem, vel verecundiam, vel quodcunq; aliud retrahens a peccato, incidit ex hoc in aliud peccatum, & sic primũ peccatum est causa secundi per accidens. Per se quidem, sicut cum ex uno actu peccati hõ disponitur ad hoc, quòd alium actum consimilem facilius committit: ex actibus enim causantur dispositiones & habitus inclinantes ad similes actus. Secundum vero genus causæ materialis, vnum peccatũ est causa alterius, inquantum præparat ei materiã: sicut quaritia præparat materiam litigio, quod plerunq; est de diuitijs congregatis. Secundum vero genus causæ finalis, vnum peccatum est causa alterius, inquãtum propter finem vnius peccati aliquis committit aliud peccatum: sicut cum aliquis committit simoniam propter finem ambitionis, vel fornicationem propter furtum. Et quia finis dat formam in moralibus, vt supra habitum est, * ex hoc etiam sequitur, quòd vnum peccatum sit formalis causa alterius: in actu enim fornicationis, quæ propter furtum committitur, est quidem fornicatio sicut materiale, furtum vero sicut formale.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ peccatum inquan

¶ *Super Quæstionis septuagesimæquintæ Articulum quartum.*

Infra q. 84. Et 2. di 36. ar. 1. & dist. 42. q. 2. ar. 1 2. 3. & 5. co. Et mal. q. 8. artic. 1. cor. Et Rom. 1. le. 7.

IN art. 4. in responsione ad secũdum, nota, quòd quia species & differentiæ bonorum & malorum moralium sunt entia positiua, & ueræ naturæ in latitudine entium: ideo author dicit q̃ peccatum ex parte cõuersionis habet perfectionem naturæ, & hinc causat actiue & finaliter, vt in responsione ad primum dicitur: inordinatio autẽ, quia est priuatio moralis rectitudinis, ideo hic dicit peccatũ imperfectum imperfectione morali. Hæc autẽ dixerim, vt cesset admiratio, quare author in ordinatione in genere moris, & conuersionem in genere naturæ poluerit, cum verumq; ad genus moris spectet.

*cap. 4. par. 4. a medio.

Hom. 11. post mediũ & li. 25. moral. c. 13. ante medium.

* ex q. 1. ar. 3. & q. 18. art. 4. & 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum est inordinatum, habet rationē mali: sed inquantum est actus quidam, habet aliquod bonum, saltem apparens, p fine, & ita ex parte actus potest esse causa & finalis, & effectiua alterius peccati, licet non ex parte inordinationis. materiam autem habet peccatum non ex qua, sed circa quam: formam autem habet ex fine. Et ideo secundum quatuor genera causarū peccatum potest dici causa peccati, vt dictum est.*

In corp. ar.

AD 2^m dicendum, quòd peccatum est imperfectū imperfectione morali ex parte inordinationis: sed ex parte actus potest habere perfectionem naturæ, & secundum hoc potest esse causa peccati.

AD 3^m dicendum, quòd non omnis causa peccati est peccatum. vnde non oportet quòd procedatur in infinitum: sed potest peruenire ad aliquod peccatum, cuius causa non est aliud peccatum.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ sextæ Articulū primum.*

QVAESTIO LXXVI.

De causis peccati in speciali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causis peccati in speciali.

Et primo, de causis interioribus peccati. Secundo, de exterioribus. Tertio, de peccatis, quæ sunt causa aliorum peccatorum.

Prima autem cōsideratio secundum præmissa erit tripartita: nam primo agetur de ignorantia, quæ est causa peccati ex parte rationis.

Secundo, de infirmitate seu passione, quæ est causa peccati ex parte appetitus sensitiui.

Tertio, de malitia, quæ est causa peccati ex parte voluntatis.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum ignorantia sit causa peccati.

¶ Secundo, Vtrum ignorantia sit peccatum.

¶ Tertio, Vtrum totaliter a peccato excuset.

¶ Quarto, Vtrum diminuat pctm̄.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ignorantia possit esse causa peccati.

AD PRIMVM sic procedi-
tur. Videtur quòd ignorantia non possit esse causa peccati, qa quod nō est, nullius est causa: sed ignorantia est non ens, cum sit priuatio quædam scientię. ergo ignorantia non est causa peccati.

¶ 2 Præt. Causæ peccati sunt accipiendæ ex parte cōuersionis, vt ex suprad̄ictis patet:* sed ignorantia videtur respicere auersionem. ergo non debet poni causa peccati.

¶ 3 Præt. Omne peccatum in voluntate consistit, vt supra dictum est:* sed voluntas non fertur nisi in aliquod cognitum: quia bonū apprehensum est obiectum voluntatis. ergo ignorantia non potest esse causa peccati.

SED CONTRA est, quod Augustin. dicit in lib.* de natura & gratia, quòd quidam per ignorantiam peccant.

RESPON. Dicendum, q̄ secundum Philosophum in 8. Physic.* causa mouens est duplex, vna per se, & alia per accidens. Per se quidem est, quæ propria virtute mouet, sicut generans est causa mouens grauia, & leuia. Per accidens autem sicut remouens prohibens, vel sicut ipsa remotio prohibētis, & hoc modo ignorātia potest esse causa actus peccati: est enim priuatio scientiæ perficientis rationem, quæ prohibet actum peccati, inquantū dirigit actus humanos. Considerandum est autem, q̄ ratio secundum duplicem scientiam est humanorum actuum directiua. s. secundum scientiam vniuersalem & particularem. Conferens enim de agendis, vtitur quodam syllogismo, cuius conclusio est iudicium, seu electio, vel operatio: actiones autem in singularibus sunt. vnde conclusio syllogismi operatiui est singularis. Singularis autem propositio non cōcluditur ex vniuersali, nisi mediante aliqua propositione singulari: sicut homo prohibetur ab actu parricidij per hoc, quòd scit patrē nō esse occidendum, & per hoc quòd scit hunc esse patrem. Vtriusq; ergo ignorantia pōt causare parricidij actū, s. & vniuersalis principij, quod est quædam regula rationis, & singularis circunstantiæ. vnde patet, q̄ non quælibet ignorantia peccantis est causa peccati, sed illa tantum quæ tollit scientiam prohibentem actum peccati. Vnde si voluntas alicuius esset sic dispositā, q̄ non prohiberetur ab actu parricidij, etiā si patrem agnosceret, ignorantia patris non est huic causa peccati, sed cōcomitanter se habet ad peccatum: & ideo talis non peccat propter ignorantiā, sed peccat ignorans, secundum Philosophum in 3. Ethic.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non ens non potest esse alicuius causa per se: potest tamen esse causa per accidens, sicut remotio prohibentis,

AD 2^m dicendum, quòd sicut scientia, quam tollit ignorantia, respicit peccatum ex parte conuersionis: ita etiam ignorantia ex parte conuersionis est causa peccati, vt remouens prohibens.

AD 3^m dicendum, q̄ in illud quod est quantum ad omnia ignotum, non potest ferri voluntas: sed si aliquid est secundum aliquid notum, & secundum aliquid ignotum, potest voluntas illud velle, & hoc modo ignorantia est causa peccati: sicut cum aliquis scit hunc quem occidit, esse hominem, sed nescit eum esse patrem: vel cum aliquis scit aliquem actū esse delectabilem, nescit tamen eum esse peccatum.

ARTICVLVS II.

Vtrum ignorantia sit peccatum.

AD SECVNDVM sic procedi-
tur. Videtur quòd ignorantia non sit peccatum. Peccatum. n. est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, vt supra habitum est:* sed ignorantia non importat aliquem actum neq; interiorem, neque exteriorem. ergo ignorantia non est peccatum.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ sextæ Articulum secundum.*

IN 2. arti. eiusdem 76. quæst. dubium occurrit, qa author videtur sibi contrarius, aut obscurus. Aut enim intendit, quòd ignorantia est peccatum secūdum se, sicut alia peccata: aut intēdit, quòd negligentia causans ignorantiam, sit peccatum. Si primum, ad quid in responsione ad tertium, & clarius in responsione ad quartum, resoluit se ad negligentiam expresse dicendo: Non remanet negligentia, secundum quam ignorantia est peccatum? Si secūdum, extra propositū est, quia quæstio de negligentia infertius in Secunda secundæ tractanda est, & non est formalia quæstio: quia effectus, seu materia peccati negligentiæ quæreretur, dū ignorantia discutitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia omne secundum se uitiū morale, opponitur secūdum se alicui virtuti morali, & ignorantia non opponitur alicui virtuti morali, sed scientiæ; ideo ignorantia non est secundum se peccatum, propter quod non tractatur de ea in Secunda secundæ, sed tractatur hic de ea inter generales causas peccati. Et qa secundum se non est peccatum, oportet secundum illud esse peccatum, secūdum quod ingreditur materialis ordinem, quod ex eius opposito, scientia scilicet seu cognitione, patere potest. Constat autem, quòd cognitio materia est illius moralis virtutis, quę uocatur studiositas, & contrariorum uitiorum secundū excessum & defectum, quorum primum uocatur curiositas, alterum uero innominatum uidetur, & cōmuni nomine nocatur negligentia.

Ignorantia igitur, quę est omissio scientiæ, ex parte uitii deficientis se tenet, ac per hoc peccati rationem intātum habet, inquantum sub illa negligentia cadit: & hoc intendit hic author. Nec pterea est quæstio ista nō formalis, aut extra propositum: sed formalissima de ignorantia, & est peccatū in proprio tractatu necessaria, ut causam peccati, peccatum quoque esse agnoscatur, & non excusare sequentia: sed quia nō est secundum se peccatum, oportuit respondendo dicere, secundum quid est peccatum, & dictum est secundum negligentiam. Et scito, quòd negligentia est nomen æquiuocū, uel quasi æquiuocum ad peccatum oppositū prudentiæ, & ad peccatum oppositum studiositati, & illa est in intellectu, ista in uoluntate: illa defectū solicitudinis præcipiendi in qualibet materia ex remissa uoluntate oppositi boni præcedentem significat: ista uoluntatem intensam respectu commissionis contrariæ, & remissam respectu omissionis studiositatis, sicut cętera uitia moralia defectiua. unde ad istā spectat ignorantia affectata, & ignorantia negligēs, illa per commissionem, hæc per omissionem: sicut ad pusillanimitatem spectat et affectata parnitas, & omissa magnitudo. Eiusde nanque rationis est commissio contrarii, & omissio uirtutis. unde negligentiæ opposita solicitudini est effectus negligentia oppositæ studiositati, pro quanto est uoluntas; remissa circa studiositatē: & propter hāc propinquitatem, & communicationem in nominibus, nō curauit author differnere de qua negligentia loqueretur, ueritatem præsertim semper saluam uidens: quia una infert aliā, ut patet.

¶ 1. 71. art. 6. ad 1.

D. 6 a.

nisi in casu. Manifestum est autē, quòd quicunque negligit habere, vel facere id quod tenetur habere, vel facere, peccat peccato omissionis. vnde propter negligētiam, ignorantia eorum quæ aliquis scire tenetur, est peccatum: non autem imputatur homini ad negligentiam, si nesciat ea quæ scire nō potest. vnde horum ignorantia inuincibilis dicitur, quia studio superari non potest: & propter hoc talis ignorantia, cum nō sit voluntaria, eo quòd non est in potestate nostra eam repellere, non est peccatum. Ex quo patet, quòd nulla ignorantia inuincibilis est peccatum: ignorantia autē vincibilis est peccatum, si sit eorum quę aliquis scire tenetur, non autem si sit eorum quæ quis scire non tenetur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut supra dictum est,* in hoc quod dicitur dictum, vel factum, vel concupitum, sunt intelligendæ etiam negationes oppositæ, secundum quod omissio habet rationem peccati: & ita negligentia, secundum quam ignorātia est peccatum, continetur sub prædicta diffinitione peccati, inquātum prætermittitur aliquid, qđ debuit dici, vel fieri, vel cōcupisci ad sciētiam debitam acquirendam.

AD 2^m dicendum, quòd priuatio gratiæ etsi secundum se non sit peccatum, tamen ratione negligentiæ præparandi se ad gratiam, potest habere rationem peccati, sicut & ignorantia: & tamē quantum ad hoc est dissimile, quia homo potest aliquam scientiam acquirere per suos actus: gratia^m vero non acquiritur ex nostris actibus, sed ex Dei munere.

AD 3^m dicendum, quòd sicut in peccato transgressionis peccatū non consistit in solo actu volūtatis, sed etiā in actu volito, qui est imperatus a voluntate: ita in peccato omissionis non solum actus volūtatis est peccatum, sed etiam ipsa omissio, inquātum est aliqualiter voluntaria. & hoc modo ipsa negligentia sciendi, vel etiam ipsa inconsideratio est peccatum.

AD 4^m dicendum, quòd licet transeunte reatu per pœnitentiam, remaneat ignorantia secundum quod est priuatio scientiæ, non tamen remanet negligētia, secundum quam ignorantia peccatum dicitur.

AD 5^m dicendū, quòd sicut in alijs peccatis omissionis solo illo tempore homo actu peccat, pro quo præceptum affirmatiuum obligat, ita est etiam de peccato ignorantiæ. Non enim continuo ignorans actu peccat, sed solum quando est tēpus acquirendi scientiam, quam habere tenetur.

¶ Supe

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum tertium.*

IN art.3. dubium occurrit circa prima verba corporis, scilicet, Ignorantia de se habet quòd actum quem causat, faciat inuoluntarium. Primo, quia voluntarium est ens positiuum contrarium, scilicet voluntario: ignorantia autem est negatio. nullum autem non ens de se habet quòd faciat ens. Secundo, qa si ignorātia causans per accidens, causat per se inuolūtarium illius actus, sequitur qp ignorātia semper excusет a toto suo p se effectu. s. inuoluntario, quāmuis non excusет ab effectu p accidēs: & sic falsum esset per se loquēdo, qp ignorantia quandoque excusāt a tanto, sed non a toto.

¶ Ad hoc dicitur, qp in ignorātia causante ē cōsiderare duo, materiam scilicet, & formam. si enim cōsideretur ignorantia vt remotio prohibentis formaliter, ex hac parte habet qp sit causā per accidēs, quia remotio prohibentis est causa per accidens, & effectus eius sit id quod prohibebatur, & consequenter oppositus effectui causato a prohibente. Remotio nanque columnæ sustinentis graue, ex hoc ipso quòd est remotio prohibentis descensum grauis, habet & qp sit causa per accidens, & quòd esse actus eus sit descensus prohibitus contrarius quieti sursum, quā causabat columna. Si autem consideretur materialiter, ideſt, secundum id quod est ipsa ignorātia, quæ denominatur causa per accidens, ex hac parte habet, qp effectus eius sit contrarius scientiæ: quoniam ex seipsa habet oppositionem ad scientiam. Effectus autem contrarius effectui scientiæ in tali natura. s. voluntaria, est inuoluntarius, quia effectus ꝓprius scientiæ est voluntarius. Ignorantia igit causans per accidens actū, vt remotio prohibentis, de se, ideſt, de sua propria ratione sibi vendicat, qđ actus ille sit inuoluntarius. Et hoc intēdit author in litera: hoc aūt nō est ignorantiam per se causare inuoluntarium, sed est ignorantiā determinare, vel applicare ad materiam effectum per accidens. Cum. n. cōe sit omni remotioni prohibentis causare prohibitum contrarium inuento, & hoc sit formale in causa remouente prohibens, sicut ignorantia applicat ad talem materiā. s. ad seipsam talem causæ rationem: ita applicat ad talem materiam. s. inuoluntarium, talem effectus rationem. Continetur. n. sub prohibito & contrario inuoluntarium, vt materiale sub formali, sicut ignorantia sub remouēte prohibens. vnde ex hac parte ignorantia non nisi cā per accidens inuoluntarii est, sicut priuatio prohibentis defcensum, si essent nomina impositā, per accidens causa esset motus contrarii motu sursum. Cum his tamen stat, quòd si gratia materiæ resolutio inuoluntarii in ignorantia agēda est, inuenietur qp ignorantia est per se causa inuoluntarii, sicut absentia nautæ submersionis nauis: & propterea quicquid inuoluntarii ex ignorantia in nostris inuenitur actibus, potest vt sic resolui in ignorantiam, vt per se causam, propter quod authoris verba ignorantiam de se facere inuoluntarium sonantia, super hoc fundata credo principio. Ad primam autem obiectionem in oppositum, patet responsio duplex. Prima, quòd ignorantia vt remotio prohibentis, est causa non per se, sed per accidens inuoluntarii. Secunda, quòd ignorantia, vt absentia scientiæ, est causa per se inuoluntarii, vt superius declaratum fuit ex 5. Met. Ad secundam dicitur, concedendo quòd ignorantia semper excusāt a toto inuoluntario vt sic. & quando dicitur, quòd quandoque excusāt a tanto, sed non a toto, intelligitur de ipso in quantum habet rationem voluntarii. quod enim voluntarium sit ignoranter, minus culpabile est, q̄ voluntarium malitiose: quantum. n. habet de ratione inuoluntarii, tm̄ habet de ratione inculpabilis.

¶ In eodem 3. artic. dubium occurrit circa id quod dicitur de ignorantia concomitante, seu quæ nō est causa actus peccati. Videtur nanque falsum, quòd nō excusет a peccato, & eius ratio nihil valere: quia non causat inuoluntarium. Id enim quòd tollit liberum, vel vitiuperationem actus, excusat a peccato. Constat enim quòd libertans patriā, nō scies nec volens, quāmuis vellet si sciret illum actum esse patriæ liberatiuum, non laudāt nisi de facto materialiter: & occidēs inimicum latentem inter vepres vacando venationi prēmissā diligentissima inquisitione, ne partibus illis homo sit, excusatur a peccato homicidii, quāmuis si sciuisset, occidisset. ergo. Contra rationē vero literę est, quia ad excusandū a peccato sufficit tollere rationem voluntarii, vt in sequēti articulo & author fatetur. voluntarium autem tollitur non solum per inuoluntarium, sed per non voluntarium, sicut albū per nigrum tollitur, & non album. Ex hoc ergo quòd non causat inuoluntarium, inferre non excusationem a peccato, est sophisma consequentis.

¶ Ad hoc dicitur, qp ignorantia concomitans habet duas conditiones. Prima est, quòd facit nescientem non volentem, nec causantem voluntarie id ignoti. Secūda est, qp permittit actum qui fit, esse totaliter voluntarium: & ex hac conditione sequitur, qp quicquid imputaretur agenti sine illa ignorantia, imputat agenti cū illa, ac per hoc nec excusет, nec accusет. Ex prima vero conditione habet, qp non det, seu apponat peccatum, aut peccati circunstantiam ex ignoto. & si hoc vocatur excusare, distingui potest, qp excusare a peccato cōtingit dupliciter. s. excusando a per se pertinentibus ad actum, & hoc modo ignorantia nō excusat: quia vt dictum est, relinquit ipsum in esse simpliciter voluntario, & non facit ipsum inuoluntarium esse, vt in litera dicitur. Alio modo excusando ab omnino per accidens concurrentibus, & ab his excusat, quia nō meremur, nec demeremur habitibus, sed actibus: & actus pensantur secundum per se pertinentia, & non secundum omnino per accidens, quæ sub consilio non cadunt. Et qm̄ omnis scientia, & ars est de his quæ sunt per se, ideo author negauit ignorantiā talem excusare: & ratio sua fuit optima relata ad actum peccati, in ordine ad quem in hac quæst. tractat de ignorantia. licet nanque voluntarium tollatur per contradictorium & contrarium: quia tamen negatio contradictoria nihil ponit, & actus aliquid ponit, impossibile est, qp voluntarium tollatur per actum, quin tollatur per inuoluntarium: sicut albū per nullum positiuum tollitur, nih per nigrum. Intendit ergo litera, qp quia ignorantia concomitans nō causat inuoluntarium actum, ideo nō excusat a per se spectantibus ad actum illum, qđ est clarum: cum quo tm̄ stat, qđ excusет ab omnino per accidēs, quia nullus sit ex illa ignorantia in eo actus volendi illa, vt patet in exēplo dato, & in eo qui proprio lecto vacans actui coniugali, alienā se supponentē cognoscit, sola ignorantia cōcomitāte.

¶ In eodem 3. art. circa primū modum, quo ignorantia nō excusat totaliter a peccato. s. ex parte rei ignoratæ, quæ est ignorātia facti vel faciendi, dubium occurrit, an excusetur taliter peccans totaliter ab illa mala circūstātia ignorata. Et ē rō dubii, qa talis dat operam rei illicitæ, ex quo in scientia eius, vt in litera dr̄, remanet qp ille actus quem facit. est malus. v. g. Iudas cum cognouit Thamar, quā nesciebat eē nurū suā, an sit totaliter ab incestus vitio excusatus, sciēs actū illum esse fornicationē, sed ignorans incestum.

¶ Ad hoc dr̄, qp totaliter est excusatus ab incestu, licet non a fornicatione, quam voluntarie cōmittebat. Pro regula nanque generali habendum est, qp ignorātia ex parte rei ignoratæ tm̄. i. non ex parte ignorantis. i. non culpabilis, excusat totaliter ab innoluntario id, qđ est proprius effectus ignorātiæ, siue det operam rei licitæ, siue illicitæ. Nō. n. in hoc differūt dātes operā rei licitæ, siue illicitæ: sed in voluntate licitæ, & illicitæ rei cognitæ. vnde quia conueniunt in cā inuoluntarii simpliciter, ignorantia inculpabilis, oportet qp conueniat in effectu per se eius. s. iā inuoluntario simpliciter. vnde Iacob cognoscens Liā prima nocte, ēt si ex delectationis vasaliet actui coniugali, credito qp fuisset dare operam rei illicitæ, nihil minus excusatus esset a fornicatione. Iudas igitur nō peccauit peccato incestus, sed fornicationis. Et si fuisset lata sentētia cōtra incestum committentes, non incurrisset illam, quia excōicatio præsupponit illam culpam. Secus aūt forte esset de irregularitate, si fuisset annexa, quia sequitur factum, & non requirit culpam. Et hoc ratione probatur, quia peccatum adeo est voluntarium, secundum Aug. qp si voluntarium non est, peccatum non est. Quantum ergo actus ille peccati non totaliter excusatus, habet de volūtario, ac per hoc scito, qm̄ voluntarium oportet esse cognitum, tm̄ habet de peccato: sed quantū ad hoc non est proprius effectus ignorantiæ, sed scientiæ potius. Quantum vero habet de inuoluntario, tantum habet error non peccati: hoc autem est, quod proprie ex ignorantia fit. Nec oppositum intelligo in litera, quoniam de toto actu dictum accipio, & non de illa conditione, quæ est effectus ignorātiæ inculpabilis ignorantiæ, cum dicitur, quòd ignorantia ex parte rei ignoratæ non excusat totaliter a peccato, & quòd pertinens hominem, quem nescit esse patrem, non totaliter excusatur a peccato, quia adhuc remanet ei cognitio peccati.

¶ In eodem articulo dubium occurrit circa secundum modum, scilicet ex parte ignorantiæ eius quod tenetur scire: quia insufficienter duo tantum modi numerantur, scilicet, affectata vt libet, & per negligentiam. Paulus nanque Apostolus de seipso dicit, quòd ignoranter peccauit. 1. ad Timoth. 1. & tamen neutro istorum modorum ignorauit, cum ipse dicat, quòd paternarum traditionum æmulator existens, hoc fecerit, ad Gal 1.

¶ Ad primum horum dicitur, qp omnis ignorantia nō excusans a peccato, reducitur ad hos duos modos. s. directe, vel indirecte, quorum author meminit: sed non numerat omnes eorum speciales modos, sed duos extremos, vt ex iis medios percipiamus. Summum. n. locum videtur obtinere sic studiose volita, vt libere peccare liceat: infimum vero, quando aliquis occupatus in aliis, peccipue bonis negligit scire, ideſt, amittit solicitudinem sciendi. Inter has autem mediat ignorantia Pauli, quæ fuit directe voluntaria, pro quanto noluit cognitionem fidei Christi. Ignorantia nanque eius fuit ignorantia oppositæ cognitionis fidei Christi, cum voluntarie noluit non ad libertatem peccandi, sed ad obsequium Dei Arbitrabatur. n. iniuriam Deo facere, fidem talem susciendo: vnde ibidē ipse dicit. Ignorans feci in incredulitate.

¶ In eodem 3. art. in respōsione ad secundum, dubium occurrit, quia author in illa respōsione destruere videtur doctrinā superius data de specificatione peccatorum. Superius nanque dictum est, qp ratio inuoluntarii non sufficit ad speciem dandam, sed oportet esse intētū: mō vero dr̄, qp in ignorāte q̄tū remanet de volūtario, tm̄ remanet de intētione peccati, & ꝓpterea non erit peccatū p accidēs. Et qp loquatur author directe ad propositum de specificatione, patet ex ipso argumento, cui per hæc sola verba satisfieri vult.

¶ Ad hoc dicitur, qp verba literæ possunt suscipi i duplici sensu. Primus est, quòd quicquid est voluntarium, est obiectum intentionis: & hic sensus est falsus, vt patet ex rationibus voluntarii & intentionis. Intentio nanque est finis, voluntarium autem est effectus a voluntate. non oportet autem, quòd quicquid est a voluntate, sit finis eius: propter quod superius dictum est, & bene, quòd non omne voluntarium specificat &c. Secundus est, quòd quicquid est voluntarium, cadit sub aliqua intentione. Et hoc supponitur in litera, & constat esse verissimum: oportet nanque omne a voluntate emanans, ad finem aliquem fieri, cum finis sit obiectum voluntatis: sed hoc nō satisfacit literæ, quia expresse dicitur, quòd quantum remanet de voluntario, tantum de intentione peccatis & ideo nō est per accidens. refert ergo litera ad idem. s. ad peccatum voluntarium & intentum. Ad hoc dicitur, Litera non dicit, quòd quantum & tantum: sed in quantum & in tantū. Inter quæ est tanta differentia, qp prima verba important primum sensum, secunda stant cum secundo. Quòd autem referantur ad idem. s. peccatum, verissimum est: quia si in ignorante remanet voluntarium peccati, oportet voluntarie inesse conuerſionem ad aliquod dissonans legi æternæ, quod est habere intentionem peccati. Sed ex eo quod in tali materia, scilicet, peccati, quod sonat specificatum ab intento sequitur, si est voluntarium, est intentum. non sequitur simpliciter, est voluntarium: ergo intentum. sunt enim multa in vno & eodem peccato voluntaria mala, vnum tamen intentum, vnde est species, vt patet in procurādo adulterii consensum. Est enim ibi in primis auersio a lege Dei, & ratione, & suasio spiritualis mortis, & nocumenta pœnarum inferni, & appetitus delectabilis alieni. Et quamuis omnia sint voluntaria, ab vltimo tantum, quod est per se intentum, actus specificantur, ita quòd reliqua sub hac intentione concluduntur.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum quartum.*

IN artic. 4. in calce corporis articuli, dubium difficile occurrit de specie peccati, quod fit ex ignorātia, an scilicet sit eiusdem speciei, in qua esset si fieret scienter. Et ratio dubii, quia species peccati sumitur ex per se obiecto intento a peccante, vt in quæstio. 72. superius patet: sed ex ignorantia peccans non tendit per se in

Supr. q. 74. artic. 1. ad 2. & ar. 5. cor. & ad 1. Et dist. 22. q. 2. arti. 2. Et 4. dist. 9. artic. 3. q. 2. Et ma. q. 3. ar. 8. Et quol. 9. art. 15. cor. Et Psal 24. Et Rom. 1. le. 7. prine.

* li. 1. retract. c. 9. t. 1. 79. 6. art. 8.

* lib. 3. de li be. arb. cap. 18. tom. 1.

Supra ar. 3. & locis ibidem annotatis.

q. 6. art. 8.

Art. 1. 2.

Cap. cum

† Eliā. 8. tic. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se in obiectum illius peccati, sed per accidens, vt in litera hac dicitur. ergo peccans ex ignorantia non peccat illa specie peccati, qua peccaret faciendo idem sciens.

¶ In oppositum autem est, quia nihil est in genere, quod non est in aliqua eius specie: & propterea si peccans ex ignorantia, non incurrit peccatum illius speciei, erit aliquod peccatū in nulla specie. non est n. maior ratio de vna, quam de alia in relatis speciebus. Præterea, Paulus Apost. 1. ad Tim. 1. ex ignorantia peccauit: & tamen fatetur se peccasse peccatis eiusdē speciei ac si scienter, dicens, quòd fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: distinguēdo nanque peccata, in illis speciebus peccasse se infinuat.

¶ Ad euidentiā huius dubii, sciendum est, quòd duplex est ignorantia voluntaria. Vna priuans vsum rationis, vt ebrietas, & amentia, quando quis procurat amentiā. Altera priuans sola scientia eius quod tenetur scire. Et hæc est duplex. s. ignorantia iuris, siue vniuersalis, siue particularis, vt quando quis nescit hunc actum esse peccatum. Et ignorantia facti, vt quando quis nescit sua negligentia hominem esse in loco quo proiicit sagittam. Peccata autem facta ex ignorantia iuris sunt duplicia, quædam secundum se mala, vt fornicatio, furtum, & similia: quædam solo iuris positiui statuto mala, vt ieiunare tali die, & similia. Inchoando autem a peccatis quæ sunt secundum se mala, & sunt ex ignorantia iuris, dicendū est, quòd sunt peccata eiusdem speciei, cuius essent si fierent a sciente. Et ratio est, quòd sunt actus voluntarii in seipsis per se & directe, non solum materialiter, sed formaliter secūdum conuersionem ad obiectum: quamuis secundum contrarietatem ad virtutem, indirecte & per accidens sint voluntarii. Gentiles nanque nescientes simplicem fornicationem esse peccatum, voluntarie cōsentiebant in actum cognitionis mulieris non suæ vxoris, vnde sumitur fornicationis species: quāuis forte aliqui eorum si sciuissent esse peccatum, non fecissent: & sic non directe & per se, sed per accidens in actum illum ex parte contrarietatis ad virtutem cōsensissent. Et hoc modo Paulus consensit in mortem Stephani contentis Iesum Nazarenum, vnde sumit peccatum speciem: quamuis nō nisi per accidens consenserit in contrarietatem illi actui intrinsecam, quam si cognouisset adesse, non consensisset actui: & simile est de aliis. Noc author est oppositæ sibiipsi, sed sunt verba sua formaliter intelligenda. Non enim dicit hic, quòd non potest dici, quòd voluntas peccantis ex ignorantia directe & per se feratur in speciem peccati, sed in peccatum. peccatum enim formaliter cum ex propria ratione exigat cōtrarietatem ad legē Dei, vt patet ex diffinitione Aug. tunc tantum est directe & per se volitum, cum ipse actus contrarius est directe, & per se volitus, ita quod non sit per se volitus actus, qui est contrarius, sed actus contrarius. Constat autem, quod inter fornicationem cōmittentem ex ignorantia, quæ sit peccatum, & scienter, hæc est differentia, quòd sciens voluntarie fertur in actum contrarium directe & per se: scit enim actum illum esse contrarium virtuti, & consequenter legi, & vult illum. ignorans autem voluntarie directe & per se fertur in actum, qui est contrarius, & per accidēs in actum cōtrarium: & propterea in litera dicitur, quòd per accidens fertur in peccatum: cum hoc enim constat, quòd per le se fertur in obiectum, vnde peccatum sumit speciē, vt patet. species enim peccati non sumitur ex contrarietate, sed ex obiecto: sicut nec species albi sumitur ex contrarietate ad nigrū, sed ex abundantia lucis in se. Et cum hæc legeris, aduerte, q̄ non loquor de auersione, quæ sequitur peccati speciē, quoniam illa per accidēs etiam scienter peccantibus est volita, sed contrarietate intrinseca ipsi peccato, qua est actus contrarius virtuti. hæc enim a scienter peccante est directe & per se volita: ab ignorante autem errante per accidens tripliciter. primo ex parte actus, quia est volita ad volitionem actus: secundo, ex parte ignorantiæ voluntariæ, quia in ipsa volita sunt volita omnes eius effectus, quorum vnus est incurrere in hoc contrarium: sicut necessario voluntarie oculis velatis, vult in sua causa quicquid male inde sequi natum est. vnde si impingat in lxiuum aliquod voluntarie, impingit

Cai. 1. a medio, tom. 5.

Artic. 2.

quod est commune in omni peccato, non diminuit peccatum: sed ignorantia est communis in omni peccato. dicit enim Philosophus in 3. Ethic. *quòd omnis malus est ignorans, ergo ignorantia non diminuit peccatum.

¶ 2. Præt. Peccatum additum pctō facit maius peccatū: sed ipsa ignorātia est peccatum, vt dictum est.* ergo non diminuit peccatum.

¶ 3. Præt. Non est eiusdem aggrauare & diminuere peccatū: sed ignorantia aggrauat peccatum, quoniā super illud Apost. Rom. 2. Ignoras qm benignitas Dei &c. dicit Ambro. Grauissime peccas, si ignoras. ergo ignorātia nō diminuit pctm.

¶ 4. Præt. Si aliqua ignorantia diminuit peccatū, hoc maxime videtur de illa quę totaliter tollit vsum rationis: sed huiusmodi ignorantia non minuit peccatum, sed magis auget. dicit enim Philosophus in 3. Ethic. *quòd ebrius meretur duplices maledictiones. ergo ignorantia non minuit peccatum.

SED CONTRA. Quicquid est ratio remissionis peccati, alleuiat peccatum: sed ignorātia est huiusmodi, vt patet 1. ad Timot. 1. Misericordiam consecutus sum, quia dicenti duo peccata esse ebrietatem, & homicidiū sequens. Sunt ergo in propriis speciebus peccata sequentia, aut sunt peccata in nulla specie, quòd est impossibile. Et tenet sequela, quia ex quo sunt distincta a specie suæ causæ, scilicet ebrietatis, eo ipso quòd sunt duo peccata, aut in propriis speciebus, aut in nulla erunt. Contra hoc autē est, quòd actus illi non sunt voluntarii, & consequenter nec morales humani, quāuis sint hominis.

¶ In hac ambiguitate eauendum est ab utroq; extremo, ut nec dicamus huiusmodi sequentia peccata esse genus moris, ut quidam uidentur dicere, considerantes istos actus in seipsis, & propterea dicentes, quòd huiusmodi ebrii excusantur a toto quo ad culpam. Nec fateamur prædicta esse secundum se peccata, ut ex hac litera forte acceptū est: sed dicamus esse circunstantias peccatorum, & pertinentes ad circunstantiam, Quid, significantem effectum: & propterea obseruandas in istis regulas datas de eiusmodi circunstantiis & nocumentis peccatorum superius in q. 20. art. 5. & q. 63. art. 8. Et ratio est, quia hæc sunt uoluntaria in suis tantum causis. Ex hoc nanque quòd sunt quodammodo uoluntaria (esse. n. uoluntarium in causa, est esse aliquo modo uoluntariū) sunt in genere humanorum & moralium, & non excusantiū a tota culpa. Ex eo autem quòd in solis causis non sunt secundum se peccata, sed a propriis speciebus distracta, circunstantiæ sunt peccatorum, quorum sunt effectus; & ad illorum peccatorum species spectant, in quibus sunt uoluntaria & intenta.

¶ Et ex hac parte sequitur ulterius, quòd primum peccatum, puta ebrietas, plus minuat de secundo, puta homicidio, uel blasphemia Dei, quàm sit grauitas primi. Si enim. v. g. ebrietas in tota sua latitudine ad plus est grauitatis ut duo, & homicidium ut decem, ex hoc quòd homicidium distrahitur a sua specie, conseq̄ter distrahitur a sua grauitate & quia reducitur ad speciem ebrietatis, reducetur quoque ad grauitatem eius, circunstantionate tamen. Et sic reducitur ad grauitatem non excedentem duo, ac per hoc plus minuetur de propria grauitate homicidiū ab ebrietate, quàm sit grauitas ebrietatis, translatū enim de grauibus decem grauitatis ad gradus duos, longe plus diminutum est, quàm in duobus qui sunt gradus ebrietatis. Attestatur autem dictis Augusti. in lib. 22. contra Faustum dicens, quòd Lot culpandus est non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit: quoniam incestus non nisi in causa ebrietatis, scilicet culpabilis esse potuit. Attestatur etiam author, dum respondens argumento 2. scilicet, Peccatum additum peccato facit maius, quia maius includit unitatem cum eo, quo facit maius, dat duas responsiones. Prima est, quòd hæc propositio est uniuersaliter falsa, quia non semper peccatum additur peccato in unitate, idest, quòd faciat unum cum eo, & dicit quòd sufficit, quòd faciat plura peccata. deinde quia potuisset quis dicere, quòd illa propositio est uera in peccatis coeuntibus in unum, dat secundā responsionem, dicens, quòd nec sic est uera, quia contingit primum peccatum plus minuere de secundo, quàm sit grauitas primi, ut declaratum est: & inducit ad hoc quod inducitum est de ebrietate, & homicidio, ex hoc insinuans, quòd putat ambo in unum peccatum coire, & secundum esse circunstantiam, effectum scilicet primi. Consonatque hoc doctrinæ superius habitæ de specie peccatorum ex fine, seu obiecto intento. Quæ autem & in oppositum uidentur authoris uerba, facile explanatur. nam quòd in

præcedenti

præcedenti articulo dictum est, quòd ignorantia tollens totaliter vsum rationis excusat a toto, est verum per se loquēdo: quoniam actus a tali facti per se loquendo, non sunt humani sed per accidens contingit non excusari. cum enim ignorantia tali contingat, quòd est voluntaria culpabiliter, tūc ratione istius accidentis non excusat a toto, & hoc hic dē. Quòd etiam pluries dicatur ab authore, in ebrio duo peccata inuenirī, scilicet ebrietatem, & peccatum sequens, intelligendum est secundū subiectam materiā, idest, secundū se duo peccata, non quòd in hoc retineāt dualitatem, sed alterum transit in circunstantiā primi. Cogimur autem in hac materia his vocabulis vti, vt ostendamus quòd quæ secundum se sunt peccata, voluntarii rationem induunt etiam causata ab huiusmodi ignorantiæ peccato, & comparatione vtriusque peccati adinuicem. Comparatio enim distinctionem extremorū exigit, loquentes vt multi, intelligentes vt sapientes.

¶ De peccatis vero quæ fiunt ex culpabili propter negligentiam ignorantia facti, vt cum vacans venationi sagittat hominem loco cerui ex incircunspectione, an sit eiusdem speciei, cuius esset facta a sciente: dicendum esset quòd non, sed spectant ad species peccatorum directe volitorum, puta venationis periculosæ, & similium actuum, a quibus illa peccata causantur. Et ratio est, quia plus requiritur ad rationem speciei propriæ, quam ratio voluntarii. oportet enim esse per se intentum id vnde species peccati sumitur. vnde licet illa peccata sint voluntaria in seipsis, non sunt huius causis: quia tamen non sunt voluntaria in seipsis, non sunt per se intenta, ac per hoc non sunt secundum se peccata, nec vt actus elicīti, nec vt actus imperati: sed sunt euentus, seu effectus peccatorum non præuisi, nec intenti, quamuis præuisibiles, ac per hoc circunstantiæ aggrauantes, non trahentes tamen in suas species, sed distractæ in suarum causarum species. Sumitur etiā ex litera huius articuli ratio ad idem ex parte ignorantiæ ex illis verbis; Cum enim aliquid esse peccatum ignoratur, non potest dici, quòd voluntas directe, & per se feratur in peccatum, sed per accidens. & loquitur de ignorantia voluntaria indirecte & culpabiliter: ex quibus habetur, quòd in id quod ignorantia huiusmodi velatur, non per se, sed per accidens voluntas fertur. Quare enim est ratio de peccato, & quocunque alio & sic cum contelligatur altera supradictā, scilicet, quòd ab intentis per accidens non specificantur actus morales, sequetur quòd fugitricidens illa temeraria non specificabitur ab homicidio subsecuto, ex actum. Ex his autem habes differentiam inter peccatum primo dissultā ex ignorantia iuris, & hæc ex ignorantia facti: quia in illis ignorantia non velat obiectum, sed contrarietatem ad legem, seu virtutem. In istis ignorantia velat obiectum: & ideo illa in eadem sunt specie, ista non, vt dictum est, quia ab obiecto per se intento species est. Ex hoc tamen loco ne fallatis accipiens, quòd quia hic venator non est reus homicidii, propterea non sit irregularis, & similia: quoniam vnaquæque ars propriis vocabulis gaudet, & in iure vbi talis vocatur homicida voluntarius, ita est vocandus. In philosophia autem morali, de speciebus peccatorum differemus, sua quodque specie vocandum esse, si nomen habet.

¶ De peccatis demum, quæ fiunt ex ignorantia iuris positiui, quæ non secundum se sunt mala, sed solum quia prohibita: consideranduin esse consequenter addito, an ignorantia velet obiectum formale illius actus, vt est in genere moris, an velet solam contrarietatem ad legem. Si enim sola contrarietas velatur, eiusdem sunt species a sciente, & ignorante facta: si vero obiectum formale velatur, nō sunt eiusdem speciei, vt patet ex antedictis. Ad hoc autem discernendum, effectus iuris positiui in actu & obiecto oportet videre. Si enim lex constituit rationem formalem obiecti, patet quòd ignorantia velat obiectum: si autem constituit solam auersionem ab ipsa, vel conuersionem ad ipsam, patet q̄d ignorantia non velat obiectum, sed conetur etatem. Cum igitur quod lege ponitur, vt patet in 5. Ethic. sit id quod a principio nihil differt, vtrum sic vel aliter fiat sed post legem differt & vel aliter, bonitate & malitia morali, oportet quòd ex vi legis huiusmodi collocetur in genere boni, vel mali moralis. Et cū ista collocatio, vt dicitur inferius in tractatu de lege, fiat per modum determinationis formæ cōmunis ad specialem, consequens est, ut lex non solum genus, sed speciem actibus huiusmodi præbeat moralem, non faciendo nouam speciem uirtutis, aut uitii, sed applicando, seu extendendo præexistentes species uirtutum, & uitiorum ad huiusmodi act. s, v. g. Ius statuens quòd cum lumine, & stola, casula &c. Missa celebretur, applicat religionis speciem ad illos actus, & sacrilegii uitium ad oppositos. & similiter statuens ieiunia, applicat temperantiæ speciem ad unicā comestionem hora nonæ absq; carnibus, & intemperātiam ad eius oppositum, & sic de aliis. Ex hoc autem patet differentia inter peccata ex ignorātia iuris facta secundum se mala, & non secundum se mala, quo ad nomen: quia in secundum se malis scitum est id, unde species peccati sumitur, quia est obiectum secundum se dissonans rationi: in elatum autem est ipsa dissonantia, ut patet ex dictis. In istis autem non secundū se malis scitum, nihil claudit unde species peccati, immo nec genus moris sumitur, ut patet in comedente bis in diebus ieiunii ex ignorantia iuris: scitum enim ab hoc nō est bina comestio carnium hodie. Constat enim quòd hoc totum nihil includit dissonans, nisi quis dicat, q̄p in ly, hodie, quis significat tempus ieiunii, claditur unde species intemperantiæ sumitur. Sed licet reuera sic sit, attamen hoc non clauditur sub scito, sed sub uelato ex iuris ignorātia: & propterea relinquitur, q̄p in scito nihil est vn. species sumatur. & si huic adiungas, q̄p ex ignoto per negligentiā non sumitur species, quia ut in litera dicitur, nō potest dici, quòd uoluntas in huiusmodi ignotum per se, sed per accidens feratur, sequitur quòd huiusmodi peccata, quia obiectum formale uelatur, non sunt eiusdem speciei facta ab ignorante ius, & a sciente. Sed tunc obstant duo. primo, quia oportet assignare speciem uitii, in qua huiusmodi peccatum est. nihil enim est in genere, quod non sit in aliqua eius specie. ¶ Secundo, quia oportet saluare illam regulam. Circunstantia faciens actum de non malo malum, dat speciem. cum enim non appareat aliqua uitii species in tali bina comestione, & similibus, & sola circunstantia determinarę temperantiæ a iure in unica comestione tali die, reddat hunc actum malum: consequens est, ut ad ipsam intemperantiæ speciem talis transgressio reducatur, cuius oppositum ex præcedentibus sequebatur. Vnde dicendum est, quòd licet actus illi ex ignorantia causati non sint per se in talibus speciebus propter rationes allatas, reductiue tamen sunt in eisdem speciebus, in quibus essent commissi a sciente: & ratio est, quia uelamen ignorantiæ legis, quam tenetur nunc, hic, iste scire, quia uoluntarium est, impeditur a locando ignotum illud extra uoluntarium & intentum, & uoluntas uelati actus reducit actum ad naturam suæ speciei, sicut etiam facit uoluntarium uelamen ignorantiæ facti. Propter quod sicut in credente occidere ceruum, & occidente hominem ex ignorantia culpabili, actus occisionis redit ad naturam suæ speciei, & est homicidium: ita in comedente bis ex culpabili ignorantia legis in die ieiunii, actus comestionis redit ad naturam suæ speciei, & est intemperantia. Intelligenda sunt ergo quæ dicuntur de ignoto, quòd scilicet non specificat quoad reposita per se in specie: secus autem est de reductiue ad speciem pertinentibus. & sic omnia consonant. Et habes ex hoc solutionem dubii relicti in q. 72. artic. 9. & resolutionem simpliciter duorum ultimo tractatorum nunc, quòd scilicet facta peccata ex ignorantia facti culpabiliter, siue sint secundum se mala, siue non, reduent ad naturam suæ speciei, quando culpa impedit uelamen ignorantiæ a locando actum extra intentum. Dico autem hoc, quia tam leuis posset esse culpa negligentiæ, ut non reduceret actum ad propriam speciem saltem perfectæ, ut patet in eo qui ex leuissima culpa negligentiæ, in discernendo uina ignorantes inebriatur: non enim redit tunc ebrietas in naturam suæ speciei perfectæ. & scitо quòd in hac difficultate multo tempore fui non resolutus: & ideo uage scripsi, sed nolui mutare iam scripta propter exercitium.

¶ In eodem 4. art. in responsione ad primum nota, quòd hæc responsio exponitur inferius in q. 78. art 1. ad primum, ubi distinguntur triplex ignorantia ex parte rei scitæ secundum triplicem scientiam. prima est, qua scitur individuum actus esse malum, puta, hanc acceptationem rei alienæ esse malum.

¶ Secunda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Secunda, qua scitur indiuiduum actus, & temporis eius, scilicet hoc nunc esse malum.

¶ Tertia est, qua scitur indiuiduum actus temporis, & executionis, si hoc nunc non esse faciendum. Ignorantia opposita primæ scientiæ est causa peccati. Ignorantia secunda & tertia est ignorãtia electionis, quã author negat hic esse causam peccati, non quòd putet eam non causare peccatũ vt alii tenent: sed qa negat eam annumerari inter generales causas peccati, de q̃bus modo tractat: quoniã peccata quæ fiunt ex secunda & tertia ignorantia, nõ sunt peccata ex ignorantia, sed ex passione, vel habitu, vt in illa quæstione declaratur.

¶ In eodem 4. artic. dubiũ pro Nonnullis occurrit de responsione ad secundum, quia stantibus etiam omnibus dictis, adhuc illa propositio, Peccatum additum peccato facit maius, videtur efficax argumentum sustinere in proposito: quia cum ignorãtia, seu ebrietas fuerit peccatum, si sibi addat sequens peccatum, quãtumcunque minimum, faciet maius.

¶ Ad hoc dicitur, quòd argumentum hoc concludit verũ, sed in litera non assertur ad hoc non. n. est quæstio, an sequés peccatum diminuat peccatum ignorantiæ, sed assertur ad argumentum, quòd ignorantia non diminuat, seu augeat sequens peccatũ quoniã de hoc est quæstio præsentis articuli. & in litera ad hoc respondetur optime, quòd ipsa ignorantia adiuncta sequenti peccato nõ augeat illud, sed diminuat illud: & totum compositum est ex vtroque, si componentia secundum se sumantur, quia plus admit de grauitate illius, quàm apponat de grauitate propria: vnde in litera non dicitur, quòd ambo simul non habent tantam grauitatem, quantam quodcunque eorum seorsum habet, sed quantum vnum eorum, scilicet sequens secundum se grauius, vt dictum est, haberent.

¶ In eodem artic. 4. dubium est de quantitate diminutionis, an scilicet, ignorantia secundum se peccatũ veniale, excusset sequẽs peccatum ex ea a mortali: & similiter ignorantia mortalis leuioris ordinis, excusset sequens a mortali grauioris ordinis: vel econtra, mortale peccatum sequens ex ignorãtia veniali, faciat illam mortalem: & similiter mortale grauioris ordinis aggrauet ignorantiam mortalem, in grauiorem ordinem trahendo.

¶ Ad hoc dicit, q̃ hæc quæstio ex dictis de speciebus peccatorũ ex ignorantia, pendet: q̃n nanq; ignorantia non aufert propriã & perfectam speciem deliberato peccato, quod ex ea fit, non autem peccet: & talis ignorantia videtur augere volũtarium, & peccatum. ex intentione enim voluntatis ad peccãdum prouenit, quòd aliquis vult subire ignorantiæ damnum, propter libertatẽ peccandi. Quandoq; vero ignorantia, quę est causa peccati, non est directe voluntaria, sed indirecte, vel per accidens, puta, cum aliquis non vult laborare in studio, ex quo sequitur eum esse ignorantem: vel cum aliquis vult bibere vinum immoderate, ex quo sequitur eum inebriari, & discretione carere: & talis ignorantia diminuit voluntarium, & per cõsequens peccatum. Cum enim aliquid non cognoscitur esse peccatum, nõ potest dici, q̃ volũtas directe, & per se feratur in peccatum, sed per accidens: vn de est ibi minor cõtemptus, & per consequens minus peccatum.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ ignorantia, secundum quã omnis malus est ignorans, non est causa peccati, sed aliquid consequens ad causam. s. ad passionem, vel habitum inclinantem in peccatum.

Ad 2^um dicendum, q̃ peccatum peccato additum facit plura peccata, non tamen facit semper maius peccatum, quia forte non coincidunt in idem peccatum, sed sunt plura: & potest contingere si primũ diminuat secundũ, q̃ ambo simul non habeant tantã grauitatem, quantam vnum solum haberet: sicut homicidium grauius peccatum est, si fit a sobrio homine factum, q̃ si fiat ab ebrio hoĩe, quãnis hęc sint duo peccata, qa ebrietas plus diminuit de rõne sequentis peccati, quàm sit sua grauitas.

Ad 3^um dicendum, q̃ verbum Ambrosij potest intelligi de ignorãtia simpliciter affectata: vel põt intelligi in genere peccati ingratitudinis, in qua summ^a gradus est, q̃ homo etiam beneficia non recognoscat: vel põt intelligi de ignorantia infidelitatis, quę fundamentum spiritualis ædificij subuertit.

Ad 4^um dicendum, quòd ebrius meretur quidem duplices maledictiones propter duo peccata quæ committit, scilicet, ebrietatem, & aliud peccatum, quod ex ebrietate sequitur: tamen ebrietas ratione ignorantiæ adiunctæ, diminuit sequens peccatum, & forte plus, q̃ sit grauitas ipsius ebrietatis, vt dictum est.* Vel potest dici, q̃ illud verbum inducitur secundum ordinationem cuiusdam Pythaci legislatoris, qui statuit, ebrios si percusserint, amplius puniendos, nõ ad veniam respiciens, quam ebrii debent magis habere, sed ad vtilitatem, quia pluries iniuriantur ebrij quàm sobrij, vt patet per Philosophum in 2. Politicorum.*

QVAESTIO LXXVII.

De causa peccati ex parte appetitus sensitiui, in octo articulos diuisa.

Deinde considerandum est de cã peccati ex parte appetitus sensitiui, vtrũ passio animæ sit causa peccati.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum passio appetitus sensitiui possit mouere, vel inclinare voluntatem.

¶ Secundo, Vtrum possit superare rationem cõtra eius scientiam.

¶ Tertio, Vtrum peccatum, quod ex passione prouenit, sit peccatum ex infirmitate.

¶ Quarto, Vtrum hæc passio, quæ est amor sui, sit causa omnis peccati.

¶ Quinto, De illis tribꝰ causis quæ ponuntur 1. Ioan. 3. Concupiscentia oculorum, concupiscentia carnis, & superbia vitæ.

¶ Sexto, Vtrum passio, quę est causa peccati, diminuat ipsum.

¶ Septimo, Vtrũ totaliter excusęt.

¶ Octauo, Vtrum pctm̃, qđ ex passione est, possit esse mortale.

Articvlvs primvs.

Vtrum uoluntas moueatur a passione appetitus sensitiui.

Ad primvm sic proceditur. Videtur q̃ uoluntas nõ moueatur a passione appetitus sensitiui. Nulla.n. potentia passiua mouetur nisi a suo obiecto: voluntas autem est potentia passiua & actiua simul, inquantum est mouens & mota, sicut Philosophus dicit in 3.* de anima, vniuersaliter de vi appetitiua. cũ ergo obiectum voluntatis nõ sit passio appetitus sensitiui, sed magis bonum rationis, videtur quòd passio appetitus sensitiui non moueat voluntatem.

¶ 2 Præt. Superior motor non mouetur ab inferiori, sicut anima nõ mouetur a corpore: sed voluntas, quæ est appetitus rationis, comparatur ad appetitum sensitiuum, sicut motor superior ad inferiorẽ. dicit.n. Philosophus in 3. de ani.* q̃ appetitus rationis mouet appetitum sensitiuum, sicut in corporibus cęlestibꝰ sphæra mouet sphæram. ergo voluntas non potest moueri a passione appetitꝰ sensitiui.

¶ 3 Præt. Nullum immateriale potest moueri ab aliquo materiali: sed voluntas est potentia quędã immaterialis. non. n. vtitur organo corporali, cum sit in rõne, vt dꝫ in 3. de ani.* appetitus aũt sensitiuus est uis materialis, utpote fundata in organo corporali. ergo passio appetitus sensitiui nõ potest mouere appetitum intellectiuum.

Sed contra est, quod dicitur Daniel. 13. Concupiscentia subuertit cor tuum.

Respon. Dicendum, q̃ passio appetitus sensitiui non potest directe trahere, aut mouere uoluntatem: sed indirecte potest, & hoc dupliciter. Vno quidem modo secundum quandã abstractionem. Cum n. omnes potẽtiæ animæ in una essentia animæ radicentur, necesse est, qđ q̃n una potẽtia intenditur in suo actu, altera in suo actu remittatur, uel etiã totaliter in suo actu impediatur, tum quia omnis uirtus ad plura dispersa fit minor, vnde econtrario, q̃n intenditur circa unum, minus potest ad alia dispergi: tũ quia in operibus animæ requiritur quædam intentio, quæ dum uehementer applicatur ad unum, nõ potest alteri uehementer attendere: & secundum hunc modum per quandam distractionem, q̃n motus appetitus sensitiui fortificatur secundum quamcunq; passionem, necesse ẽ q̃ remittatur, uel totaliter impediatur motus proprius appetitus rationalis, qui est uoluntas. Alio modo ex parte obiecti uoluntatis, quod est bonum ratione apprehensum. impeditur enim iudicium, & apprehensio rationis, propter vehementem & inordinatam apprehensionem imaginationis & iudicium uirtutis æstimatiuæ, vt patet in amentibus. Manifestũ est autem, quòd passionem appetitus sensitiui sequitur imaginationis apprehensio & iudicium æstimatiuæ, sicut ẽt dispositionem linguæ sequitur iudicium gustus. vnde videmus, quòd homines in aliqua passione existentes, non facile imaginationem auertunt ab his, circa quæ afficiuntur. vnde per consequens iudicium rationis plerunque sequitur passionem appetitus sensitiui, & per consequens motus voluntatis, qui natus est semper sequi iudicium rationis.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ per passionẽ appetitus sensitiui sit aliqua immutatio circa iudicium de obiecto voluntatis, sicut dictũ est,* quãuis ipsa passio appetitus sensitiui nõ sit directe voluntatis obiectũ. In corp. ar.

Ad 2^um dicendum, quòd superius non mouetur ab inferiori directe, sed indirecte quodammodo moueri potest, sicut dictum est.* In corp. ar.

Et similiter dicendum est ad tertium.

Articvlvs ii.

Vtrum ratio possit superari a passione contra suam scientiam.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ septimæ Articulum secundũ.*

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur q̃ ratio nõ possit superari a passione contra suam scientiam. Fortius.n. non vincitur a debiliori: sed scientia propter suã certitudinem est fortissimum eorũ, quæ in nobis sunt. ergo non potest superari a passione, quæ est debilis, & cito transiens.

¶ 2 Præt. Voluntas non est nisi boni, vel apparentis boni: sed cum passio trahit voluntatem in id, qđ est vere bonum, non inclinat rationem contra scientiam: cum autem trahit eam in id, quod est apparens bonum, & non existens, trahit eam in id, quod rationi videtur: hoc autem est in scientia rationis, quod ei videtur. ergo passio nunquã inclinat rationem contra suam scientiam. Si dicatur, q̃ trahit rationem sciẽtem aliquid in vniuersali, vt contrarium iudicet in particulari. Contra. Vniuersalis & particularis propositio si opponantur, opponuntur secundũ contradictionem: sicut, Omnis hõ &, nõ omnis homo: sed duæ opiniones quæ sunt contradictoriæ, sunt contrariæ, vt dicitur in 2. Perihermenias.* Si igitur aliquis sciens aliquid in vniuersali, iudicaret oppositum in singulari, sequeretur quòd haberet simul cõtrarias opiniones, quod est impossibile.

¶ 3 Præt. Quicunq; scit vniuersale, scit etiam particulare, quod nouit sub vniuersali contineri: sicut qui scit omnem mulam esse sterilem, proprius appetitus rationalis, qui est uoluntas. Alio

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ septimæ Articulum primum.*

In primo articul. quæstio. 77. solus modus, quo passio mouet voluntatem, declarandus occurrit, addendo ad dicta in artic. 2. quæstio. 9. vbi eadem quæst. ex parte voluntatis absolute agitata est. modus enim in ordine ad causandum peccatũ ex parte ipsius passionis tractatur. Modus igitur est, q̃ passio afficiens appetitum, afficit proportionaliter per viã reuocantiæ phantasiam. Sunt enim vt in 2. de anima dicitur, appetitiuũ, & phantasticum animæ, indiuincta loco, entomis decisis attestantibus: & sicut ad linguam cholera infectam, gustus immutatur erroneum fit, ita ad appetitum passione infectum, immutatur phantasia, & iudicium etiam æstimatiuæ consequenter, & quia intellectus mouetur a phãtasmate, cõsequens est, vt a phantasmatibus sic compositis iudicio æstimatiuæ, moueatur intellectus ad iudicandum idem, præsertim quia iudicium est de singulari, in quo plurimam vim obtinet iudicium cogitatiuæ. Rectius ex hoc, quòd appetitus sensitiuus ex passione vehementi afficitur, hic homo non solum secundum illam partem, sed absolute mutatur animaliter, & est aliter dispositus. & ratio est, quia appetitus animalis est primo propter totum supposítum, vt ex dictis in prima parte patet. In hoc enim differt ab appetitu naturali singularium potentiarum & partiũ: & propter hoc datꝰ est a natura animali. Ex hoc aũt quòd hic homo est aliter dispositus, sequitur, ut aliquid sit sibi durante illa dispositione cõueniens, quod prius nõ erat, quodque absolute, & secundum rationẽ est disconueniens. incipit nanq; conuenientia ex altero extremorum nasciato. Ex hoc autem, quòd aliquid est conueniens modo huic sic disposito, sequitur & qđ secundum iudicium æstimatiuæ & rationis iudicet illud sibi nũc cõueniens: quia qualis vnusquisque est, talis ei finis vi. & sic dispositio subiecti, passione facta, mutat iudicium rationis de obiecto, qđ est motiuum uoluntatis: & sic ex parte obiecti passio mouet uolũtatem. Hæc uia ex parte obiecti est tutior, prima ex parte ipsarũ potentiarũ hãc adiunit. ex neutra autem, ut uides, si memor es dictorum, uoluntas necessitatur: quia ex parte obiecti motio est, & ad necessitatẽ requiritur alter motor ex parte subiecti ad exercitiũ actus, propter quod uoluntas libere sequens hmõi obiectum peccat.

Circa illud.

Mal. q. 3. ar tic. 9.

Cap. ult.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quę equidē in appetitu sequatur, & consequenter potest voluntas male eligere intellectu existente perfecto.

¶ Præterea, Arguo ad idē: quia stat quòd ratio ostendat vtrunque oppositum, secundum quod est, puta furari, & non furari. est enim oppositorū: & quòd voluntas determinet se ad vnum, quia vult, & quòd hoc sic sit, testat Aristot. in 9. Meta. vbi vult quòd scientia sit oppositorum, sed a prohæresi, idest, ab electione determinetur ad vnū. non igitur oportet intellectū errare, vel ignorare ad hoc, quòd voluntas male velit.

Cap. 1. non loge a princip. tom. 1.

¶ Contra rationem vero, qa ineficax videtur. stat. n. intellectum in nullo errare, & voluntatē peccare appetendo vere bonum apprehensum non debito mō.

Lib. 1. Periher. in princip. tom. 1.

¶ Ad hāc dubitationem, licet in 1. ar. sequentis q. in rñsione ad primū videat tractanda, quia ibi consummat qō hæc de pctō contra scientiā, quæ hic tractatur ex vna pte tm. s. ex parte passionis, pp opinionem tū Socratis hic approbatā, dē cū authore, q impossibile est voluntatē peccare absq; ignorantia, vel errore intellectus, pp rationem in litera allatam. Sed sunt hic duo aduertēda. Primo, q ignorantiæ noie in proposito intelligitur ét ipsa actualis inconsideratio: & ex hoc soluuntur omnia argumenta contra positum errorem intellectus. Ex hoc enim habes, quòd sufficit ad apparens bonū, quòd actuali inconsideratione transferatur de ordine veri boni in nō vere bonū, vt de pctō angeli in prima parte dictū est. et p hoc soluit obiectio cōtra rōnē allata. I

¶ Secundo, quòd apprehensio requisita ad hoc, qđ voluntas appetat aliquid (nō enim ferri potest nisi in apprehensum) non est quæcunq; cognitio, alioquin intellectio speculativa sufficeret, cuius oppositū habetur ex 3. de anima: sed est cognitio iudicans, & præcipiens hoc esse appetendum. Nunquàm enim aliquis aliquid appetit, quod non iudicat appetendum iudicio subito, vel deliberato, expedito, vel impedito &c. Nunquàm etiam aliquis iudicata appetenda esse eligat, nisi imperet sibipsi animus appetendum esse. Ex hoc autem patet, q si appetendum aliquod est vere iudicatum bonum, quādo, sicut, vbi &c. & sufficienter præceptum, oportet sequi electionem, vt patet per Aug. in 8. Cōfess. & Aristot. in 7. Ethic. & supradicta, & sic erit electio bona. Si autem appetendum non est vere iudicatum, aut sufficienter præceptum bonum, tunc cum mala electione defectus positiue, vel negatiue est in intellectu, dum voluntas fertur in bonum non vere, sed apparens ex illo defectu. Et quia hæc duo membra distinguuntur contradictorie, consequens est, vt non sit dare medium. Ad obiecta autem in oppositum dicitur, quòd authoritates omnes, dicentes hominem appetere contra scientiam, intelligunt contra scientiam habitualem, vel actualem in vniuersali, vel actualem particularis absolute, vt in responsione ad primum articuli primi sequentis quæstio. dicitur. Vnde articulus Parisiensis de intellectu in vniuersali, & particulari, secundum se consideratio in actu, verus est, cum quo stat ignorantia particularis in comparatione. Posset quoque dici, quòd est verus de particulari in actu etiam relato, quo ad actum iudici non præceptiui. cum tali. n. iudicio stat oppositum iudicium præcipiens, in quo est defectus. Authoritas Aristot. loquitur de scientia morali distincta contra scire prudentiæ, & de illa, cum sit vniuersalium constat parum, vel nihil valere: de illa autem constat esse formam, & diffinitionem virtutum. Et quoniam hæc dependet ab appetitu recto, & econtra: ideo oportet vitiosū suadere & qđ cōsideret, iudicet, & solicitetur recte, & quòd mutet appetitum. Alterum enim sine altero insufficiens inuenitur. F

¶ Ad primam rationem, quòd rectitudo rationis pendet ex solis terminis in forma syllogistica, dicitur quòd maior illa est falsissima vniuersaliter. Et ratio est, q a quædam ratio est in ratione secūdum se, & hæc ex solis terminis pendet: quædā est in ratione non secundum se, sed vt mota ab appetitu, & illa dependet nō ex solis terminis, sed ex connexione conformi appetitui recto. Vnde in 6. Ethicor. dicitur, quòd verum intellectus practici est cōforme se habens appetitui recto. Vnde cum prudentiæ scientia sit in intellectu, vt subest voluntari, vt patet ex dictis, rectitudo rationis eius non ex euidentia terminorum ad rationē absolute, sed ad rationem motam a recto appetitu dependet. Etī huius responsionis non ex capax, distingue, quòd rectitudo rationis secundum se pendet ex terminis, & forma syllogismi: sed vt indicāda a nobis, & præceptiua, pendet ex appetitu in moralibus: quia qualis vnusquisque est, talis ei finis videtur, & ideo est impossibile q sit perfecta ratio sola ex terminis & syllogismo, quicquid in voluntate sit. Oportet enim voluntatem esse bene dispositam, si ratio perfecta sit ratione morali particularissima sine defectu, vt dictum est. Vtraque responsio bona videtur: sed prima est formalis & profunda. Ad rationē aliam, quæ est omnium difficillima, quoniam tangit primam radicem, dicitur, quòd in hoc ipso quòd voluntas determinat se, & intellectum ad alterum oppositorum, quod est malū, interuenit ignorantia aliqua. oportet itaque voluntate aliquid appetente, illud iudicari appetendū nunc, hic, &c. Et cum in veritate non sit appetendum, patet ignorantia aliqua: sed, an ignorantia sit prius natura, quàm appetitus, difficile est videre. Ex eo namque quòd obiectum est voluntatis, illud sic iudicatum prius natura videtur: ex eo vero q effectus voluntatis videt determinantis intellectū, iuxta doctrinam Arist. posterius natura videtur. K

¶ Ad hoc dicit, quòd determinatio intellectus ad alteram partē in Moralibus cum cōtingentia sint, quando ex passione prouenit, præuenit manifeste electionem, vt patet ex supra declaratis: sed quoniā hoc est per accidens, absolute loquendo de determinatione intellectus, dicendum simpliciter est, quòd voluntas determinat intellectum ad iudicandum alterum oppositorum tā ciendum, sed diuersimode in bonis & in malis: quia cum neutrū oppositorum habet rationem mali moraliter, voluntas ex se sola flectit iudicium quo vult: ad alterum vero oppositorum moraliter malū, voluntas ipsa flectit iudicium, sed nō nisi concurrente ad hanc aliquo alio defectu intellectus, saltem non considerate omnium considerandorum, quæ sufficit ad hoc, quòd omnis malus ignorans sit, vt de peccato Angeli dictum fuit. Iudicium igitur de agendo, vel appetendo morali malo, cum ratione propositi sit prius natura voluntate mala, & in ratione acceptati sit posterius natura eadem, & acceptetur ex aliquo defectu intellectus, quia malum secundum se, non est acceptabile, resoluendum est in tria, in ipsum iudicium, seu iudicatum quod acceptatur, & in defectum intellectus vnde quodammodo

dammodo acceptatur, & ipsam passiue acceptionem a mala voluntate illatam: & quo ad duo prima pertinet voluntatē mala vt obiectum, & conditio nonnulla eius: siue ex pte eius, siue ex parte intelligentis. quoad tertiū autem est effectus voluntatis, & sic omnia cōsona inueniuntur. Cap. 6. primo.

¶ In eodem articulo notato singularissime vltimas responsiones, & memorata prædicta distinctione, considerato semper, q propositiones scitæ & ignoratæ in particulari in actu practico, nō sunt cōtradictoriæ. Licet. n. existens in passione credat hanc nūc fornicationem secundū se non esse faciendā, credit tamen omnibus concurrentibus nunc hanc fornicationem esse commit tendā: nisi enim hoc animo sentiret, nō faceret eam. Constat autem non esse contradictorias illas, q non sunt ad idem similiter &c. Et si ille in malitia, aut passione existens, dicat se sentire in animo contradictionem in actu, mentitur. A

rectitudo voluntatis & operis, vt supra dictum est. * contingit ergo quòd aliquis habet scientiam in vniuersali, puta, nullā fornicationem esse faciēdam: sed tamen non cognoscat in particulari hūc actū, qui est fornicatio, non esse faciendum. & hoc sufficit ad hoc, quòd voluntas non sequatur vniuersalem scientiam rationis. Et iterum considerandum est, q nihil prohibet aliquid sciri in habitu, quod tamen actu non consideratur. Potest igitur cōtingere, quòd aliquis etiam rectam scientiam habeat in singulari, & non solum in vniuersali, sed tamen in actu non consideret: & tunc non videtur difficile, quòd præter id, quod actu non considerat, homo agat. Quòd autē homo non consideret in particulari id, quod habitualiter scit, quādoque quidem contingit ex solo defectu intentionis, puta, cum homo sciens Geometriam, nō intendit ad considerandum Geometriæ cōclusiones, quas statim in promptu habet cōsiderare. Quandoque autem homo considerat id, quod habet in habitu propter aliquod impedimentum superueniens, puta, propter aliquā occupationem exteriorem, vel propter aliquā infirmitatem corporalē: & hoc modo ille, qui est in passione constitutus, non considerat in particulari id, quod scit in vniuersali, inquantum passio impedit talem considerationem. Impedit autem tripliciter. Primo quidem, per quandam distractionem, sicut supra expositum est. * Secdo, per contrarietatem: quia plerunq; passio inclinat ad cōtrarium huius, qd scientia vniuersalis habet. Tertio, per quandam immutationem corporalem, ex qua ratio quodammodo ligatur, ne libere in actum exeat: sicut etiā somnus, vel ebrietas quædam corporali trāsmutatione facta, ligāt vsum rationis. Et quòd hoc cōtingat in passionibus, patet ex hoc, quòd aliquando cum passiones multū intenduntur, homo amittit totaliter vsum rationis. Multi enim propter abundantiā amoris & itæ sunt in insaniam conuersi, & per hunc modum passio trahit rationem ad iudicandum in particulari, contra scientiam, quam habet in vniuersali. B

Ad primvm ergo dicendum, quòd scientia vniuersalis, quæ est certissima, non habet principalitatē in operatione, sed magis sciētia particularis, eo quòd operationes sunt circa singularia. vnde nō est mirum si in operabilibus passio agit contra scientiam vniuersalem absente consideratione in particulari. E

Ad 2^m dicēdum, q hoc ipsum q rationi videatur in particulari aliquid bonum, quod non est bonum, cōtingit ex aliqua passione: & tamen hoc particulare iudicium est contra vniuersalem scientiā rationis.

Ad 3^m dicendum, quòd non posset contingere, q aliquis haberet simul in actu scientiā, aut opinionem veram de vniuersali affirmatiuo, & opinionem falsam de particulari negatiuo, aut econuerso: sed bene potest contingere, quòd aliquis habeat veram scientiam, habitualiter de vniuersali affirmatiuo, & falsam opinionem in actu de particulari negatiuo. actus enim directe non contrariatur habitui, sed actui. C

Ad 4^m dicendum, quòd ille qui habet scientiam in vniuersali, propter passionem impeditur ne possit sub illa vniuersali sumere, & ad conclusionem peruenire: sed assumit sub alia vniuersali, quam suggerit inclinatio passionis, & sub ea concludit. Vnde Philosophus dicit in 7. Ethico. quòd syllogismus incontinentis habet quatuor propositiones, duas vniuersales, quarum vna est rationis, puta, nullam fornicationem esse committendam: alia est passionis, puta, delectationem esse sectandam. Passio igitur ligat rationem ne assumat, & concludat sub prima. vnde ea durante assumit, & concludit sub secunda. Cap. 3. to. 5

Ad 5^m dicendum, q sicut ebrius quandoque proferre potest verba significantia profundas sententias, quas tamen mente diiudicare non pōt ebrietate prohibente: ita in passione existens, etsi ore proferat hoc non esse faciendum, tamen interius hoc animo sentit, quod sit faciendum, vt dicitur in 7. * Ethic. ca. 3. a med. tom. 5.

Articvlvs III.

Vtrum peccatum, quod est ex passione, debeat dici ex infirmitate.

Infra q. 85. art. 3. ad 4. Et 2. di. 22. q. 2. ar. 2. ad 5. & in ex. li. fi. Et 4. di stin. 19. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 2. Et mal. q. 3 ar. 8. ad 5 et ar. 9. 10. 11. & 12. cor. Et psal. 9.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q pctm, qd est ex passione, non debeat dici ex infirmitate. Passio. n. est quidā vehemens motus appetitus sensitiui, vt * dictum est: vehementia autē motus magis attestatur fortitudini, q infirmitati. ergo peccatū quod est ex passione, non debet dici ex infirmitate. C

¶ 2 Præt. Infirmitas hominis maxime attenditur fm illud qd est in eo fragilius: hoc aūt est caro. vnde dicitur in ps. 77. Recordatus est, quia caro sunt. ergo magis debet dici peccatum ex infirmitate, qd est ex aliquo corporis defectu, q quod est ex animæ passione. ar. 1. huius quæst.

¶ 3 Præt. Ad ea non videtur homo esse infirmus, quæ eius voluntati subduntur: sed facere, vel non facere ea, ad quæ passio inclinat, hominis voluntari subditur, secundum illud Genes. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. ergo peccatum quod est ex passione, non est ex infirmitate. D

Sed contra est, q * Tullius in 4. lib. de Tusc. q. passiones animæ ægritudines uocat: ægritudines autem alio nomine infirmitates dicuntur. ergo peccatum, quod est ex passione, debet dici ex infirmitate. Lib. 4. in 3. sol. a princ. lib. & sequentibus.

Respon. Dicendū, q causa peccati propria est ex parte animæ, in qua principaliter est pctm. Potest aūt dici infirmitas in anima ad similitudinem infirmitatis corporis. Dicitur aūt corp^s hominis esse infirmū, qñ debilitatur, vel impeditur in executione propriæ operationis pp aliquā inordinationem partium corporis, ita. s. q humores & membra hominis non subdantur virtuti regitiuæ, & motiuæ corporis. vnde & membrum dicitur esse infirmum, qñ non potest perficere operationem membri sani, sicut oculus qñ non potest clare videre, vt dicit * Philosophus in 10. de historijs animalium. vnde & infirmitas animæ dicitur, qñ impeditur anima in propria operatione pp inordinationem partium ipsius. Sicut autem partes corporis dicuntur esse inordinatæ, qñ non sequuntur ordinem naturæ: ita & partes animæ dicūtur esse inordinatæ, quando nō subduntur ordini rationis. ratio. n. est vis regitiua partium animæ. Sic ergo quando ex- Cap. 1. non pcul a princip. tom. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra ordinem rationis vis concupiscibilis, aut irascibilis aliqua passione afficitur, & per hoc impedimentū præstatur modo prædicto debitæ actioni hominis, dr̄ pcm̄ esse ex infirmitate. vnde & * Philosophus in 1. Eth. comparat incontinentem paralytico, cuius partes mouentur in cōtrarium eius quod ipse disponit. Li. 7. Ethi. cap. 8. circa princip. tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut quanto fuerit motus fortior in corpore præter ordinem naturæ, tanto est maior infirmitas: ita quanto fuerit motus fortior passionis præter ordinem rationis, tanto est maior infirmitas animæ.

AD 2^um^ dicendum, q̄ peccatum principaliter consistit in actu voluntatis, qui nō impeditur per corporis infirmitatē. Potest.n. qui est corpore infirmus promptam habere voluntatem ad aliquid faciendum, impeditur autem per passionem, vt supra dictum est. vn de cum dicitur pcm̄ esse ex infirmitate, magis est referendum ad infirmitatem animæ, q̄ ad infirmitatem corporis. Dicitur tamen etiam ipsa infirmitas animæ, infirmitas carnis, inquantū ex conditione carnis passiones animæ insurgunt in nobis, eo quòd appetitus sensitiuus est virtus vtens organo corporali. Ar. 1. huius quæst.

AD 3^um^ dicendum, quòd in potestate quidem voluntatis est assentire, vel non assentire his, in quę passio inclinat: & pro tanto dicitur noster appetitus sub nobis esse, sed tamen iste assensus, vel dissensus voluntatis impeditur per passionem modo * prædicto. In corp. ar. & ar. 1. & 2

ARTICVLVS IIII.

Vtrum amor sui sit principium omnis peccati.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd amor sui non sit principium omnis peccati. Id enim quod est secundum se bonum & debitum, non est propria causa peccati: sed amor sui est secundum se bonum & debitum. unde præcipitur homini, vt diligat proximum sicut seipsum. Leui. 19. ergo amor sui non potest esse propria causa peccati. Infra ar. 5. corr. & q. 84 art. 2. ad 3. Et 2. 2. q. 25 art. 7. ad 2. & q. 153 ar. 5. ad 3. Et 2 di. 42. q. 1. ar. 1. cor. Et mal. q. 8. ar. 1. ad 19.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit Rom. 7. Occasione accepta, peccatum per mādatum operatum est in me omnem concupiscentiam. vbi * glo. dicit, quòd bona est lex, quæ dum concupiscentiam prohibet, omne malum prohibet. quod dicitur propter hoc, quia concupiscentia est causa omnis peccati: sed concupiscentia est alia passio ab amore, vt † supra habitum est. ergo amor sui non est causa omnis peccati. * est Augu. de spiritu et lit. ca 4. circa med. t. 3.

¶ 3 Præt. Augustinus super illud Psal. Incensa igni & suffossa, dicit quòd omne peccatum est ex amore male inflammante, vel ex timore male humiliante. non ergo solus amor est causa peccati. ¶. 23. ar. 4 & q. 30. ar. 2. * Aug. i ps. 79. habetur in sententia tom. 8.

¶ 4 Præt. Sicut homo peccat quandoque propter inordinatum sui amorem, ita etiam interdum peccat propter inordinatum amorem proximi. ergo amor sui non est causa omnis peccati.

SED CONTRA est, qđ * Aug. dicit 14. de ciui. Dei, q̄ amor sui vsq; ad contemptū Dei facit ciuitatē Babylonis: sed per quodlibet pcm̄ pertinet homo ad ciuitatē Babylonis. ergo amor sui est causa omnis peccati. Cap. 28. & vlt. to. 5.

RESPON. Dicēdum, q̄ sicut * supra dictum est, Propria & per se causa peccati accipiēda est ex parte conuersionis ad cōmutabile bonum, ex qua quidem parte omnis actus peccati procedit ex aliquo inordinato appetitu alicuius temporalis boni. Quòd aūt aliquis appetat inordinate aliqd temporale bonum, procedit ex hoc, q̄ inordinate amat seipsum: hoc.n. est amare aliquem, velle ei bonum. Vnde manifestum est, quòd q. 75. art. 2.

& potus, & alia hmōi: siue quantum ad conseruationem speciei, sicut in venereis, & horum inordinatus appetitus dr̄ concupiscentia carnis. Alia est concupiscentia animalis, corum. s. quæ per sensum carnis sustentationem, aut delectationem nō afferunt, sed sunt delectabilia s̄m apprehensionem imaginationis, aut alicuius huiusmodi acceptatiōis, sicut sunt pecunia, ornatus vestium, & alia hmōi: & hęc quidem animalis concupiscentia vocatur cōcupiscentia oculorum, siue intelligatur concupiscentia oculi, idest, ipsius visionis, quæ sit per oculos, vt referatur ad curiositatē, secundum quod * Aug. exponit in 10. Confes. siue referatur ad concupiscentiam rerum, quę exterius oculis proponuntur, vt referatur ad cupiditatem, secūdum quod ab alijs exponitur. Appetitus autem inordinatus boni ardui pertinet ad superbiā vitæ. nam superbia est appetitus inordinatus excellentiæ, vt * inferius dicetur. Et sic patet, q̄ ad ista tria reduci pōt oēs passiones, quæ sunt causa peccati. nī ad duo prima reducuntur omnes passiones concupiscibilis: ad tertium autem omnes passiones irascibilis, quod ideo non dividitur in duo, quia omnes passiones irascibilis naturaliter conformantur concupiscentiæ animali. Libr. 12. confes. Dei. c. 12. in fine tom. 5. In corp. ar.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ s̄m qđ cupiditas importat vniuersaliter appetitum cuiuslibet boni, sic etiā superbia vitæ continetur sub cupiditate. Quō autē cupiditas, s̄m qđ est speciale vitium, qđ auaritia nominatur, sit rādix omniū peccatorum, infra dicetur.

AD 2^um^ dicendū, q̄ concupiscentia oculorum non dicitur hic concupiscentia omniū rerum, quæ videri oculis pōt, sed solū earū in quibus nō quæritur delectatio carnis, quæ est secundū tactum, sed solum delectatio oculi, idest, cuiuscunq; apprehensiuæ virtutis.

AD 3^um^ dicendum, q̄ sensus visus est excellentior inter oēs alios sensus, & ad plura se extendens, vt dicitur in 1. * Metaph. & ideo nomē eius transfertur ad omnes alios sensus, & ēt ad omnes interiores apprehensiones, vt * Aug. dicit in lib. de verbis Domini. In corp. ar.

AD 4^um^ dicendum, quòd fuga mali causatur ex appetitu boni, vt supra dictum est: & ideo ponuntur solum passiones inclinantes ad bonum tanquàm causæ earum, quæ faciunt inordinate fugam mali.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ septimæ Articulum sextum.

IN artic. 6. omissis tertio, quarto, & quinto, duo dubia occurrūt circa respōsionem ad primum. Superiunt nanque in quæst. 73. artic. 3. dictum est, quòd gratuitas essentialis peccatorum attenditur secundum obiecta: nunc vero dicitur, quòd magis attenditur secundum auersionem: & ex hoc natur secundum duplicem, quia si gratuitas peccati attēditur secūdum obiectum, augmentata conuersione ad obiectū, augebitur peccatum: quoniam conuersio non per accidēs, sed per se respicit obie- Infra q. 73. art. 3. & q. 88. art. 2. & quæst. 10. art. 3. & 5. & 9. de malo.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter ponantur causæ peccatorum concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ponantur causæ peccatorum esse concupiscentia carnis, cōcupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quia secundum Apostolum 1. ad Timoth. vlt. Radix omnium malorum est cupiditas: sed superbia vitæ sub cupiditate non continetur. ergo non debet poni inter causas peccatorum. Infra q. 84. art. 3. ad 1. & 2. & q. 118. art. 8. ad 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ septimæ Articulum septimũ.*

In artic. 7. habet, ꝙ peccata sequentia amentiam, ebrietatẽ, & similia, quando fuerint voluntaria, imputãtur, mẽmento quòd non imputantur vt peccata illarum ſpecierum, ſed vt circunſtantiæ primorum peccatorum. Cum autẽ audis, quòd infirmitas corporis voluntaria non excuſat a peccatis ſequentibus, intellige durãte illius infirmitatis affectu. Poſt pœnitẽtiam. n. etiam ſi corporis infirmitas perſeueret, excuſatur a peccatis ſequentibus. Et hæc de iſto articulo a mẽ ſub breuitate dicta ſufficiant, quoniam nihil aliud neceſſariũ, & notatione dignum ſcribendum occurrit.

Infra art. 8. ad 3. Et mia. q. 3. art. 10. cor.

Ar. 2. huius q. & q. 76. art. 3.

ex paſſione incitatus: nõ tñ ita eſt voluntatis proprius, ſicut ſi ſola ratione moueretur ad peccãdum.

Articvlvs VII.

Vtrum paſſio totaliter excuſet a peccato.

Ad ſeptimvm ſic procedit. Videtur ꝙ paſſio totaliter excuſet a peccato. Quicquid enim cauſat inuoluntarium, excuſat totaliter a peccato: ſed concupiſcẽtia carnis quæ eſt quædam paſſio, cauſat inuoluntarium, ſecundum illud Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpũm, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. ergo paſſio totaliter excuſat a peccato.

¶ 2 Præt. Paſſio cauſat ignorantiam quandam in particulari, vt dictum eſt: ſed ignorãtia particularis totaliter excuſat a peccato, ſicut * ſupra habitum eſt. ergo paſſio totaliter excuſat a peccato.

¶ 3 Præt. Infirmitas animæ grauior eſt, quàm infirmitas corporis: ſed infirmitas corporis totaliter excuſat a peccato, vt patet in phreneticis. ergo multo magis paſſio, q̃ eſt infirmitas animæ.

Sed contra eſt, quòd Apoſtolus Rom. 7. vocat paſſiones peccatorum non niſi quia peccata cauſant, quod non eſſet, ſi a peccato totaliter excuſarent. ergo paſsiones non totaliter a peccato excuſant.

Respon. Dicendum, quòd ſecundum hoc ſolum actus aliquis, qui de genere ſuo eſt malus, totaliter a peccato excuſatur, quod totaliter inuoluntarius redditur. vnde ſi ſit talis paſſio, quæ totaliter inuoluntarium reddat actum ſequentem, totaliter a peccato excuſat, alioquin non totaliter. Circa quod duo conſideranda videntur. Primo quidem, quòd aliquid poteſt eſſe voluntarium vel ſm ſe, ſicut q̃ñ voluntas directe in ipſum fertur: vel ſm ſuã cauſam, q̃ñ voluntas fertur in cauſam, & nõ in effectum, vt patet in eo qui voluntarie inebriatur: ex hoc. n. quaſi voluntarium ei imputatur, qd per ebrietatem cõmittit. Scõo conſiderandum eſt, ꝙ aliquid dr̃ voluntarium directe, vel indirecte, directe quidẽ id, in qd volũtas fertur: indirecte aũt illud, qd voluntas potuit prohibere, ſed nõ prohibet. Secundum hoc igitur diſtinguendum eſt, quia paſſio q̃ñq; quidem eſt tanta, ꝙ totaliter auſert vſum rationis, ſicut patet in his qui pp amorem, vel iram inſaniunt: & tunc ſi talis paſſio a principio fuerit voluntaria, imputatur actus * ad peccatum, quia eſt voluntarius in ſua cauſa, ſicut etiã de ebrietate dictum eſt. Si vero cauſa non fuerit voluntaria, ſed naturalis, puta cum aliquis ex ægritudine, vel aliqua hmõi cauſa incidit in talem paſſionem, quæ totaliter auſert vſum rationis, actus oĩno redditur inuoluntarius, & per conſequens totaliter a peccato excuſatur. Q̃ñq; vero paſſio non eſt tãta, ꝙ totaliter intercipiat vſum rationis: & tunc ratio poteſt paſſionem excludere diuertendo ad alias cogitationes, vel impedire ne ſuum conſequatur effectum: quia membra nõ applicantur operi, niſi per cõſenſum rõnis, vt * ſupra dictum eſt. vnde talis paſſio nõ totaliter excuſat a pcto.

D. 789.

q. 13. art. 4. & q. 17.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hoc quod dicitur, Vt non quæcunq; vultis, illa faciatis: non eſt referendum ad ea, quæ fiunt per exteriorem actum, ſed ad interiorem concupiſcentiæ motum. Vellet. n. homo nunquàm concupiſcere malum, ſicut etiam exponitur id quod dicitur Ro. 7. Quod odi malum, illud facio. Vel poteſt referri ad voluntatem præcedentem paſſionem, vt patet in continentibus, qui contra ſuũ propoſitum agunt propter ſuam concupiſcentiam.

Ad 2m dicendum, quòd ignorantia particularis, quæ totaliter excuſat, eſt ignorantia circunſtantiæ, quam quidem quis ſcire non poteſt debita diligentia adhibita: ſed paſſio cauſat ignorantiam iuris in particulari, dum impedit applicationem communis ſcientiæ ad particularem actum, quam quidem paſſionem ratio repellere poteſt, vt * dictum eſt.

In corp.

Ad 3m dicendũ, ꝙ infirmitas corporis eſt inuoluntaria, eſſet aũt ſimile, ſi eſſet voluntaria, ſicut de ebrietate * dictum eſt, quæ eſt quædã corporalis infirmitas.

In corp.

Articvlvs VIII.

Vtrum peccatum, quod eſt ex paſſione, poſſit eſſe mortale.

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur ꝙ peccatum, qd̃ eſt ex paſſione, non poſſit eſſe mortale. Veniale enim peccatum diuiditur contra mortale: ſed peccatum, quod eſt ex infirmitate, eſt veniale, cum habeat in ſe cauſam venię. cum igitur peccatum, quod eſt ex paſſione, ſit ex infirmitate, videtur ꝙ non poſſit eſſe mortale.

¶ 2 Præt. Cauſa non eſt potior effectu: ſed paſſio non poteſt eſſe peccatum mortale. non enim in ſenſualitate eſt peccatum mortale, vt * ſupra habitum eſt. ergo peccatum, quod eſt ex paſſione, non poteſt eſſe mortale.

¶ 3 Præt. Paſſio abducit a ratione, vt ex * dictis patet: ſed rationis eſt conuerti ad Deum, vel auerti a Deo, in quo conſiſtit ratio peccati mortalis. peccatum ergo, quod eſt ex paſsione, non poteſt eſſe mortale.

Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit Ro. 7. quòd paſsiones peccatorum operantur in membris noſtris ad fructificandum morti: hoc autem eſt proprium mortalis peccati, quòd fructificet morti. ergo peccatum, quod eſt ex paſsione, poteſt eſſe mortale.

Respon. Dicendum, ꝙ peccatum mortale, vt ſupra dictum eſt, * conſiſtit in auerſione ab vltimo fine, qui eſt Deus, quæ quidem auerſio pertinet ad rationem deliberantem, cuius etiã eſt ordinare in finem. Hoc igitur ſolummodo poteſt cõtingere, quòd inclinatio animæ in aliquid quod contrariatur vltimo fini, non ſit peccatum mortale, quia ratio deliberans non poteſt occurrere, quod contingit in ſubitis motibus. Cum aũt ex paſsione aliquis procedit ad actum peccati, vel ad conſenſum deliberatum, hoc non fit ſubito. vnde ratio deliberans poteſt hic occurrere: poteſt enim excludere, vel ſaltem impedire paſsionẽ, vt * dictum eſt. vnde ſi non occurrat, eſt peccatum mortale, ſicut videmus quòd multa homicidia, & multa adulteria per paſsionem committuntur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd veniale dicitur tripliciter. Vno modo ex cauſa, quia ſcilicet habet aliquam cauſam veniæ, quæ diminuit peccatum: & ſic peccatum ex infirmitate, vel ignorantia dicitur veniale. Alio modo ex euentu, ſicut omne peccatum per pœnitentiam ſit veniale, ideſt, veniam conſequitur. Tertio modo dicitur veniale ex genere, ſicut verbum otioſum, & hoc ſolum veniale opponitur mortali: obiectio autem procedit de primo.

Ad 2m dicendum, quòd paſſio eſt cauſa peccati ex parte conuerſionis. Quòd autem ſit mortale, eſt ex parte auerſionis, quæ per accidens ſequitur ad conuerſionem, vt * dictum eſt: vnde ratio non ſequitur.

Ad 3m dicendum, quòd ratio non ſemper in ſuo actu totaliter a paſſione impeditur, vnde remanet ei liberum arbitrium, vt poſſit auerti, vel conuerti ad Deum: ſi autem totaliter tolleretur vſus rationis, iã non eſſet peccatum nec mortale, nec veniale.

¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæ octauæ Articulum primum.*

QVAESTIO LXXVIII.

De cauſa peccati, quæ eſt malitia, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de cauſa peccati, quæ eſt ex parte voluntatis, quæ dicitur malitia.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrũ aliqs poſſit ex certa malitia, ſeu induſtria peccare.

¶ Secundo, Vtrum quicunque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

¶ Tertio, Vtrũ quicunq; peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

¶ Quarto, Vtrum ille qui peccat ex certa malitia, grauius peccet, q̃ ille qui peccat ex paſſione.

Articvlvs primvs.

Vtrũ aliquis peccet ex certa malitia.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur ꝙ nullus peccet ex induſtria, ſiue ex certa malitia. Ignorantia enim opponitur induſtriæ, ſeu certæ malitiæ: ſed omnis malus eſt ignorans, ſecundum Philoſophum. & Prouerb. 14. dicitur. Errant qui operantur malum. ergo nullus peccat ex certa malitia.

¶ 2 Præt. Dion. † dicit 4. cap. de diui. no. quòd nullus intendens ad malum operatur: ſed hoc videtur eſſe peccare ex malitia, intendere malum in peccando. quod enim eſt præter intentionẽ, eſt quaſi per accidens, & nõ denominat actum. ergo nullus ex malitia peccat.

¶ 3 Præt. Malitia ipſa peccatum eſt. ſi igitur malitia ſit cauſa peccati, ſequetur ꝙ peccatum ſit cã peccati in infinitũ, qd̃ eſt inconueniens. nullus igitur ex malitia peccat.

Sed contra eſt, quod dicitur Iob. 34. Quaſi de induſtria receſſerũt a Deo, & vias eius intelligere noluerũt: ſed recedere a Deo eſt peccare. ergo aliqui peccant ex induſtria, ſeu ex certa malitia.

Respon. Dicendum, ꝙ homo, ſicut & quælibet alia res, naturaliter habet appetitũ boni: vnde ꝙ ad malũ eius appetitus declinet, contingit ex aliqua corruptione, ſeu inordinatione in aliquo principiorum hominis: ſic. n. in actionibus rerum naturalium peccatũ inuenitur. Principia autem humanorum actuum ſunt intellectus, & appetitus tam rationalis, qui dicitur uoluntas, q̃ ſenſitiuus. Peccatũ igitur in humanis actibus contingit q̃ñq, ſicut ex defectu intellectus, puta, cum aliquis per ignorantiã peccat: & ex defectu appetitus ſenſitiui, ſicut cum aliquis ex paſſione peccat, ita etiã ex defectu voluntatis, qui eſt inordinatio ipſius. Eſt autẽ voluntas inordinata, q̃n minus bonum magis amat. conſequens aũt eſt, vt aliquis eligat pati detrimentũ in bono min⁹ amato ad hoc, ꝙ potiat bono magis amato: ſicut cum homo uult pati abſciſionem membri etiã ſcienter, ut cõſeruet uitã, quã magis amat. Ita ꝙ hunc modum, q̃n aliqua inordinata uolũtas aliqd̃ bonum temporale plus amat, puta, diuitias, vel uoluptatem, q̃ ordinem rationis, uel legis diuinæ, uel charitatem Dei, uel aliquid hmõi, ſequitur ꝙ uelit diſpendium pati in aliquo ſpiritualium bonorum, ut potiatur ali quo temporali bono. Nihil autem eſt aliud malum, q̃ priuatio alicuius boni: & ſecundũ hoc aliquis ſcienter uult aliquod malum ſpirituale, quod eſt malum ſimpliciter, per qd̃ bonum ſpirituale priuatur, ut bono temporali potiatur. Vnde dicitur ex certa malitia, uel induſtria peccare, quaſi ſcienter malum eligens.

D. 1200.

Ad primvm ergo dicendum, quòd * ignorantia quandoque quidem excludit ſcientiam, qua aliquis ſimpliciter ſcit hoc eſſe malum quod agitur, & tunc dicitur ex ignorantia peccare: quandoque autem excludit ſcientiam, qua homo ſcit hoc nunc eſſe malum, ſicut cum ex paſſione peccatur: quandoque autem excludit ſcientiam, qua aliquis ſcit hoc malum non ſuſtinendum eſſe propter conſecutionem illius boni, ſcit tamen ſimpliciter hoc eſſe malum: & ſic dicitur ignorare, qui ex certa malitia peccat.

In corp. ar.

Ad 2m dicendum, ꝙ malum non poteſt eſſe ſecundum ſe intentum ab aliquo: poteſt tamẽ eſſe intentum ad uitandum aliud malum, uel ad conſequendum aliud bonum, ut * dictũ eſt. & in tali caſu aliquis eligeret conſequi bonum per ſe intentum abſq; hoc, quòd pateretur detrimentum alterius boni. ſicut aliquis laſciuus uellet frui delectatione abſque offenſa Dei: ſed duobus propoſitis magis uult peccando incurrere offenſam Dei, quàm delectatione priuetur.

D. 834. Lib. 3. Eth. cap. 1. to. 5.

Ad 3m dicendum, ꝙ malitia, ex qua aliquis dicitur peccare, poteſt * intelligi malitia habitualis, ſecundũ qd̃ habitus malus a Philoſopho nominatur malitia, ſicut habitus bonus nominatur virtus: & ſecundum hoc aliquis dicitur ex malitia peccare, quia peccat ex inclinatione habitus. Põt ẽt intelligi malitia actualis, ſiue ipſa mali electio malitia nominet: & ſic dicitur

ſi electione mali, ideſt, non ex ignorantia, nec ex infirmitate, ſed ex ipſa volũtaria electione mali, ſcienter præponendo bonum ſibi coniunctum bono coniuncto illius præamati boni abſentiæ. Præponit enim malitioſe iniuſtus bonum lucri iunctum malo iniuſtitiæ bono iuſtitiæ iũcto abſentiæ lucri: ita quòd electio mali non ex ignorantia, aut paſſione ẽ malitia, quæ peccat ex induſtria: electio autem quomodolibet mala cõmunis eſt omni peccato perfecto, vt clare habes inferius art. 4. in reſponſione ad vltimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquis dr ex malitia peccare inquantum ex mali electione peccat. siue etiã malitia dicat aliqua precedens culpa, ex qua oritur subsequens culpa, sicut cum aliquis impugnat fraternam gratiam ex inuidia: & tunc idem non est causa suiipsius, sed actus interior est causa actus exterioris, & vnum peccatum est causa alterius, non tamen in infinitum: quia est deuenire ad aliquod primum peccatum, quod non causatur ex aliquo priori peccato, vt ex supradictis patet.

Art. 4.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulũ secundum.*

In arti. 2. eiusdem quæst. 78. aduerte diligẽter, quòd quia peccatum ex certa malitia, & ex passione nõ specie, sed gradu perfectionis & imperfectionis differũt, prouenit quòd i eadẽ specie, qui prius adulterium ex passione cõmisit, postmodũ habituatus ex certa malitia adulteratur: & quòd pr̃ a parte inferiori perturbatus priuabitur postmodũ transeuntis actualis iudicio, quod hic actus delectabilis nunc est malus postmodum a superiori inchoans ipse scilicet electione non turbatus, sed cõ naturalitate pronus ad tale delectabile solo actuali iudicio veræ comparationis huius boni delectabilis ad bonũ rationis charitatis priuatus fertur. vnde tales habituati verũ aiũt, dicentes se cognoscere q̃ male faciũt, & qd̃ volunt nihilominus facere. sciunt. n. actualiter hoc esse nunc malum, quòd in ipsa passione positi, dicentes se scire, mentiuntur: quãuis etiam habituati, vt dictũ est, laborẽt velint nolint ignorantia actualis recti iudicii practici comparationis prosequendæ, vel fugiendæ.

Infra art. 3. Et Ro. 1. lectio. 8.

Cap. 1. & 2. tom. 5.

Cap. 2. to. 5

Cap. 4. declinando ad fin. to. 5.

Articvlvs II.

Vtrum quicunq; peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

Ad secvndvm sic procedi tur. Videtur quòd non omnis qui peccat ex habitu, peccet ex certa malitia. Peccatum enim quod est ex certa malitia, videtur esse grauissimum: sed quandoque homo aliquod leue peccatũ committit ex habitu, sicut cum dicit verbum otiosum. non ergo omne peccatum quod est ex habitu, est ex certa malitia.

¶ 2 Præt. Actus ex habitu procedentes sunt similes actibus, ex quibus habitus generãtur, vt dr̃ in 2. * Ethi. sed actus præcedentes habitum vitiosum nõ sunt ex certa malitia. ergo etiam peccata quæ sunt ex habitu, nõ sunt ex certa malitia.

¶ 3 Præt. In his quæ aliqs ex certa malitia committit, gaudet postquã commisit, secundũ illud Prouerb. 2. Qui lætãtur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. & hoc ideo, quia vnicuique est delectabile cum consequitur id quod intendit, & qui operatur quod est ei quodammodo connaturale secundum habitum: sed illi qui peccãt ex habitu, post peccatum commissum dolent. pœnitudine enim replentur praui, idest, habentes habitum vitiosum, vt dicitur in 9. * Ethic. ergo peccata quæ sunt ex habitu, non sunt ex certa malitia.

Sed contra. Peccatum ex certa malitia dicitur esse, quod est ex electione mali: sed vnicuiq; est eligibile id, ad quod inclinatur p proprium habitũ, vt dr̃ in 6.* Eth. de habitu virtuoso. ergo peccatũ qd̃ est ex habitu, ẽ ex certa malitia.

Respon. Dicendum, quòd non est idem peccare habentem habitum, & peccare ex habitu. Vti. n. habitu non est necessarium, sed subiacet voluntati habẽtis. vnde & habitus diffinitur esse, quo quis vtitur cum voluerit: & ideo sicut põt contingere, q̃ aliquis habẽs habitum vitiosum prorumpat in actum virtutis, eo q̃ ratio nõ totaliter corrumpitur p malum habitum, sed aliquid eius integrum manet, ex quo prouenit q̃ peccator aliqua operatur de genere bonorũ: ita etiam põt contingere, q̃ aliquis habens habitũ vitiosum, interdum non ex habitu operetur, sed ex passione insurgente, vel etiã ex ignorantia. Sed q̃cunque vtitur habitu vitioso, necesse est quòd ex certa malitia peccet: quia vnicuiq; habenti habitum, est per se diligibile id quòd est ei conueniens secundum proprium habitum: quia sic fit ei quodammodo connaturale, secundum quod consuetudo & habitus vertitur in naturam. Hoc autem quod est alicui cõuenies secũdum habitum vitiosum, est id quod excludit bonum spirituale: ex quo sequitur, quòd homo eligat malum spirituale, vt adipiscatur bonum, quod est ei secundum habitum conueniens: & hoc est ex certa malitia peccare. Vnde manifestum est, quòd quicunque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ peccata venialia non excludũt bonum spirituale, quod est gratia Dei, vel charitas. vnde non dicuntur mala simpliciter, sed secundum quid: & propter hoc nec habitus ipsorum possunt dici simpliciter mali, sed solũ secũdum quid.

Ad 2^m dicendum, q̃ actus qui procedunt ex habitibus, sunt similes secundũ * speciem actibus, ex quibus habitus generantur: differunt tamen ab eis sicut perfectum ab imperfecto. & talis est differentia peccati quod committitur ex certa malitia, ad peccatum quod committitur ex aliqua passione.

Ad 3^m dicendum, quòd ille qui peccat ex habitu, semper gaudet de hoc, quòd ex habitu operatur, quãdiu habitu vtitur: sed quia potest habitu non vti, sed per rationem, quæ non est totaliter corrupta, aliquid aliud meditari, põt contingere quòd non vtens habitu, doleat de hoc quod per habitum commisit. plerunque tamen tales pœnitent de peccato, nõ quia eis peccatum secundum se displiceat, sed propter aliquod incommodum, quod ex peccato incurrunt.

Articvlvs III.

Vtrum ille, qui peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

Ad tertivm sic procedi tur. Videtur quod quicunque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu. Dicit enim * Philosoph. in 5. Ethi. q̃ non est cuiuslibet iniusta facere, qualiter iniust⁹ facit, scilicet, ex electione, sed solum habentis habitum: sed peccare ex certa malitia est peccare ex electione mali, vt † dictum est. ergo peccare ex certa malitia, non est nisi habentis habitum.

¶ 2 Præt. * Origenes dicit in 1. Petriarchon, q̃ non ad subitum quis euacuatur, aut deficit, sed paulatim p partes defluere necesse est: sed maximus defluxus esse videtur, vt aliquis ex certa malitia peccet. ergo non statim a principio, sed per multam consuetudinem, ex qua habitus generari potest, aliquis ad hoc deuenit, vt ex certa malitia peccet.

¶ 3 Præt. Quicunq; aliquis ex certa malitia peccat, oportet q̃ ipsa volũtas de se inclinet ad malũ qd̃ eligit: sed ex natura potentiæ nõ inclinat hõ ad malũ, sed magis ad bonum.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum tertium.*

In arti. 3. eiusdẽ 78 q̃st. dubium occurrit, quomodo stant hęc duo simul, quòd peccare ex malitia nihil aliud sit quam voluntatẽ ex seipsa moueri ad malũ, & quòd peccat ex malitia, qui ex egritudinali habitudine corporis ad malum mouetur. verumq; in hoc art. dicit, & non consonè: quia magis distat a volũtate infirmitas corporis, q̃ infirmitas aiæ, quæ in deordinatione appetitus sensitiui consistit, vt in quæst. præcedenti dictum est: & constat quòd peccans ex infirmitate animi peccat non ex malitia, sed ex passione. igitur peccans ex ægritudinali dispositione corporis, non peccat ex malitia. Et confirmatur, quia neutra infirmitas ponit aliquid in voluntate, per quam inclinetur ipsa in malũ: quod est igitur ad primum modum in litera positum, quo voluntas ex seipsa mouetur in malum?

Super. 2. Et. 6. 9. 4. Et. 6. 9. 5. Super. 6. Et. 6. 9. 5. † Ar. 6. Eth. tex. 3. Cap. 2. to. 5. Sup. q. 77. ar. 2.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ quia inter appetitũ animalẽ & naturalem hæc est differentia, quòd naturalis est primo partis, animalis vero est primo totius. appetitus. n. oculi ad videndũ est primo oculi, voluntas autẽ irascibilis & concupiscibilis sunt primo totius: ideo appetitus naturalis nõ variatur nisi ſm dispositionẽ illius partis, qualitercunq; in. homo sit dispositus, modo non redundet in oculum, eodẽ modo se habebit appetitus autem animalis non solum ſm propriam dispositionem variatur, sed secundũ totius, seu suppositi dispositionẽ. nã non solum aliter se hẽt voluntas dispositione, vel habitu in se ipsa affecta, & nõ affecta: sed ẽt aliter se habet voluntas hominis affecti aliqua dispositiõe, vel habitu. Et inde puenit, quòd homo tam ſm appetitum sensitiuũ habituat⁹ aliquo vitio, quàm secundum corporalẽ cõplexionẽ inclinatus in aliquod delectabile cõtrarium rectæ rationi, aliter se habet secundum voluntatẽ, quàm non sit habituatus, aut inclinat⁹. Quia. n. qualis vnusquisque est, talia ei consonant, & natura le est voluntati ferri in consonans ipsi volenti: ideo etiã si voluntas ipsa secundũ se nõ sit aliter disposita, quia tamẽ secundum suum suppositum est aliter dispositum habitu, vel pluſquã habitu, naturali scilicet ægritudine, dr̃ ex seipsa moueri in malum. vtroque manq; modo, scilicet ex propria dispositione, & ex dispositione suppositi, recte dicitur ex seipsa voluntas moueri: quoniam voluntati non solum ipsamet, sed suppositum intrinsecum in ratione mouentis est, quãmuis differenter: quia primum cõuenit ei

ergo oportet si eligit malũ, quòd hoc sit ex aliquo superueniẽti, qd̃ est passio vel habitus: sed quando aliquis peccat ex passione, nõ peccat ex certa malitia, sed ex infirmitate, vt⁹ dictum est. ergo quandocunq; aliquis peccat ex certa malitia, oportet q̃ peccet ex habitu.

Sed contra. Sicut se habet habitus bonus ad electionem boni, ita habitus malus ad electionẽ mali: sed quandoque aliquis non habens habitum virtutis, eligit id quod est bonum secundum virtutem. ergo etiã quandoque aliquis non habens habitum vitiosum, potest eligere malum, quod est ex certa malitia peccare.

Respon. Dicendum, q̃ voluntas aliter se habet ad bonum, & aliter ad malum. Ex natura enim suæ potentiæ inclinatur ad bonum rationis, sicut ad proprium obiectum: vnde & omne peccatum dicitur esse contra naturam. Quòd ergo in aliquod malum voluntas eligendo inclinetur, oportet quòd aliunde contingat. Et quandoq; quidem contingit ex defectu rationis, sicut cum aliquis ex ignorantia peccat. Quandoque autem ex impulsu appetitus sensitiui, sicut cum peccat ex passione: sed neutrum horum est ex certa malitia peccare, sed tunc solũ ex certa malitia aliqs peccat, quãdo ipsa volũtas ex seipsa mouet ad malũ, qd̃ põt contingere dupliciter. Vno qdẽ modo per hoc, q̃ homo habet aliquam dispositionem corruptã inclinantem ad malum, ita q̃ secũdum illam dispositionem fit homini quasi conueniens & simile aliquod malum. & in hoc, ratione cõuenientiæ tendit voluntas quasi in bonum: quia vnumquodque secundum se tendit in id, quod sibi est conueniens. Talis autem dispositio corrupta vel est aliquis habitus acquisitus ex consuetudine, quæ vertitur in naturã: vel est aliqua ægritudinalis habitudo ex parte corporis, sicut aliquis habens quasdam naturales inclinationes ad aliqua peccata propter corruptionem naturæ in ipso. Alio modo contingit, q̃ voluntas per se tẽdit in aliquod malũ per remotionem alicuius prohibentis, puta, si aliquis prohibeat peccare, non qa peccatũ ei secundũ se displiceat, sed propter spem vitæ æternæ, vel propter timorem gehennæ remota spe per desperationem, vel timore per præsumptionem, sequitur q̃ ex certa malitia quasi absq; fræno peccet. Sic igitur patet, q̃ peccatum, quod est ex certa malitia, semper præsupponit in homine aliquam inordinationem, quæ tamen non semper est habitus: vnde non est necessarium, q̃ quicunque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ operari qualiter iniustus operat, nõ solum est operari iniusta ex certa malitia, sed etiã delectabiliter, & sine graui renisu rationis, quod nõ est nisi eius qui habet habitũ.

Ad 2^m dicendum, q̃ non statim ad hoc aliquis labitur, quòd ex certa malitia peccet: sed præsupponitur aliquid, quod tamen nõ semper est habitus, vt⁹ dictum est.

Ad 3^m dicendum, q̃ illud pp quod volũtas inclinatur ad malũ, nõ semp habitus est, vel passio, sed quiddam aliud, vt⁹ dictum est.

Ad 4^m dicendũ, q̃ nõ est similis ratio de electione boni, & de electione mali: quia malũ nunquã est sine bono naturæ, sed bonum põt esse sine malo culpæ perfectæ.

Articvlvs IIII.

Vtrum ille qui peccat ex certa malitia, grauius peccet quàm qui ex passione.

Ad qvartvm sic procedi tur. Videtur quòd ille qui peccat ex certa malitia, non peccet grauius, quàm ille qui peccat ex passione. Ignorantia enim excusat peccatum vel in toto, vel in parte: sed maior est ignorantia in eo qui peccat ex certa malitia, quàm in eo qui peccat ex passiõe. nam ille qui peccat ex certa malitia, patitur ignorantiam principij, quæ est maxima, vt⁹ Philosophus dicit in 7. Ethic. habet enim malam existimationem de fine, q̃ est principium in operatiuis. ergo magis excusatur a peccato qui peccat ex certa malitia, quàm ille qui peccat ex passione.

¶ 2 Præt. Quanto aliquis habet maius impellens ad peccandum, tanto minus peccat, sicut pater de eo qui maiori impetu passionis deijcitur in peccatum: sed ille qui peccat ex certa malitia, impellitur ab habitu, cuius est fortior impulsio, quàm passionis. ergo ille qui peccat ex habitu, minus peccat, q̃ ille qui peccat ex passione.

¶ 3 Præt. Peccare ex certa malitia, est peccare ex electione mali: sed ille qui peccat ex passione, etiam eligit malum. ergo nõ minus peccat, q̃ ille qui peccat ex certa malitia.

vt conuenit cum appetitu naturali: secũdum autem vt est appetitus animalis, præsertim intellectualis, vnde ly, ex ipsa, non distinguitur contra suppositũ, sed contra alias partes vt sic, quæ sunt principia humanorum actuũ, intellectum scilicet, & appetitum sensitiuum. Et si non intelligis inclinationes has corporales, vide superius in qõ. 31. artic. 7.

In cor. art.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulũ quartum.*

In artic. 4. in respõsione ad primum occurrit dubiũ, quoniam videtur contrariari supradictis in primo articulohuiusmet quæstionis. Dictum nanque fuit, q̃ maior est ignorantia peccantis ex passione, quàm ex malitia: quia ille ignorat hoc nũc esse malum, iste vero scit hoc nunc esse malum, quis ignoret hoc nunc esse peius sibi. modo autẽ dicitur, quòd maior est ignorãtia peccantis ex malitia.

In cor. art.

Supr. q. 47. ar. 2. cor. Et 22. q. 73. ar. 3. cor. Et 2. d. 7. q. 1. ar. 2. cor. fi. Et mal. q. 3. ar. 13. Et quol. 2. ar. 15. co.

¶ Ad hoc dicitur tripliciter, quòd ignorãtia potest referri ad duo, scilicet ad ipsũ peccatum, vel ad rationem peccandi. Si referatur ad ipsum peccatum, sic maior est ignorantia peccãtis ex passione: qa ignorat hunc actum nunc esse malum, quod non latet peccantẽ ex malitia. Si vero referatur ad rationem peccandi, sic ignorantia peccantis ex malitia est maior: quia ex affectu nimio ad minus bonũ errat circa finem pponendum, quod est ratio peccandi. Ex hoc nanque, quòd affectus quis est plus ad lucrum, quàm ad bonum iustitiæ, iudicatur bonum lucri magis sectandum. Et inde prouenit, q̃ scienter eligit priuari iustitia, vt lucrẽ. scit ergo iste lucrum esse nunc iniustum, qd̃ ex passione peccans ignorat: sed ex nimio amore lucri nescit postponẽdum esse bono iustitiæ, qd̃

Cz. 8. 2 me. tom. 5.

et

Universidad de Deusto
Biblioteca

est magis ignorare quod ratione peccandi: quia in passione existens nõ ex ipso amore uni⁹ boni, sed ex impulsu passionis perturbãtis in dictũ nunc respectu huius peccat. Et ex hoc sequitur secunda responsio, scilicet ꝙ ignorãtia peccantis ex malitia est maior formaliter: qa formaliter ignoratur tã cõclusio, q̃ principiũ, ut etiã ex 7. Eth. habetur, quod in peccãte ex passiõe nõ accidit, vt patet. Ignorantia autem peccantis ex passione est maior quasi virtualiter, seu cõcomitanter, ꝙ quanto est respectu prioris obiecti. Prius enim est hoc malum nunc, quàm hoc malum nunc esse peius altero: ac p hoc ignorans formaliter hoc nũc esse malũ, ex cõsequenti nescit hoc nũc esse peius, & nõ econuerso. Tertio potest dici, ꝙ ignorantia peccantis ex malitia est maior: quia per modum habitus. Ignorantia autẽ peccãtis ex passione est per modum interruptionis. Malus. n. circa finẽ malũ in affectu, & in ratione est male dispositus: passione vero ducẽ⁹ male se habet circa finẽ, dum passio tãtum intercipit, vt in corpore articuli dicitur.

C1.8. to.5.

SED CONTRA est, ꝙ peccatum quod ex industria committitur, ex hoc ipso grauiorem pœnam meretur, secundũ illud Iob. 34. Quasi impios percussit eos in loco videntium, qui quasi de industria recesserunt ab eo: sed pœna non augetur nisi propter grauiratem culpæ. ergo peccatum ex hoc aggrauatur, quòd est ex industria, seu certa malitia.

RESPON. Dicendum, ꝙ peccatum quod est ex certa malitia, est grauius peccato quod est ex passione, triplici ratione. Primo quidem, quia cum peccatum principaliter in voluntate cõsistat, quãto motus peccati est magis proprius voluntati, tanto peccatũ est grauius, cæteris paribus. cum aũt ex certa malitia peccatur, motus peccati est magis proprius voluntati, quàm quando ex passione peccatur, quasi ex quodam extrinseco impulsa ad peccandũ. vnde peccatum ex hoc ipso quod est ex malitia, aggrauatur: & tanto magis, quãto fuerit vehemẽtior malitia. ex eo vero ꝙ est ex passione, diminuitur tanto magis, quanto passio fuerit magis vehemens. Secundo, quia passio quæ inclinat voluntatem ad peccandum, cito transit: & sic homo cito redit ad bonũ propositũ pœnitens de peccato: sed habit⁹ quo homo ex malitia peccat, est qualitas permanens: & ideo qui ex malitia peccat, diuturnius peccat. vnde Philosophus in 7.° Ethic. comparat intemperatum qui peccat ex malitia, infirmo qui continue laborat: incõtinentẽ aũt qui peccat ex passione, ei qui laborat interpolate. Tertio, qa ille qui peccat ex certa malitia, est male dispositus quantum ad ipsum finẽ, qui est principiũ in operabilibus, & sic eius defectus est periculosior, quàm eius qui ex passione peccat, cuius propositum tendit in bonum finem, licet hoc propositum interrũpatur ad horam propter passionẽ. Semper autem defectus principij est pessimus: vnde manifestum est, ꝙ grauius est peccatum quod est ex malitia, quàm quod est ex passione.

I

K

ADPRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ignorantia electionis, de qua obiectio procedit, neq; excusat, neq; diminuit peccatũ, vt supra dictum est: vnde neque maior ignorantia talis facit esse minus peccatum.

Q.76.a.2.4.

AD 2^um dicendum, ꝙ impulsio quæ est ex passione, est quasi ex exteriori defectu respectu voluntatis: sed per habitum inclinatur voluntas quasi ab interiori: vnde non est similis ratio.

AD 3^um dicendum, ꝙ aliud est peccare eligentem, & aliud peccare ex electione. Ille. n. qui peccat ex passione, peccat quidẽ eligens, nõ tamen ex electione: quia electio nõ est in eo primum peccati principiũ, sed inducitur ex passione ad eligẽdũ id, qd extra passionem existẽs nõ eligeret: sed ille qui peccat ex certa malitia, sm se eligit malũ eo modo quo⁹ dictũ est. et ideo electio, quæ est in ipso, est principium peccati, & propter hoc dicitur ex electione peccare.

F

G

H

QVAESTIO LXXIX.

De causis exterioribus peccati, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE Considerandum est de causis exterioribus peccati. Et primo ex parte Dei. Secundo ex parte diaboli. Tertio, ex parte hominis.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Deus sit causa peccati.

¶ Secundo, Vtrum actus peccati sit a Deo.

¶ Tertio, Vtrũ Deus sit causa excæcationis & obdurationis.

¶ Quarto, Vtrum hæc ordinẽtur ad salutem eorum qui excæcãtur, vel obdurantur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus sit causa peccati.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus sit causa peccati. Dicit enim Apostolus Rom. 1. de quibusdam. Tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quę non conueniunt. Et⁹ glos. ibidem dicit, quòd Deus operatur in cordibus hominum, inclinando voluntates eorum in quodcunque voluerit, siue in bonum, siue in malũ: sed facere quæ non conueniunt, & inclinari secũdum voluntarem ad malum, est peccatum. ergo Deus hominibus est causa peccati.

I

¶ 2 Præt. Sap. 14. dicitur, Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominũ: sed tentatio solet dici prouocatio ad peccandum. cum ergo creaturæ non sint factæ nisi a Deo, vt in primo⁹ habitum est videtur quòd Deus sit causa peccati prouocans hominem ad peccandum.

¶ 3 Præt. Quicquid est causa causæ, est causa effectus: sed Deus est causa lib. arbit. quod est causa peccati. ergo Deus est causa peccati.

¶ 4 Præt. Omne malum opponitur bono: sed non repugnat diuinę bonitati, quod ipse sit causa mali pœnę. de isto enim malo dicitur Isaiæ 45. quòd Deus est creans malum. Et amos 3. Si est malum in ciuitate, qd Deus non fecerit. ergo

K

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ nonæ Articulum 1. & 2.*

IN art. 1. & 2. qõ. 79. arduũ occurrit dubiũ in doctrina, præcipue authoris, quomodo possunt hæc duo simul stare, ꝙ actus peccati sit a Deo, & defectus concomitans nullo modo sit a deo, sed a causa creata sola. Et quis multæ afferantur in 37. dist. 2. sen. in Capreolo ex Aur. & Durãdo obiectiões, duæ tamen solummodo afferẽdæ sunt, quibus discussis, omnia, vt puto, propria clara erũt. Prima est ex parte habitudinis entitatis positiuæ actus ad deformitatẽ peccati. Secunda ex parte habitudinis entitatis positiuę actus ad causam effectiuã. Ex prima igitur via est talis difficultas, Deformitas peccati est priuatio cõtrariæ rectitudinis positiuę speciei, moralis vitii inhærentis actui subiecto. ergo necessario causatur a causante illã positiuam speciem moralis vitii in subiecto actus. ergo causat⁹ a Deo: si ab ipso causatur omnis positiua entitas act⁹ peccati. Antecedens declaratur resumendo ꝙ in peccato sunt tria, actus, species moralis vitii, & deformitas. v.g. In ira intẽperãtia sunt tria, act⁹ interior vel exterior, entitas positiua reposita in specie intẽperãtiæ afficiẽs actũ, & deformitas priuatiua, & eũ cõsequẽs ꝙ entitas intemperantiæ est contraria entitati temperantiæ, vt friges calori, & ꝙ ad unum cõtrarium positũ in aliquo, necessario sequit̃ prima ratio alteri⁹ cõtrarii in eodẽ, ut ad positum frigus in manu, sequitur priuatio caloris in eadem: ac per hoc ad oppositã entitatem temperantiæ in actu, sequitur priuatio temperantiæ in eodem. Et quòd in hac priuatione cõsistit deformitas peccati intemperantiæ, quia consistit in priuatione rectitudinis debitæ esse subsistẽ

Ar.1. Eth. huius ¶

Infr. q. 80. ar. 1. conclu. & q. 82. ar. 1.

Est q.1. in 1. dist. 40. ar. 5. & quæst. 22. ar. 2.

P.p.q. 49. ar. 1.

to actui. constat enim quòd rectitudo debita in esse actui subsistẽ tu intemperãtiæ, est rectitudo tẽperãtiæ. Consequentia aũt probatur inductione, & rõne. Inductione quidẽ, quia discurrendo nullam inuenimus instantiã, quin efficiens vnum contrariorũ in aliquo, priuet cõsequẽter reliquo illudmet subiectũ, vt patet in calefaciẽte, dealbãte, & aliis. Ratione aũt, quia agens quãtum dat esse, tantũ dat de potentione contrarij illi esse, in cuius signum, agens quãdo non põt priuare subiectum contrario, nõ dat illud intẽtũ esse. Calefactiuum nãq; non calefacit. si non põt calefactibile priuare frigore. Eiusdẽ enim rationis est ponere vnum contrariorum in aliquo, & priuare illud altero, quãmuis differenti gradu & modo. quia ponere est principaliter, & per se: priuare vero ex consequẽti, & per accidẽs. Ex secunda vero uia difficultas talis est, Actus peccati, quo ad suam moralem entitatem, est a Deo mediate ergo potest esse ab eodẽ immediate. ergo potest De⁹ immediate causa peccatũ & peccare, inquit Durãdus, quantum videt. Antecedens est cõclusio authoris. Prima vero sequela patet per illã maximã, Quicquid potest Deus mediante causa secunda effectiua &c. Secunda autem quo ad primam probatur: quia ipsa priuatio, in qua consistit malum peccati, pertinet ad speciem actus consequentis, vt etiã in litera dicitur in responsione ad secundũ, & sequitur inseparabiliter ad eã absolute, vt ẽt ex supradictis patet. Sunt nanque quidam actus secundum suã speciẽ absolute mali, qui non possunt bene fieri, ut negare Deum, odio habere Deũ, quæ omnino sunt indispensabilia: & ipse Deus secundum negare nequit, vt Apostolus dicit prima ad Timo. Quo ad ipsum negare nequit, vt Apostolus dicit prima ad Timo. Quo ad reliquã demũ partẽ, scilicet, ergo potest peccare, probatur: quia omnis defectus culpabilis impugnatur agenti immediate habenti dominium super actum, & non ignoranti.

A

B

C

D

¶ Ad euidentiam huius difficultatis sciendum est, ꝙ peccatum morale, de quo solo est sermo, claudit tria, s. actum, speciẽ moralẽ, & deformitatẽ: & de duobus extremis, i. de actu absolute, & de deformitate nõ est dubiũ: sed de specie, i. actu specificato malitia morali, quæstio est, an sit a Deo: propter ꝙ tria agenda sunt. Primo, quomodo se habet actus malus moralite rad deformitatẽ peccati: secundo, quomodo se habet ad agens: tertio, satisfiet obiectis. Quo ad primum, quia peccatum constat ex conuersione ad obiectum contrarium obiecto virtutis, & ex auersione a lege, sunt in peccato duæ malitiæ. Primo, malitia ex obiecto: secundo, malitia in ipsa priuatione obseruationis legis. Prima ẽ positiua, & in certo entis genere: quia mala moralia species entiũ sunt, vt dictũ fuit: secũda est priuatiua, & est ipsa deformitas peccati, in qua cõsistit ratio mali simpliciter. Ad primã necessario sequitur secunda: ad odium nanq; & negationẽ Dei absolute sumpta, & sm has proprie species formaliter sumpta, consequitur necessario priuatio obseruationis legis, ita quòd oppositum non est intelligibile. Et hoc est quod communiter dicitur, quòd sunt quidã actus specifici in moralibus, qui sunt secũdum se mali, & non possunt bene vlla ratione fieri ihæc de primo. Quo ad secundum, quia de ratione peccati moralis est voluntarium voluntate mala, oppositum enim non est intelligibile: nec morale enim absq; voluntario intelligi, nec peccatum morale absq; moraliter peccante põt, ꝙ peccare nihil aliud sit, q̃ aliquem voluntarie declinare: qa etiã diuinæ bonitati nõ repugnat, quòd Deus sit causa culpæ.

E

SED CONTRA. Sap. 11. dicitur, Nihil odisti eorũ quæ fecisti: odit autem Deus peccatum, secundum illud Sap. 14. Odio est deo ipius, & impietas eius. ergo Deus non est causa peccati.

RESPON. Dicendum, quòd homo dupliciter ẽ causa peccati vel sui, vel alterius. Vno modo directe, inclinando scilicet volũtatem suam, vel alterius ad peccandum: Alio modo indirecte, dum scilicet non retrahit aliquos a peccato. vn de Ezec. 3. speculatori dicitur: Si non dixeris impio, Morte morieris, sanguinem eius de manu tua requiram. Deus autem non potest esse directe causa peccati vel sui, vel alterius: quia omne peccatum est per recessum ab ordine, qui est in Deum, sicut in finem. Deus autem omnia inclinat & conuertit in seipsum, sicut in vltimum finẽ, sicut⁹ Diony. dicit 2. c. de diuinis no. vnde impossibile est quòd sit sibi, vel alijs causa discedendi ab ordine, qui est in ipsum. vnde non potest directe esse causa peccati. Si militer etiam neque indirecte. cõtingit enim ꝙ Deus aliquibus nõ

A

B

inquã, de rõne peccati moralis est uoluntarium voluntate mala moraliter, oportet ut de rõne peccati moralis sit esse a voluntate deficiẽte: ac per hoc impossibile sit ipsum esse a Deo immediate. Et si huic adiũxeris quod dictum est, scilicet ꝙ cõuersio actus mali parit necessario auersionẽ, videbis quòd de rõne talis cõuersionis est etiã voluntarium uoluntate deficiente, ac p hoc impossibile sit ipsum esse a Deo immediate. & vere sic. Nã actus malus, puta odium, vel negatio dei, sm suã moralẽ speciẽ & includit ly, uoluntarium directe, & ly, uoluntate deficiente ex consequenti: sicut ipse actus est sm se essentialiter voluntarius, deficiẽs aũt ex consequenti. Ex hoc aũt quòd de ratione talis actus est esse ab agente deficiẽte, sequitur, ꝙ pro quãto est ab agente, sic a Deo primo agẽte: ꝙ quãto a deficiẽte, nõ sic a Deo: Sequit secũdo, ꝙ dicere deformitatẽ peccati committi actum talẽ absolute, & dicere ipsam comitari talẽ actum vt est ab agente deficiente, idẽ est, quia de ratione talis actus est esse ab agente deficiente. Sequitur tertio, ꝙ non est idẽ cõcurrere ad talẽ actũ, sm id qđ habet ab agente vt sic, & sm id quod habet ab agente vt deficiente, sicut non est idẽ esse agens, & esse deficiens: nec esse ab agente, & esse a deficiente. Ex quo sequitur quãrtum, quòd non valet, A, est causa actus moralis mali sm suam speciem. ergo est causa peccati, seu deformitatis. sed bene valet, A, est causa deficiens actus moralis mali secundum suam speciem. ergo est causa peccati & deformitatis: quia deformitas & completa ratio peccati sequitur ad speciem mali moralis, ut est ab agente deficiente, & non vt est ab agente. Ex his autem habes, quòd cum actus moralis malus secundum suam speciem possit dupliciter distingui. Primo, vt sumptus absolute distinguatur contra seipsum sumptum ut est ab agente deficiente, dicẽdo quòd species moralis mali sumitur dupliciter, absolute ut est a libi. arb. humano: & sic distinguunt quidam dicentes, quòd deformitas consequitur actum malum moralem non absolute, sed vt est a li. arb. & propterea deformitas actus nõ est a Deo, quia nõ sequitur ipsum absolute: Verius tamẽ distinguitur secũdo modo, scilicet vt absolute sumptus dẽ stinguatur contra seipsum, ut est ab agente ut sic: quia absolute sumptus vendicat sibi duo, scilicet quòd sit ab agente. & sit a deficiente: ac per hoc cum sumitur vt est ab agente ut sic, sumitur quasi secundum quid, vel & in idem redit. distinguatur sic actus moralis malus secundum suam speciem dupliciter. Primo absolute, seu simpliciter: secundo secundum id quod habet perfectionis. Et primo modo sequitur ad eam deformitas, secundo non. Primo modo est ab agente deficiente: secundo ab agẽte tantum, ac per hoc a Deo. Et sic totum oppositum videtur esse eius, quod illi dicunt: comparam tamen vtranque viam in ueritate, dicendo uerius secũdo modo distingui, quia ad bonum sensum salua ri creditur, vt patebit. Quòd autem hæc sint de mente authoris, ex hoc loco patet, ubi in respon. ad secundum articul. 2. dicitur, quòd defectus, qui dicitur non esse a Deo, pertinet ad speciẽ actus consequenter: quid clarius? si consequitur ad speciẽ actus tanquam pertinens consequenter ad eam? igitur ad eam simpliciter consequitur hæc de secundo. Quo ad tertium primæ rationis in oppositum, negatur antecedens. Nã unum cõtrariũ directe priuat reliqua ex ea parte, qua est illi contrariũ. Vitiũ aũt virtuti contra-

C

D

E

D.503.

C2.21. non procul a fi. to. 7.

In cor. art.

contrahatur ex parte conuersionis, quia ad contraria obiecta cõ-
uertuntur: & sic vitii species in actu posita priuat per se loquẽ-
do, conuersione ad obiectũ virtutis: quod est priuare rectitudine
conuersionis inuenta in virtutis actu in ordine ad proprium ob-
iectum. Talẽ autẽ priuationẽ sic causari a Deo nullũ incõueniẽs
est, sicut nec causari ipsam vitii speciem. Dico autem sic, quia
secus est vt substat auersioni: deformitas autem peccati in
ipsa auersione consistit. Cuius signum
est, ꝙ habituatũ in-
temperãtiæ vitio, sta-
tim vt pœnitet, non
comitatur deformi-
tas, quia sublata est
auersio, & pseuerat
priuatio habitus tẽ-
perantiæ acquisitæ,
perseuerante prona-
titate conuersionis ad
obiectum intemperã-
tiæ. non enim statim
desinit. Ad probatio-
nẽ vero, quia cõsistit
in priuatione rectĩ-
tudinis debitæ ineſſe
actui, dicitur ꝙ est
sophisma cõsequen
tis: cõcesso enim hoc
nõ sequitur. ergo in
priuatione huius rec-
titudinis, scilicet ob
iectiue. dico enim ꝙ
consistit in priuatio-
ne rectitudinis debi
tæ ineſſe subſtrato
actui in ordine ad le
gẽ, ꝙ vocat cõformi-
tas ad legẽ, cui⁹ pri-
uatio vocat auersio,
in qua cõsistit defor
mitas peccati. Et si
pp hãc veritatẽ mu
tetur argumentum,
& arguat de defor-
mitate seu auersione
ex hoc, quòd insepa
rabiliter sequitur ad
speciem absolute:
iam patet responsio,
quòd quando ali-
qua species vendicat
sibi nõ solum agens,
sed agens deficiens,
non oportet omne
agens causans illam
speciem, causare defe
ctum comitantem il
lam: quia stat ꝙ de-
fectus ille adueniat
ex deficiente, sicut si
exigere duo agẽtia,
non oportet omne
agens causare totum
quod inuenitur in il
lo. Et si insistetur, qa
species moralis mali
non est diuisibilis in
plura, quorum vnũ
fiat ab agente defi-
ciente, & alterum ab
altero: facilis est re-
sponsio, ꝙ in reso-
lutione effectuum in
causas non consideratur distinctio rei, sed rãtionum rei: & sic
species mali moralis simpliciter resoluitur in agẽs deficiens: ſm
id autẽ qđ perfectionis habet vt sic, resoluitur solum in agens.
¶ Ad obiectionem ex secunda via, negatur prima sequela: & ad
probationem. Quicquid Deus &c. retorquetur, quãdo est ibi sola

D. 240

Infr. q. 80. art. 1. cor. Et 1. dist. 40. q. 4. ar. 2. & di. 42. q. 2. ar. 1. Et 2. di. 37. q. 2. & di. 44. q. 1. ar. 2. Et 3. cõ. ca. 162 Et mal. q. 3 ar. 2. Et Ro. 11. lect. 5.

*Nõ lõge a prine. li. est in respons. ratiocinationis 4. to mo. 7.

*ca. 4. 1 par. 4. illius nõ lõge a pri. †art. præc. ‡q. 18. art. 2. & 3.

habitudo effectus ad efficiens: secus autem est ubi alia intervenit habitudo. Comedere nanq; facit Deus in animalibus comedenti bus mediante causa secunda: nec potest tamen fieri comedere sine comedente. Implicat nanq; contradictionẽ viraliter operari, quod importat comedere, & nullum viuens illo vitali opere operatẽ esse. vñ sicut possit fieri comestionis similitudo, vt fit in corporib⁹ assumptis ab Angelis, non tñ vera vitalis comestio absq; vere comedẽte. Et si dicas, De⁹ põt cõseruare opus vitale, puta comedere, vel actuale odiũ Dei in actu exercito posito, nũc annihilãdo comedentem, vel odiẽtem. ergo põt et immediate talia facere. quicqd nanq; põt immediate cõseruare, põt immediate facere: respondeꝛ, ꝙ si De⁹ conseruaret istã, sic nõ remaneret eiusdẽ rõnis. Nõ. n. remaneret in rõne actus vitalis in actu exercito, sed p modũ formarũ: sicut si cõseruaretur albedo sine omni quãtitate, non remaneret eiusdẽ rõnis. qa nõ remaneret in rõne sensibilis. & ad hũc sensum accipiẽdo has species absolute, credit saluari via supradicta, s. qꝛ ad spẽm moralẽ actus mali absolute nõ sequitur deformitas. si. nõ cõseruaret, nisi hoc ret, nõ comitaret eã de formitas, qm deformitas seqꝛ spẽm moralis actus mali i actu suo exercito, & non separatã in alia rõne essendi. hæc de. 2.

Art. 1. huius quæst.

Li. 3. ca. & cap. 7 li. eius. 3.

Ca. 5. vbi ad mod.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ nonæ Articulũ secundum.*

IN corpore 2. ar. in calce notã Nouitie, declarationẽ ſſq; ꝙ De⁹ est causa actꝰ, qui est pctũ tã ſm esse naturæ, q̃ moris. nõ tñ est causa peccati, qa nõ est causa ꝙ actus sit cũ defectu, i. nõ est causa cõmitãtiæ, seu cõiunctionis defectꝰ cũ actu. Cõiunctio nãq; ista nõ vndecũq; pro uenit, sed ex defectẽ te li. ar. nec cõuenit actui quomodolibet sumpto, sed vt a defi ciẽte pẽdet. Vnde & in q. de Malo, q. 1. ar. tio artic. 2. ad secun dum, dicit quòd deformitas consequitur speciem actus, secundũ quod est moralis, put causat ex lib. arb. quasi dicerẽs, ꝙ deformi tas sequit speciẽ moralẽ nõ quomodolibet sumptã: quia nõ ſm qđ est ab agẽte pfectio quædã, sed put causat ex li. ar. defectẽ. hic. n. sequit ratio mali culpæ in priuatione virtutis & auersio.

Q. præc.

¶ Super

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ nonæ Articulum tertium.*

IN art. 3. eiusdẽ 79. q. aduerte Nouitie ordinẽ causalitatis. Primo enim hõ ponit obstaculum diui no lumini, & est causa meritoria, quòd sol infitiæ subtrahat radios efficaces ad illuminandũ, remouẽdo obstaculũ: quod est pœna secundo loco conueniens. Tertio, ex hac pœna sequitur excæcatio, aggrauatio, & obduratio pp bonum diuinæ gloriæ ad minus, vt in quarto art. dicitur in quo nihil aliud occurrit.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus sit causa excæcationis & indurationis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus nõ sit causa excæcationis & indurationis. Dicit enim⁺ Aug. in lib. 83. quæsti. quòd Deus non est causa eius, quòd homo sit deterior: sed per excæcationem & obdurationem fit homo deterior. ergo Deus non est causa excæcationis & obdurationis.

¶ 2 Præt. Fulgentius dicit, quòd Deus non est vltor illius rei, cuius est actor: sed Deus est vltor cordis obdurati, secundum illud Eccles. 3. Cor durum male habebit in no uissimo. ergo Deus non est causa obdurationis.

¶ 3 Præt. Idem effectus non attribuitur causis cõtrarijs: sed causa excæcationis dicitur esse malitia hominis, ſm illud Sap. 2. Excæcauit enim eos malitia eorũ. & etiã diabolus, secundum illud 2. ad Corin. 4. Deus huius sęculi excæcauit mentes infidelium: quæ quidẽ causæ videntur esse contrariæ Deo. ergo Deus non est causa excæcationis & obdurationis.

SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Et Rom. 9. dicitur: Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

RESPON. Dicendũ, ꝙ excæcatio & obduratio duo important. Quorũ vnũ est, motus animi humani inhærentis malo, & auersi a diuino lumine: & quantũ ad hoc De⁹ nõ é causa excæcationis, & obdurationis sicut nõ est causa peccati. Aliud autẽ est substractio gratiæ, ex qua sequit, ꝙ mens diuinitus nõ illuminet ad recte videndũ, & cor hominis non emolliatur ad recte vitendum. & quãtum ad hoc Deus est causa excæcationis & obdurationis. Est autẽ cõsiderãdum, ꝙ Deus est causa vniuersalis illuminationis animarum, ſm illud Io. 1. Erat lux vera quę illuminat omnẽ hominẽ veniẽtem in hunc mundum: sicut sol est vniuersalis causa illuminationis corporũ, aliter tñ & aliter. Nã sol agit illuminando per necessitatem naturæ: Deus autẽ agit voluntarie per ordinẽ suę sapiẽtię. Sol autẽ licet quãtum est de se omnia corpora illuminet, si quod tñ impedimentum inueniat in aliquo corpore, relinquit illud tenebrosum, sicut patet de domo, cuius feneſtræ sunt clausæ: sed tñ illius obscuratiõis nullo mõ causa est sol. non. n. suo iudicio agit vt lumen interius non immittat: sed causa eius est solũ ille qui claudit feneſtrã. Deus autẽ proprio iudicio lumen gratiæ non immittit illis, in quibus obstaculum inuenit. vnde causa subtractionis gratiæ est nõ solũ ille qui ponit obstaculum gratiæ, sed etiã Deus qui suo iudicio gratiã non apponit. & per hunc modum Deus est causa excæcationis aggrauationis auriũ, & obdurationis cordis: quæ quidem distinguuntur secundũ effectus gratiæ, quæ & perficit intellectum dono sapientiæ, & affectũ emollit igne charitatis. Et quia ad cognitionem intellectus maxime deseruiunt duo sensus, scilicet visus & auditus, quorum vnus deseruit inuentioni, scilicet visus, alius disciplinæ, scilicet auditus. ideo quãtum ad visum, ponitur excæcatio: quãtum ad auditum, auriũ aggrauatio: quantum ad affectum, obduratio.

A AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ cum excæcatio & indurationis ex parte subtractionis gratiæ sint quædam pœnæ, ex hac parte eis hõ nõ fit deterior, sed deterior factus per culpã hæc incurrit, sicut & ceteras pœnas.

AD 2ᵐ dicendum, quòd obiectio illa procedit de obdurationẽ secundum quod est culpa.

AD 3ᵐ dicendum, quòd malitia est causa excæcationis meritoria, sicut culpa est causa pœnæ. & hoc etiam modo diabolus excæcare dicitur, inquantum inducit ad culpam.

ARTICVLVS IIII

Vtrum excæcatio & obduratio semper ordinentur ad salutem eius, qui excæcatur & obduratur.

B AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ excæcatio & obduratio semper ordinẽtur ad salutẽ eius, qui excæcatur & obduratur. Dicit enim⁺ Augu. in Ench. ꝙ Deus cum sit summe bonus, nullo modo permitteret fieri aliquod malum, nisi posset ex quolibet malo elicere bonum: multo igitur magis ordinat ad bonum illud malũ, cuius ipse est causa: sed excæcationis & obdurationis De⁹ est causa, vt dictũ est. ergo hęc ordinãtur ad salutẽ eius qui excęcat, vel obdurat.

Cap. 11. circa princip. tom. 3.

Art. præc.

¶ 2 Præt. Sap. 1. dicitur, ꝙ Deus non delectatur in pditione impiorum: videretur autem in perditione eorum delectari, si eorum excęcationem in bonum eorũ nõ cõuerteret. sicut medicus videretur delectari afflictione infirmi, si medicinã amaram, quam infirmo ꝓpinat, ad eius sanitatem non ordinaret. ergo Deus excæcationem conuertit in bonum excæcatorum.

C

¶ 3 Præt. Deus non est personarum acceptor, vt dicitur Act. 10. Sed quorundã excæcationem ordinat ad eorum salutem, sicut quorundã Iudęorum, qui excæcati sunt vt Chſo non crederent, & non credentes occiderent, & postmodum cõpuncti cõuerterentur, sicut de quibusdã legitur Act. 2. vt patet per⁺ Au. in li. de quæstionibus Euangelij. ergo Deus omnium excæcationem conuertit in eorum salutem.

Lib. 3. ex Math. ca. 14 in medi. tom. 4.

D SED CONTRA. Nõ sunt facienda mala, vt veniãt bona, vt dicitur Ro. 3. sed excæcatio est malum. ergo Deus non excæcat aliquos propter eorum bonum.

RESPON. Dicendum, ꝙ excæcatio est quoddã præambulum ad peccatum. Peccatum autem ad duo ordinatur, ad vnũ quidem per se, scilicet ad dãnationẽ: ad aliud autem ex diuina misericordia, vel prouidentia, s. ad sanationem, inquãtũ Deus permittit aliquos cadere in peccatum, vt peccatum suum agnoscentes, humiliẽtur & conuertantur, sicut⁺ Aug. dicit in li. de natura & gratia. vñ & excęcatio ex sui natura ordinatur ad dãnationem eius qui excæcatur, pp quod ponitur etiã reprobationis effectus: sed ex diuina misericordia excæcatio ad tẽpus, ordinatur medicinaliter ad salutem eorum qui excæcantur. sed hæc misericordia, nõ omnibus impenditur excæcatis, sed prædestinatis solum, quibus omnia cooperãtur in bonum, sicut dr Rom. 8. Vnde quantum ad quosdã excęcatio ordinatur ad sanationem, quantũ autem ad alios ad damnationem, vt⁺ Aug. dicit in 3. de quæst. Euangelij.

Ex ca. 21 23 & 28. to. 7.

ex Mat. ca. seu quæst. 14. to. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia mala, quæ Deus facit, vel permittit fieri, ordinantur in aliquod bonum, non tamẽ semper in bonũ eius in quo est malum: sed quandoque ad bonum alterius, vel etiam totius vniuersi. sicut culpam Tyrannorum ordinat in bonum Martyrum, & pœnam damnatorum ordinat ad gloriam iustitiæ suæ.

E

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD 2^m dicendum, ꝙ Deus non delectatur in perditione hominum, quatum ad ipsam pditionem: sed ratione iustitiæ, vel pp bonum, quod inde ꝓuenit.

AD 3^m dicendum, ꝙ hoc ꝙ Deus aliquorum exæcationem ordinat in eorum salutē, misericordiæ est: ꝙ aūt exæcatio aliorum ordinetur ad eorum damnationem, iustitiæ est: qđ autem misericordiam quibus dam impēdit, & non omnibus, non facit personarum acceptionem in Deo, sicut in primo dictum est.

p.p.qo. 23. ar.5.ad 3.

AD 4^m dicendum, quòd mala culpæ non sunt facienda vt veniant bona; sed mala pœnæ sunt inferenda propter bonum.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ Articulum primum.*

QVAESTIO LXXX.

De causa peccati ex parte diaboli, in quatuor articulos diuisa.

IN art. 1. q. 80. dubium occurrit circa propositionem in litera positā, scilicet, esse causam directe alicuius actus nō cōtingit nisi per hoc, ꝙ ꝓpriū principiū illi⁹ actus mouet ad agēdū. Aut nāq; hęc propositio intelligit absolute, vt sonat; si nihil est directe causa actⁱ⁹ nisi &c. aut limitate ad actū alterius ꝓp materiā subiectā, de qua est sermo, causa scilicet extrinseca ꝙ homo peccet. Si primo modo, obstat illi illa maxima, Deus potest supplere vicem causæ secundæ. Si secundo modo, obstat littera, quæ principium actus voluntarii, voluntatem scilicet ad agendū moueri subiungit, non solū a Deo, sed a se. si enī de extrinseco rātū motore esset sermo in illa propositione, ipsummet non cōnumeraretur subsumendo.

Supr. q. 75. ar. 2. lit 3. q. 8. ars. 7. Et mal. q. 3. ar. 3. et 4. Et quol. 3. ar. 2. corp.

*Aug. 4. de Tri. ca 12. circa princ. tom. 3.

†ca. 5. act. circa princ. illius to. 2.

*ex lib. 1 cap. 5. & li. 2. cap. 41. ‡li. 2. cont. Iouinian.

¶ Ad hoc dī, ꝙ neutro modo ꝓpositio ista intelligitur. Q. d enim nō intelligitur primo modo, patet ex hoc, ꝙ nullū principiū mere naturale esset causa directe actus proprii, eo quod nullū tale mouet seipsum ad agendū. Si vō ad causandū directe actū, exigitur qđ moueat ad agēdū ꝓ priū illius actⁱ⁹ principiū, absq; vlla ambiguitate sequitur, quòd nec calor sit directe causa calefactiē di, nec ignis faciendi, nec lux illuminandi &c. Quòd vero nec secundo mō intelligatur, ex ipsa sumptione patet: quamuis nāque diceret quispiam, quòd ad boni

*li. 7. mor. eudemiorū ca. 18.

F SED CONTRA est, quod* Aug. probat in 1. & 3. de lib. arb. ꝙ nulla alia re fit mens hominis serua libidinis, nisi propria voluntate: sed homo non fit seruus libidinis nisi per peccatum. ergo causa peccati non potest esse diabolus, sed sola propria voluntas.

RESPON. Dicendum, ꝙ peccatum actus quidam est. vnde hoc modo potest esse aliquid directe causa peccati, per quem modum aliquis directe est causa alicuius G actus: quod quidem non contingit nisi per hoc, ꝙ proprium principium illius actus mouet ad agēdum. Proprium autem principiū actus peccati est voluntas, quia omne peccatum est* volūtarium. vnde nihil potest directe esse causa peccati, nisi quod potest mouere voluntatem ad agendū. Voluntas autē, sicut* supra dictum est, a duobus moueri potest. Vno modo ab obiecto, sicut dī, ꝙ appetibile apprehensum mouet appetitū. Alio modo ab eo, qđ interius incli H nat voluntatem ad volēdum. hoc autem non est nisi vel ipsā voluntas, vel Deus, vt* supra ostensum est. Deus autē non potest esse causa peccati, vt* dictum est. Relinquit ergo quòd ex hac parte sola voluntas hominis sit directe causa peccati eius. Ex parte autem obiecti potest intelligi, quòd aliquid moueat voluntatem tripliciter.

I Vno modo, ipsum obiectum propositum, sicut dicimus ꝙ cibus excitat desiderium hominis ad comedendum. Alio modo, ille qui proponit, vel offert huiusmodi obiectum. Tertio modo, ille qui persuadet obiectum propositum habere rationem boni, quia & hic aliqualiter proponit proprium obiectum voluntati, quod est rationis bonum verum, vel apparens. Primo igitur modo res sensibiles exterius apparentes mouent voluntatem hominis ad peccādum: secundo autem & tertio modo vel K diabolus, vel etiā hō pōt incitare ad peccandum, vel offerendo aliquid appetibile sensui, vel persuadendo rationi. Sed nullo istorum trium modorum pōt aliquid esse directa causa peccati: quia voluntas non ex necessitate mouetur ab aliquo obiecto, nisi ab vltimo fine, vt* supra dictum est: vnde non est sufficiēs causa peccati neq; res exterius oblata, neque ille qui eā proponit, neque ille qui persuadet. vnde sequitur, ꝙ diabolus nō sit causa peccati directe, vel sufficiēter doctrinæ addē author ēt voluntāte moueri a se. Si vī sit maliter cōtextus litē cōspiciat, apparebit, ꝙ est uera & sor malis subsumptionis: ꝓ hoc oportet maio rē ꝓpositionē cōmunē esse ad causas intus, & extra. & vere sic est. Intendit igitur author, ꝙ ad esse directe causam actⁱ⁹, qui est alicuius actⁱ⁹, siue illud aliquid sit idem, siue diuersum a causa, exigitur ꝙ causa ꝓpriū principium illius actus moueat ad agēdum, ita quod in hac propositione duo cōtinentur. Alterum quod supponitur, scilicet, actum existere alicuius principii executiui: & per hoc includuntur omnia principia ꝓpria actuū naturaliū, & animalium. Alterū quod docemur, scilicet, qđ requirat ad esse existāmi directe actⁱ⁹ existentis ab aliquo principio executiuo, siue diuersum. Est igitur sensus propositionis, quòd ꝓsupposito, ꝙ actus sit ab cuius principii principiantis ipsum exercitiue, vt calor calefacit, oculus videt, volūtas vult, & huiusmodi, ad hoc, ꝙ aliquid siue idē, siue diuersum sit causa directe calefactionis visionis, volitionis illius vltra illud principiū non absolute, sed inquantū est causa executiua, oportet ꝙ moueat principiū illud exequēs ad agēdū. Et hūc sensum insinuāt verba literę, in ly, alicui*: nō. n. ly, alicui* cadit supra ly actⁱ⁹, sed cadit supra subintellectū principiū: ac si diceret, actⁱ⁹ q est alicui*. ex p hoc soluuntur obiectiones. nā neq; naturalia principia excludūtur a directa causalitate executiua actuū, nec oppositū: diuinæ aliqd admittit oportet. n. si ipsa causat actū meū, ꝙ me moueat ad agēdū: siquis actⁱ⁹ q esset me*, posset sine me esse.

*li. 3. de lib. arb. circa princ. tom. 1. & li. 3. ca. 18.

Q. 10. a. 4. & 5. p. q. 106. art. 2. & q. 109. art. 4.

AD

cienter, sed solum per modum persuadentis, vel proponentis appetibile.

A

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ omnes illæ authoritates, & si q̄ similes inueniantur, sunt referendæ ad hoc, ꝙ diabolus suggerēdo, vel aliqua appetibilia ꝓponendo inducit in affectum peccati.

AD 2^m dicendū, ꝙ similitudo illa est attendēda quātum ad hoc, ꝙ diabolus quodammodo est causa peccatorum nostrorum, sicut Deus est aliquo modo causa bonorum nostrorum, non tū attenditur quantum ad modū causandi: Nā Deus causat bona interius mouendo voluntatē, qđ diabolo conuenire non potest.

AD 3^m dicēdum, ꝙ Deus est vniuersale principium omnis interioris motus humani: sed ꝙ determinetur B ad malū consilium voluntas humana, hoc directe quidem est ex voluntate humana, & a diabolo per modū persuadentis, vel appetibilia proponentis.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ Articulum secundum.*

ARTICVLVS II.

Vtrum diabolus possit inducere ad peccandum interius instigando.

IN artic. 2. nota, ꝙ hinc habes, quomodo in mulieribus istū, quę dicūtur visiones habere, causari ex dæmonū illusione, aut humorum & spiritūū cōmutatione potest, vt vigilantes imaginentur, et appareat cit sic est se in re, sicut contingit dormientibus qñ somniant. Accidit enim ꝙ aliquis patiatur vigilās, quod alter patitur dormiens, vt manifeste patet in phreneticis. Notent autem hoc rectores religiosārū personarum, ne diuinitati tribuentes qđ naturę, aut dęmonis est, errent, errareq; alios faciant.

AD SECVNDVM sic procedi- A
tur. Videtur ꝙ diabolus nō possit inducere ad peccandū interius instigādo. Interiores. n. mot⁹ animæ sunt quædā opera vitæ: sed nullum opus vitæ potest esse nisi a principio intrinseco, nec ēt opus animę vegetabilis, qđ est infimum inter opera vitæ. ergo diabolus secundum interiores motus nō pōt hominem instigare ad malum.

¶ 2 Præt. Omnes interiores motus secundum ordinem naturæ a sensibus exterioribus oriuntur: sed præter ordinē naturæ aliquid operari, est solius Dei, vt in primo *dictum est. ergo diabolus non potest in interioribus motibus hominis aliquid operari, nisi secundum ea, quæ in exterioribus sensibus apparent.

¶ 3 Præt. Interiores actus animæ sunt intelligere, & imaginari: sed quantū ad neutrum horum potest diabolus aliquid operari, qa, vt in primo habitū est, diabolus non imprimit in intellectū humanū: in phantasiā etiā videtur ꝙ imprimere non possit, quia formæ imaginatæ tanquā magis spirituales, sunt digniores q̄ formæ, quę sunt in materia sensibili, quas tū diabolus imprimere nō pōt, vt* patet ex his, quæ in primo habita sunt. ergo diabolus non potest secundum interiores motus inducere hominem ad peccatum.

SED CONTRA est, quia secundum hoc nunquàm tentaret hominē, nisi visibiliter apparendo: quod patet esse falsum.

RESPON. Dicendum, ꝙ interior pars animæ est intellectiua & sensitiua. Intellectiua autē continet intellectum & voluntatem. & de voluntate quidē iā* dictū est, quomodo ad eā diabolus se habet. Intellectus aūt per se quidē mouetur ab aliquo illumināte ipsum ad cognitionē veritatis, ꝙ diabolus circa hominem non intendit, sed magis obtenebrat rationem eius ad cognoscendū peccato, quæ quidē obtenebratio prouenit ex phantasia & appetitu sensitiuo: vnde tota interior operatio diaboli esse videtur circa phantasiā & appetitū sensitiuum, quorū vtrunq; cōmouendo pōt inducere ad pctm. Potest. n. operari ad hoc, ꝙ imaginationi aliquæ formæ imaginariæ præsententur, potest etiā facere, ꝙ appetitus sensitiuus concitetur ad aliquā passionē.* Dictum est. n. in 1. lib. ꝙ natura corporalis spirituali naturaliter obedit ad motum localē. vñ & diabolus omnia causare potest, quæ ex motu locali corporum inferiorum prouenire possunt, nisi virtute diuina reprimatur. Quòd autē aliquæ formæ repræsententur imaginationi, sequitur quandoq; ad motū localē. Dicit. n.* Philos. in lib. de somno & vigilia, ꝙ cū animal dormierit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descēdunt motus, siue impressiones relictæ ex sensibiliū motionibus, quæ in sensibilibus speciebus conseruātur, & mouēt principium apprehensiuū, ita ꝙ apparent, ac si tunc principiū sensitiuū a rebus ipsis exterioribus immutaret. vñ talis motus localis spirituum, vel humorum, procurari pōt a dæmonibus, siue dormiant, siue vigilent homines: & sic sequitur ꝙ hō aliqua imaginet. Similiter etiā appetitus sensitiuus concitatur ad aliquas passiones sm quendā determinatum motū cordis & spirituum: vñ ad hoc etiā diabolus potest cooperari. Et ex hoc ꝙ passiones aliquæ cōcitantur in appetitu sensitiuo, sequitur ꝙ & motum, siue intentionem sensibilem prædicto mō reductā ad principium apprehensiuum magis homo percipiat: quia vt* Philos. in eodē lib. dicit, Amantes modica similitudine in apprehensionem rei amatæ mouētur. Contingit etiam ex hoc, quòd passio est concitata, vt id quod proponitur imaginationi, iudicetur prosequendum: quia ei qui a passione detinetur, videtur esse bonum id, ad quod per passionem inclinatur. Et per hunc modum interius diabolus inducit ad peccandum.

B

C

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ opera vitæ semper etsi sint ab aliquo principio intrinseco, tamen ad ea potest cooperari aliquod exterius agēs: sicut etiam D ad opera animæ vegetabilis operatur calor exterior, vt facilius digeratur cibus.

AD 2^m dicendum, ꝙ huiusmodi apparitio formarū imaginabilium nō est omnino præter ordinē naturæ, nec est p solum imperium, sed p motum localem, vt* dictum est. Vnde patet respōsio ad 3^m, quia formæ illæ sunt a sensibus acceptæ primordialiter.

p.p.q. 110. art. 2.

cap. 3. paulo ante mē diū to. 2.

ca. 2. 2 med. to. 2.

In cor. art.

ARTICVLVS III.

Vtrum diabolus possit necessitatem inferre ad peccandum.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ Articulum tertium.*

IN artic. 3. in respōsione ad 3. dubiū occurrit. nā hæc doctrina retractatur in seriis in tertia parte in quæst. de tentatione Christi, vbi ex istamet authoritate August. author dicit, quòd non potest esse absque peccato tentatio a carne: nō enim cōpatiuntur, se dicta hic & ibi. Nā ibi dicitur, quòd cōcupiscētia carnis aduersus spiritum, nō pōt esse absque peccato: hic dicitur ꝙ non est peccatū, quā do ei ratio actualiter resistit. nō semp ergo est peccatum.

Mal. qō. 3. art. 3. ad 9. & ar. 4. cor. & q. 16. ar. 11. ad 10. & ar. 12. ad 10.

¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad hoc dicitur, q̃ ista nõ contrariantur adinuicē: ibi nāque dicitur, q̃ semp̃ est peccatū, cū caro cõcupiscit aduersus spiritū. quod ibi discutiendum est Dõmino cõcedente: hic aũt nihil cõtra dictā omnino salē dicitur. Non.n.dē, q̃ aliqui nõ est peccatū, sed dicitur, q̃ quādo ei rõ actualiter resistit, nõ est peccatū, quod nihil repugnat illi, q̃n̄ vtrū tale quando inueniatur, non affirmatur: nā nõ asseritur, q̃ cõcupiscenti carni aduersus ipsum aliquādo ratio totaliter resistit. hoc enim illi vniuersali cõtradiceret, sed asseritur, q̃ quādo ratio resistit, nõ est peccatū: quod æquiualet cõditionali, Si ratio resistit, nõ est peccatū. Et intēdit author hic solū satisfacere argumento pro præsenti materia, qua tractatur de potestate diaboli: & dicere, q̃ cõcupiscẽte carne aduersus spiritū nõ consurgit peccatū ex concupiscentia, quā potest facere diabolus, sed ex non resistentia rationis, quæ nõ subiacet potestati dæmonis: quia cõcupiscentia ista, si ratio ei resistit, non est peccatū, sed materia exercẽdæ virtutis. Et hoc sat est argumento, quia dato quòd semp̃ sit peccatū, vt Aug. dicit, nõ tñ ad illud necessitat dæmon, qui ad non resistẽtiā rationis necessitate nequit. Vtrum autẽ possibile sit rationẽ concupiscenti actualiter carni totaliter resistere, indi scussum dimittitur, vt impertinens.

¶ De quarto articulo eiusdem 80. q. nihil occurrit scribendū.

Art. præc. 1 q. 82. circa prin. to. 4.

Li. 19. de ciuit. ca. 4. ante med. illi' tom. 5.

Art. præc.

Q. 77. ar. 7.

D. 123. Q. 9. art. 6.

de anima: sed diabolus potest mouere imaginationem hominis, vt dictū est, & ēt exteriores sensus. dicit enim † Aug. in lib. 83. q. q̃ serpit hoc malū, scilicet quod est a diabolo, per omnes aditus sensibiles, dat se figuris, accõmodat se coloribus, adhæret sonis, infundit se saporibus. ergo potest rationem hominis ex necessitate inclinare ad peccandum.

¶ 3 Præt. Secundum * Augu. Nonnullum peccatum est, cum caro cõcupiscit aduersus spiritum: sed concupiscentiam carnis diabolus potest causare, sicut & ceteras passiones, eo modo quo * supra dictū est. ergo ex necessitate potest inducere ad peccandum.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Pet. vlt. Aduersarius vester diabolus tanquàm leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Frustra autẽ talis admonitio daretur, si homo ei ex necessitate succũberet. nõ ergo potest homini necessitatem inducere ad peccandum.

RESPON. Dicendum, q̃ diabolus propria virtute, nisi refrænetur a Deo, potest aliquem inducere ex necessitate ad faciendum aliquem actum, qui de suo genere peccatum est: non autem potest inducere necessitatem peccandi. quod patet ex hoc, quòd hõ motiuo ad peccandum non resistit nisi per rationem, cuius vsum totaliter impedire potest mouẽdo imaginationem & appetitū sensitiuū, sicut in arreptitiis patet: sed tunc rõne sic ligata, quicquid hõ agat, nõ imputatur ei ad peccatum: sed si ratio non sit totaliter ligata, ex ea parte qua est libera, potest resistere peccato, sicut * supra dictū est. Vnde manifestum est, q̃ diabolus nullo modo potest necessitatem inducere homini ad peccandum.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd non quælibet potestas maior homine, potest mouere voluntatem hominis, sed solus [d] Deus, vt supra habitum est. *

AD 2^um^ dicendum, q̃ illud quod est apprehensum per sensum vel imaginationem, nõ ex necessitate mouet voluntatem, si homo habeat vsum rationis, nec semper huiusmodi apprehensio ligat rationem.

D. 445.

AD 3^um^ dicendum, quòd concupiscentia [d] carnis contra spiritum, quando ratio ei actualiter resistit, non est peccatū, sed materia exercendæ virtutis. Qñ autem ratio ei non resistat, non est in potestate diaboli: & ideo non potest inducere necessitatem peccati.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia peccata hominum sint ex suggestione diaboli.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd omnia peccata hominum sint ex suggestione diaboli. Dicit enim * Dionys. 4. cap. de diui. no. quòd multitudo dæmonum causa est omnium malorum & sibi, & alijs.

¶ 2 Præt. Quicunque peccat mortaliter, efficitur seruus diaboli, secundū illud Ioan. 8. Qui facit peccatū, seruus est peccati: sed ei aliquis in seruitutē addicti, a quo est superatus, vt dicitur 2. Pet. 2. ergo quicunq; facit peccatum, superatus est a diabolo.

¶ 3 Præt. † Greg. dicit, q̃ peccatum diaboli est irreparabile, quia cecidit nullo suggerente. si igit aliqui homines peccarẽt per liberū arb. nullo suggerente, eorū peccatum esset irremediabile, quod patet esse falsum. ergo omnia peccata humana a diabolo suggeruntur.

SED CONTRA est, quod dicitur in li. * de ecclesiasticis dogmatibus, Non omnes cogitationes nostræ malæ a diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri arbitrij motu emergunt.

RESPON. Dicendū, q̃ occasionaliter quidem & indirecte diabolus est causa omniū peccatorū nostrorum, inquātum induxit primū hominem ad peccādū, ex cuius peccato intātum vitiata est humana natura, vt omnes ad peccandum procliues simus: sicut diceretur esse cā cõbustionis lignorum, qui ligna ficcaret, ex quo sequeretur, q̃ facile incenderentur. Directe autem nõ est causa omnium peccatorum humanorum, ita q̃ singula peccata persuadeat. Quod Origines probat ex hoc, quia etiā si diabolus nõ esset, homines haberent appetitum ciborum, & venereorum, & similium: qui posset esse inordinatus, nisi ratione ordinaretur, quod subiacet libero arbitrio.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ multitudo dæmonum est causa omnium malorum nostrorum, secundum primam originem, vt dictum est.

AD 2^um^ dicendum, quòd non solum fit seruus alicuius qui ab eo superatur, sed etiam qui ei voluntarie se subiicit: & hoc modo fit seruus diaboli, qui motu proprio peccat.

AD 3^um^ dicendum, q̃ peccatum diaboli fuit irremediabile, quia nec aliquo suggerente peccauit, nec habuit aliquam pronitatem ad peccandum ex præcedenti suggestione causatam, quod de nullo hominis peccato dici potest.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ primæ Articulum primum.

QVAESTIO LXXXI.

De causa peccati ex parte hominis, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de cā peccati ex parte hominis. Cum autē hõ sit causa peccati alteri homini exteri^o^ suggerendo, sicut & diabolus, habet quendā specialem modum causandi peccatum in alterum per originem: vnde de peccato originali dicendum est.

¶ Et circa hoc tria considerāda occurrunt. Primo, de eius traductione. Secundo, de eius essentia. Tertio, de eius subiecto.

IN art. 1. q. 81. dubiū primo Nouitiorū occurrit, quo pacto stat declaratio authoris de mõ, quo originale pcti traducitur. Proportionalis nāq; similitudo de peccato mẽbri ac voluntatis mouentis illud, & huius hominis ad primum parentem generantē ipsum, incõsona est. Nam quia voluntas membrū quoddā est mouet ad executionē culpę: ideo membrū culpæ particeps fit

Prima Secundæ S. Tho.

fit generans autem non mouet generationis motione hũc hominem existẽtem ad culpam, sed facit hunc hominem esse cum tali defectu, quo nõ fit participatio culpæ, sed pœnæ, uel defectus potius.

¶ Ad hoc dicitur, quòd similitudo cõsonat, & optime declarat intentum, si attendimus ad illud quod est per se. In motione enim membri à voluntate per se, fit quòd membrum cõstituitur in hoc quod est ei esse instrumentum uolutatis ad tale opus, & ex hoc ipso, supposito quòd sit capax culpę, instrumentum illud culpę fit particeps: & similiter in generatione huius hois ab Adā per se, fit q̃ hic homo constituitur in hoc quod est esse membrum Adæ, ut capitis. Ex hoc namque, quòd per semẽ ab ipso generatur, eius membrum fit, adeo quòd si aliter generaretur, aut fieret, non esset eius membrum. ex hoc autem quòd eius membrum est, supposito quòd susceptiuum culpę parti ceps sit culpæ, & nõ solum pœnæ. Generatiua ergo motio respondet motioni imperatiuæ in hoc, q̃ est vtraque cõsti tuere motum in hoc quod est esse aliquid tanquentis, vt sic posit ei imputari ad culpam præsuppositā eius capacitate. Quòd autem ibi mẽbrum præsit, & hic non, nihil efficit, imo proportionalitatē adimuat: qa sicut ad culpam actualē mouet præexistens, ita mouens ad culpam originalem mouet, ideſt, ducit de potentia ad actum hoīs præexistens: cõtra rationem namque eius quod oritur, est præexistere.

¶ In eodem articulo aduerte, quòd auctor positione quā in secundo sententiarum distinctione trigesima sequutus est, licet non totaliter arguere uidea-

Et circa primum quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum primum peccatū hominis deriuetur per originẽ in posteros.

¶ Secũdo, Vtrum omnia alia peccata primi parentis, vel etiam aliorum parentum, per originem in posteros deriuentur.

¶ Tertio, Vtrum peccatum originale deriuetur ad omnes, qui ex Adam per uiam seminis generantur.

¶ Quarto, Vtrum deriuaretur ad illos, qui miraculosè ex aliqua parte humani corporis formarentur.

¶ Quinto, Vtrum si femina peccasset, uiro non peccante, traduceretur originale peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum primum peccatum primi parentis traducatur per originem in posteros.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd primū peccatum primi parentis non traducatur ad alios per originem. Dicitur enim Ezechiel. 18. Filius non portabit iniquitatem patris: portaret autem, si ab eo iniquitatē traheret. ergo nullus trahit ab aliquo parentum per originem aliquod peccatum.

¶ 2 Præt. Accidens non traducitur per originem, nisi traducto subiecto, eo quòd accidens non transit de subiecto in subiectum: sed anima rationalis, quæ est subiectum culpæ, non traducitur per originẽ, ut in primo * ostensum est. ergo neque aliqua culpa per originem traducī potest.

¶ 3 Præt. Omne illud quod traducitur per originem humanam, causatur ex semine: sed semen non potest causare peccatum, eo quòd caret rationali parte animæ, quæ sola potest esse causa peccati. ergo nullum peccatum potest trahi per originem.

¶ 4 Præt. Quod est perfectius in natura, uirtuosius est ad agendum: sed caro perfecta non potest inficere animam sibi unitam, alioquin anima non posset emundari à culpa originali, dum est carni unita. ergo multo minus semen potest infícere animam.

¶ 5 Præt. * Philosophus dicit in 3. Ethicorum, quòd propter naturam turpes, nullus increpat, sed eos qui propter delidiam, & negligentiā dicuntur autem natura turpes, qui habent turpitudinem ex sua origine. ergo nihil quod est per originẽ, est increpabile, neque peccatum.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Roma. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundū intrauit: quod non potest intelligi per modum imitationis, vel incitationis propter hoc, quod dicitur Sapien. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. restat ergo quòd per originem à primo homine peccatum in mundum intrauit.

RESPON. Dicendum, quòd secundum fidem catholicam est tenendum, quòd primum peccatum primi hominis originaliter transit in posteros: propter quod etiam pueri mox nati deferuntur ad baptismum tanquàm ab aliqua infectione culpæ abluẽdi. Contrarium est autem hæresis Pelagianæ, ut patet per * Augustinum in plurimis suis libris. Ad inuestigandum autem qualiter peccatum primi parentis originaliter possit transire in posteros, diuersi diuersis uiis processerunt. Quidam enim considerantes, quòd peccati subiectum est anima rationalis, posuerunt, q̃ cũ semine rationalis anima traducatur, ut sic ex infecta anima infectę animę deriuari uideantur. Alij uero hoc repudiantes tanquàm erroneum, conati sunt ostendere, quomodo culpa animæ parentis traducitur in prolem, etiam si anima nõ traducatur, per hoc quòd corporis defectus traduntur à parente in prolem: sicut leprosus generat leprosum, & podagricus podagricũ, propter aliquam corruptionem seminis, licet talis corruptio non diceatur lepra, uel podagra. Cum autẽ corpus sit proportionatũ animæ, & defectus animæ redundent in corpus, & econuerso: simili modo dicitur, quòd culpabilis defectus animæ per traductionem seminis in prolem deriuatur, quamuis semen actualiter nõ sit culpæ subiectum. Sed omnes huiusmodi uiæ insufficientes sunt: quia dato quòd aliqui defectus corporales à parente transeant in prolem per originem, & etiam aliqui defectus animæ ex consequenti propter corporis indispositionem, sicut interdum ex fatuis fatui generantur: tamen hoc ipsum, quod est ex origine aliquem defectum habere, videtur excludere rationẽ culpæ, de cuius ratione est, quòd sit uoluntaria. Vnde etiam posito, q̃ anima rationalis

tur: si tamen diligentius consideretur litera, dum arguitur insufficientiæ secunda uia, positio illa olim sua reprehenditur. Nam ibi tenuit peccatum originale contrahi per originem, sicut podagram, uel stoliditatem, redundante in formam conditione materiæ, & habere rationẽ culpæ propter uoluntatem parentis. Hic autem licet de isto voluntario non fiat mentio referendo illam opinionem, subintelligitur tamen, ut puto, tanquàm commune cõfessum ab omnibus, quod hoc est uoluntarium aliena uoluntate. Reprehenditur autem hæc positio tanquàm insufficiens, quia non saluat rationem uoluntarij etiam aliena uoluntate, sic quòd sufficiat ad rationem culpę in hoc genito: quoniam totum hoc quod illa positio dicit acceptatum, uerificatur de Sorte secundum se. Est namque secundum se habens conditiones formæ cooptatas materiæ conditionibus, uoluntarie Adæ uoluntate contractas ab eo: & tamẽ defectus iste non est culpa Sortis secundum se. Quia ergo oportet ad saluandum uoluntarium requisitum ad culpam huius absque propria uoluntate, ponere hunc hominẽ esse aliquid alienę uoluntatis, ut sic sit uoluntarius defect^o^ uolũtate propria nõ secundum se, sed secundum quod membrum alteri^us^, à quo inchoat hæc culpa. Et hoc non positum est à prædictis positionibus, ideo arguũtur: & ponitur alia uia, qua saluatur sufficienter ratio uolũtarij per hoc, quòd ponitur i Sorte hoc peccatum, ut est mẽbrum Adæ: & ex consequenti in ipso secundum se.

¶ In respõsione ad tertium in eodem articulo nota, quòd culpam esse uirtu-

Li. 1. retract. ca. 9. ad fin. tom. 1. li. 3. contra Iul. c. 1. a med. to. 7. & lib. De bo. perseuer. c. 11. & 12. to. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter in semine accipiendum est concomitanter, & non principaliter. In semine nãque est virtualiter natura humana, quam concomitatur culpa originalis: ita quòd non oporteat aliquã intentionalem qualitatem in semine fingere, qua productiuum sit culpæ. Hoc enim nec Somniauit author, cum culpa nihil entitatis sit, & concomitanter fiat, & sufficiens sit semen decisum à natura destituta iustitia originali. Verba autẽ authoris in quæstione de Malo, quæstione quarta, articulo primo ad nonum, non significant oppositum: sed quòd priuatio iustitiæ originalis in semine illo mõ quo in semine saluatur, ex defectu spectat ad genus moris uirtualiter, non quia est actu moralis, sed quia rendit ad morale peccatum: & sic ista priuatio est quædam intentio mali moralis, & malum morale est in ea intentionaliter, sicut color in aere, & anima in semine. Sit tenet similitudo quo ad hoc, quia intentio ordinatur ad illud, cuius dicitur intentio, non quo ad essentia positiua, cum hoc de priuatione dici non possit, etiã si fingendi detur licentia.

¶ Et hæc de ista materia dicta sufficiãt: quoniam euacuant omnes difficultates necessarias.

Cap.5.to.5

In prædicamẽto de specie a medio illius tom 5.

traduceretur, ex hoc ipso quòd infectio animæ prolis non esset in eius uoluntate, amitteret rationẽ culpæ obligantis ad pœnam, quia vt' Philosophus dicit in tertio Ethicorum, Nullus improperabit cæco nato, sed magis miserebitur. Et ideo alia uia procedendum est dicendo, quòd omnes homines qui nascuntur ex Adam, possunt considerari vt unus homo, inquantum conueniunt in natura, quam à primo parente accipiunt, secundum quod in ciuibus omnes homines, qui sunt unius communitatis, reputantur quasi vnum corpus, & tota communitas quasi vnus homo. sicut etiam * Porphyrius dicit, quòd participatione speciei plures homines sunt unus homo. Sic igitur multi homines ex Adam deriuati, sunt tanquam multa membra unius corporis: actus autem vnius membri corporalis, puta manus, non est voluntarius uoluntate ipsius manus, sed uoluntate animæ, quæ primo mouet membrum. Vnde homicidiũ, quod manus committit, non imputaretur manui ad peccatum, si consideraretur manus secundum se ut diuisa à corpore, sed imputatur ei inquantum est aliquid hominis, quod mouetur à primo principio motiuo hominis. Sic igitur inordinatio, quæ est in isto homine ex Adam generato, non est uoluntaria uoluntate ipsius, sed voluntate primi parentis, qui mouet motione generationis omnes, qui ex eius origine deriuantur, sicut uoluntas animæ mouet omnia membra ad actum. vnde peccatum, quod sic à primo parente in posteros deriuatur, dicitur originale: sicut peccatum quod ab anima deriuatur, ad membra corporis, dicitur actuale, & sicut peccatũ actuale quod per membrum aliquod committitur, non est peccatum illius membri, nisi inquantum illud membrum est aliquid ipsius hominis, propter quod vocatur peccatum humanum. Ita peccatum originale nõ est peccatum huius personæ, nisi inquantũ hæc persona recipit naturã à primo parẽte: unde & uocatur peccatũ naturæ, ſm illud Eph. 2. Eramus natura filii iræ,

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filius dicitur non portare peccatum patris, quia non punitur pro peccato patris, uisi sit particeps culpæ: & sic est in proposito. deriuatur. n. per originem culpa à patre in filium, sicut & peccatum actuale per imitationem.

AD 2^m dicendum, quòd etsi anima nõ traducatur, quia uirtus seminis non potest causare aiam rõnalem, mouet tñ ad ipsam dispositiue: unde per uirtutẽ seminis traducitur humana natura à parente in prolem, & simul cum natura naturę infectio. Ex hoc. n. fit iste qui nascitur, consors culpæ primi parentis, q̃ naturam ab eo sortitur per quandam generatiuam motionem.

AD 3^m dicendum, quòd etsi culpa non sit actu in semine, est tamen ibi virtute humanæ naturæ, quam concomitatur talis culpa.

AD 4^m dicendum, quòd semen est principium generationis, quę est proprius actus naturæ, eius propagationi deseruiens: & ideo magis inficitur anima per semen, quàm per carnem iam perfectam, quæ iam determinata est ad personam.

AD 5^m dicendum, quòd illud quod est per originem, non est increpabile, si consideretur iste qui nascitur secundum se: sed si consideretur prout refertur ad aliquod principium, sic potest esse ei increpabile, sicut aliquis qui nascitur, patitur ignominiam generis ex culpa alicuius progenitorum causatam.

ARTICVLVS II.

Vtrum etiam alia peccata primi parentis, uel proximorum parentum traducantur in posteros.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd etiam alia peccata uel ipsius primi parẽtis, uel proximorum parentum traducantur in posteros. Pœna enim nunquàm debetur nisi culpæ: sed aliqui puniuntur iudicio diuino pro peccato proximorum parentum, secundum illud Exod. 20. Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Iudicio etiã humano i crimine læsæ maiestatis filij exhęredantur pro peccato parentum. ergo etiam culpa proximorum parentum trãsit ad posteros.

¶ 2 Præt. Magis potest transferre in alterum id quod habet aliquis à seipso, quàm id quod habet ex alio, sicut ignis magis põt calefacere, quàm aqua calefacta: sed homo transfert in prolem per originem peccatum quod habet ab Adam. ergo multo magis peccatum quod ipse commisit.

¶ 3 Præt. Ideo contrahimus à primo parente peccatum originale, quia in eo fuimus sicut in principio naturæ, quam ipse corrupit: sed similiter fuimus in proximis parentibus sicut in quibusdam naturæ principiis, quæ etsi sit corrupta, potest adhuc magis corrumpi per peccatum, secundum illud Apocal. vltim. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. ergo filii contrahunt peccata proximorum parentum per originem, sicut & primi parentis.

SED CONTRA. Bonum est magis diffusiuum sui, quàm malum: sed merita proximorum parentum nõ traducunt ad posteros. ergo multo minus peccata.

RESPON. Dicendum, quòd * Augustinus hanc quæstionem mouet in Enchirid. & intolutam relinquit. Sed si aliquis diligenter attendit, impossibile est quòd aliqua peccata, pximorum parentum, vel etiam primi parentis pręter primum, per originem traducãtur. Cuius ratio est, quia homo generat sibi idem in specie, non autem secundum individuum. & ideo ea quæ directe pertinent ad individuum, sicut personales actus, & quæ ad eos pertinent, non traducuntur a parentibus in filios. Non enim Grãmaticus traducit in filium scientiam grammaticæ, quam proprio studio acquisiuit: sed ea quæ pertinent ad naturam speciei, traducũtur à parentibus in filios, nisi sit defectus naturę, sicut oculatus generat oculatũ, nisi natura deficiat: & si natura sit fortis, etiã aliqua accidentia individualia propagantur in filios, pertinẽtia ad dispositionẽ naturæ:

naturæ, sicut velocitas corporis, bonitas ingenii, & alia huiusmodi. nullo autem modo ea quę sunt pure personalia, vt' dictum est. Sicut autem ad personam pertinet aliquid secundũ seipsam, & aliquid ex dono gratiæ: ita etiam ad naturam potest aliquid pertinere secundum seipsam, scilicet quòd causatur ex principiis eius, & aliquid ex dono gratiæ. & hoc modo iustitia originalis, sicut in primo * dictum est, erat quoddam donũ gratiæ toti humanæ naturæ diuinitus collatum in primo parente, quod quidem primus homo amisit per primum peccatum. vnde sicut illa originalis iustitia traducta fuisset in posteros simul cum natura, ita etiã inordinatio opposita. Sed alia peccata actualia vel primi parentis, vel aliorum non corrumpunt naturam, quantum ad id quod naturæ est: sed solum quantum ad id quod personæ est, idest, secundum pronitatem ad actum: vnde alia peccata non traducũtur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ pœna spirituali, sicut * Augustinus dicit in epistola ad Anitum, nunquàm puniuntur filii pro parentibus, nisi communicẽt in culpa, vel per originem, vel per imitationem, quia omnes animę immediate sunt Dei, vt dicit Ezec. 18. Sed pœna corporali interdum iudicio diuino, vel humano puniuntur filii pro parentibus, inquantum filius est aliquid patris secundum corpus.

AD 2^m dicendum, q̃ quòd illud quod habet aliquis ex se, magis potest traducere, dummodo sit traducibile: sed peccata actualia proximorum perentum non sunt traducibilia, quia sunt pure personalia, ut * dictum est.

AD 3^m dicendum, quòd primum peccatum corrumpit naturam humanam corruptione ad naturam pertinente: alia uero peccata corrumpunt eam corruptione pertinente ad solam personam.

¶ *Super Quæstionis octauæ primæ Articulũ tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatum primi parentis transeat per originem in omnes homines.

IN articulo tertio eiusdem octuagesimæ primæ quæstionis omisso secundo, aduerte duo circa uniuersalitatem peccati originalis. Primum est, quòd ad fidem catholicam spectat, quòd omnes, præter solum Christũ, contrahant peccatũ originale: quod dictum non intelligẽ dũ est aliter, quàm de morte, quæ est pœna peccati originalis: ita quòd sicut omnes incurrũt mortem, idest, necessitatem moriendi, ita omnes incurrunt peccatum originale, idest, necessitatem habendi peccatum originale. Et sicut non spectat ad fidem, an singuli moriantur actualiter, an diuina dispositione aliquis non moriatur: ita non spectat ad fidem, an aliquis ex speciali prærogatiua gratiæ non incurrat actualiter originale peccatum. de utroque enim simul, inquit Apostolus ad Romanos quinto. Per unum hominem peccatũ introiuit in mundum, & per peccatum mors. Est igitur necessarium fm catholicam fidem credere, quòd omnis vtriusque sexus ab Adam secundum rationem seminalem prouenientes, ex ipsa sua generatione sit obnoxius peccato originali. & contra Pelagianos dicentes oppositum, Aug. disserit, & diffinit. De loto aũt Iesu Christo uerum est, quòd ex ipsa generatiõe nulli obnoxius est peccato: iuxta uerbum Angeli ad beatã Virginem ante filii conceptionem, quæ uocat natiuitas in utero, dicentis. Quòd ex te nascetur, sanctum. & iuxta hunc sensum militat ratio authoris. s. quia aliter non indigerẽt redemptione, quæ p Iesum Christum facta est. Si enim peccatum originale nel i actu, nel in necessitate haberẽt illud, quis non incurreret, non egeret redẽptione, quod hæreticum esset dicere: sed si omnes obnoxii sunt peccato originali, sufficit ad indigentiam redemptionis. Neq; enim solum redemptione eget actualiter captiuus, sed etiam obnoxius captiuitati. Et hęc bene notabis tu Thomista, ne nimio zelo, non secũdum scientiam, accensus, erronea dicas, quæ erronea non sunt, cum de beatissimæ Virginis conceptione disputas, aut prædicas. Secundum notandum est, quòd licet, ut dictum est, ad fidem non spectet, tanquàm necessario credendum, vtrum aliquis actualiter non habuerit ex speciali gratia ori-

ar.1. huius quæst.

Incipit hęc epis. in ipso profectionis &c. to. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

originale peccatum, per hoc non excluditur quin ſpectare poſſit tã quãm probabile, propter authoritates ſanctorum. In principio namq; primæ partis diſtinxit author, quomodo multipliciter aliqua ſpectent ad ſacram theologiam; propter quod oportet ſobrie ſe habere hominem in re hac, ſicut & de actuali morte eorum, de quibus loquitur Apoſt. 1. ad Theſſa. 4. & diabolicas æmulationes, detractiones, rixaſq; tam ſub zelo, quam ſub pietatis umbra, euitare, ac Spiritui ſancto obicem non ponere, iureiurando firmando hoc, uel illud.

2.di.31.q.1 ar.2.ad.3. Et di.33.q.1.ar.1.ad 4 Et 3.dis.2.q.1.ar.2.q.2.ad.2. Et mal.q.4.articu.7.

¶ In reſpõſione ad ſecundum in eodẽ articulo ſcito, quòd peccatum originale i baptizato dicitur remanere actu, & tranſire reatu: quia & uere actu remanet priuatio iuſtitiæ originalis. Sumus enim adhuc illa priuatio; quoniam quãuis habeamus gratiam gratum facientem coniungentem ſupremum hominis Deo, non tamẽ habemus eam ſecũdum hunc effectũ, qui eſt iuſtitia originalis in ſtatu iſto. Gratia enim, ut in prima parte dictum fuit, eſt radix originalis iuſtitiæ, quæ olim cum ſuo fructu perdita, per baptiſmum reparatur ſm ſe, tantũ fructũ factura iuſtitiæ originalis poſt reſurrectionem. Et uere trã ſit reatu, quia non remanet in baptizatis priuatio originalis iuſtitiæ ſub ratione culpæ. non enim amplius eis imputatur ad culpam, nec reſeruatur punienda. Et ſic breuibus hic colligere poteris, quomodo originale peccatũ in baptizato actu remaneat, reatu uero tranſeat, & alia multa neceſſaria ꝙ declaratione eorũ, quæ ſanctus Doctor dicit in litera.

Cap.19. & 20. tom.3.

arti.1. & 3. huius quæ.

D.370.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ primæ Articuli quartum.*

IN artic.4. eiuſdẽ 81. quæſtionis in reſpontione ad ſecũdum, dubium occurrit: quia author in 2. ſent. & hic in art. 2. ad quartum, tenet animã infici ex carne, quæ eſt pars geniti, quam conſtat non eſſe principium actiuum in generatione: nunc uero dicit, quòd caro non inficit, niſi inquantum eſt principium actiuum in generatione: non enim ſtant hæc duo ſimul.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ carnis nomine, quatuor accipere poſſumus, ſemen ſcilicet ipſum: ſemen ſecundum uirtutẽ actiuam in ſpiritu ſpumoſo: caronem, quæ ſic parata prolis in ipſa uiolone ad animam: & carnem, ut perſeuerantem in prole. & retrogrado ordine procedendo, caro pericerans inficit animam mediante proprio ſenſu, dum concupiſcit adueſus ſpiritum. Caro uero in unione, ut ſtat ſub actione ſeminis, generando uentis, inficere dicitur poteſt, ut materia cui coaptatur forma in principio in conſtitutione naturæ. Magis tamen & ueriꝰ dicitur, quòd ſemen inficit, cui ꝓprie cõuenit actio naturæ: & eadem ratiõe, licet remote, paternum corpꝰ inquantum mediante ſemine actiue generat. Ex quibus patet, quòd ueriſſimum eſt, quòd caro non inficit ſolo quod dico, propter carnem ut perſeuerantem, utpote quanto eſt principium actiuum; quia ſi caro in unione inficit, hoc habet, ut ſtat ſub principio actiuo: & neuerthe tur etiam illud cõparatiuum, magis, primo articulo poſitum ad quartum. Magis namque inficit ſemen, quàm caro in unione, quia propter illud: & quam caro perſeuerans, quia non niſi diminute inficit, ut dictum eſt, concupiſcendo.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ primæ Articulum quintum.*

IN articulo quinto eiuſdem quæſtionis octuageſimæ primæ in reſpontione, aduerte author em reprehendere opinionem quam ſecutus fuerat in ſecundo ſententiarum diſtinctio. 30.

peccante, eius filij peccatum originale contrahent, etiamſi Adam non peccaſſet.

SED CONTRA eſt, quod Apoſtolus dicit Ro. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intranit. Magis autem fuiſſet dicendum, quòd per duos intraſſet, cum ambo peccauerint: uel potius per mulierem, quæ primo peccanit, ſi femina peccatum originale in prolem tranſmitteret. non ergo peccatum originale deriuatur in filios à matre, ſed à patre.

RESPON. Dicendum, quòd huius dubitationis ſolutio ex præmiſſis patet. Dictum eſt enim ſupra, ꝙ peccatum originale à primo parente traducitur, inquãtum ipſe mouet ad generationem natorum. vndeſ dictum eſt, quòd ſi materialiter tantum aliquis ex carne humana generaretur, originale peccatum non contraheret. Manifeſtum eſt autem ſecundum doctrinam philoſophorũ, quòd principium actiuum in generatione eſt à patre, materiam autem mater miniſtrat. unde peccatum originale non contrahitur à matre, ſed à patre: & ſecundum hoc, ſi Adam non peccante, Eua peccaſſet, filii originale peccatum non contraherent: econuerſo autem eſſet, ſi Adam peccaſſet, & Eua non.

In corp. 2. ar.

In arti.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ in patre præexiſtit filius ſicut in principio actiuo, ſed in matre ſicut in principio materiali, & paſſiuo: unde non eſt ſimilis rõ.

AD 2ᵐ dicendum, quòd quibuſdam uidetur, ꝙ Eua peccante, ſi Adam non peccaſſet, filij eſſent immunes à culpa: paterentur tamen neceſſitatem moriendi, & alias paſſibilitates prouenientes ex neceſſitate materiæ, quam mater miniſtrat, non ſub ratione pœnæ, ſed ſicut quoſdam naturales defectus. Sed hoc non uidetur conueniens. Immortalitas enim, & impaſſibilitas primi ſtatus non erat ex conditione materiæ, ut in primo * dictum eſt, ſed ex originali iuſtitia, per quam corpus ſubdebatur animæ, quandiu anima eſſet ſubiecta Deo: defectus autem originalis iuſtitiæ eſt peccatum originale. Si igitur Adam non peccante peccatum originale non tranſunderetur in poſteros propter peccatum Euæ, manifeſtum* eſt quòd in filiis nõ eſſet defectus originalis iuſtitiæ, unde non eſſet in eis paſſibilitas, uel neceſſitas moriendi.

2 dis. 31. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 2. 2. dis. 19. q. 1. ar. 2. q. 2. ad 2. Et 2. di. 30. q. 1. ar. 3. ad 2. Hic ver. q. 29. art. 1. ad 2. Et mal. q. 4. ar. 2. 1. ar. & 3. & 24.

AD 3ᵐ dicendum, quòd illa purgatio præueniens in beata Virgine, non requirebatur ad auferendum tranſfuſionem originalis peccati, ſed quia oportebat ut Mater Dei maxima puritate niteret. Nõ enim eſt aliquid digne receptaculum Dei niſi ſit mundum, ſm illud Pſal. 93. Domum tuã, Domine, decet ſanctitudo.

Lib. 2. cap. 3. tom. 4.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæ ſecundæ Articulum primum.*

IN titulo primi articuli quæſtionis 82. ſumitur habitus proprie, & nõ ſolum vt diſtinguitur contra actum, ut patet ex corpore, ubi diſtinguit de habitu proprie ſumpto, de quo ſuperius dictum fuit, & eſt quæſtio ſingularis. ¶ In corpore articuli dubiũ primo eſt, an inordinatio diſpoſitionis, quæ in littera dicitur, ſit inordinatio priuatiue, an contrarie. Si n.

Cap. 8.

QVAESTIO LXXXII.

De originali peccato quantum ad ſuã eſſentiam, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de peccato originali, quantum ad ſuã eſſentiã.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum originale peccatum ſit habitus.

¶ Secundo, Vtrum ſit vnum tantum in uno homine.

¶ Tertio, Vtrum ſit cõcupiſcẽtia.

¶ Quarto, Vtrum æqualiter ſit in omnibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum originale peccatũ ſit habitus.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd originale peccatum non ſit habitus. Originale enim peccatũ eſt carentia originalis iuſtitiæ, ut* Anſelmus dicit in libro de Conceptu uirginali, & ſic originale peccatum eſt quædam priuatio: ſed priuatio opponitur habitui. ergo originale peccatum non eſt habitus.

¶ 2 Præt. Actuale peccatum habet plus de ratione culpæ, quàm originale, inquantum habet plus de ratione uoluntarij: ſed habitus actualis peccati non habet rationẽ culpæ, alioquin ſequeretur, quòd homo dormiens, culpabiliter peccaret. ergo nullus habitus originalis habet rationem culpę.

¶ 3 Præt. In malis, actus ſemper præcedit habitũ. Nullus enim habitus malus eſt infuſus, ſed acquiſitus: ſed originale peccatum non precedit aliquis actus. ergo originale peccatum non eſt habitus.

SED CONTRA eſt, quod* Auguſtinus dicit in libro de Baptiſmo puerorum, quòd ſecundum peccatum originale paruuli ſuat concupiſcibiles, etſi non ſint actu concupiſcentes: ſed habilitas dicitur ſm aliquem habitum. ergo peccatum originale eſt habitus.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut* ſupra dictum eſt, duplex eſt habitus. Vnus quidem quo inclinatur potentia ad agendum: ſicut ſcientiæ, & uirtutes dicuntur habitus, & hoc modo peccatũ originale non eſt habitus. Alio modo dicitur habitus diſpoſitio alicuius naturæ ex multis compoſitæ, ſecundm quam bene ſe habet, uel male ad aliquid, & præcipue cum talis diſpoſitio fuerit quaſi in naturam uerſa, vt patet de ægritudine & ſanitate: & hoc modo peccatum originale eſt habitus. Eſt enim quędã inordinata diſpoſitio proueniens ex diſſolutione illius harmoniæ, in qua conſiſtebat ratio originalis iuſtitiæ: ſicut etiam ægritudo corporalis eſt quædam inordinata diſpoſitio corporis, ſm quã ſoluitur æqualitas, in qua cõſiſtit ratio ſanitatis. vnde peccatum originale languor naturæ dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ſicut ægritudo corporalis habet aliquid de priuatione in quantum tollitur æqualitas ſanitatis, & aliqd habet poſitiue, ſcilicet ipſos

1. d. 5. qõ. 1 arti. 1. ad 1. & di. 7 q. 1. ar. arti 1. ad 2.

priuatiue ſumitur inordinata diſpoſitio, ideſt, diſpoſitio priuata tali ordine, ſequitur quòd non ſit habitus, ſed priuatio peccatum originale, in tali inordinatione conſiſtens: ſi uero ſumitur contrarie, oportet affignare quid ſit illud poſitiuum fundans hanc contrarietatẽ.

¶ Dubium ſecũdo eſt, quomodo peccatum originale ſit uere habitus, loquendo de habitu in ordine ad naturam: quia nulla eſt in nobis ex peccato originali qualitas ſuperaddita ſiue in eſſentia, ſiue in potentiis animæ, ubi ponitur originale peccatũ. conſtat enim habitum eſſe ſpeciem qualitatis.

¶ Dubiũ tertio eſt, quomodo peccatũ originale eſt lãguor naturæ. Aut enim hoc dicitur de natura noſtra abſolute, aut donata iuſtitia originali. Non abſolute: quia natura priuata originali iuſtitia, nullam habet imbecillitatem, ſed eſt ſibi ipſi relicta quo ad animam, & quo ad corpus. & ſicut tendentia elementorum in propria nõ eſt languor naturæ abſolute: ita nec tendentia partium animæ in propria. Nec de donata iuſtitia originali: quia cum natura noſtra non diſſe at à ſeipſa donata iuſtitia originali, niſi priuatione illius uolũtate Adæ, non appareret in quo conſiſtat iſte languor.

habetur ex ſerm. 45. de tpe to. 10. Et ex lib. 6. contra Iulianum c. 7. tom. 7.

q. 50. art. 1.

¶ Dubiũ quarto eſt in reſpontione ad primum, quomodo peccatum originale eſt habitꝰ corruptꝰ. Nam habitus corruptus non eſt habitus, ſicut nec albedo corrupta eſt albedo. Si igitur peccatum originale eſt habitus corruptus, falſo dictum eſt in corpore, quòd eſt habitus. ly, enim corruptus, eſt conditio diminuens.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd inordinatio ſumit contrarie. Eſt. n. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis cõsiderare partes animæ dispositas dupliciter, scilicet cũ harmonia cõformi naturæ nostræ rationali, & sine illa. Et cum sunt sine tali harmonia, pronæ sunt ut ferantur ſm proprios impetus præter cõsonantiam ad harmoniam illam. hoc autem est partes animæ esse inordinatas contrarie: sicut humores corporis, cum sunt sine regimine uirtutis animæ, mouentur secũdum proprias inclinationes non solum extra harmoniam sanitatis, sed contra illam. Fundatur igitur inordinatio contrarie super pronitate ad ea, quæ sunt cõtra harmoniam. Concupiscibilis enim ex hoc ipso, quòd prona est ad delectabile ſm sensum, plusquam oportet secundũ rationem rectam, est contrarie disposita.

q. præ. ar. 1.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd author non putauit peccatum originale esse habitum, sed quandam habitualẽ pronitatem non positiue, sed per subtractionem retinentis, ut in secũdo sententiarũ, & in quæstione de Malo patet. Sed hæc responsio non notauit in authore hunc singularem articulum, cum responsione ad tertium. Ex hoc namque apparet, quòd author aliius contemplans naturam peccati originalis, nouam tradidit doctrinam, alterius non oblitus. Distinxit siquidem habitum, vel ad opus, uel ad naturam, & dixit duo Primum est, quòd peccatum originale non est habitus in ordine ad opus, nisi indirecte per remotionem prohibentis, & sic glosauit seipsum alibi. Alterum est, quòd peccatum originale est habitus in ordine ad naturam, sicut ægritudo. Et ad motum difficultatem, quia habitus significat quid positiuum distinctum contra priuationem, dixit in responsione ad primum, quòd pro positiuo hic sunt partes animæ inordinatæ contrarie. Quod dictum, secundum triplicem de habitu ad naturam opinionem tripliciter saluat habitum. Nam secundum tenentes habitum huiusmodi, puta sanitatem, vel pulchritudinem formaliter consistere in relatione, & materialiter in qualitatibus cõsonantibus, facile patet quo peccatum originale est qualitas. Sed hæc uia non est ſm uiã authoris expresse superius in quæstione 49. ponentis sanitatem esse essentialiter, & formaliter qualitatẽ, non relationem. Secundum dicentes uero habitum esse collectionem ordinatam partialium dispositionum, facile quoque patet peccatum originale esse qualitatem, ideſt, collectionem qualitatum inordinatarum. Sed hæc quoque uia superius confutata est: quia habitus non esset qualitatis species. collectio namque qualitatum non est qualitas. Secundum autem tenentes habitũ esse qualitatem existentem subiectiue in uno principali, nõ absolute, sed ut consonanti, uel dissonanti aliis, subtilius saluatur de peccato originali, quòd est qualitas, sicut & de sanitate, & ægritudine. Ita quòd sicut ægritudo est qualitas non composita, aut collecta ex pluribus qualitatibus dissonis in ordine ad naturam, sed consurgens talis dissonantia in principali parte: hic originale peccatum non est collectio, aut ordo inordinatarũ pronitatũ in partibus animæ, sed inordinata pronitas primę partis animæ non absolute, sed ut illa prima pars aliis in ordinatis cohæret, qualitatis quę est habitus rationem habet. Et hoc est idẽ dicere, ꝙ ut est in toto primo. æquialet. n. esse in parte ut cohæret aliis, & esse in toto: cohæret nãque pp totum. Vnde & in 5. Meth. habitus ponit dispositio nõ partiũ, sed habẽtis partes. Nõ ut aliqui interpretantur, quia ex dispositionibus partium resultat in toto qualitas, quæ est habitus, puta sanitas, uel pulchritudo: sed quia qualitas primæ partis in ordine ad alias, seu ut est habentis illas sic dispositas, est habitus. In cuius signum Aristo. in prima specie qualitatis posuit calorem, ut commensuratum naturæ in Prædicamentis: & inferius in hac eadem quæstione dicitur, quod peccatum originale est in pluribus partibus animæ, ut sunt partes unius totius. Et quòd est formaliter in

humores inordinate dispositos: ita etiam peccatum originale habet priuationem originalis iustitiæ, & cum hoc inordinatam dispositionẽ partiũ animæ. Vnde nõ est priuatio pura, sed est quidã habit⁹ corrupt⁹.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ actuale peccatum est inordinatio quædam actus: originale uero cum sit peccatum naturæ, est quædam inordinata dispositio ipsius naturæ, quæ habet rationem culpæ, inquantum deriuatur ex primo parente, vt⁹ dictum est. Huiusmodi autem dispositio naturæ inordinata habet rationem habitus: sed inordinata dispositio actus non habet rationem habitus. & propter hoc peccatum originale potest esse habitus, non autem peccatum actuale.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd obiectio illa procedit de habitu, quo potentia inclinatur in actum: talis autem habitus non est peccatum originale. Quamuis etiam ex peccato originali sequatur aliqua inclinatio in actum inordinatum, non directe, sed indirecte, scilicet per remotionem prohibentis, ideſt, originalis iustitiæ, quæ prohibebat inordinatos motus: sicut etiam ex ægritudine corporali indirecte sequitur inclinatio ad motus corporales inordinatos. nec debet dici, quòd peccatum originale sit habitus infusus, aut acquisitus per actũ nisi primi parentis: non autem huius personæ, sed per uitiatam originem innatus.

Articvlvs II.

Vtrum in uno homine sint multa originalia peccata.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ in uno homine sint multa originalia peccata. dicitur enim in Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea: sed peccatum in quo homo concipitur, est originale. ergo pluta peccata originalia sunt in vno homine.

¶ 2 Præt. Vnus & idem habitus nõ inclinat ad cõtraria. habitus enim inclinat per modum naturæ, quæ tendit in vnum: sed peccatum originale etiam in uno homine inclinat ad diuersa peccata, & cõtraria. ergo peccatum originale non est unus habitus, sed plures.

¶ 3 Præt. Peccatum originale inficit omnes animæ partes: sed diuersæ partes animę sunt diuersa subiecta peccati, ut ex præmissis patet. cum igitur unum peccatum non possit esse in diuersis subiectis, videtur quòd peccatum originale nõ sit unum, sed multa.

Sed contra est, quod dicitur Ioannis 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mũdi. quod singulariter dicitur, quia peccatum mundi, quod est peccatum originale, est unum, ut gloſ.⁹ ibidem exponit.

Respon. Dicendum, quòd in uno homine est unum peccatum originale, cuius ratio dupliciter accipi potest. Vno modo, ex parte causæ peccati originalis. ⁹ dictum est ſ. supra, quòd solum primum peccatum primi parentis in posteros traducitur: vnde peccatum originale in uno homine est unum numero, & in omnibus hominibus est unum proportione in respectu scilicet ad primum principium. Alio modo põt accipi ratio eius ex ipsa essentia originalis peccati. In omni enim inordinata dispositione unitas speciei cõsideratur ex parte causæ: unitas autem secundum numerũ ex parte subiecti, sicut patet in ægritudine corporali. sunt. n. diuersæ ægritudines specie quæ ex diuersis causis procedunt, puta, ex superabũdantia calidi, vel frigidi, uel ex læsione pulmonis, uel hepatis: una autẽ ægritudo ſm speciem in uno homine, non est nisi una numero. Causa autem huius corruptę dispositionis, quæ dicitur originale peccatum, est una tantum, scilicet priuatio originalis iustitiæ, per quam sublata est subiectio humanæ mentis ad Deum: & ideo peccatum originale est unum specie, & in uno homine non potest esse nisi vnum numero: in diuersis autem hominibus est unum specie, & proportione, diuersum autem numero.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ pluraliter dicitur in peccatis ſm illum morem diuinæ scripturæ, quo frequenter ponitur pluralis numerus pro singulari, sicut Matt. 2. Defuncti sunt, qui quærebant animã pueri: uel quia in peccato originali uirtualiter præexistunt omnia peccata actualia, sicut in quodam principio, unde est⁹ multiplex uirtute: uel quia in peccato primi parẽtis, quod per originem traducitur, fuerunt plures deformitates, scilicet superbiæ, inobedientiæ, gulæ, & alia huiusmodi: uel quia multæ partes animæ inficiuntur per peccatum originale.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ unus habitus non potest inclinare per se & directe, ideſt, per propriã formam ad contraria, sed indirecte, & per accidens. ſ. per remotionem prohibentis: sicut soluta harmonia corporis misti, elementa tendunt in loca contraria: & similiter soluta harmonia originalis iustitię diuersæ nię potentiæ in diuersa feruntur.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd peccatum originale inficit diuersas partes animæ ſm qđ sunt partes unius totius: sicut & iustitia originalis continebat omnes animæ partes in unum. & ideo est unum tantum peccatum originale, sicut etiam est una febris in uno homine, quãuis diuersæ partes corporis grauentur.

Articvlvs III.

Vtrum originale peccatum sit concupiscentia.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd peccatum originale non sit concupiscentia. Omne enim peccatum est contra naturam, ut dicit⁹ Damascenus in secundo libro: sed cõcupiscentia est secundum naturam. est enim proprius actus uirtutis concupiscibilis, quæ est potentia naturalis. ergo concupiscẽtia non est peccatum originale.

¶ 2 Præt. Per peccatum originale sunt in nobis passiones peccatorũ, priuationem originalis iustitiæ, in litera namque nihil videtur de hac exprimi. Materiale enim in peccato originali ponitur concupiscentia, quam in aliis utribus consistere ex eo patet, quòd litera reddens rationem quare dicatur concupiscentia, inquit. Inordinatio aliarum uirium animæ præcipue in hoc attenditur, quòd ad bonũ commutabile conuertuntur. & in quæstione de Malo quæst. quarta arti. secundo aperte ponitur malitia ex parte formalis in peccato originali: defectus autem aliarũ uiriũ materialiter: sed per formale in litera hac non concludit inordinatio uoluntaris, sed priuatio iustitiæ originalis, quam constat aliud esse ab inordinatione uoluntatis.

¶ Secundum dubium est, an formale in peccato originali sit priuatio iustitiæ originalis totius, an i hoc, puta, in voluntate. Litera enim in calce corporis articuli infert simpliciter, ꝙ priuatio iustitiæ originalis: i corpore illatũ, erat de priuatione iustitiæ originalis ꝑ quam uoluntas subdita erat Deo. & cõfirmatur hoc, quia aliter unus fuisset tantus labor de uoluntate, quòd est causa. & si sic est, quare intulit in fine absolute, quòd est priuatio originalis iustitiæ? D.1007.

¶ Ad euidentiam horum sciendũ est, quòd originalis iustitia dicit tria, scilicet donum supernaturale, subiectionem mentis ad Deum, rectum ordinem uoluntatis, & omnium potentiarum animæ ad bonum. Et per oppositum, priuatio iustitię originalis multipliciter potest sumi, ut priuat hoc, uel illo. Et licet author alibi dixerit, quòd utrumque defectus uoluntatis, scilicet subiectionis ad Deum, & dispositionis ad bonum obiectum, specificat actuale originalis peccati. In hoc tamen loco aut defectũ nullũ uoluntatis, aut solius subiectionis ad Deum ponit excludi sub formali originalis peccati. Si enim discur-

3. q 23. ar. 3 co. Et 2. dist. 30. q. 1. ar. 3 co. & ad 4. & 1 expoli. & dist. 31. q. 2. ar. 1. ad 3. & dist. 32. q. 1. ar. 1. ad 1. 3. & 4. Et mal. q 3. ar. 7. cor. fin. & q. 4. artt. 2. & 3. & 4. ad 2. & ar. 6. ad 16. Lib. 1. ca. 4. & 30.

dicet⁹ sūs literæ formaliter inspiciatur, apparebit quòd cum author debuisset inferre sic. ergo auersio uolūtatis à Deo est forma le in originali peccato, quia talis auersio est directe contraria subiectioni voluntatis ad Deum, quæ erat causa originalis iustitiæ, non intulit hoc, sed intulit sic. ergo priuatio iustitiæ originalis, per quam uoluntas subdebatur Deo, est formale in originali peccato, insistians per hoc, quòd non ipti⁹ subiectionis priuatio, quam significat auersio, sed sola doni faciētis illā subiectionē priuatio, formale in peccato originali est: & secundum hoc, nullū voluntatis defectū in formali originalis peccati claudit. Si tamen subiuncta verba quis consideraūit, scilicet, omnis autem alia inordinatio viriū animæ ad materiale spectat: cōiectura fiet, quòd intenderit, q̄ quædam inordinatio virium animæ spectat ad formale, & omnis alia spectat ad materiale. niū enim hoc intenderit, non dixisset, omnis alia, sed dixisset, omnis inordinatio uirium &c. Et secundū hoc, defectus subiectionis humanæ mentis p̄cipue secundum uoluntatem, ad formale originalis peccati spectat. Videtur mihi, quòd sicut cū loquimur de iustitia originali, nō de illo rātum dono loquimur, sed de ipsa subiectione mentis ad Deum, quæ per illam fit, dum dicitur, q̄ iustitia originalis cōstitit in subiectione mentis ad Deum, ab effectu donum illud declarantes: ita cum dicitur, Priuatio originalis iustitiæ, pōt intellipi cū priuatione primi effectus: & potest litera concordari distinguendo, quòd ad formale peccati originalis aliq̄d spectat primo, & aliquid secundario, & quòd formale primo est sola priuatio doni illius, & subdebat mentem, & præcipue uoluntatem Deo: secundario autem est etiam ipsa priuatio ipsius subiectionis, & quòd ꝓpter primum author in litera concludendo diuertit ab auersione uoluntatis ad priuationem iustitiæ. Et propter secūdum subiunxit, Omnis autem alia inordinatio &c. ex his autem facile soluūtur mota dubia. Et ad primum dicitur, quòd inordinatio uoluntatis est duplex, quædam opposita subiectioni ad Deum: quædam recte conuersioni ad obiectum. Prima significatur per auersionem: secunda per conuersionem. prima spectat secundario ad formale peccati originalis absolute: secunda autem spectat ad materiale secundum hanc literam dicentem, omnis alia inordinatio uirū animæ, & non dixit, omnis aliarū uirium inordinatio. Constat namque quòd pronitas voluntatis est alia inordinatio ab inordinatione auersionis, & est alicuius potentiæ animę ipsius, scilicet voluntatis. Cum hoc tamen stat, quòd pronitas hæc uoluntatis ad malum inter materialia peccati originalis, se habeat ut formale: quia id quod se tenet ex parte actiui, se habet ut formale, ut dicamus, quòd de formali, & materiali peccati originalis dupliciter loqui possumus. Primo absolute, & sic dicitur quòd formale est priuatio originalis iustitiæ: materiale est habitus cōcupiscentię constās, ut dictū est, ex inordinata dispositione uirium animæ. Secundo, ut est habit⁹, & sic formale in eo est inordinatio uoluntatis priuans originali iustitia. Et sic potest uerificari, quod alibi dicitur ab authore.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd cum totus processus literæ ad hoc tēdat, ut formale in peccato originali sumatur ex parte causæ, & causa ad mētem & voluntatem spectare præcipue dicatur, & ipsa mentis & uolūtatis auersio nō sit primo ipsum formale in peccato originali, sed priuatio doni facientis subiectionem: consequens est, ut sola priuatio iustitiæ originalis non in quacumque parte animæ, sed in suprema, quæ exprimitur per primum effectum. s. priuationem subiectionis uolūtatis ad Deum, sit formale in originali peccato. priuatio autem eiusdem iustitiæ in reliquis subsecuta, ad materiale spectat cum ipsis inordinationibus priuatiuis ea. Sicenim priuatio totius ut sic, ad formale spectaret, frustra ad priuationem causæ inuestigandam oporteret recurri dictum fuisset, & recursum esset in litera. unde in litera expresse concluditur ex causa originalis iustitiæ, quòd priuatio iustitiæ originalis in quo est formale: ly, ginalis, per quam uoluntas subdebatur Deo, est formale: enim, per quam uoluntas, restringitur applicando ad supremum animæ: & quoniam priuatio iustitiæ originalis in supremo animæ non est eius priuatio secundum quid, immo est priuatio principalis, & totius virtualiter, quoniam ex illa sequitur totius priuatio: ideo absolute uerum est, quòd priuatio originalis iustitiæ est formale in peccato originali, vt in calce corporis articuli concluditur.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ secundæ Articulum quartum.*

IN art. 4. eiusdem 82. quæstiōis dubium est, cur author, qui posuit peccatum originale esse habitum & concupiscentiam, & componi ex materiali, & formali, in corpore huius articuli sola duo distinguit in peccato originali, quorum vtrumque spectat ad formale, nullam de aliis faciens memoriam.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd in peccato originali sunt quædam communia peccato, & naturæ: & quædam propria ipsi peccat.

peccato. Communia sunt inordinationes virium animæ, qm̄ hæc, vt infra patebit, ex natura aliquo mō sunt, sicut mors & infirmitas corporalis. Propria vero sūt priuatio doni iustitiæ originalis, & rō culpę, ꝓpter quod vt ex propriis peccati originalis offenditur ipsum nō inesse inæqualiter, propterea tantum distinxit author in litera, in qua ostēditur intentum: & communia reseruata sunt responsionibus argumentorum, in quibus obiectiones soluuntur.

le cōcupiscentia inordinata, vt dictum est⁹: sed non omnes æqualiter sunt proni ad cōcupiscendum. ergo peccatum originale non est æqualiter in omnibus.

¶ 2 Præt. Peccatum originale est quædam inordinata dispositio animæ, sicut ægritudo est quædam inordinata dispositio corporis: sed ægritudo recipit magis & minus. ergo peccatum originale recipit magis & minus.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in lib. de nup. & cōcupiscentia, quòd libido trāsmittit originale peccatum in prolem: sed contingit esse maiorem libidinē vnius in actu generationis, quàm alterius. ergo peccatum originale potest esse maius i vno, quàm in alio.

SED CONTRA est, quia peccatum originale est peccatum naturæ, vt dictum est: sed natura æqualiter est in omnibus. ergo & peccatum originale.

RESPON. Dicendū, q̄ in originali peccato sunt duo, quorū vnū est defectus originalis iustitiæ: aliud aūt est relatio huius defectus ad peccatū primi parētis, a quo p vitiatā originē deducit. Quātum āt ad primū, peccatū originale nō recipit magis & min⁹, qa totum donū originalis iustitiæ est sublatū: priuationes aūt totaliter aliquid priuantes, vt mors & tenebræ, non recipiunt magis & minus, sicut * supra dictum est. Similiter etiam nec quantum ad fm̄: æqualiter. n. omnes relationem habent ad primum principium vi uæ originis, ex quo peccatum originale recipit rationem culpæ: relationes enim non recipiunt magis & minus. Vnde manifestum est, quòd peccatum originale non potest esse magis in vno, quàm in alio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd soluto vinculo originalis iustitiæ, sub quo quodam ordine omnes vires animæ continebant, vnaquæq; vis animæ tēdit in suū propriū motū, & tanto vehemētius, quāto fuerit fortior. Contingit aūt vires aliquas animæ esse fortiores in vno, q̄ in alio, propter diuersas corporis complexiones. Qđ ergo vnus homo sit pronior ad cōcupiscendum quàm alter, non est ratione peccati originalis, cum in omnibus æqualiter soluatur vinculum originalis iustitiæ, & æqualiter in omnibus partes inferiores animæ sibi relinquātur: sed accidit hoc ex diuersa dispositione potentiarū, sicut * dictū est.

AD 2^m dicendum, quòd ægritudo corporalis nō habet in omnibus æqualem causam, etiam si sit eiusdem speciei, puta, si sit febris ex cholera putrefacta, potest esse maior, vel minor putrefactio, & propinquior, vel remotior a principio vitæ: sed causa originalis peccati in oībus est æqualis, vnde non est simile.

AD 3^m dicendum, quòd libido, quæ transmittit peccatum originale in prolem, nō est libido actualis, quia dato quòd virtute diuina concederetur, quòd nullam inordinatam libidinem in actu generationis sentiret, adhuc transmitteret in prolem originale peccatum: sed libido illa est intelligenda habitualiter, secundum quod appetitus sensitiuus nō continetur sub ratione soluto vinculo originalis iustitiæ: & talis libido in omnibus est æqualis.

QVAESTIO LXXXIII.

De subiecto originalis peccati, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de subiecto originalis peccati.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum subiectum originalis peccati per prius sit caro⁹ vel anima.

¶ Secūdo, Vtrū si anima, per essentiam, aut per potentias suas.

¶ Tertio, Vtrū voluntas per prius sit subiectū peccati originalis, quàm aliæ potentiæ animæ.

¶ Quarto, Vtrum aliquæ potentiæ animæ sunt specialiter infectæ, scilicet generatiua, vis concupiscibilis, & sensus tactus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum originale peccatum sit magis in carne, quàm in anima.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur quòd peccatū originale magis sit in carne, quàm in anima. Repugnātia enim carnis ad mentem ex corruptione originalis peccati procedit: sed radix huius repugnantiæ in carne consistit. dicit enim Apostolus ad Ro. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. ergo originale peccatum in carne principaliter consistit.

¶ 2 Præt. Vnumquodq; potius est in causa, quàm in effectu, sicut calor magis est in igne calefaciēte, quàm in aqua calefacta: sed anima inficitur infectione originalis peccati per semen carnale. ergo peccatum originale magis est in carne, quàm in anima.

¶ 3 Præt. Peccatum originale ex primo parente contrahimus, prout in eo fuimus secundum rationem seminalem: sic autem non fuit ibi anima, sed sola caro. ergo originale peccatū non est in aīa, sed in carne.

¶ 4 Præt. Anima rationalis creata a Deo, corpori infunditur: si igitur anima per peccatum originale inficeretur, consequens esset, quòd ex sua creatione, vel infusione inquinaretur, & sic Deus esset causa peccati, qui est actor creationis, & infusionis.

¶ 5 Præt. Nullus sapiens liquorem pretiosum vasi infecto infunderet, ex quo sciret ipsum liquorem infici: sed anima rationalis est pretiosior omni liquore. si ergo anima ex corporis vnione infici posset infectione originalis culpæ, Deus qui ipsa sapientia est, nunquàm animam tali corpori infunderet, infundit aūt. non ergo inquinatur ex carne: sic igitur peccatum originale non est in anima, sed in carne.

SED CONTRA est, q̄ idem est subiectum virtutis, & vitij siue peccati, quod contrariatur virtuti: sed caro non potest esse subiectum virtutis, dicit enim Apostolus ad Roma. 7. Scio quòd non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. ergo caro non potest esse subiectum originalis peccati, sed solum anima.

RESPON. Dicendum, quòd aliquid potest esse

in

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ materiæ Articulū primū.*

IN arti. 1. q. 83. ad 1. aduerte, q̄ peccatum originale in Adam fuit & actuale, & originale formaliter: nā Adā peccauit actuali auersione uolūtatis a Deo, & priuata est natura sua in ipso dono iustitię originalis de bitæ sibi cum inordinatione virium &c. vnde minus correcte loqui videt, qui peccatum originale ab Adam negat, eo q̄ in eo non fuerit per originē. Modus enim quo fit peccatum originale, non est de essentia, sicut nec ipsum fieri: qa non consistit in fieri, sicut peccatum actuale, sed in esse, sicut habitus. Dicendum ergo est, quòd in Adam fuit peiori modo inductum & prius: quia per actū propriū, & in actu proprio.

2. dist. 18. q. 2. ar. 1. ad 3 & di. 30. q. 1. ar. 2. ad 4 & di. 31. q. 1 ar. 1 ad 2 & 4. & q. 2. ar. 1. per totū. Et veri. q. 25. art. 6. co. & q. 27. art. 6. ad 2. Et ma. q. 4. arti. 3. et 4. Et Rom. 5. l. 3.

in aliquo dupliciter. Vno modo sicut ī causa uel principali, uel instrumentali: alio modo sicut in subiecto. Peccatum ergo originale omnium hominum fuit quidem in ipso Adam, sicut in prima causa principali, fm illud Apost. Roma. 5. In quo omnes peccauerunt. In semine aūt corporali est peccatum originale sicut in causa instrumentali, eo quòd per uirtutem actiuam seminis traducitur peccatū originale in prolem simul cum natura humana: sed sicut in subiecto, peccatū originale nullo modo potest esse in carne, sed solum ī anima. Cuius ratio est, quia sicut* supra dictū est, Hoc modo ex uoluntate primi parentis peccatū originale traducitur in posteros per quādam generatiuā motionem, sicut a uoluntate alicuius hoīs deriuat peccatū actuale ad alias partes eius. In qua quidem deriuatione pōt attendi, q̄ quicquid prouenit ex motione uoluntatis peccati ad quamcumque partem hominis, quæ quocumque modo potest esse particeps peccati, uel p modum subiecti, uel per modū instrumenti, habet rationem culpæ: sicut ex uoluntate gulæ peruenit concupiscentia cibi ad cōcupiscibilem, & sumptio cibi ad manus, & os, quæ inquantum mouentur à uoluntate ad peccandū, sunt instrumēta peccati. Quod uero ulteri" deriuatur ad uim nutritiuā, & ad interiora mēbra, quæ non sunt nata moueri à uoluntate, non habet rōnem culpæ. Sic igitur cum aīa possit esse subiectū culpæ, eo autem de se nō habeat q̄ sit subiectum culpæ, quicquid peruenit de corruptione primi peccati ad animam, habet rōnem culpę: quod aūt peruenit ad carnē, non habet rationem culpę, sed pœnæ. sic igitur anima est subiectum peccati originalis, non autem caro.

q.81. art.2.

Lib.1.c.26. declinando ad fin.to.1.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ sicut" Aug. dicit in lib. Retract. Apost. loquitur ibi de homine iā redempto, qui liberatus est à culpa, sed subiacet pœnæ, rōne cuius peccatū dicitur habitare in carne: vnde ex hoc nō sequit̄ q̄ caro sit subiectū culpæ, sed solū pœnę,

Ad 2^m dicendum, quòd peccatū originale causat̄ ex semine, sicut ex causa instrumentali: non antē oportet, quòd aliquid sit principalius in causa instrumentali quàm in effectu, sed solum in causa principali. & hoc modo peccatum originale potiori modo fuit in Adam, in quo fuit fm rationem actualis peccati.

Ad 3^m dicendum, quòd anima huius hominis non fuit fm seminalem rationem in Adam peccante, sicut in principio effectiuo, sed sicut in principio dispositiuo, eo q̄ semē corporale, quod ex Adā traducitur, sua uirtute non efficit animā rationalē, sed ad eā disponit.

Ad 4^m dicendū, quòd infectio originalis peccati nullo modo causatur à Deo, sed ex solo peccato primi parentis per carnalem generationem. & ideo cū creatio importet respectum animæ ad solum Deum, non potest dici quòd anima ex sua creatione inquinetur. Sed infusio importat respectum & ad Deum infundētem, & ad carnem, cui infunditur anima. & ideo habito respectu ad Deum infundentem, non potest dici quòd anima per infusionem maculetur, sed solum habito respectu ad corpus, cui infunditur.

Ad 5^m dicendū, q̄ bonum cōe prefertur bono singulari. Vnde Deus fm suam sapientiam non prætermittit uniuersalem ordinem rerum, qui est ut tali cor pori talis anima infundatur, ut uitetur singularis infectio huius animæ, præsertim cum natura animæ hoc habeat, ut esse nō incipiat nisi in corpore, vt in primo habitum est'. Melius est autem ei sic esse secundum naturam, quàm nullo modo esse: præsertim cum possit per gratiam damnationem euadere.

p.p. q.118. artic.3.

F

Articvlvs ii.

Vtrum peccatū originale sit per prius in essentia animæ, quàm in potentijs.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd peccatum originale non sit per prius in essentia animę, quàm in potentiis. Anima enim nata est esse subiectum peccati quantū ad id quod potest à uoluntate moueri: sed anima non mouetur à uoluntate fm suam essentiam, sed solum secundum potentias. ergo peccatum originale non est in anima secundum suam essentiam, sed solum secundum potentias.

G

¶ 2 Præt. Peccatum originale opponitur originali iustitiæ: sed originalis iustitia erat in aliqua potentia animæ, quæ est subiectū virtutis. ergo & peccatū originale est magis in potentia aīæ. q̄ in eius essentia.

¶ 3 Præt. Sicut à carne peccatum originale deriuatur ad animam, ita ab essentia animæ deriuatur ad potentias: sed peccatū originale magis est in anima, quàm in carne. ergo etiam magis est in potētiis animæ, quàm in eius essentia.

H

¶ 4 Præt. Peccatum originale dicitur esse concupiscentia, ut dictum est": sed concupiscentia est in potē tijs aīæ. ergo & peccatū originale.

Sed contra est, quòd peccatum originale dicitur esse peccatum naturale, ut supra dictum est: *anima autem est forma, & natura corporis secundum essentiam suā, & non secundum potentias, ut in primo habitum est. * ergo anima est subiectum originalis peccati principaliter fm suam essentiam.

I

Respon. Dicendū, quòd illud aīæ est principaliter subiectū alicuius pcti, ad qđ primo pertinet causa motiua illius pcti: sicut si causa motiua ad peccādum sit delectatio sensus, q̄ pertinet ad uim concupiscibilem, sicut obiectum propriū eius, sequitur quòd uis concupiscibilis sit proprium subiectum illius peccati. Manifestum est autem, qđ peccatū originale causatur per originem: unde illud animę, quod primo attingitur ab origine hominis, est primum subiectum originalis peccati. Attingit autem origo animam ut terminum generationis, fm quod est forma corporis, quod quidem conuenit ei fm essentiam propriam, ut in primo habitū est. *unde anima fm essentiam est primum subiectū originalis peccati.

K

¶ *Super Quæstionis istius æstimatione Articulū secūdum.*

In articulo secundo 83. quæst. dubium occurrit circa principalem conclusionem, & duplici capite. primo ex Scoto in 32. dist. 2. ex eo q̄ essentia aīę, ut essentia, non est susceptiua culpæ: non igitur in ea est primo peccatum originale. secundo ex authore, quia conclusum est in arti. 3. q. præcedentis, quòd sola priuatio originalis iustitiæ, per q̄ uoluntas subiebatur Deo, est formale in pctō originali. Ex hoc nāq; sequitur: quòd peccatum originale formale aut est in sola uoluntate, aut est in ea principaliter, probatur sequela: quia iustitia originalis, qua uoluntas subiebatur Deo, erat aut in sola uoluntate, aut in ea principaliter. Et confirmatur, quia uoluntas est præcipuum in mēte subiecta Deo. Et præcipuum in mente nō subiecta Deo: propter quod ex parte eius sumpta est causa, & formalitas peccati originalis in q. præcedente. ergo in uoluntate est principaliter, & non in essentiam animę. Et hæc confirmatio est etiam directe obiectio contra responsionem ad secundū & tertium huius articuli, & ad secundum sequentis articuli. Si namque ex parte uoluntatis est causa originalis iustitiæ, & peccati, nō ergo primordialiter & principaliter est in essentia, nec ab essentia generationis & perfectionis eredita ad uoluntatē derivatur.

Infra q.90. art.2. ad 2. q.91. art.2. ad 2. q.92. art.2. ad 2. q.27. artic. 6. ad 2. & Mal. q.4. art.4.

¶ Ad primum horū negatur, quòd essentia animæ, ut essentia, ideſt ut distincta contra potētias, nō sit capax culpæ. Et declaratur hoc, quia anima fm essentiam cum sit rationalis, & primum principium, ac subiectum actuum motæ liū malorū, oportet esse

p.p. q.76. artic.1.

esse subiectum culpæ immediatū mediante. s. potētia: ita q̄ potentia est subiectum quo, & anima subiectū qđ, iuxta illud tertii de anima. De parte aūt animæ quæ intelligit, & sapit anima: & si aia esset absq; media potētia, principium culpæ actualis immediate esset capax culpæ actualis. Tota ergo ratio quare essentia animæ nō est subiectū actualis culpæ est, quia mediante potentia illam habet, & non incapacitas eius respectu culpę. Si igitur est aliqua culpa, ad quam non requiritur mediatio potentiæ per seipsam, subiectum illius esse potest: & quia culpa originalis est huiusmodi, quoniam per originem, & non per actum proprium habetur, relinquitur, quòd culpæ originalis, anima fm essentiam capax sit, ut in litera monstratur.

Dam. 2.

¶ Ad secundum dicitur, quòd uoluntas non est causa principalis originalis iustitiæ, aut peccati simpliciter, sed inter partes animę, ut patet ex ratione in litera reddita in allegato arti. quia scilicet, ipsa uoluntas est motiua omnium animæ partiū in finē. Obiectiones autem procedunt, ac si uoluntas esset prima causa simpliciter in anima. Priuatio quoque originalis iustitiæ, per quā uoluntas subdebatur Deo, quæ est formale in peccato originali, non sumitur pro priuatione iustitiæ originalis in uoluntate præcise, sed pro priuatione iustitiæ originalis in ipsa uoluntate, & præcedentibus naturaliter eam. Dictio nā quæ exclusiua non excludit à concomitantibus & præsuppositis, ut patet. unde & author nō dixit, quòd priuatio iustitiæ originalis in uoluntate, sed per quam uoluntas subdebatur Deo. Hæc enim claudit in se

Ad primvm ergo dicendū, quòd sicut motio voluntatis alicuius proprie pueuit ad potentias animæ, non autem ad animæ essentiam: ita motio uoluntatis primi generantis per viam generationis, peruenit primo ad animæ essentiam, vt dictum est.*

A

Ad 2^m dicendum, quòd etiam originalis iustitia pertinebat primordialiter ad essentiam animæ. Erat enim donum diuinitus datū humanæ naturæ, quam per prius respicit essentia animæ, quàm potentiæ. Potentiæ enim magis uidētur pertinere ad personam, inquātum sunt principia personalium actuum, unde sunt propria subiecta peccatorum actualium, quæ sunt peccata personalia.

B

Ad 3^m dicendum, quòd corpus comparatur ad animam sicut materia ad formam, quæ etsi sit posterior ordine gnationis, est tñ prior ordine perfectionis, & naturæ: essentia autem animæ comparatur ad potentias sicut subiecta ad" accidentia propria, quæ sunt posteriora subiecto & ordine generationis, & etiam perfectionis: unde non est similis ratio.

C

Ad 4^m dicendum, quòd concupiscentia se habet materialiter, & ex consequenti in peccato originali, ut supra dictum est.'

Articvlvs iii.

Vtrum peccatum originale per prius inficiat uoluntatem, quàm alias potentias.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd peccatum originale non per prius inficiat uoluntatem, quàm alias potētias. Omne enim peccatum principaliter pertinet ad potentiam, per cuius actum causatur: sed peccatū originale causatur per actum generatiuę potentiæ. ergo inter cæteras potētias animæ uidetur magis pertinere ad generatiuam potentiam.

D

¶ 2 Præt. Peccatum originale per semen carnale traducitur: sed aliæ uires animæ propinquiores sunt carni, quàm uoluntas, sicut pater de omnibus sensitiuis, quæ utuntur organo corporali. ergo in eis magis est peccatū originale, quàm in uoluntate.

E

¶ 3 Præt. Intellectus est prior uoluntate. non enim est uolūtas nisi de bono intellecto: si ergo peccatū originale inficit omnes potentias animæ, uidetur quòd per prius inficiat intellectū tanquàm priorem.

Sed contra est, quòd iustitia originalis per prius respicit volūtatem. est enim rectitudo uoluntatis, ut Ansel. dicit in lib.* de conceptu virginali. ergo peccatum originale, quod ei opponitur, per prius respicit uoluntatem.

Respon. Dicendum, quòd ī infectione peccati originalis, duo est considerare. Primo quidem inhærentiam eius ad subiectum: & fm hoc primo respicit essentiam animæ, ut dictū est.* Deinde oportet considerare inclinationem eius ad actum: & hoc modo respicit potentias animæ. Oportet ergo quod illam per prius respiciat, quæ primam inclinationem habet ad peccandum: hæc autem est uoluntas, ut ex supradictis patet": vnde peccatum originale per prius respicit uoluntatem.

Ad primvm ergo dicendū, quòd peccatum originale non causatur in homine per potentiam generatiuam prolis, sed per actū potentiæ generatiuæ parentis. unde non oportet, quòd ista potentia generatiua sit primum subiectum originalis peccati.

Ad 2^m dicendum, quòd peccatum originale habet duplicem processum, unum quidem à carne ad animam: alium uero ab essentia animæ ad potentias. Primus quidē processus est fm ordinem generationis: secundus autem fm ordinem perfectionis. Et ideo quāuis aliæ potentiæ, scilicet sensitiuæ, propinquiores sint carni, quia tamen uoluntas est propinquior essentię animę tāquàm superior potentia, primo peruenit ad ipsam in infectio originalis peccati.

Ad 3^m dicendum, quòd intellectus quodammodo præcedit uoluntatem, inquantum proponit ei suum obiectum: alio uero modo uoluntas præcedit intellectum fm ordinem motionis ad actum, quæ quidē motio pertinet ad peccatū.

Articvlvs iiii.

Vtrum præfatæ potentiæ sint magis infectæ quàm aliæ.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd prædictæ potentiæ nō sint magis infectæ, quàm aliæ. Infectio enim originalis peccati magis uidetur pertinere ad illam animę partem, quę prius potest esse subiectum peccati: hæc autem est rationalis pars, & præcipue uoluntas. ergo ipsa est magis infecta per peccatum originale.

¶ 2 Præt. Nulla uis animę inficitur per culpam, nisi in quantum potest obedire rationi: generatiua autem non potest obedire, ut dicitur in 1. Eth.' ergo generatiua non est maxime infecta per originale peccatum.

¶ 3 Præt

Ca.3.à me. illius.

Art. præce.

q.74.arr.2. & 3.

2.dis.24.q. 2.ar.5.ad 5 Et dist. 31. q.1.ar.2.Et 4.di.31.q.1 art.1.ad.1. Et ueri.qō. 25.ar.6.co. Et ma. q.4. ar.1.ad 12. & articu.5. ad 1. Li.1.c. vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circa prin lib. 1. Met.

A ¶ 3 Præt. Visus inter alios sensus est spiritualior, & propinquior rationi, inquantum plures differentias rerum ostendit, ut dicitur in primo Metaph. sed infectio culpę primo est in ratione. ergo visus magis est infectus, quàm tactus.

Li. 14. c. 16. 18. 19. & 20. tot. 3.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit in 14. de ciui. Dei. quòd infectio originalis culpæ maxime apparet in motu genitalium membrorum, qui rationi non subditur: sed illa membra deseruiunt generatiuę uirtuti in commistione sexuum, in qua est delectatio secundum tactum, quæ maxime concupiscentiam mouet. ergo infectio originalis peccati maxime pertinet ad ista tria, scilicet potentiam generatiuam, uim concupiscibilem, & sensum tactus.

RESPON. Dicendum, quòd illa corruptio præcipue infectio nominari solet, quæ nata est in aliud transferri: unde & morbi contagiosi, sicut lepra, & scabies, & huiusmodi, infectiones dicuntur. Corruptio autem originalis peccati traducitur per actum generationis, sicut supra dictum est*. unde potentiæ, quæ ad huiusmodi actum concurrunt, maxime dicuntur esse infectæ. Huiusmodi autem actus deseruit generatiuę, inquantum ad generationem ordinatur: habet autem in se delectationem tactus, quæ est maximũ obiectum concupiscibilis. & ideo cum omnes partes animę dicantur esse corruptę per peccatum originale, specialiter tres prædictæ dicũtur esse corruptæ, & infectę.

Q. 81. a. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatũ originale ex ea parte, qua inclinat in peccata actualia, præcipue pertinet ad uoluntatem, vt dictũ est: * sed ex ea parte, qua traducitur in prolẽ, pertinet propinque ad potentias ꝓdictas, ad uoluntatem autem remote.

q. 82. art. 2. ad 2. & ar. 3

AD 2^m dicendum, quòd infectio actualis culpæ nõ pertinet nisi ad potentias, quæ mouentur à uoluntate peccantis: sed infectio originalis culpæ non derivatur à uoluntate eius qui ipsam contrahit, sed per originem naturæ, cui deseruit potẽtia generatiua: & ideo in ea est infectio originalis peccati.

AD 3^m dicendum, quòd visus non pertinet ad actum generationis nisi secundum dispositionem remotam, prout scilicet per uisum apparet species concupiscibilis: sed delectatio perficitur in tactu. & ideo talis infectio magis attribuitur tactui, quàm uisui.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ quartæ Articulum primũ.*

QVAESTIO LXXXIIII.

De causa peccati, secũdum quod unum peccatum alterius peccati causa est, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa peccati, secundũ quod unum peccatum est causa alterius.

K

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum.

¶ Secũdo, Vtrũ superbia sit initium omnis peccati.

¶ Tertio, Vtrum prẽter superbiam & auaritiam, debẽt dici capitalia uitia, aliqua specialia peccata.

¶ Quarto, quot, & quæ sint capitalia uitia.

F ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur ꝙ cupiditas nõ sit radix oĩum peccatorum. Cupiditas enim, quæ est immoderatus appetitus diuitiarum, opponitur uirtuti liberalitatis: sed liberalitas nõ est radix omnium uirtutum. ergo cupiditas nõ est radix oĩum ꝓcõrũ.

G ¶ 2 Præt. Appetitus eorum quæ sunt ad finem, procedit ex appetitu finis: sed diuitiæ, quarum appetitus est cupiditas, non appetuntur nisi ut utilem aliquem finem, sicut dicitur in primo Ethi. ergo cupiditas non est radix omnis peccati, sed procedit ex alia priori radice.

¶ 3 Præt. Frequenter inuenitur, ꝙ auaritia, quę cupiditas nominatur, oritur ex aliis peccatis, puta, cum quis appetit pecuniam propter ambitionem, uel ut satisfaciat gulæ. non ergo est radix oĩum peccatorũ.

H SED CONTRA est, quod dicit Apostolus 1. ad Timoth. ult. Radix omnium malorum est cupiditas.

RESPON. dicendum, quòd secundum quosdam, cupiditas tripliciter dicitur. Vno modo, prout est appetitus inordinatus diuitiarum, & sic est speciale peccatum. Alio modo, secundum quod significat inordinatum appetitum cuiuscunque boni temporalis, & sic est genus omnis peccati: nam in omni peccato est inordinata conuersio ad commutabile bonum, ut dictũ est. * Tertio modo sumit, prout significat quandam inclinationẽ naturæ corruptæ ad bona corruptibilia inordinate appetenda: & sic dicunt cupiditatem esse radicẽ oĩum peccatorum ad similitudinem [d] radicis arboris, quæ ex terra trahit alimentum: sic enim ex amore rerum temporalium omne peccatũ procedit. Et hæc quidem quamuis uera sint, non tamen uidentur esse secundum intentionem Apostoli, qui dixit cupiditatem esse radicẽ omnium peccatorũ. Manifeste. n. ibi loquitur contra eos, qui cum uelint diuites fieri, incidunt in tentationes, & laqueum diaboli, eo quòd radix omnium malorum est cupiditas. Vnde manifestum est, quòd loquitur de cupiditate, fm quod est appetitus inordinatus diuitiarum. Ẽ secundum hoc dicendum est, quòd cupiditas secundum quod est speciale peccatum, dicitur * radix omniũ peccatorum ad similitudinem radicis arboris, quæ alimentum præstat toti arbori. Videmus enim quòd per diuitias homo acquirit facultatem perpetrandi quodcumque peccatum, & adhibendi desiderium cuiuscũque peccati, eo quòd ad habenda quæcũque temporalia bona, potest homo per pecuniam iuuari, secundum quod dicitur Eccles. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Et fm hoc patet, quòd cupiditas diuitiarum * est radix omnium peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non ab eodem oritur B uirtus & peccatum. Oritur enim peccatum ex appetitu commutabilis boni: & ideo appetitus illius boni, quod iuuat ad consequenda omnia temporalia bona, radix peccatorum dicitur. Virtus autem oritur ex appetitu incõmutabilis boni: & ideo charitas, quæ est amor Dei, ponitur radix uirtutum, secundum illud Eph. 3. In charitate radicati & fundati.

AD 2^m dicendum, ꝙ appetitus pecuniarum dicitur esse radix peccatorum, non quidem quia diuitiæ C propter se quęrantur tanquàm ultimus finis: sed quia multũ quæruntur, ut utiles ad omnem temporalem finem. Et quia vniuersale bonum est appetibilius, quàm aliquod particulare bonum: ideo magis mouet appetitum, quàm quædam bona singularia, quæ tamen multis aliis per pecuniam haberi possunt.

AD 3^m dicendum, quòd sicut in rebus naturalibus non [d] quæritur quid semper fiat, sed quid in pluribus accidit, eo quod natura corruptibilium rerum impediri potest, ut non semper eodem modo operetur: ita etiam in moralibus consideratur quod ut in pluribus est, non autem quod semper est, eo ꝙ uoluntas non ex necessitate operatur. Non igitur dicitur auaritia radix omnium malorum, quin interdum aliquod aliud malum sit radix eius: sed quia ex ipsa frequentius alia mala oriuntur, ratione prædicta. *

D

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ quartæ Articulũ secundũ.*

ARTICVLVS II.

Vtrũ superbia sit initiũ omnis peccati.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur quòd superbia non sit initium omnis peccati. Radix enim est quoddam principium arboris, & ita uidetur idem esse radix & initium peccati: sed E cupiditas est radix omnis peccati, ut dictum est. ergo ipsa etiam est initiũ oĩs peccati, nõ aũt superbia.

¶ 2 Præt. Eccle. 10. dicitur, Initiũ superbiæ hominis est apostatare à Deo: sed apostasia à Deo, est quoddam peccatum. ergo aliquod peccatũ est initiũ superbiæ. ergo & ipsa non est initium omnis peccati.

¶ 3 Præt. Illud uidetur esse initium omnis peccati, quod facit omnia peccata: sed hoc est inordinatus amor sui, qui facit ciuitatem Babylonis, ut Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei. * ergo amor sui est initiũ omnis peccati, non autem superbia.

SED CONTRA est, qd dicit Eccle. 10. Initiũ oĩs peccati superbia.

RESPON. Dicendũ, quòd quidam dicunt superbiam dici tripliciter. Vno modo, secundum quod superbia significat inordinatum appetitum propriæ excellentiæ, & sic est speciale peccatum. Alio modo, secundum quod importat quendã actualem contemptum Dei quantum ad hunc effectum, qui est non subdi eius præcepto: & sic dicunt quod est generale peccatum. Tertio modo, secundum quod importat quandam inclinationem ad huiusmodi contemptũ ex corruptione naturæ: & sic dicunt quòd est initium omnis peccati. Et differt à cupiditate: quia cupiditas respicit peccatum ex parte conuersionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum quodammodo nutritur & fouetur, & pp hoc cupiditas dicit radix: sed superbia respicit peccatũ ex parte auersionis à Deo, cuius præcepto homo subdi recusat: & ideo vocatur initium, quia ex parte auersionis incipit ratio mali. Et hæc quidem quàmuis uera sint, tamen non sunt secũdum intentionem Sapientis, qui dicit: Initium omnis peccati est superbia. Manifeste enim loquitur de superbia, secũdum quod est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, vt patet per hoc quod subdit: Sedes ducum superborum destruxit Deus. & de hac materia loquitur ibi fere in toto capitulo. Et ideo dicendũ est, quòd superbia etiam secundũ quod est speciale peccatum, est [d] initium omnis peccati. Considerandũ est enim quòd in actibus uoluntariis, cuiusmodi, sunt pcta, duplex ordo inuenitur, scilicet intentionis, & executionis. In primo quidẽ ordine habet rationem principij & finis, vt supramu ltoties dictum est. * Finis autem in omnibus bonis tẽporalibus acquirendis, est vt homo per illa quandam perfectionẽ singularem, & excellentiã habeat: & ideo ex hac parte superbia quæ est appetitus excellentiæ, ponitur initiũ omnis peccati. Sed ex parte executionis est primũ id, quod prę bet opportunitatẽ adimplẽdi omnia desideria peccati, quod habet rationem radicis, scilicet diuitiæ: & ideo ex hac parte auaritia ponitur esse radix omnium malorum, vt dictum est. * Et per hoc patet responsio ad pr^mum.

dist. 10. cõtra quæstionẽ arguit: quia nec appetitus turpium delectationũ in rebus bellicis ex superbia oritur. Probatur, quia ex superbia illa sola oritur ultio, quæ circa ꝓmouentia, uel impendentia propriã excellentiam sunt: neutrum horum est huiusmodi. ergo.

c. 28. & ulti. tom 5.

¶ Contra responsionem uero ad tertium arguit: quia inordinatus amor sui, & inordinatus amor propriæ excellentiæ, se habent ut magis commune, & minus cõmune, ut patet. & ille utpote communissimus, est initium omnis peccati: iste utpote particularis, non. unde sophisma consequentis est ab illo ad istum procedere, quod si ille est initiũ peccati omnis, quòd iste etiam sit initium peccati oĩs.

¶ Ad vtranque obiectionem ex eodẽ fundamento literæ, respondendum est, ex hoc scilicet, ꝙ superbia initium oĩs peccati dicitur fm ordinem intẽtionis ex parte, scilicet finis, quia obiectũ, suum est finis oĩum bonorum commutabiliũ, ad quæ alia uitia conuertuntur. Ex hoc nãque dicitur primo, quòd in temperantia, & timiditas oriuntur ex superbia: & quòd tã bonum delectabile, ad quod cõuertitur inteperatus, quàm bonũ uerationis ad quod conuertitur timidus, cum bonum quoddã fit, natum est apparere, ut conferens ad propriam excellentiam. Dicitur secũdo, quòd licet totũ & pars nõ sint idem, æquiualent tamen quo ad aliquid, totũ, & prima pars uirtualiter extensa ad reliquas, ut patet de toto corpore, & corde respectu motus: ac per hoc amor sui, ut totum, & amor ꝓpriæ excellentiæ, ut prima pars, quia est respectu finis exterorum, recte ponitur initium omnis peccati ex eadem parte, &

D. 533.

q. 1. ar. 1. ad 1. & ar. 3. ad 2. & q. 20. ar. 1. ad 2. & q. 57. art. 4. & q. 65. ar. 1

ar. præced.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, & unum inferre reliquum absque ullo sophismate. In litera tamē nec idē citas, nec conuertibilitas habetur, sed solum quod ad idem pertinet, quia secundum est pars primi: si tamen discretur, recte diceretur, ut ostensum est. Et hinc habere potes, q̄ in prima parte dictum est, quòd primum bonum concupitū, est propria excellentia, tanquàm cæterorum finis: ac per hoc primum peccatum est superbia, unde Euæ propositum primo fuit, Eritis sicut Dij. Et p̄ hæc patet solutio obiectorum omniū, quæ superius à me quā breuissime potui, tacta fuere. Quæ an sufficienter à me soluta fuerint, lectoris iudicio relinquatur, qui si recte omnia pensauerit, profecto uidebit me nihil, quod ad materiam attinet, necessariū induiscussum reliquisse. ideo amplius circa istam materiam non insistam.

Inf.ar.4.& locis ibi citatis.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ quartæ Articulum tertium, & quartum.*

Tex. 38. tom.2.

IN articulis tertio, & quarto eiusdem 84. quæst. nihil aliud occurrit scribēdum, nisi reddere te attentum, quòd aliud est loqui de sufficientia uitiorum absolute, & aliud de sufficientia uitiorum capitalium: hoc.n. hic quæritur, non illud. Et ut in responsione ad quintum in litera dicitur, non oportet hanc capitaliū sufficientiam sic intelligere, quin aliquod peccatum possit à nullo horum oriri, sed quia frequentius ex aliquo horum oritur.

AD 2^m ergo dicendum, q̄ apostatare à Deo dicitur esse initiū superbiæ ex parte auersionis. Ex hoc enim, quòd homo non uult subdi Deo, sequitur quòd inordinate uelit propriam excellentiam in rebus temporalibus: & sic apostasia à Deo non sumitur ibi quasi speciale peccatum, sed magis ut quædam conditio generalis omnis peccati, quæ est auersio ab incommutabili bono. Vel potest dici, quòd apostatare à Deo dicitur esse initium superbiæ, quia est prima superbiæ species. Ad superbiam enim pertinet cuique superiori nolle subiici, & præcipue nolle subdi Deo: ex quo contingit quod homo supra seipsum indebite extollatur quantum ad alias superbiæ species.

AD 3^m dicendum, quòd in hoc homo se amat, quòd sui excellentiam uult. Idem enim est se amare, quod sibi uelle bonum: unde ad idem pertinet, quòd ponatur initium omnis peccati superbia, uel amor proprius.

ARTICVLVS III.

Vtrum præter superbiam, & auaritiam, sint alia peccata specialia, quæ dici debeant capitalia.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur q̄ præter superbiam, & auaritiam, non sint quædam alia peccata specialia, quæ dicantur capitalia. Ita enim se uidetur habere caput ad animalia, sicut radix ad plantas, ut dicitur in secundo de Anima: * nam radices sunt ori similes. si igitur cupiditas dicitur radix omnium malorum, uidetur quòd ipsa sola debeat dici uitium capitale, & nullum aliud peccatum.

¶ 2 Præt. Caput habet quendam ordinem ad alia membra, inquantum à capite in omnia membra diffunditur quodammodo sensus, & motus: sed peccatum dicitur per priuationem ordinis. ergo peccatum non habet rationem capitis, & ita non debent poni aliqua capitalia peccata.

¶ 3 Præt. Capitalia crimina dicuntur, quæ capite plectuntur: sed tali pœna puniuntur quædam peccata in singulis generibus. ergo uitia capitalia non sunt aliqua determinata secundum speciem.

SED CONTRA est, quod Gregorius trigesimo primo Moral. * enumerat quædam specialia uitia, quæ dicit esse capitalia.

Cap.31.

RESPON. Dicendum, quòd capitale dicitur à capite. Caput autem proprie quidem est quoddam membrum animalis, quod est principium & directiuū totius animalis. Vnde metaphorice omne principium directiuum, caput uocatur: & etiā homines, qui alios dirigunt & gubernant, capita aliorum esse dicuntur. Dicitur ergo uitium capitale uno modo à capite proprie dicto, & secundum hoc peccatum capitale dicitur peccatum, quod capitis pœna punitur: sed sic nunc non intendimus de capitalibus peccatis, sed secundum quod alio modo dicitur peccatum capitale, prout metaphorice signat principium, uel directuum aliorum. Et sic dicitur uitium capitale, ex quo alia uitia oriuntur, & præcipue secundum originem causæ finalis, quæ est formalis origo, ut supra dictum est: & ideo uitium capitale non solum est principium aliorum, sed etiam est directiuum, & quodammodo ductiuum aliorum. Semper enim ars, uel habitus, ad quem pertinet finis, principatur, & imperat circa ea quæ sunt ad finem. Vnde Gregorius trigesimo primo Moralium * huiusmodi uitia capitalia ducibus exercituum comparat.

q.18.art.6. & q.72.art.6. ad 3.

Cap.31.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ capitale dicitur denominatiue à capite, quod quidem est per quandam deriuationem, uel participationem capitis: sicut habens aliquam proprietatem capitis, & non sicut simpliciter caput. Et ideo capitalia uitia dicuntur non solum illa, quæ habent rationem primæ originis, sicut auaritia, quæ dicitur radix, & superbia quæ dicitur initium: sed etiam illa, quæ habent rationem originis propinquæ respectu plurium peccatorum.

AD 2^m dicendum, quòd peccatum caret ordine ex parte auersionis: ex hac enim parte habet rationem mali. Malum autem secundum Augustinum in libro * de natura boni, est priuatio modi, speciei, & ordinis: sed ex parte conuersionis respicit quoddam bonum. & ideo ex hac parte dicitur habere ordinem.

Cap.4. circa princ. lib.

AD 3^m dicendum, quòd illa ratio procedit de capitali peccato, secundum quod dicitur à reatu pœnæ: sic autem hic non loquimur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter dicantur septem uitia capitalia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit dicendum, septem esse uitia capitalia, quæ sunt inanis gloria, inuidia, ira, auaritia, tristitia, gula, luxuria. Peccata enim uirtutibus opponuntur: uirtutes autem principales sunt quatuor, ut supra dictum est. * ergo & uitia principalia, siue capitalia non sunt nisi quatuor.

2.dist.42. q.2.art.4. & 5. malo. dist. 15. q.1. art.2.

¶ 2 Præt. Passiones animæ sunt quædam causæ peccati, ut supra dictum est: * sed passiones animæ principales sunt quatuor, de quarum duabus nulla fit mentio inter prædicta peccata, scilicet de spe, & timore. enumerantur autem aliqua uitia, ad quæ pertinet delectatio, & tristitia: nam delectatio pertinet ad gulā, & luxuriam: tristitia uero ad accidiam, & inuidiam. ergo inconuenienter enumerātur principalia peccata.

quæst. 77. art. 4.

¶ 3 Præt. Ira non est principalis passio. non ergo debuit poni inter principalia uitia.

¶ 4 Præt. Sicut cupiditas, siue auaritia est radix peccati, ita superbia est peccati initium, ut supra dictū est. * sed auaritia ponitur unum de septem uitiis capitalibus. ergo supbia inter uitia capitalia enumerāda esset.

Ant. 2. & 3. huius quæst.

¶ 5 Præt. Quædam peccata committuntur, quæ ex nullo horum causari possunt, sicut cum aliquis ex igno-

ex ignorantia, vel cum aliquis ex aliqua bona intentione committit aliquod peccatum, puta, cū aliquis furatur ut det eleemosynam. ergo insufficienter capitalia uitia enumerantur.

SED IN CONTRARIVM est authoritas Greg. sic enumerantis. 31. Moralium.*

Cap.

RESPON. dicendum, quòd sicut dictum est *, uitia capitalia dicuntur, ex quibus alia oriuntur, præcipue secundum rationem causæ finalis. Huiusmodi autem origo potest attendi dupliciter. Vno quidem modo secundum cōditionem peccantis, qui sic dispositus est, ut maxime afficiatur ad unum finem, ex quo ut plurimum in alia peccata procedat: sed iste modus originis sub arte cadere non potest, eo quòd infinitæ sunt particulares hominum dispositiones. Alio modo secundum naturalem habitudinem ipsorum finium adinuicem, & secundum hoc in pluribus unum uitium ex alio oritur: unde iste modus originis sub arte cadere potest. Secundum hoc ergo illa uitia capitalia dicuntur, quorum fines habent quasdam primarias rationes mouendi appetitum, & secundum harum rationum distinctionem distinguuntur capitalia uitia. Mouet autem aliquid appetitum dupliciter. Vno modo directe, & per se, & hoc modo bonum mouet appetitum ad prosequendum: malum autem secūdum eandem rationem ad fugiendum. Alio modo indirecte, & quasi per aliud, sicut aliquis aliquod malū prosequitur propter aliquod bonum adiunctum: uel aliquod bonum fugit propter aliquod malum adiunctum. Bonum autē hominis est triplex. Est enim primo quoddam bonum animę, quod scilicet ex sola apprehensione rationem appetibilitatis habet, sicut excellentia laudis uel honoris: & hoc bonum inordinate prosequitur inanis gloria. Aliud est bonum corporis, & hoc uel pertinet ad conseruationem indiuidui, sicut cibus & potus, & hoc bonum inordinate prosequitur gula: aut ad conseruationem speciei, sicut coitus, & ad hoc ordinatur luxuria. Tertiū bonum est exterius, scilicet diuitiæ, & ad hoc ordinatur auaritia. Et eadē quatuor uitia inordinata fugiunt quatuor mala contraria. Vel aliter, Bonum præcipue mouet appetitū ex hoc, quod participat aliquid de proprietate felicitatis, quam naturaliter omnes appetunt, de cuius ratione est primo quædam perfectio. Nam felicitas est perfectum bonū, ad quod pertinet excellentia uel claritas, quam appetit superbia, uel inanis gloria. Secundo de ratione eius est sufficientia, quam appetit auaritia in diuitiis eā promittentibus. Tertio, est de conditione eius delectatio, sine qua felicitas esse non potest, ut dicitur in .1. &. 10. Ethico. * & hanc appetunt gula & luxuria. Quòd autem aliquis bonum fugiat propter aliquod malum coniunctum, hoc contingit dupliciter: quia aut hoc est respectu boni proprii, & sic est accidia, quæ tristatur de bono spirituali propter laborem corporalē adiunctum: aut est de bono alieno, & hoc si sit sine insurrectione, pertinet ad inuidiam, quæ tristatur de bono alieno, inquantum est impeditiuum propriæ excellentiæ: aut est cum quadam insurrectione ad uindictam, & sic est ira. Et ad eadem uitia pertinet prosecutio mali oppositi.

A
B
C
D
E

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nō est eadē ratio originis in uirtutibus * & uitiis. Nā uirtutes causantur p̄ ordinē appetitus ad rationē, uel etiā ad bonū incōmunicabile, quod est Deus: uitia autē oriuntur ex appetitu boni cōmunicabilis. unde non oportet q̄ principalia * uitia opponantur principalibus uirtutibus.

AD 2^m dicendum, q̄ timor, & spes sunt passiones irascibilis: omnes autem passiones irascibilis oriūtur ex passionibus concupiscibilis, quę etiam omnes ordinantur quodammodo ad delectationem, & tristitiam. & ideo delectatio, & tristitia principaliter connumerantur in peccatis capitalibus tanquàm principalissimæ passiones, ut supra habitum est.* q.25.art.4.

AD 3^m dicendum, quòd iralicet non sit principalis passio, quia tamen habet specialem rationem appetitiui motus, prout aliquis impugnat bonum alterius sub ratione honesti, ideſt, iusti uindicatiui, ideo distinguitur ab aliis capitalibus uitiis.

AD 4^m dicendum, q̄ superbia dicitur esse initium omnis peccati fm rōnē finis, ut dictū est: * & fm eādē rōnem accipitur principalitas uitiorum capitalium. & ideo superbia non quasi uniuersale uitium connumeratur aliis, sed magis ponitur uelut regina quædam aliorum uitiorū, sicut Greg. * dicit. auaritia aūt dicitur radix fm aliam rationem, sicut supra dictum est*. 2.r.1. huius quæstionis. Li.31.Mor. cap.31. ar.1. huius quæstionis.

AD 5^m dicendum, quòd ista uitia dicitur capitalia, quia ex eis ut frequentius alia oriuntur: unde nihil prohibet aliqua peccata interdum ex aliis cautis oriri. Potest tamen dici, quòd omnia peccata quæ ex ignorantia prouenium, possunt reduci ad accidiam, ad quā pertinet negligentia, qua aliquis recusat bona spiritualia acquirere propter laborem. Ignorātia enim, quę potest esse causa peccati, ex negligentia prouenit, ut supra dictum est*. Quod autē aliquis cōmittat aliquod peccatum ex bona intentione, uidetur ad ignorantiā pertinere, inquantum scilicet ignorat, quòd non sunt tacienda mala, ut ueniant bona. q.76.art.2.

QVAESTIO LXXXV.

De effectibus peccati, in sex articulos diuisa.

¶ *Super quæstionis octuagesimæquintæ Articulum primū.*

DEINDE considerandum est de effectibus peccati. ¶ Et primo quidē de corruptiōe boni naturę. Secūdo de malitia aię. Tertio, de reatu pœnæ.

Circa primum, quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrū bonum naturæ diminuatur per peccatum.
¶ Secūdo, Vtrū totaliter tolli possit.
¶ Tertio, De quatuor uulneribus, q̄ Beda ponit, quibus natura humana uulnerata est pp peccatū.
¶ Quarto, Vtrū priuatio modi, speciei, & ordinis sint effectus pctī.
¶ Quinto, Vtrū mors, & alii defectus corporales, sint effect⁹ pctī.
¶ Sexto, Vtrum sint aliquomodo homini naturales.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrū peccatū diminuat bonū naturæ.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur q̄ peccatū non diminuat bonum naturæ. Peccatū enim hois non est grauius quàm peccatum dæmonis: sed bona naturalia in dæmonibus manent integra post peccatum, ut Dionysius dicit 4. de diuin. nomi. * ergo pec-

In primo articulo quæstio. 85. nota glosam authoritatis Dion. quòd naturalia manēt integra, in rōnione ad. 1. & intuere respōsionem ad tertium, declarata am in responsione ad quartum, ut radices philosophiæ perspicias, & altius cōtempleris, unde in anima generantur habitus. Et potes intelligere, quòd dicitur in responsione ad tertiū, quòd actio uoluntaria procedit ex diuersis potentiis: uel potentiis animæ, quia actio uoluntatis procedit ab intellectu, & uoluntate, & intellectus procedit ab intellectu agente, & possibili: uel potentias, quæcūque sint illę, puta obiecti actiuā, & subiecti passiuā. vtrobique enim sensus in calce responsionis ad quartū ponitur, dum dicitur, Sed m̄ q̄ obiectū agit in potentiā, & una potētia in aliā. 1.q.48.ar.4 Et 2.d.3.q.4.ar.1.ad 5 & di.30.q.1.ar.1.ad 2 Et 3.di.20. ar.1.q.1.ad 2. Et 3.contra c.12 Et mal. q 2.ar tic.11. Ca.4.par.4 parū à me.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum etiam bonum naturæ humanæ non diminuit.
¶ 2 Præt. Transmutato posteriori non transmutatur prius, manet enim substantia eadem transmutatis accidentibus: sed natura præsistit actioni voluntariæ. ergo facta deordinatione circa actionem voluntariam per peccatum, non transmutatur propter hoc natura, ita quòd bonum naturæ diminuatur.
¶ 3 Præt. Peccatum est actus quidam, diminutio autē est passio: nullum autem agens ex hoc ipso quòd agit, patitur. potest autem contingere, quòd in vnum agat, & ab alio patiatur. ergo ille qui peccat, per peccatum non diminuit bonum suæ naturæ.
¶ 4 Præt. Nullum accidens agit in suum subiectū, quia quod patitur, est potentia ens: quod autem subiicitur accidenti, iam est actu ens secundum accidens illud: sed peccatū est in bono naturæ, sicut accidens in subiecto. ergo peccatum non diminuit bonum naturæ: diminuere enim quoddam agere est.

SED CONTRA est, quòd sicut dicitur Luc. 10. Homo descendens a Hierusalem in Iericho, ideſt, in defectum peccati, expoliatur gratuitis, & vulneratur in naturalibus, ut Beda exponit. * ergo peccatum diminuit bonum naturæ.

Habetur in gl. ordi. supra illum locū, Luc. 10.

RESPON. Dicendum, quòd bonum naturæ humanæ potest tripliciter dici. Primo ipsa principia naturæ, ex quibus ipsa natura constituit, & proprietates ex his causatę, sicut potētiæ animæ, & alia huiusmodi. Secūdo, quia homo a natura habet inclinationē ad uirtutem, ut supra habitū est, ipsa inclinatio ad virtutē est quoddam bonum naturę. Tertio modo, potest dici bonum naturę donum originalis iustitiæ, quod fuit in primo homine collatum toti humanæ naturę. Primū igitur bonum naturę nec tollitur, nec diminuitur per peccatū. Tertium uero bonū naturæ totaliter est ablatum per peccatū primi parentis. Sed mediū bonū naturæ. i. ipsa naturalis inclinatio ad virtutē, diminuitur p peccatū. Per actus. n. humanos fit quædā inclinatio ad similes actus, ut supra habitum est. Oportet aūt qđ ex hoc, q̄ aliquid inclinatur ad unū contrariorū, diminuatur inclinatio eius ad aliud. unde cū peccatum sit contrarium uirtuti, ex hoc ipso q̄ homo peccat, diminuitur bonum naturæ, quod est inclinatio ad uirtutē.

q. 63 art. 1.

q. 51. art. 2. & 3.

ADPRIMVM ergo dicendum, q̄ Dion. loquitur de bono primo naturæ, quod est esse, uiuere, & intelligere, ut patet eius verba intuenti.

AD 2ᵐ dicendum, q̄ natura etsi sit prior q̄ uoluntaria actio, tū habet inclinationē ad quandam uoluntariam actionem. unde ipsa natura fm se non uariatur propter uariationem uoluntariæ actionis: sed ipsa inclinatio uariatur ex illa parte, quę ordinatur ad Deū.

AD 3ᵐ dicendum, quòd actio uoluntaria procedit ex diuersis potentiis, quarum una est actiua, & alia passiua: & ex hoc contingit, quòd per actiones uoluntarias causatur aliquid, uel aufertur ab homine sic agente, ut supra dictum est, * cum de generatione habituum ageretur.

q. 51. art. 2.

AD 4ᵐ dicendum, q̄ accidens non agit effectiue in subiectum: agit tamen formaliter in ipsum eo modo loquēdi, quo dicitur, q̄ albedo facit albū? & sic nihil prohibet, quòd peccatum diminuat bonū naturæ, eo tamen modo, quo est ipsa diminutio boni naturę, inquantum pertinet ad inordinationem actus. Sed quātum ad inordinationem agentis, oportet dicere, quòd talis inordinatio causatur per hoc, quòd in actibus animæ aliquid est actiuum, & aliquid passiuum: sicut sensibile mouet appetitum sensitiuum, & appetitus sensitiuus inclinat rationem, & uoluntatem, ut supra dictum est. * & ex hoc causatur inordinatio nō quidem ita, quòd accidens agat in proprium subiectum, sed secundum quod obiectum agit in potentiam, & una potentia agit in aliam, & deordinat ipsam.

q. 77. art. 1. & q. 9. art. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum totum bonum humanæ naturæ possit auferri per peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd totum bonum humanæ naturæ possit per peccatum auferri. Bonum enim naturæ humanę finitum est, cum & ipsa natura humana sit finita: sed quodlibet finitum totaliter consumitur, facta continua ablatione. cū ergo bonum naturę continue per peccatum diminui possit, uidetur quòd possit quandoque totaliter consumi.

¶ 2 Præt. Eorum quæ sunt unius naturæ, similis est ratio de toto, & de partibus, sicut patet in aere, & in aqua, & carne, & omnibus corporibus similium partium: sed bonum naturę est totaliter uniforme. cum igitur pars eius possit auferri per peccatum, totū etiam per peccatum auferri posse uidetur.

¶ 3 Præt. Bonum naturæ, quod per peccatum minuitur, est habilitas ad uirtutem: sed in quibūdam pp peccatū habilitas prædicta totaliter tollitur, ut patet in damnatis, qui reparari ad virtutem non possunt, sicut nec cæcus ad visum. ergo peccatum potest totaliter tollere bonum naturæ.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in Enchi. * quòd malum non est nisi in bono: sed malum culpæ nō potest esse in bono virtutis, uel gratiæ, quia est ei contrarium. ergo oportet quòd sit in bono naturæ. non ergo totaliter tollit ipsum.

¶ Quæ autem afferunt ad saluandum inuoluntarium, parum prosunt propter dub. Primo, quia ipsa priuatio ordinis in actione culpæ, non est primo & directe voluntaria, sed vt ex supradictis patet, sufficit ad hoc quòd malum culpæ sit, quòd in directe & secundario voluntaria sit: quia nemo operatur aspiciens ad malum. Vnde cum pœna & culpa distinguantur per voluntarium & inuoluntarium, & sic voluntarium in priuatione, vt malemus illam vitare talio actu, constituat in eo culpæ malum, consequens est vt aliter inuoluntarium concurrat ad rationem pœnæ. Secundo, quia inflæxio, siue passio huius inordinationis culpæ, aut ponitur effectus actionis inordinatæ, quæ est peccatum, aut non. Si ponitur effectus, aut formalis, & tunc idem est iudicium de culpa, & tali effectu: sicut idem est iudicium de cæcitate & esse cæcum, albedine & esse album. Si aliter, quāsi sicut passio est effectus actionis, tunc non esset dicendum, quòd ipsa essentia peccati est pœna, sed secundum suum effectum: & continetur hoc sub tertio membro posito in litera. Si non ponitur effectus, sed ponitur identice idem & respectu distincta, extra voluntarium non est, neque enim voluntarie tamū peccans agit, sed se in peccato ponit, & in peccato perseverat.

¶ Solutio autem quæ datur a Scoto ad rationem factam pro parte negatiua, quòd inordinatio ista est a Deo non inſligente, sed deserente, nihil omnino valet: quia ad rationem pœnæ exigitur. q̄ sit a Deo eo modo quo culpa nō est ab eo, s. vt in ipsum resoluitur tanquàm in primam causam positiue, vel negatiue, sicut cætera iusta: sed reduci in Deū vt deserentē, non est reduci in ipsum vt primam causam. ergo. Probatur minor, quia habere Deum vt causam deserentem, commune est culpæ & pœnæ. Est enim deus causa mali culpæ deserendo: & tamen simpliciter negatur, quòd sit illius causa, vt affirmatur simpliciter, quòd est causa pœnæ. Deus igitur vt deserens, non est a quo est pœna, sed plus oportet addere. Et confirmatur, quia inter defectionē culpæ, & pœnæ hoc interest, quòd Deus respectu culpæ vult defectionem, sed non culpæ respectu pœnæ vult defectionem & pœnam. Et propterea etiam deserendo, est simpliciter causa pœnæ per voluntatem suam: sed Deus non vult inordinationē iustitiæ, quę est essentialiter malū culpæ, quæ ponitur pœna. ergo deserendo non est causa huius pœnæ, sicut nec culpæ. Probatur minor: quia si Deus vellet inordinationem peccati esse in me, Deus veller in me esse peccatum, me habere peccatum, quod est impossibile. Quia igitur pars negatiua rationi inhæret, & authoritati: ideo cū dicitur, Iustisti Domine, & sic est, vt omnis inordinatus actus sibiipsi sit pœna, ex parte subſtantiæ actus, vel effectus, intelligitur, vt in litera dicitur. Et hoc modo glosari potest author in verbis illis in contrarium allatis, vt intelligamus pœnam admittam culpæ ex eo, quòd inordinatio est quodammodo inuoluntaria, non in ipsa inordinatione peccati, sed eius inseparabili effectu. Vel dicatur correcta esse verba illa hic, dum pluries author replicat, nullo modo peccatum posse esse pœnam peccati, neque enim frustra dicit & replicat ly, nullo modo, & ly, potest.

¶ In eodem secundo artic. in 1. modo, quo peccatum ponitur pœna præcedentis peccati, dubium occurrit in Scoto in tertio dist. 21. qui contra hoc arguit non tanquàm falsum, sed difficile & diuinitrendum: quia si peccatum ponitur pœna præcedētis peccati, propter subtractionem auxilii, sequitur quòd peccatū secundū, non est in potestate voluntatis, & voluntas non potest tunc non deficere. Probatur sequela: quia non est in potestate sua, nec paratum auxilium diuinum, quo egeo ad recte agendum absque defectu peccati. Secundo arguit quòd non simile est, quòd subtractio gratiæ ponatur pœna, & quòd subtractio diuini auxilii ad rectificandum actum secundum ponatur pœna, tum quia deus non dedit gratiam antecedentem sicut rectitudinem actus, tum quia carentia rectitudinis est semper nouum malum: carentia vero gratiæ est habituale malum. Et ex hoc sequitur, quòd ista rectitudo semper debet esse in potestate voluntatis: illa autem non semper, sed dum habebatur, alioquin vt dictum est, non posset non peccare in secundo peccato, quod ponitur pœna primi peccati.

¶ Ad hoc dicitur negando sequelam, scilicet quòd peccatum secundum non esset in potestate voluntatis. nam ad hoc sufficit, quòd sit in potestate voluntatis facere quod in se est, quod possit singulos actus peccati vitare, & quòd quantum in se est, possit ad gratiam rehabendam se præparare. Sed de his inferius quæstione. 109. erit sermo diffuse.

sus. Sicut namque iuste subtrahitur gratia habitualis, sic consequenter auxilium diuinum actuale spectans ad gratuita, quale est auxilium efficax ad non peccandum.

¶ Ad secundum dicitur, quòd quia Deus vult omnes homines saluos fieri antecedenter, vult etiam eis gratiam antecedenter, licut & rectitudiné actus. Et licet carentia gratiæ formaliter sit priuatio habitualis: virtualiter tñ est priuatio actualis ad talem ad rectitudiné actus, & multa mala nata vitanda. Et nihilominus in potestate peccatoris est resurgere a peccato ad gratiam, licut & recte operari, scilicet facere qđ in se est. vnde dissimilitudo inter gratiam habitualē & actualē admissa, nihil obstat.

¶ *Super Quæstionis octauæ septimæ Articulum quartum.*

OMisso tertio articulo, in corpore quarti, & responsione ad secundum, dubium occurrit de conclusione & rōne, vna scilicet, q̄ peccato non debetur pœna infinita intēsiue: quia conuersio peccati est cōmutabile bonū, & ex hac parte nō est cōtra deū. falsum enim est, q̄ peccatum ex parte conuersionis non sit contra Deum, quia ex parte conuersionis aliquod peccatum habet Deum pro obiecto, vt patet de odio Dei. Et ex hoc patet etiam, q̄ non vniuersaliter est verum, quòd conuersio in omni peccato sit ad commutabile bonum. Est enim in huiusmodi peccatis conuersio ad inommutabile bonum nolendum, negandum &c. ut proprium obiectum peccati. Et confirmatur, quia ipse author superius in quæstio. 72. expresse dixit, quòd diuisio peccati contra Deum, seipsum, & proximum, est diuisio penes obiecta, vnde peccata specificantur. Et sequitur etiam ex hoc, vt talibus peccatis debeatur infinita pœna intensiue.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia impossibile est aliquem habere simul plures vltimos fines, vt in principio iiii operis habuimus, & necesse est peccatum habere aliquem vltimum finem, oportet vt auersio a Deo vltimo fine, sit cum conuersione ad alium vltimum finem, qui cum non sit Deus, commutabile bonum vocatur. Et quoniam vltimus finis in omnibus tam prosequendo, q̄ fugiendo apperitur, & est primum appetitum formaliter, quāmuis consequenter, consequens est, vt in omni peccato sit conuersio ad commutabile bonum, quamuis diuersimode: quia in prosequendo bonum saluatur conuersio ad illud directe: in fugiendo vero malum saluatur conuersio ad illud indirecte, dum fugitur directe malum, quia contrariatur illi commutabili bono. Peccator namque nimis seipsum amans, ac per hoc seipsum constituens sibi vt finem vltimum, refutato Deo, amando desiderandoque inordinate aliquid, seipsum amat ac desiderat participatum in illo desiderato. Odiendo vero inordinate aliquid, non odit seipsū, sed odit illud, vt cōtrariū sibi amato: et sic ēt in odio conuertitur ad seipsum radicaliter & indirecte. Ex hoc autē sibi notum dubium, & dicendum, quòd peccatum esse contra Deum ex parte conuersionis, potest dupliciter intelligi, scilicet præcise, vel in ordine ad commutabile bonum, & quòd contra Deum præcise nullum peccatum est ex parte conuersionis, quoniam ex hac parte omne peccatum fundatur super commutabili bono primo appetito: sed multa peccata sunt contra Deum ex hac parte in ordine ad bonum commutabile, & sic odium Dei est cōtra Deum. Habetur namq; odio Deus non præcise, sed vt contrarius commutabili bono nimis amato a peccatore illum odio habente. Sed contra hoc instatur: quia licut charitas amat Deum in se pure, ita odiū Dei terminatur ad ipsum Deum in se pure, & non vt contrarium amato bono.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Deus in seipso secundū se, est quod terminat odium: & esse contrarium bono commutabili, est quo Deus est obiectum odii: quoniam Deus non est obiectum odii, nisi vt apparens malus peccanti. Odii. n. obiectum est malum, vel apparens malum: sicut amoris bonum, vel apparēs bonum. Nec per aliquid apparet illi Deus malus, nisi quia dissonenit bono commutabili a se amato. In ratione autem mali, quod est, vel apprehenditur malum ali cui, claudituir priuatio oppositi boni. Et propterea oportet, quòd cum Deus secundum se non habeat rationem mali nec simpliciter, nec alicuius, quia est omne bonum, si odit obiectum est, quòd apprehendatur vt indutus priuatione boni commutabilis nimis amati, & sub hac ratione ipse etiā seipso obiectum sit odii, vt quod odio habeatur. & hoc sufficit ad contrarietatem inter charitatem, & odium Dei: sunt. n. circa idem obiectum, quod, & non circa idem obiectum, quo, vt patet. & sic saluatur litera, quòd peccatum ex parte conuersionis ad obiectum, non est infinitum, quia est bonum commutabile. Deus enim licet vt obiectum, quod odii, sit infinitus: ipse tñ vt constat ex quod & quo, ideſt, sub ratione mali, non est infinitus, quia non est priuatiuum boni infiniti, sed commutabilis boni. Dic ergo, quòd licet Deus sit obiectum, quod alicuius peccati, nullius tamen peccati est obiectum, nisi sub ratione aliqua finita, quia non nisi dependente a commutabili bono nimis amato: & propterea nullum pctūm ex parte conuersionis est infinitū.

¶ In eodem quarto articulo in responsione ad primum aduerte, quòd licet peccatum ex parte sui, quia auersione aufert quātum ex se est, a Deo diuinitatem suam, qua sibi debetur quòd sit omnium finis vltimus, & conuersione confert diuinā proprietatem bono commutabili, reatum incurrat annihilationis, tanquàm reus læsæ maiestatis. Neque enim minus meretur quis priuari beneficio essendi a Deo, quàm ab homine. sed constat, ab homine iuste priuari aliquem ipso esse, & quantum ab homine fieri potest, annihilari dum occiditur, incineratur, dispergitur cinis &c. per accidens namque est ad iusticiam humanam, quòd remaneat materia & anima separata. ergo multo iustius potest priuari peccator ipso esse totaliter, quod non ab habente, sed ipso Deo gratioso beneficio suscepit, & conseruatur. Si tamen consideretur peccatum, vt stat sub statuto ordine a diuina iustitia, quæ perpetuam statuit pœnam, sic peccatum non incurrit reatum annihilationis: quia pœna annihilationis repugnat pœnæ perpetuitatis. Et secundum hanc distinctionem veritheare potes dicta hic, & alibi ab authore, & specialiter in 46. distin. 4. q. 2. artic. 2. quæstio. 1. ad quartum, vbi vult quòd de rigore iustitiæ etiā pro peccato originali meremur annihilari. Hoc enim ex nostro demerito intelligendo secundum conuenientiam diuinæ iustitiæ, quæ extra dignum sub materia punitiua est, dicimus non incurri reatum annihilationis.

¶ Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ septimæ Articulum quintum.*

IN artic.5. dubium occurrit ex Scoto in 21.dist.4.sent.volente, quòd pœna peccato veniali respondens in inferno finietur. Probatúrque hoc tripliciter. Primo, quia Deus punit citra condignũ. perpetuare autem temporalem pœnam, non est punire citra condignum.ergo. Secundo, quia & secundum rigore iustitię, iniquum est pœnam æternam iniustigere pro illo, cui secũdũ se debetur pœna temporalis. Nec per accidens, quia.s. iunctum est mortalithoc licet, quia coniunctio cũ altero nõ facit hic exire in infinitũ in uno genus culpæ. ergo nec iuste respondere pœnam in infinitum excedentem. Tertio, quia peccator post susceptã pœnitentiam in gratia a cõfessore, & impletam pro parte, si recidiuans in morrale decidit, pro recidiuo pœnæ illius temporalis, in inferno ẽ poraliter punietur. ergo & in veniali similiter.

¶ Ad euidentiã horum scito ex litera, quòd quia sola gratia est principium remissionis pœnæ, quia sola ponit hominem in statu capaci ex cõdigno remissionis, nõ solum culpæ sed pœnę, idcirco remissibilitas, & irremissibilitas tam culpæ, quàm pœnę positiue sumptæ attẽduntur pœnę, statum subiecti.s.esse i gratia vel non, & nõ attendunt ur vniuersaliter pœnes ipsi peccata: & non aduertere hoc multos decipit. Existens enim in gratia vt sic, habet in se vnde debeatur sibi quandoque remissio omnis culpæ & pœnæ, quia habet in se vnde debetur sibi vita æterna, quæ nõ cõpatitur culpam, aut pœnam: & sic statui gratiæ conuenit remissibilitas positiue. vendicat enim sibi illam: statui vero culpæ extra gratiam, conuenit irremissibilitas positiue: quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, ita quòd quia talis status sit per priuationẽ principii tot remissionis, charitatis.s. & gratiæ. iõ ex hoc ipso sibi vendicat irremissibilitatem qđ est habere irremissibilitatẽ positiue. Penes culpas aũt loquendo, nulla culpa est remissibilis positiue, quia nulla sibi vendicat remissionem: quia nulla ponit principiũ remissionis, q̃ est charitas, sed aliqua s. venialis, dicitur ẽm se remissibilis negatiue, idest, per nõ ablationem principii remissionis. Peccatum enim veniale secundum se, nõ priuat charitate. Ad irremissibilitatem autem culpa se habet sic, q̃ mortalis est irremissibilis positiue, quia contrariatur charitati: venialis autem per accidens, quia. s. est in subiecto existente in statu non capaci remissionis. Et quia temporalitas pœnę respõdet remissibilitati, æternitas vero irremissibilitati, vt in litera etiam dicitur: ideo oportet esse cautum, & distinguere de debito pœnæ temporalis & æternæ, vt soluantur obiecta.

¶ Ex his igitur respondetur argumentis. Et ad primum dicitur, quòd de peccato veniali dupliciter loqui contingit. s. secundum se, idest, solitarie sumpto, & sic ei debetur pœna temporalis negatiue, sicut & remissibile est negatiue, & vt sic negamus, quòd

Art 3. & in isto.

SED CONTRA est, quia secundum hoc omnium peccatorũ mortalium pœnæ essent æquales. non .n. est infinitum infinito maius.

RESPON. Dicendum, q̃ pœna proportionatur peccato. In peccato aũt duo sunt, quorum vnum est auersio ab incommutabili bono, quod est infinitũ: vnde ex hac parte pct̃m est infinitum. Aliud quod est in peccato, est inordinata conuersio ad cõmutabile bonum, & ex hac parte peccatum est finitum, tum quia ipsum bonum cõmutabile est finitum: tum ẽt quia ipsa cõuersio est finita. non.n. possunt esse actus creaturę infiniti. Ex parte igitur auersionis respondet peccato pœna damni, quæ etiã est infinita. est.n. amissio infiniti boni. s. Dei: ex parte autem inordinatæ conuersionis respondet ei pœna sensus, quæ etiam est finita.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ omnino redigi in nihilum eum qui peccat, non conuenit diuinæ iustitiæ, quia repugnat perpetuitati pœnæ, quæ est secundum diuinam iustitiam, vt dictum est. * sed in nihilum redigi dicitur, qui spiritualibus bonis priuatur: sed secundum illud 1. Corinth. 13. Si nõ habuero charitatem, nihil sum.

AD 2^m dicendum, q̃ ratio illa procedit de peccato ex parte auersionis. sic.n. hõ cõtra Deũ peccat.

AD 3^m dicendum, q̃ duratio pœnæ respondet durationi culpæ, nõ quidem ex parte actus, sed ex parte maculæ, qua durãte manet reatus pœnæ: sed acerbitas pœnæ respondet grauitati culpæ. Culpa autem, quæ est irreparabilis, de se habet quòd perpetuo duret, & ideo debetur ei pœna æterna: non autem ex parte conuersionis habet infinitatem, & ideo non debetur ei ex hac parte pœna infinita secundum quantitatem.

G

ARTICVLVS V.

Vtrum omne peccatum inducat reatum pœnæ æternæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ omne peccatum inducat reatum pœnæ æternæ. Pœna enim, vt dictũ est, * proportionatur culpæ: sed pœna æterna differt a temporali in infinitũ. nullum autem peccatum differre videtur ab altero in infinitũ, cum omne peccatũ sit humanus actus, qui infinitus esse non potest. cum ergo alicui peccato debeatur pœna æterna, sicut dictum est. * videtur quòd nulli peccato debeatur pœna temporalis tantum.

H

¶ 2 Præt. Peccatum originale est minimum peccatorum. vnde & Aug. dicit in Enchir. * quòd mitissima pœna est eorum, qui pro solo peccato originali puniuntur: sed pct̃o originali debetur pœna perpetua. nunquàm enim videbunt regnum Dei pueri, qui sine baptismo decesserunt cum originali peccato, vt patet per id quod Dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. ergo multo magis omnium aliorum peccatorum pœna erit æterna.

I

¶ 3 Præt. Peccato non debetur maior pœna ex hoc, quòd alteri peccato adiungitur, cum vtrunque peccatum suam habeat pœnam taxatã secundum diuinam iustitiam. sed peccato veniali debetur pœna æterna si cũ mortali peccato inueniatur in aliquo damnato, quia in inferno nulla potest esse remissio. ergo peccato veniali simpliciter debetur pœna æterna. nulli ergo peccato debetur pœna temporalis.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit in 4. dialogorum, * q̃ quædã leuiores culpæ post hanc vitam remittuntur. non ergo omnia peccata, æterna pœna puniuntur.

¶ Nec rursus accipias responsionẽ ibidem secundo loco data, nisi recitatiue. Ipse nanque ex propria mente determinat hic, quod in eodem quarto, dist. 15. q. 1. ar. 3. q. 2. docuerat.

Supra ar. 3. & locis ibi citatis.

*ar. primo.

Ar. 3. huius quæst.

Cap. 3. ante med. to. 5

K

tum putes docuisse authorem in 4. sent. dist. 21. q. 1. art. 1. ad quintum: quoniam ibi reprehenditur solã similitudo causæ æternitatis pœnæ in veniali, & in hoc reliquo. & bene dicitur. Vt enim dictum est, in veniali cã est duplex. s. perseuerantia culpæ, & status non satisfactorius, in hoc residuo causã est sol' status. Et ibi dissimilis tõ redditur quo ad primam causam: hic vero sola secunda causa, quæ communis est omnibus, ponitur.

¶ Nec rursus accipias responsionẽ ibidem secundo loco data, nisi recitatiue. Ipse nanque ex propria mente determinat hic, quod in eodem quarto, dist. 15. q. 1. ar. 3. q. 2. docuerat.

C

Cap. 3. ante med. to. 5

D

q. 86. art. 1

Coniungitur autem Deo homo per voluntatem. Vnde macula peccati ab homine tolli non potest, nisi voluntas hominis ordinem diuinæ iustitiæ acceptet, vt scilicet, vel ipse sibi pœnam spontaneus assumat in recompensationem culpæ præteritæ, vel etiam a Deo illatam patienter sustineat: vtroque enim modo pœna rationem satisfactionis habet. Pœna autem satisfactoria diminuit aliquid de ratione pœnæ: est enim de ratione pœnæ, quòd sit contra voluntatem. Pœna autem satisfactoria etsi secundum absolutam considerationem sit contra voluntatem, non tamen vt nunc, & per hoc est voluntaria. vnde simpliciter est voluntaria, secundum quid autem inuoluntaria: sicut patet ex his quæ supra de voluntario & inuoluntario dicta sunt. ' Dicendum est ergo, quòd remota macula culpæ, potest ' quidem remanere reatus non pœnæ simpliciter, sed satisfactoriæ.

E

q. 6. art. 6. D. 83 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut cessante actu peccati remanet macula, vt supra dictũ est, ' ita ẽt potest remanere reatus: cessante vero macula non remanet reatus secundum eandem rõnem, vt dictum est. *

q. 86. art. 2. In corp. ar.

AD 2^m dicendum, q̃ virtuoso non debetur pœna simpliciter, potest tñ sibi deberi pœna, vt satisfactoria: quia hoc ipsum ad virtutẽ pertinet, vt satisfaciat pro his, in quibus offendit vel Deum, vel hominem.

AD 3^m dicendum, q̃ remota macula sanatum est vulnus peccati quantum ad voluntatem. Requiritur autem

A gis præmium. ergo remoto peccato, non remanet reatus pœnæ.

¶ 3 Præt. Pœnæ sunt medicinæ, vt dicitur in 2. Ethic. * sed postquàm aliquis iam est ab infirmitate curatus, non adhibetur sibi medicina. ergo remoto peccato, non remanet debitum pœnæ.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Reg. 12. quòd Dauid dixit ad Nathan: Peccaui domino. dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoq; transtulit pct̃m tuum, B non morieris. Veruntamen quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filius qui natus est tibi, morte morietur. Punitur ergo aliquis a Deo, etiam postquàm ei peccatum dimittitur, & sic reatus pœnæ remanet peccato remoto.

RESPON. Dicendum, quòd in peccato duo possunt considerari. s. actus culpæ, & macula sequens. Planum est autem, quòd cessante actu peccati, remanet reatus in omnibus peccatis actualibus. Actus .n. peccati facit hominem reum pœnæ, inquantum trãsgreditur ordinem diuinæ iustitiæ, ad quem non redit nisi per quandam recompensationem pœnæ, quæ ad æqualitatem iustitiæ reducit, vt. s. qui plus voluntati suæ indulsit, q̃ debuit, contra mandatum Dei agens, secundum ordinem diuinæ iustitiæ aliquid contra illud quod vellet, spontaneus, vel inuitus patiatur: qđ etiam in iniurijs hominibus factis obseruatur, vt per recompensationem pœnæ reintegretur æqualitas iustitiæ. vnde patet, quòd cessante actu peccati, vel iniuriæ illatæ, adhuc remanet debitum pœnæ. Sed si loquamur de ablatione peccati, quantum ad maculam, sic manifestum est, quòd macula peccati ab anima auferri non potest, nisi per hoc quòd anima Deo cõiungitur, per cuius distantiam detrimentum proprij nitoris incurrebat, quod ẽ macula, vt supra dictũ est. *

C

Coniungitur autem Deo homo per voluntatem. Vnde macula peccati ab homine tolli non potest, nisi voluntas hominis ordinem diuinæ iustitiæ acceptet, vt scilicet, vel ipse sibi pœnam spontaneus assumat in recompensationem culpæ præteritæ, vel etiam a Deo illatam patienter sustineat: vtroque enim modo pœna rationem satisfactionis habet. Pœna autem satisfactoria diminuit aliquid de ratione pœnæ: est enim de ratione pœnæ, quòd sit contra voluntatem. Pœna autem satisfactoria etsi secundum absolutam considerationem sit contra voluntatem, non tamen vt nunc, & per hoc est voluntaria. vnde simpliciter est voluntaria, secundum quid autem inuoluntaria: sicut patet ex his quæ supra de voluntario & inuoluntario dicta sunt. ' Dicendum est ergo, quòd remota macula culpæ, potest ' quidem remanere reatus non pœnæ simpliciter, sed satisfactoriæ.

E

Cap. 3. ante med. to. 5

q. 6. art. 6. D. 83 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut cessante actu peccati remanet macula, vt supra dictũ est, ' ita ẽt potest remanere reatus: cessante vero macula non remanet reatus secundum eandem rõnem, vt dictum est. *

q. 86. art. 2. In corp. ar.

AD 2^m dicendum, q̃ virtuoso non debetur pœna simpliciter, potest tñ sibi deberi pœna, vt satisfactoria: quia hoc ipsum ad virtutẽ pertinet, vt satisfaciat pro his, in quibus offendit vel Deum, vel hominem.

AD 3^m dicendum, q̃ remota macula sanatum est vulnus peccati quantum ad voluntatem. Requiritur autem

ARTICVLVS VI.

Vtrum reatus pœnæ remaneat post peccatum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd reatus pœnæ non remaneat post peccatum. Remota enim causa remouetur effectus: sed peccatum est causa reatus pœnæ. ergo remoto peccato, cessat reatus pœnæ.

¶ 2 Præt. Pct̃m remouetur per hoc, q̃ homo ad virtutem redit: sed virtuoso non debetur pœna, sed macula

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ septimæ Artic. sextum.*

IN art. 6. eiusdem q. 87. hoc solũ notandum occurrit, q̃ quia deleta macula non remanet reatus pœnæ simpliciter satisfactoriæ, ex hoc ipso manifeste liquet, q̃ post consecutionẽ veniæ remanet ille, qui peccauit, reus pœnæ satisfactoriæ, ac per hoc si in statu satisfactorio nõ soluit eam, nũquam soluet eam. Et propterea si ante satisfactionem recidiuat, non satisfacit extra satisfactorium statum positus, & sic nec in inferno, vbi non satisfacere, sed satis pati ponitur, a quibusdã creditur, nõ satisfacit, sed æternaliter punitur, & in hac vita durante statu peccati mortalis, non satisfacit ex defectu status.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem adhuc pœna ad sanationem aliarum vitiũ animæ, quæ per pcm̃ præcedens deordinatæ fuerunt, vt .s. per contraria curentur. Requiritur etiam ad restituendum æqualitatem iustitiæ, & ad amonendũ scandalum aliorum, vt ædificentur in pœna, qui sunt scandalizati culpa, vt patet ex exẽplo de Dauid inducto.†

In arg. Sed contra.

Articvlvs vii.

Vtrum omnis pœna sit propter aliquam culpam.

3.p.q.68.a.1. ad 3. Et 2. dis.30.q.1. ar.2. & dis. 36.ar.4. Et 4.di.15.q.1 ar.4.q.2.ad 3. Et 3.contra ca. 141. Et mal.q.1 art.4. cor.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur quòd non omnis pœna sit propter aliquam culpam. Dicitur enim Ioan.9. de cæco nato: Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt nasceretur cæcus. Et similiter videmus, quòd multi pueri etiam baptizati graues pœnas patiuntur, vt puta febres, dæmonum oppressiones, & multa huiusmodi, cum tamen in eis non sit peccatum, postquàm sunt baptizati: & antequam sint baptizati, non est in eis plus de peccato, quam in alijs pueris, qui hæc non patiuntur. non ergo omnis pœna pro peccato est.

¶ 2 Præt. Eiusdem rationis esse videtur, q̃ peccatores prosperentur, & quòd aliqui innocentes puniantur: vtrunq; autem in rebus humanis frequenter inuenimus. Dicitur enim de iniquis in psal.72. In labore hominum nõ sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et Iob 21. Impij viuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs. Et Abacuc 1. dicitur. Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? non ergo omnis pœna infligitur pro culpa.

¶ 3 Præt. De Christo dicitur 1. Pet. 2. quòd peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: & tamẽ ibidem dicitur, quòd passus est pro nobis. ergo non semper pœna a Deo dispensatur pro culpa.

Sed contra est, qd dicitur Iob 4. Quis vnquàm innocens perijt, aut qñ recti deleti sunt? quin potius vidi eos qui operantur iniquitatẽ, flante Deo, perijsse. Et Aug.* dicit in 1. Retractationum, quòd omnis pœna iusta est, & pro peccato aliquo impenditur.

Ca.9. decli nãdo ad fi. tom. 1. Ar.præced.

Respon. Dicendum, q̃ sicut iam dictum est, *Pœna potest dupliciter cõsiderari, simpliciter, & inquantum satisfactoria. Pœna quidem satisfactoria est quodammodo voluntaria: & quia contingit eos, qui differunt in reatu pœnæ, esse vnum secundum voluntatem vnione amoris, inde est qd interdum aliquis qui non peccauit, pœnam voluntarius pro alio portat: sicut etiam in rebus humanis videmus, qd aliquis in se trãsfert alterius debitum. Si vero loquamur de pœna simpliciter, secundum quod habet rationem pœnæ, sic semper habet ordinem ad culpam propriam: sed qñq; quidem ad culpã actualem, puta, qñ aliquis vel a Deo, vel ab homine pro peccato commisso punitur: quandoq; vero ad culpam originalem, & hoc quidem vel principaliter, vel consequenter. Principaliter quidem pœna originalis peccati est, quòd natura humana sibi relinquitur destituta auxilio originalis iustitiæ: sed ad hoc consequuntur omnes pœnalitates, quæ ex defectu naturæ hominibus contingunt.

Sciendum tñ est, quòd qñq; aliquid videtur esse pœnale, quod tñ non habet simpliciter rationem pœnæ. Pœna.n. est species mali, ut in 1. dictum est: * malum autem est priuatio boni. Cum autem sint plura hominis bona. s. animæ, corporis, & exteriorũ rerum, contingit interdum quòd homo patiatur detrimentum in minori bono, ut augeatur in maiori: sicut cum patitur detrimentum pecuniæ pp sanitatem corporis, vel in vtroq; horum pp salutem animæ, & pp gloriã Dei, & tunc tale detrimentum non est simpliciter malum hominis, sed secundum quid: vnde non habet simpliciter rationem pœnæ, sed medicinæ. Nam & medici austeras potiones propinant infirmis, ut conferant sanitatem. Et quia huiusmodi non proprie habent rationem pœnæ, non reducuntur ad culpã sicut ad causam, nisi pro tanto: quia hoc ipsum quòd oportet humanæ naturæ medicinas pœnales exhibere, est ex corruptione naturæ, q̃ est pœna originalis peccati. In statu enim innocentiæ non oportuisset aliquem ad profectum uirtutis inducere per pœnalia exercitia. unde hoc ipsum quod est pœnale in talibus, reducitur ad originalem culpam, sicut ad causam.

p.p.q.48. art.5.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ hmõi defectus eorũ qui nascuntur, uel etiã puerorum, sunt effectus & pœnæ originalis peccati, ut dictum est, * & manent etiam post baptismum propter causam superius dictam: & quòd non sint æqualiter in omnibus, contingit propter naturę diuersitatem, quę sibi relinquitur, ut supra dictum est. * Ordinantur tamen huiusmodi defectus secundum diuinam prouidentiam ad salutẽ hominum uel eorum qui patiuntur, uel aliorum qui pœnis admonentur, & etiam ad gloriam Dei.

In corp. ar. & q.85.a. 5.

q.82.ar.4. ad 1.

Ad 2m dicendum, q̃ bona tẽporalia, & corporalia sunt quidẽ aliqua bona hominis, sed parua: bona uero spũalia sunt magna hominis bona. Pertinet igitur ad diuinã iustitiã, ut uirtuosis det spiritualia bona: & de tẽporalibus bonis, uel malis tm̃ det eis, quantum sufficit ad uirtutem. Vt.n. Dio. dicit 8.c. de diui. no.* Diuinæ iustitiæ est nõ emolire optimorum fortitudinẽ, materialiũ donationib⁹. Alijs uero hoc ipsum, qd tpalia dant, in malũ spũalium cedit. unde in ps.72. cõcluditur. Ideo tenuit eos superbia.

Ca.8. litte. medium, & 9.

Ad 3m dicendum, q̃ Christus pœnã sustinuit satisfactoriam, nõ pro suis, sed pro nostris peccatis.

Articvlvs viii.

Vtrum aliquis puniatur pro peccato alterius.

Ad octavvm sic procedi-

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ septimæ Articulum octauũ.*

tur. Videtur q̃ aliquis puniatur pro peccato alterius. Dicitur enim Exod.20. Ego sum Deus zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartã generationem his, qui oderunt me. & Matt.23. dicitur: Vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.

¶ 2 Præt. Iustitia humana derivatur a iustitia diuina: sed secũdum iustitiam humanam aliq̃n filij puniuntur pro parentibus, sicut pater in crimine læsæ maiestatis. ergo ẽt secundum diuinam iustitiã unus punitur pp peccato alterius.

¶ 3 Præt. Si dicatur filius non punirí pro peccato patris, sed pro peccato proprio, inquantum imitatur malitiam paternam, non magis hoc diceret de filijs, quàm de extraneis, qui simili pœna puniuntur his, quorum peccata imitantur. non ergo uidetur, quòd

In arte 8. omisso 7. dubium occurrit de pœna spirituali. In litera enim dicitur, quòd ideo non sunt tantum medicinales, quia bonum animæ non ordinatur in aliud bonum maius. Falsũ in primis hoc est: quia bonum animę ordinatur in bonum diuinum, quod est longe melius⁹. Inefficax deinde est: quia inter ipsa bona animæ vnum ordinatur ad aliud bonũ melius: & expedit quandoq; alicui priuari aliquo bono spirituali, puta confessione peccatorum, ut humiliusque resurgat, vt Petro neganti Christum accidit. Greg. quoque in 3. Dialogorum, sanctos uitos defecisse quandoque in aliqua uirtute docet, ob custodiam humilitatis. Rõ igitur & cõclusio nõ uera ut.

2.2.q.108. ar.4.ad 1. 2.di.5.q.1. ar.2.q.1.ad 2. di.33.q.1. ar.1.q.1.ad 2. 45.q.1.ar.2. q.3.ar.2.q.2. ad 3. 2.di.5. mal.q.4.ar. 1.ad 10. & ar.8.ad 6. 7.8.9.q.2. 15. & 9. ar.4.con. quòd.12.ad 24.ad 1. Et pl.18.& 82. Isa.14. & Ier.10.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ bonũ spũale in hoc differt a temporali, quòd hoc non est secundum se bonũ animæ, sed in ordine ad aliud. Bonum autem spirituale est secundum se bonum animæ, per se loquendo: & propterea sicut se habent ad hoc quòd sint bona, ita ad hoc q̃ priuationes eorũ sint malа. Temporalia igitur, quia in ordine ad aliud, sunt bona, in ordine quoque ad aliud priuationes eorum malitiam, vel bonitatem sortiuntur, & pœnæ esse possunt, propter quod contingit esse pure medicinales. Spiritualia vero, q̃a secũdum se sunt bona animæ, secũdum se quoque priuationes eorum sunt malа, ac per hoc nunquàm sunt pure medicinæ: sed quando sunt medicinales, sunt pœnæ & medicinæ respectu eiusdẽ. Et hoc intendit Iſa.

Isa.27.

¶ Ad primum in oppositũ dicitur, quòd male intelliguntur verba literæ. Intẽdit enim quòd sunt bona non in ordine ad aliud, sed secundum se, cũ quo stat, quòd ordinetur in Deum tanquàm finem vltimum. Rursus, intendit comparare ad bona nostra, quæ sunt quasi nra bona formaliter: Deus autẽ est bonũ obiectiue. Rursus, quia obiectum & adeptio obiecti, finis & acquisitio eius non ponunt in numerum, sed pro vnico computantur, & bona animæ quibus acquirimus finem, pro eodem cõputari possunt, & nihil melius bono spirituali dici potest.

¶ Ad secundum dicitur, quòd per accidens contingit priuari aliquem bono aliquo spirituali pp bonum melius spirituale, sed tunc priuatio illa non est pure medicinalis, sed etiã pœna illius. Et sic accidit Petro de priuatione gratiæ, & sanctis quibusdã de priuatione alicuius spiritualis boni. Nec opponitur dicit Greg. quamuis solius medicinæ rationem red dat in defectib⁹ qui-

filij pro peccatis proprijs puniantur, sed pro peccatis parentum.

A uestrorum. Dicit autẽ puniri peccata patrum in filijs, quia filij in peccatis parentum nutriti, promptiores sunt ad peccandum tum propter consuetudinem, tum etiam propter exemplum, patrum quasi authoritatem sequentes. sunt etiã majori pœna digni, si pœnas patrũ uidentes, correcti non sunt. Ideo autem addidit, In tertiam & quartam generationem: quia tantum consueuerunt homines uiuere, ut tertiam & quartam generationem uideãt, & sic mutuò uidere possunt & filij peccata parentum ad imitandum, & patres pœnas filiorum ad dolendum.

Sed contra est, quod dicitur Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris.

Respon. Dicendum, quòd si loquamur de pœna satisfactoria, quæ voluntarie assumitur, contingit, quòd vnus portet pœnam alterius, inquantum sunt quodammodo vnum, sicut iam dictum est. * Si autem loquamur de pœna pro peccato inflicta, inquantum habet rationem pœnæ, sic solum * vnusquisque pro peccato suo punitur: quia actus peccati aliquid psonale est. B Si autem loquamur de pœna quæ habet rationem medicinæ, contingit quòd vnus punitur pro peccato alterius. Dictum est enim, * q̃ detrimenta corporalium rerum, vel etiã ipsius corporis, sunt quædam pœnales medicinæ ordinatæ ad salutem animę. vnde nihil prohibet talibus pœnis aliquem puniri pp peccato alterius vel a Deo, vel ab homine, vtpote filios pro patribus, & subditos pro dominis, inquantum sunt quædam res eorum: ita tamen quòd si filius, vel subdit⁹ est particeps culpæ, huiusmodi pœnalis defectus habet rationem pœnæ quantũ ad vtrunque, scilicet eum qui punitur, & eum pro quo punitur. Si vero nõ sit particeps culpæ, habet rationẽ pœnæ quantum ad eum pro quo punitur: quãtum vero ad eum qui punitur, rationem medicinæ tantum, nisi per accidens inquantum peccato alterius consentit: ordinatur enim ei ad bonum animę, si patienter sustineat. * Pœnæ vero spirituales non sunt medicinales tantum: quia bonum animæ non ordinatur ad aliud melius bonum. vnde in bonis animæ nullus patitur detrimentum sine culpa propria, & propter hoc etiam talibus pœnis, vt dicit Hier. in epistola ad Auitũ, vnus non punitur pro alio; quia quantum ad animã filius nõ est res patris. vnde & huius causam Domin⁹ assignãs dicit Ezech. E 18. Omnes animæ, meæ sunt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd vtrunque dictum videtur esse referendum ad pœnas temporales, vel corporales, inquantum filij sunt quædam res parentum, & successores prædeceſſorum: vel si referantur ad pœnas spirituales, hoc dicitur propter imitationem culpæ. vnde in Exod. additur: His qui oderũt me. Et ĩ Matth. dicitur: Et vos implete mensuram patrum

In corp. ar.

C

QVAESTIO LXXXVIII.

De peccato ueniali & mortali, in sex articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum primũ.*

Deinde quia peccatum ueniale, & mortale distinguntur secundũ reatum, considerandum est de eis. Et primo considerandum est de ueniali per comparationem ad mortale. Scdo, de ueniali secundum se.

D

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum ueniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.

¶ Scdo, Vtrũ distinguant̃ genere.

¶ Tertio, Vtrum ueniale peccatum sit dispositio ad mortale.

¶ Quarto, Vtrum ueniale peccatũ possit fieri mortale.

¶ Quinto, Vtrum circunstantia aggrauans possit de ueniali peccato facere mortale.

¶ Sexto, Vtrum peccatum mortale possit fieri ueniale.

Articvlvs primvs.

Vtrum ueniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.

Ad primvm sic procedi-

tur. Videtur quòd ueniale peccatum non conuenienter diuidatur contra mortale. Dicit enim * Auguſt. 22. lib. contra Faustum.

In 1.art.q.88. dubium occurrit ex Scoto in 2.di.2.sent. expresse impugnante, quòd ueniale & mortale nõ distinguuntur ex eo, quòd mortale inordinationẽ circa finem, ueniale autem circa ea quæ sunt ad finem importẽt, quia vtrũque potest esse & circa finem, & circa ea quæ sunt ad finẽ: cum tamen author hic distinguat venialе contra mortale ex dicta differentia.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, q̃ author nõ intendit nisi de ueniali & mortali ex genere. hæc.n. distinguuntur ex obiecto. s. ane, & his quę sunt ad finem. obiectio autem procedit de mortali & veniali quomodolibet. Sed remanet tunc quæstio, quare absolute author de mortali & veniali tractans, ad ueniale & mortale ex genere descendit. In hoc.n. errasse uidetur manifeste, quòd in cõmuni tractans, de specialib⁹ determinat, relicto communi.

2.di.42.q.1.ar.3.Et 3. cõtr.c.139. fin. & 143. §.1. Et ma. q.7.art.1. * Li.22.cap. 27. in prin. com.6.

Propte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propterea licet dicta responsio sit vera quo ad materiam, formaliter tamē dicendum est, q̄ author loquitur de per se mortali, & per se venialibus semper. n. ly. p se subintelligitur, & q̄ hæc per se sumpta ex obiectis distinguuntur sine, & his quæ sunt ad finē.

¶ Et cum dicitur, quòd vtrunque potest esse circa vtrunque, respondetur, quòd hoc nō est per se, sed per accidens. Motus n. animi ad adulteriū, vel infidelitatē, per accidens tantum est venialis, q.d. est imperfectus ex parte agentis, vtpote non deliberatus. Et similiter motus animi in superfluū risum, per accidens est mortalis, quia subordinatur ad hoc in cōtemptū fidei. p se. n. loquendo, & iudicādo, actus secundum proprias materias, & fines eorundem, nec mortale circa id qd ad finē pure, nec veniale circa finem inordinatus est actus. Et formaliter litera sāctatur dum de mortali & venialibus cōmuni per se tō, doctrina tradita est. Et quia per se mortale & veniale, & ex genere mortale & veniale coincidunt, ideo prima responsio fuit vera: quamuis non explicaret formalē processum.

Ex cap. 3. & 4. habet tom. 3.

q.30. nō p- cul a princ. som. 4.

¶ In responsione ad primum in eode artic. q.88. dubium occurrit ex Durādo in 2. sent. dist. 43. impugnante hanc responsionem, & quo ad analogiam secūdum rem, & secundum nominis rationem, & secundum expositionem dicentem, contra legem, & præter legem. Arguit primo, quòd diuisio peccati in mortale & veniale non sit diuisio analogi in perfectū & imperfectum simpliciter, & secundum quid: quia actus voluntarius simpliciter, idest, deliberatus cadens super materiam simpliciter indebitam, puta vocem significatiuam, contra id qd est in mente, est simpliciter peccatum: sed mendacium iocosum scienter, & deliberate est huiusmodi. ergo peccatum veniale ex genere, seu per se est simpliciter, & perfecte peccatum.

¶ Præterea. Si in peccatis est simpliciter & secundum quid, ergo & in actibus virtutum: quia si vnum oppositorum multiplicatur, oportet reliquum multiplicari.

¶ Arguit deinde contra nominis rationem: quia secundum hoc peccatum veniale non diceretur peccatum, nisi in ordine ad mortale: sicut accidens non dicitur ens, nisi quia entis. sed hoc est falsum: quia si peccatum mortale non esset, nihilominus esset veniale. ergo.

¶ Arguit demum contra illam expositionem, quòd mortale est contra legem, veniale præter: quia omne peccatum est contra aliquā legem, vt patet de mendacio iocoso, quod est directe contra dictamen naturalis legis.

¶ Ad primum horum negāda est minor. Nullius enim peccati venialis per se materia est simpliciter indebita, sed secūdū quid tantum. Quia. n. principium in operabilibus est finis, & id quod est ad finem, est sicut conclusio in speculabilibus, oportet perspicere, quòd quemadmodum ad perfectionem simpliciter intellectus non spectant conclusiones contingentes, quæ secundum se non habent necessariam connexionem cum principiis, sed sola principia & conclusiones necessarias, quæ natæ sunt esse euidentes, spectant ad perfectionem simpliciter intellectus, reliqua aūt ad perfectionem, & imperfectionem secūdum quid eiusdem adiuuant eni, & nonnihil perfectionis est recte se habere circa illa: ita ad appetitus moralem perfectionem, & imperfectionem simpliciter, solus finis, & fini necessario cohærentia spectant, circa

Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legē æternā: sed esse contra legē æternā, dat peccato q̄ sit mortale. ergo omne pctm̄ est mortale. non ergo pctm̄ veniale diuiditur contra mortale.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit 1. Corinth. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriā Dei facite: sed contra hoc præceptum facit, quicunque peccat, non enim peccatum sit propter gloriā Dei. cum ergo facere contra præceptum sit peccatum mortale, videtur q̄ quicunque peccat, mortaliter peccet.

¶ 3 Præt. Quicunque amore alicui rei inhæret, inhæret ei vel sicut fruens, vel sicut vtens, vt patet per August. in 1. de doct. Christiana: sed nullus peccans inhæret bono commutabili quasi vtens. nō enim refert ipsum ad bonum, quod nos beatos facit, qd proprie est uti, ut Aug. dicit ibidem. ergo quicunque peccat, fruitur bono commutabili: sed frui rebus vtendis est humana peruersitas, vt August. dicit in lib. 83. quæst. cum ergo peruersitas peccatum mortale nominetur, videtur quòd quicunque peccat, mortaliter peccet.

¶ 4 Præt. Quicunque accedit ad unum terminum, ex hoc ipso recedit ab alio: sed quicunque peccat, accedit ad bonum commutabile. ergo recedit a bono incommutabili: ergo peccat mortaliter. non ergo conuenienter peccatum ueniale contra mortale diuiditur.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit in Homil. 7. super Ioan. q̄ crimen est, quod damnationem meretur: veniale autem est, quod non meretur damnationem. Sed crimen nominat peccatum mortale. ergo ueniale peccatū conuenienter diuiditur contra mortale.

RESPON. Dicendum, quòd aliqua, secundum quod proprie accipiuntur, non uidentur esse opposita, quę si metaphorice accipiātur, opponi inueniuntur, sicut ridere non opponitur ei, quod est arescere: sed secundum quod ridere metaphorice de prato dicitur pp eius floritionem & uirorem, opponitur ei, quod est arescere. Similiter si morale proprie accipiatur, prout refertur ad morē corporalem, non uidetur oppositionem habere cum veniali, nec ad idem genus pertinere. Sed si mortale accipiatur metaphorice, secundum quod

Hom. 28. in Ioan. & Et Ennar. cap. 64.

secundum hanc partem sanus dicitur. Quamuis melius dicatur, quòd non est eadem ratio de virtute, & vitio: sicut nec de bono & malo. quia bonum vno modo ex causa, scilicet integra: malum autem omnifariam contingit. Et propterea appetitus bonus circa materias huiusmodi contingentes, proprie loquendo, non ad bonitatem secundum quid, sed bonitatis consummationem spectat. appetitus autem malus in huiusmodi non ad consumationem malitiæ, sed ad secundum quid malitiam spectat, propter rationem dictam. Aliata autem regula de oppositis non tenet, quando non est eadem ratio multiplicationis vtriusque. Non enim oportet ens simpliciter, scilicet substantiam multiplicate, sicut ens secundum quid, scilicet accidens, in nouem genera distinguitur: quia non est vtrinque eadem ratio. Et sic est in proposito, vt patet ex dictis.

¶ Ad secundum dicitur, quòd sicut omnis morbus dicitur infirmitas in ordine ad priuationem vitæ, quæ est infirmitas mortalis & simpliciter: ita omne peccatum dicitur peccatum in ordine ad peccatum, quod priuat finē, quod est principium vitæ moralis. Et vt ex diffinitione in litera ex Aug. patet, cum peccatum sit dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei, & mortale sit contra legem Dei sine additione aliqua, veniale vero cum additione, scilicet secundum quid: est enim contra legem Dei secundum quid: & constat quòd contra legem Dei secundum quid non potest intelligi, non præintellecto cōtra legem Dei absolute, sicut nec album secundū quid, sine albo simpliciter, oportet vt peccatum veniale non solum secundum rem, sed secundū nominis rationem in ordine ad mortale dicatur. propter quod in litera dicitur, quòd veniale dicitur peccatum secundum rationem imperfectam, & in ordine ad peccatum mortale.

¶ Et licet peccatum veniale possit esse in hoc, vel illo absque mortali, simpliciter tamen non potest esse absque mortali: sicut nec infirmitas curabilis absque incurabili, qualis est mortalis: immo si non esset peccatum mortale, nec veniale esset: sicut si non esset mors, non esset ægritudo.

¶ Ad tertium dicitur, q̄ in verbis laborat argumentum. concedi

mus gratis omne peccatum veniale esse contra legem secundum quid, & hoc est esse præter legem. Est enim contra legem quicquid a lege hinc discordat: si simpliciter, simpliciter, si secundum quid, secundum quid. Sed simpliciter a fine non discordat, nisi quòd contrarium inducit finem: secundū quid vero, quod finis assecutionem impedit, illud in mortali, hoc in veniali requirit. Et venialia quidem ex imperfectione actus sunt secūdum quid, idest, secundum imperfectum motū contra legē Dei, vt primus motus infidelitatis, & adulterii tollitur. Venialia aūt ex genere sunt ēm quid, idest, secundum imperfectam materiam contra legem Dei, ut mendacium iocolum, & risus superfluus tollantur. hoc autem contra secundum quid, uocatur uno uocabulo præter legem.

¶ Ad pleniorem tamen doctrinam scito, quòd cum dicitur ueniale ex genere esse præter, nō cōtra legem, potest dupliciter intelligi. Primo, ut ita sit præter legem, ut contra nullam sit legem. Et in hoc sensu falsum é. Nam mēdacium est secundū se pravum, & contrarium virtuti, ac per hoc contra legem illius virtutis: & tamen non est mortale ex genere suo. Alio modo, ut sit præter legem, & non contra, quia non est contra intentum finem legis. Et hoc modo cōtra nullam legem est uenia le: quia finis cuiusque legis est dilectio Dei, sui, ac proximi secundum quid, non fit per uenialia. Præter autem legem est: quia, sicut in litera dicitur, debitus modus rationis a lege intentus non seruatur. In uenialibus quidem ex imperfectione actus debit' modus rationis præuenien-

dicitur in peccatis, mortale oppo- A nitur ei, quod est ueniale. Cum. n. peccatum sit quædam infirmitas animæ, vt supra habitum est, * peccatum aliquod mortale dicitur ad similitudinem morbi, qui dicitur mortalis, ex eo quòd inducit defectum irreparabilē per destitutionem alicuius principij, vt dictum est. * Principium autem spiritualis vitæ, quæ est secundum virtutem, est ordo ad vltimum finem, vt supra dictum est, † qui quidem si destitutus fuerit, reparari non potest B per aliquod principium intrinsecum, sed solum per virtutem diuinā, vt supra dictum est: * quia inordinationes eorum, quæ sunt ad finem, reparantur ex fine, sicut error qui accidit circa conclusiones per veritatem principiorum. Defectus ergo ordinis vltimi finis non potest per aliquid aliud reparari, quod sit principalius. sicut nec error, qui est circa principia: & ideo huiusmodi peccata dicuntur mortalia quasi irreparabilia. Peccata aūt quæ habent inordinationem circa ea quæ sunt ad finem, conseruato ordine ad vltimū finem, reparabilia sunt, & hæc dicuntur venialia. Tunc enim peccatum veniam habet, quando reatus pœnæ tollitur, qui cessat cessante peccato, vt dictum est. * Secundum hoc ergo mortale & veniale opponuntur, sicut reparabile, & irreparabile: & hoc dico per principium interius, non autem per comparationem ad virtutem diuinam, quę D omnem morbum & corporalem, & spiritualem potest reparare, & pp hoc veniale peccatum conuenienter diuiditur contra mortale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diuisio peccati in veniale & mortale, non est diuisio generis in species, quę æqualiter participant rationē generis, sed analogi in ea de quibus prædicatur secundum prius & posterius: & ideo perfecta ratio peccati, quam Aug. * ponit, conuenit peccato mortali. Pec E catum autem veniale dicitur peccatum secundum rationem imperfectam, & in ordine ad peccatum mortale: sicut accidēs dicitur ens in ordine ad substātiā, secundum imperfectam rationem entis. non. n. est contra legem: quia venialiter peccans, non facit qd lex prohibet, nec prætermittit id, ad qd lex per præceptum obligat, sed facit præter legem: quia non obseruat modū rationis quem lex intendit.

AD 2^um dicendum, quòd illud C præceptum Apostoli est affirmatiuum, vnde nō obligat ad semper: & sic non facit contra hoc præceptum quicunq; non actu refert in gloriā Dei omne qd facit. Sufficit ergo, quòd aliquis habitualiter referat se, & omnia sua in Deum ad hoc, quòd non semper mortaliter peccet, cum aliquem actum non refert in gloriā Dei actualiter. Veniale autem peccatum non excludit habitualem ordinationem actus humani in gloriā Dei, sed solum actualem: quia non excludit charitatem, quæ habitualiter ordinat in Deum, vnde non sequitur, q̄ ille qui peccat venialiter, peccet mortaliter.

AD 3^um dicendū, q̄ ille qui peccat venialiter, inhæret bono tēporali nō vt frūs, quia nō cōstituit in eo finē, sed vt vtens referens in Deū nō actu, sed habitu.

AD 4^um dicendum, quòd bonum commutabile nō accipitur, vt terminus contrapositus incommutabili bono, nisi quando cōstituitur in eo finis. Quod enim est ad finem, non habet rationem termini.

ARTICVLVS II.

¶ Super Quæstionis octauæ sim. ad tam Articuli secundi.

Vtrum peccatum mortale, & ueniale differant genere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd peccatum veniale & mortale non differant genere, scilicet, quòd aliquod sit peccatum mortale ex genere, & aliquod venitale ex genere. Bonum enim & malum ex genere in actibus humanis accipitur per cōparationem ad materiam, siue ad obiectum, vt supra dictum est: * sed secundū quodlibet obiectum, vel materiā cōtingit peccare mortaliter & venialiter: quodlibet. n. bonum commutabile potest homo diligere vel infra Deum, quod est peccare venialiter, vel supra Deum, quod est peccare mortaliter. ergo peccatū ueniale & mortale non differunt genere.

¶ 2 Præt. Sicut dictum est supra, † pctm̄ mortale dicitur, qd est irreparabile, pctm̄ autem ueniale qd est reparabile: sed esse irreparabile cōuenit peccato qd fit ex malitia, qd secundum quosdam irremissibile dicitur: esse autem reparabile conuenit peccato quod fit per infirmitatem, uel ignorantiā, qd dicitur remissibile. ergo peccatum mortale & ueniale differunt, sicut peccatum quod est ex malitia commissum, uel ex infirmitate & ignorantia: sed secundum hoc non differunt peccata genere, sed causa, ut supra dictum est. * ergo pctm̄ ueniale & mortale non differunt genere.

¶ 3 Præt. Supra dictum est, † quòd subiti motus tam sensualitatis, quàm rationis sunt peccata uenialia: sed subiti motus inueniuntur in quolibet peccati genere. ergo non sunt aliqua peccata uenialia ex genere.

SED CONTRA est, quòd Aug. * in sermone de Purgatorio enumerat quædam genera peccatorū uenialium, & quædam genera peccatorum mortalium.

RESPON. Dicendum, q̄ peccatum ueniale a uenia dicitur. Potest igitur aliqd peccatum dici ueniale uno modo, quia est ueniam consecutum: & sic dicit Ambros.

do rationem, uel deliberationem: in uenialibus uero ex genere uiolatur debitus modus, quo secundum rationē referenda est materia illa ad finem.

Supra q. 72 art. 5. Et 2. dist. 24. q. 3. art. 6. ad 6. * & dist. 42. q. 2. cor. & q. 7. art. 1. Et op. 2. cap. 178. * & 8.

In arti 2. eiusdem 88. quæst nota distinctionem peccati ueniale, quam mortalis ex genere, & ex parte agentis. Et memento rationis ad secundū, quæstio. 72. superius art. 5. Et mal. 5. quia dictum est, q̄ ex hoc, quòd uenia- le & mortale inueniuntur differre genere ex parte obiecti, non habetur, q̄ differentia uenialis, & mortalis sit specifica, idest, constitutiua generis, uel speciei subalternæ; sed quòd cōsequatur diuisionem specificam seu genericam in his.

† ar. præce.

q. 76. 77. & 78. * † q. 74. ar. 3 ad 3. & art. 10.

In ser. 4. de anim ab. defunctorum & est ser. 41 in ordine, tom. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bros.* ꝙ omne peccatū per pœnitentiam fit ueniale: & hoc dicitur veniale ex euentu. Alio modo dicitur veniale, quia non habet in se vnde veniam non consequatur vel totaliter, vel in parte. In parte quidem sicut cum habet in se aliquid diminuens culpam, vt cum fit ex infirmitate, vel ignorantia, & hoc dicitur veniale ex causa. In toto autem ex eo ꝙ non tollit ordinem ad vltimum finem, vnde nō meretur pœnam æternam, sed temporalem: & de hoc veniali ad præsens intendimus. de primis enim duobus constat, ꝙ non habent genus aliquod determinatū. Sed veniale tertio modo dictum potest habere genus determinatum, ita ꝙ aliquod peccatum dicatur veniale ex genere, & aliquod mortale ex genere, secundum quod genus, vel species actus determinatur ex obiecto. Cum enim voluntas fertur in aliquid, quod secundū se repugnat charitati, per quam homo ordinatur in vltimum finem, illud peccatum ex suo obiecto habet ꝙ sit mortale. vnde est mortale ex genere, siue sit contra dilectionem Dei, sicut blasphemia, periurium, & huiusmodi: siue contra dilectionem proximi, sicut homicidium, adulteriū & similia, vnde huiusmodi sunt
D.1008. peccata mortalia ex suo *genere. Quandoque vero voluntas peccantis fertur in id, quod in se cōtinet quandā inordinationē, nō tñ cōtrariatur dilectioni Dei & proximi, sicut verbū otiosum, risus superfluus, & alia huiusmodi: & talia sunt peccata venialia ex suo genere, ut supra habitū est. Sed qa actus morales recipiūt
q.78.art.4. rationem boni & mali non solum ex obiecto, sed et ex aliqua dispositione agentis, vt supra habitum est,*
Et q.77.ar. contingit quandoque quòd id, quod est peccatum ve-
6. niale ex genere, ratione sui obiecti fit *mortale ex par-
D.1009. te agentis, vel quia in eo constituit finem vltimum, vel quia ordinat ipsum ad aliquid, quod est peccatum mortale ex genere, puta, cum aliquis ordinat verbū otiosum ad adulterium committendum. Similiter etiam ex parte agentis contingit, quòd aliquod peccatum, quod ex suo genere est mortale, fit veniale propter hoc, scilicet, quòd actus est imperfectus, id-est, non deliberatus ratione, quæ est principium proprium mali actus: sicut supra dictum est *de subitis
q.74.ar.10. motibus infidelitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc ipso quòd aliquis eligit id, quod repugnat diuinæ charitati, conuincitur præferre illud charitati diuinæ, & per consequens plus amare ipsum quàm Deum: & ideo aliqua peccata ex genere, quę de se repugnāt charitati, habent quòd aliquid diligatur supra Deum, & sic sunt ex genere suo mortalia.

AD 2^um dicendum, quòd ratio illa procedit de peccato veniali ex causa.

2.2.q.24.ar AD 3^um dicendum, quòd ratio illa procedit de pec
tic.10.cor. cato, quod est veniale propter imperfectionē actus.
fi.& q.186
ar.4.cor.Et
3.di.17.q.2
ar.5.cor.fi.
Et 2.di.42.
q.1.ar.3.Et
ver.q.26.
ar.6.ad 16.
Et mal.q.7
ar.1.ad 7.&
ar.3.cor.&
ad 1.& 3.&
art.6.ad 5.
& q.14.ar.
2.cor.
*ar.1.huius
quæst.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum tertiū.*

IN art.3. eiusdem 88.q. recole nunc nunc dictam distinctionem, & quatuor existentibus membris, scilicet, mortali ex genere, mortali ex agente, veniali ex genere, veniali ex agente, seu imperfectione actus, lite-

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatum veniale sit dispositio ad mortale.

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur ꝙ peccatum ve-
niale non sit dispositio ad morta-
le. Vnum. n. oppositum non dispo
nit ad aliud: sed peccatū veniale
& mortale ex opposito diuiduntur,
vt dictum est. ergo peccatum ve-
niale nō est dispositio ad mortale.

¶ 2 Præt. Actus disponit ad aliqd
simile in specie sibi. vñ in 2. Eth.† †lib.2.c.
dicitur, ꝙ ex similibus actibus ge- & 3.me
nerantur similes dispositiones &
habitus: sed pctm̄ mortale & ve-
niale differunt genere, seu specie,
vt dictum est. * ergo peccatum ve-
niale non disponit ad mortale.

¶ 3 Præt. Si peccatum dicatur ve-
niale, quod disponit ad mortale,
oportebit quòd quæcunque di-
sponunt ad mortale peccatum,
sint peccata venialia: sed ofa bona
opera disponunt ad peccatū mor-
tale. dicit enim Aug. * in regula,
quòd superbia bonis operib⁹ in-
fidiatur, vt pereant. ergo etiam bo
na opera erunt peccata venialia:
quod est inconueniens.

SED CONTRA est, quod di
citur Eccles. 19. Qui spernit mini-
ma, paulatim defluit: sed ille qui
peccat venialiter, videtur minima
spernere. ergo paulatim disponi-
tur ad hoc, quòd totaliter defluat
per peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, ꝙ dispo-
nens est quodammodo causa. vn-
de secundum duplicem modū cau
sę, est duplex dispositionis modus.
Est enim causa quædam mouens
directe ad effectum, sicut calidum
calefacit. Est etiam causa indirecte
mouens, remouendo prohibens:
sicut remouēs columnam dicitur
remouere lapidem superpositū:
& secundū hoc actus peccati du-
pliciter ad aliquid disponit. Vno
quidem modo directe, & sic dispo
nit ad actum similem secundum
speciem. Et hoc modo, primo &
per se peccatum veniale ex genere
non disponit ad mortale ex gene-
re, cum differant specie: sed per
hunc modum peccatum veniale
potest disponere per quandā con-
sequētiam ad peccatum, quod est
mortale ex parte agentis. Augmen
tata enim dispositione, vel habi-
tu per actus peccatorum venialiū,
intantum potest libido peccandi
crescere, ꝙ ille qui peccat, finem
suum constituet in peccato venia-
li. Nam vnicuiq; habēti habitum,
inquantū huiusmodi, finis est ope
ratio secundum habitum: & sic
multoties peccando venialiter di
sponetur ad peccatum mortale.
Alio modo actus humanus dispo
nit ad aliquid remouendo prohi-
bens: & hoc modo peccatū venia-
le ex genere pōt disponere ad mor
tale peccatū ex genere. Qui. n. pec
cat venialiter ex genere, prętermit
tit aliquem ordinem: & ex hoc
quòd cōsuescit voluntatem suam
ra hoc vltimū mem
brum prætermittit:
quia constat, quòd
huiusmodi veniale
p se disponit ad mor
tale, vtpote eiusdem
speciei. Frequenter
enim motus adulte-
rii negligenter ha-
bens per se disposi-
tur ad illud. Et de ve
niali ex genere lo-
quens, cōparat illud
ad mortale vtroque
modo, primo ad mor
tale ex parte agētis:
secundo ad mortale
ex genere. Et docet,
ꝙ disponit ꝑ quan-
dam consequentiam
ad mortale ex parte
agētis, & vt remoué
do prohibēs ad mor
tale ex genere.

¶ Vbi sciendum est,
quòd in venali ex
genere, puta, verbis
iocosis, concurrunt
duo, primum est af-
fectio ad delectabi-
le in verbis iocosis
alterum declinatio
affectus a regula. Pri
mum est, conuersio
ad commutabile bo
num: secundum est
quasi auersio. Ex pri
mo peccatum venia
le disponit animum
ad constituendum
finem suum in tali
bono, vt patet per
rationem literæ, &
sic disponit manife-
ste ad peccatū mor-
tale non ex genere,
sed ex parte agen-
tis. Qui enim in tā
tū delectaretur ver-
bis iocosis, quòd fi-
nem in tali delecta-
buli constitueret, pec
cāret quidem mor-
taliter prælerendo
creaturam creato-
ri, sed hoc non esset
ex natura obiecti,
quoniā non est con-
traria charitatis fi-
ni, sed ex dispositio-
ne agentis sic affe-
cti. Ex secundo pec-
catū veniale dispo-
nit ad mortale ex ge
nere: quia quasi auer
sio disponit ad auer
sionē, quę tollit sub-
iectionem voluntā-
tis ad Deū, quę sub-
iectio prohibet vo-
lūtatem ferri in obie-
cta contraria charitatis obiecto.

¶ In responsione ad
secundum, dubium
occurrit, quomodo
veniale, & mortale
modo dicantur con-
uenire in genere, & in articulo prędeu-
te dictum est, quòd
distinguuntur genere & in hoc eodem articulo in responsione ad primū dicitur, ꝙ non distinguuntur sicut species unius generis, sed sicut substantia & accidens.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd conuenientia in genere non affirmatur in litera simpliciter, sed cum specificatione, inquantum utrunque importat defectum debiti ordinis. hoc est enim conuenire in genere analogo mali, dum utrunque ex parte auersionis i mali ratione conuenit. aliter tamen, & aliter: quia in mortali est auersio simpliciter, hic secūdum quid. Cū hoc tamen stat, quòd distinguantur genere ex p.te obiecti, & quod ordiné habeant inter se, sicut substātia, & accidens, ut patet ex dictis.

¶ In respōsione ad tertium, dub um occurrit, quo pacto ue
rū sit, quòd veniale per se disponit ad mortale, cum non niſi per quandā consequentiam, uel remouendo prohibēs concurrat, ut in corpore articuli dictū est. Quod enim per consequentiam ab aliquo emanat, per accidens deriuatur: & similiter remouens prohibens mouet per accidens.

¶ Ad hoc dicitur, quòd litera intendit, quòd veniale p se disponit primo tantum modo: quia illa dispositio est p modum similis, ut patet in exemplo allato de uerbis iocosis. eiusdem nanque speciei sunt secundum se uerba iocosa minus amata, ut obiectū peccati venialis, & maxime amata, ut sunt obiectū peccati mortalis ex parte agentis. Dicitur autem dispositio esse per quandam consequētiam ad mortale ex parte agentis: quia non est dispositio necessitans ad talem appetitum cū auersione simpliciter, sicut necessitat ad similem appetitū iocandi absolute: sed quando est intensa valde, natum est cō sequi, ut appetitus in tale mortale trahatur. Sic autem disponere non est omnino extra per se disponere, quia actibus animi disponere ad similes conuenit per se per suam propriam naturam, & virtutem, quāuis aliquid imperfecti habeat: quia non sunt similes in auersione isti actus uenales actui mortali, ad quem per auersionem dictam, per consequentiam quandam dicuntur disponere: ita quòd veniale inquantum simile ex parte conuersionis, disponit per se: inquantum uero dissimile ex parte auersionis, disponit secundum quandam consequentiam ad idē mortale ex parte agentis. Secūdus autem modus licet possit dici per se, quia quasi auersio similis genericæ est auersioni, ac per hoc per se etiam disponit ad illam: author tamen nō recedens a formali

in minoribus debito ordini non subiicere, disponitur ad hoc, quòd etiam uoluntatem suam nō subiiciat ordini vltimi finis, eligendo id qd est peccatū mortale ex genere.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd peccatum ueniale & mortale, non diuiduntur ex opposito, sicut duæ species unius generis, ut dictum est: * sed sicut accidens contra substantiam diuiditur. unde sicut accidens potest esse dispositio ad formam substantialem, ita & ueniale peccatum ad mortale.

AD 2^um dicendum, quòd peccatum ueniale non est simile mortali in specie: est tamen simile ei in genere, inquantum utrunque importat defectum debiti ordinis, licet aliter, & aliter, ut dictum est.*

AD 3^um dicendum, ꝙ opus bonum non est per se dispositio ad mortale peccatum, potest tamen esse materia, uel occasio peccati mortalis per accidens: sed peccatū ueniale per se disponit ad mortale, ut dictum est.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccatum veniale possit fieri mortale.

AD QVARTVM sic proce
ditur. Videtur ꝙ peccatum
veniale possit fieri mortale. Dicit
enim Aug. * exponens illud Ioan.
Qui incredulus est Filio non uide-
bit uitā. Peccata minima, id est, ue-
nialia, si negliguntur, occidunt: sed
ex hoc dicitur peccatum mortale,
quia spiritualiter occidit aiam. er-
go pctm̄ ueniale pōt fieri mortale.

¶ 2 Præt. Motus sensualitatis ante
consensum rationis est peccatum
ueniale, post consensum uero est
peccatum mortale, ut supra dictū
est. * ergo peccatum veniale potest
fieri mortale.

¶ 3 Præt. Peccatū ueniale, & mor-
tale differunt, sicut morbus cura-
bilis, & incurabilis, ut dictum est:
* sed morbus curabilis potest fieri
incurabilis. ergo peccatum venia-
le potest fieri mortale.

¶ 4 Præt. Dispositio pōt fieri habi-
tus: sed peccatum ueniale est dispo
sitio ad mortale, ut dictū est. * ergo
ueniale pctm̄ potest fieri mortale.

SED CONTRA. Ea quæ dif-
ferunt in infinitum, non transmu-
tātur in inuicem: sed peccatū mor-
tale, & ueniale differunt in infini-
tum, ut ex prædictis patet. ergo ue
niale non potest fieri mortale.

RESPON. Dicendum, quòd
peccatum ueniale fieri mortale,
potest tripliciter intelligi. Vno
modo sic, quòd idem actus nu-
mero primo sit peccatum venia-
le, & postea mortale. & hoc esse
non potest: quia peccatum prin-
cipaliter consistit in actu uolun-
taris, sicut & quilibet actus mo-
ralis: unde non dicitur unus actus
moraliter, si uoluntas mutet, quā-
uis etiam actio secundum naturā
sit continua. Si autem uoluntas nō
mutetur, non potest esse quòd de
ueniali fiat mortale. Alio modo
potest intelligi, ut id quod est ue-
niale ex genere, fiat mortale: & hoc
quidem possibile est, inquantum
constituitur in eo finis, uel inquan
tum refertur ad mortale peccatū
sicut ad finem, ut dictum est. * Ter
tio modo potest intelligi ita, quòd
multa uenialia peccata constituant
unum pctm̄ mortale: ꝙ si sic intelli
gat, ꝙ ex multis peccatis venialib⁹
integraliter constituatur vnū pctm̄
mortale, falsum est. Nō. n. oīa pctā
uenialia de mundo possunt habere
tantum de reatu, quantum unum
peccatum mortale, quod patet ex
parte durationis: quia peccatum
mortale habet reatum pœnæ æter-
næ, peccatum autem ueniale rea-
tum pœnæ temporalis, ut dictum
est*. Patet etiam ex parte pœnæ
damni: quia peccatum mortale
meretur carentiam uisionis diui-
næ, cui nulla alia pœna compara-
ri potest, ut Chrysostomus dicit.*
Patet etiam ex parte pœnę sensus,
quantum ad uermem conscientię:
licet forte quantum ad pœnā ignis
non sint improportionabiles pœ-
næ. Dixit hoc, quia
cum utriusque, sci-
licet mortalis, & ue
nialis pœna ignis sit
intensiue finita, &
omnis finiti ad om-
ne finitum sit aliqua proportio, consequens est, ut pœnæ utriusque quantum ad ignem, sint proportionabiles. Et hoc est dicere, quòd non est infinitus excessus inter pœnam ignis pro mortali, & pro uenali: immo procedendo iuxta doctrinā 8. Physi. tantum possent multiplicari pœnæ uenialium, ut simul iunctæ excedant pœnam unius mortalis, de hac sola pœna loquendo, Nec ly, forte, est dubitantis, sed non determinantis.

ar. præced.

ar.3.hui^us q.

ar.2.hui^us q.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulū quartum.*

IN art.4. eiusdem 88.q. occurrunt il la uerba literæ notanda, Licet forte quantum ad pœnā ignis, non sint im- proportionabiles pœnæ. Dixit hoc, quia cum utriusque, scilicet mortalis, & uenialis pœna ignis sit intensiue finita, & omnis finiti ad omne finitum sit aliqua proportio, consequens est, ut pœnæ utriusque quantum ad ignem, sint proportionabiles. Et hoc est dicere, quòd non est infinitus excessus inter pœnam ignis pro mortali, & pro uenali: immo procedendo iuxta doctrinā 8. Physi. tantum possent multiplicari pœnæ uenialium, ut simul iunctæ excedant pœnam unius mortalis, de hac sola pœna loquendo, Nec ly, forte, est dubitantis, sed non determinantis.

Homil.47. ad Pop. Antioch.to.5. & Homil. 24.in Mat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ar.3.huiꝰq. pra ostensum est,* secundum duos modos dispositionis, quo peccatum veniale disponit ad mortale.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Augustinus loquitur in illo sensu, quòd multa peccata venialia dispositiue causant mortale.

AD 2ᵐ dicendum, quòd ille idem motus sensualitatis, qui præcessit cōsensum rationis, nunquàm fit peccatum mortale, sed ipse actus rationis consentientis.

AD 3ᵐ dicendum, quòd morbus corporalis non est actus, sed dispositio quædā permanens, vnde eadem manens potest mutari: sed peccatum veniale est actus transiens, qui resumi non potest, & quātum ad hoc non est simile.

AD 4ᵐ dicendum, q̄ dispositio quę fit habitus, est sicut imperfectum in eadem specie, sicut imperfecta scientia, dum perficitur, fit habitus: sed veniale peccatum est dispositio alterius generis, sicut accidens ad formā substantialem, in quam nunquàm mutatur.

¶ Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulū quintum.

2.2.q.110. art.4. ad 5. Et 4.di.16. q.3.ar.2.q. 4.Et mal.q. 2.ar.1.& q. 7.ar.4.pro. & ar.7.co. princ. In serm. 4. de animabꝰ defun. vel de sctis paulo a princi. est serm.41 tom.10. litera h. circa finem.

IN articulo quinto eiusdem octuagesimoctauæ quæstionis dubium occurrit, quo pacto dictum est, quòd de ueniali exgenere nō mortale ex parte agentis, dum constituitur in eo finis: & nunc dicitur, q̄ circunstantia nō facit de veniali mortale, nisi mutando speciem. Manente namque obiecto peccati uenialis solo, impossibile est esse mutationē speciei: quia omnis mutatio specifica est ex obiectiua aliqua differentia. Constat autem quòd in proposito sic est: nam cum quis intantum delectatur in uerbis iocosis, quòd finem in eis cōstituit, manet idem obiectum, & nō apponitur ali qua differentia obiectiua, ut patet ex hoc quòd i illamet sola specie peccati reponitur Nō enim facile est fingere, ad quam aliam speciē reducitur. Non igitur oportet quoties de uenali ex genere fit mortale, mutari speciem.

¶ Ad euidentiam huius sciendum est, quòd sicut in speculabilibus principia & conclusiones habent duas rationes formales, alteram secundum res significatas, alteram secundum quod sunt cognoscibilia: patet namque alietas rationis formalium ex hoc, quòd principia in se, & conclusiones inter se in diuersis naturis constituuntur, omnia tamen principia cōueniunt in hoc, quòd uno modo cognoscibilia sunt, scilicet per seipsa: & similiter omnes conclusiones sunt cognoscibiles per aliud. Ita in appetibilibus finis, & quod est ad finem, duas habent rationes formales, alteram secundum res, quæ sunt finis, & ad finem: alteram secundum quod sunt appetibilia. Nam omnes fines distinguuntur secundum diuersas naturas rerum, & conueniunt in uno modo appetitus, scilicet per se. Et similiter ea quæ sunt ad finem secundum naturas suas, distinguuntur, & conueniunt in uno modo appetibilitatis, scilicet propter aliud. Considerandū quoque est, quòd sicut in speculabilibꝰ dupliciter cōtingit aliquid esse cognitū, secundum se, uel per aliud, scilicet ex parte rei, uel ex parte cognoscentis. Nam principia quę sunt ex se prima, sunt cognita per se ex meritis rei: propositiones autem, quæ a notis per se accipiuntur, secundum se autem habent medium ex parte cognoscentis, sunt cognitę per se. Et sicut propositio quæ ex meritis rei significatæ est conclusio, ex parte cognoscentis transit in naturam principii non secundum rem, sed secundum cognoscibilis rationē, quod est mutare speciem non rei, sed cognoscibilis: ita in appetibilibus duobus modis contingit aliquid esse appetitum per se, uel per aliud, scilicet ex meritis rei, ut bonum, honestum, & amabile p se, & uti le propter aliud uel ex parte appetētis, & sic

ar.præce.in arg. Sed cōtra q.7.ar.1. & q.18.ar.10.

ficam actus moralis, & tunc amittit rōnē circūstantiæ, & constituit speciē moralis actus. Hoc aūt cōtingit in peccatis, q̄n circūstantia addit deformitatē alterius generis, sicut cum aliquis accedit ad non suam, est actus deformis deformitate oppositæ castitati: sed si accedat ad nō suam, quę est alterius uxor, additur deformitas oppositæ iustitiæ, contra quam est ut aliquis usurpet rē alienam: & secundum hoc huiusmodi circunstantia constituit nouam speciem peccati, quæ dicitur adulterium. Impossibile est autē quòd circunstantia de peccato ueniali faciat mortale, nisi afferat deformitatem alterius generis. Dictū est enim quòd peccatum ueniale habet deformitatem per hoc, quòd importat deordinationem circa ea quæ sunt ad finem: peccatum autē mortale habet deformitatem per hoc, quòd importat deordinationem respectu ultimi finis. Vnde manifestum est, quòd circunstantia non potest de ueniali peccato facere mortale manens circūstantia, sed solum tunc, quando transfert in aliam speciem, & fit quodammodo differentia specifica moralis actus.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd diuturnitas non est circunstātia trahens in aliam speciem, similiter nec frequentia, uel assiduitas, nisi forte per accidens ex aliquo superuenienti. Non enim aliquid acquirit nouā speciem ex hoc, quòd multiplicatur, uel protelatur, nisi forte in actu protelato, uel multiplicato superueniat aliquid, quod uariet speciem, puta, inobediētia, uel contemptus, uel aliquid huiusmodi. Dicendum est ergo, quòd cum ira sit motus animi ad nocendum proximo, si sit tale nocumentū, in quod tendit motus iræ, quod ex genere suo sit peccatum mortale, sicut homicidium, uel furtum, talis ira ex genere suo est peccatum mortale: sed quòd sit peccatum ueniale, habet ex imperfectione actꝰ, inquantum est motus subitus sensualitatis. si uero sit diuturna, redit ad naturā sui generis per cōsensum rationis. Si uero nocumentum, in quod tendit motus iræ, esset uenia le ex genere suo, puta, cum aliquis in hoc irascitur contra aliquem, q̄ uult ei dicere aliquod uerbum leue, & iocosum, quod modicum ipsum contristet, non erit ira peccatū mortale, quantumcūque sit diuturna, nisi forte per accidens, puta, si ex hoc graue scandalum oriatur, uel propter aliquid huiusmodi.

ARTICVLVS V.

Vtrum circunstantia possit facere de ueniali mortale.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd circunstantia possit de veniali peccato facere mortale. Dicit enim Augustinus in sermone de purgatorio, q̄ si diu teneatur iracundia, & ebrietas si assidua sit, transeunt in numerū pctōrū mortalium: sed ira & ebrietas non sunt ex suo genere peccata mortalia, sed venialia, alioquin sōper essent mortalia. ergo circunstantia facit pctm̄ veniale esse mortale.

¶ 2 Præt. Magister dicit. 24. dist. 2. lib. sent. q̄ delectatio si sit morosa, est pctm̄ mortale, si aūt nō sit morosa, est pctm̄ veniale: sed morositas est q̄dā circunstātia. ergo circunstātia facit de pctō veniali mortale.

¶ 3 Præt. Plus differunt malum & bonum, quàm veniale peccatum & mortale, quorum utrumque est in genere mali: sed circunstantia facit de actu bono malū, sicut patet cum quis dat eleemosynā propter inanem gloriam. ergo multo magis pōt facere de pctō veniali mortale.

SED CONTRA est, quòd cum circunstantia sit accidens, quantitas eius non potest excedere quantitatem ipsius actus, quam habet ex suo genere: semper enim subiectum præeminet accidenti. Si igitur actus ex suo genere sit peccatū ueniale, non poterit p circūstantiā fieri peccatum mortale, cum peccatum mortale in infinitum quodammodo excedat quantitatem uenialis, ut ex dictis patet.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est cum de circunstantiis ageretur, circunstantia inquantum huiusmodi, est accidēs moralis actus: contingit tamen circunstantiam accipi ut dām speci-

& sic contingit appetibile propter se transire in appetibile propter aliud, & econuerso, vt patet in peruersis appetitibus utentibus fruendis, & fruentibus utendis. Et sic contingit vnum appetibile trāsire in speciem alterius appetibilis, non secundum mutationem rei, sed secundum mutationem rationis appetibilis in ordine ad appetentem. & sic est in proposito: nam cum quis ponit finem in peccato veniali, puta, in verbis iocosis, verba iocosa, quę ex meritis rei sunt in specie appetibilis propter aliud, ex mala dispositione appetētis mutantur in appetibile per se, dum in eis finis constituitur, & sic interuenit ibi mutatio speciei non secundum rem appetitam, sed rationē appetibilis in ordine ad appetentem. Et per hoc patet responsio ad obiectionem. nam cum hoc, quòd peccatum illud mortale est in illamet & sola specie, in qua est veniale secundum rationem rei obiectæ, stat quòd sic in alia specie secundum rationem formalē appetibilis, vt sic. & p̄terea & prius, & nunc dicta sunt vera diuersimode intellecta. Merito autem sic dicimus, quia eir cūstantia finis, quæ vocatur Cur, sicut dupliciter supernenit veniali ex genere, faciendo de ueniali mortale: ira dupliciter variat speciem proportionalitate seruata. Verbū namque iocosum dupliciter fit ex fine mortale. Primo, ex parte obiecti, puta, si ordinatur ad adulterium. Secundo, ex parte agentis, puta, si constituatur in eo finis. & sicut nunc fit mortale ex parte agentis, ita species apponitur ex parte appetentis: ita quòd de veniali ex genere fit mortale ex parte agentis, & mutat speciem in ordine ad agens, quod est mutare speciem appetibilis, vt sic.

¶ Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum sextum.

IN articulo sexto eiusdem octuagesimæoctauæ quæstionis, dubium occurrit circa ultima

De ebrietate vero dicēdū est, quòd secundum suam rationem habet, quòd sit peccatum mortale. Quòd enim homo absque necessitate reddat se impotentem ad vtendum ratione, per quā homo in Deum ordinatur, & multa peccata occurrētia uitat, ex sola voluptate vini, ex presse cōtrariatur virtuti: sed quòd sit peccatum veniale, contingit propter ignorantiam quandam, vel infirmitatem, puta, cum homo nescit virtutem vini, aut propriam debilitatem, vnde non putat se inebriari: tūc enim nō imputatur ei ebrietas ad peccatum, sed solum superabundantia potus. Sed quando frequenter inebriatur, non potest per hanc ignorantiam excusari, quin videatur voluntas eius eligere magis pati ebrietatem, quàm abstinere a vino superfluo, vnde redit peccatum ad suam naturam.

AD 2ᵐ dicendum, quòd delectatio morosa non dicitur esse peccatum mortale, nisi in his quæ ex suo genere sunt peccata mortalia, in quibus si delectatio non morosa sit, peccatum veniale est ex imperfectione actus, sicut & de ira dictum est. dicitur n. ira diuturna, & delectatio morosa propter approbationem rationis deliberātis.

AD 3ᵐ dicendum, quòd circunstantia non facit de bono actu malum, nisi constituens speciem peccati, vt supra etiam habitū est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatum mortale possit fieri ueniale.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur quòd peccatum mortale possit fieri ueniale, Aequaliter enim distat peccatum ueniale a mortali, & econtrario: sed peccatum ueniale fit mortale, ut dictum est. ergo etiam peccatum mortale potest fieri ueniale.

¶ 2 Præt. Peccatū ueniale & mortale ponuntur differre secundum hoc, quòd peccans mortaliter, diligit creaturam plus quàm Deum: peccans autem uenialiter, diligit creaturam infra Deum. Contingit autem quòd aliquis committens id, quod est ex genere suo peccatū mortale, diligat creaturā infra Deū, puta, si aliquis nesciēs fornicationē simplicem esse peccatum mortale, & contrariam diuino amori, forniceretur, ita tamen quòd propter diuinum amorem paratus esset fornicationem prætermittere, si sciret fornicādo, se contra diuinū amorē agere. ergo peccabit uenialiter, & sic pctm̄ mortale pōt ueniale fieri.

¶ 3 Præt. Sicut dictum est, plus differt bonum a malo, quàm ueniale a mortali: sed actus qui est de se malus, potest fieri bonus, sicut homicidium potest fieri actus iustitię, sicut patet in iudice qui occidit latronem. ergo multo magis peccatū mortale pōt fieri ueniale.

SED CONTRA est, q̄ æternum nunquàm potest fieri temporale: sed peccatum mortale meretur pœnam æternam, peccatū aūt ueniale temporalem pœnam. ergo peccatum mortale nunquàm potest fieri ueniale.

RESPON. Dicendum, quòd ueniale & mortale differunt sicut perfectum & imperfectum in genere peccati, ut dictum est. Imperfectum autem per aliquam additionem potest ad perfectionem uenire: unde & veniale per hoc quòd additur ei deformitas pertinēs ad genus peccati mortalis, efficit mortale: sicut cum aliquis dicit uerbū otiosum, ut fornicetur. Sed id qd est pfectū, non potest fieri imperfectum per additionem. & ideo peccatum mortale non fit ueniale per hoc, q̄ additur ei aliqua deformitas pertinens ad genus peccati uenialis. Non enim diminuitur peccatum eius qui fornicatur, ut dicat uerbum otiosum, sed magis aggrauatur pp deformitatē adiunctā. Pōt tamen id qd est ex genere mortale, esse ueniale pp imperfectionē actus, quia non pfecte pertingit ad rōnem actus moralis, cum non sit deliberatus, sed subitus, ut ex dictis patet: & hoc fit per subtractionem quandā. s. deliberatæ rationis. & quia a ratione deliberata habet speciē moralis actus, in de est q̄ per talē subtractionē solnitur species.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ ueniale differt a mortali, sicut imperfectū a pfecto, ut puer a uiro: fit aūt ex puero uir, sed non conuertitur. vnde ratio non cogit.

AD 2ᵐ dicendum, quòd si sit talis ignorantia, quę peccatum omnino excusat, sicut est furiosi, uel amentis, tunc ex tali ignorantia fornicationem committens nec uenialiter, nec mortaliter peccat. Si uero sit ignorantia non inuincibilis, tunc ignorantia ipsa est peccatum, & continet in se defectum diuini amoris, subtractionem deliberationis uerba corporis articuli, scilicet, quòd per rationis soluitur species actus moralis. Si enim hoc est verum, sequitur, quòd indeliberati motus infidelitatis, adulterii, furti, & huiusmodi, non sint eiusdem speciei cū ipsis peccatis perfectis, cuius oppositū dictum est, & constat esse verum: quia ad obiectū idem tendunt. Et si indeliberati motus prædicti sunt eiusdem speciei cum pfectis, ergo non soluit species moraliū actuū ex subtractione deliberationis, ut in litera nūc dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ quia iuxta quadruplicem bonitatem actus moralis, quadruplex species sumi potest, ut in quæst. 18. superius patet, ideo de entitate actꝰ moralis in quātū actus moralis est, uere dici potest, quòd species, seu ratio formalis sumitur a ratione deliberata: quoniā ex hoc habet actus hominis quòd sit moralis. unde ista species subalterna, puta, actus moralis, sub genere actus constituitur per esse a ratione deliberata. Et propterea actus imperfectus ex defectu deliberationis non est eiusdem speciei, ut habens naturam illius speciei, quāuis sit eiusdē speciei, ut tendens ad illā: sicut embrio est in specie hominis generandi. et soluitur: ergo species actꝰ moralis ut sic, ex subtractione deliberationis, & eiusdem tamen speciei, est actus indeliberatus cum deliberato reductiue sicut imperfecti ad perfectū, & nia ad terminī speciē reducitur.

¶ In eodem articulo nota responsionē ad secundum iunctam auctoritati responsioni ad primū præcedētis articuli: quoniam hic habes manifeste, unde uidere potes decisionem superius factam de speciebus peccatorum ex ignorantia.

ar.1. ad 1.

ar.præc.arg.3

ar.2. huius quæst.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquantum negligit homo addiscere ea, p quæ potest F
se in diuino amore conseruare.

Ad 3^m dicendum, quòd sicut *Augu. dicit in lib. Ca.7. ante med. habet hic lib.to.4
contra Mendacium, Ea quæ sunt secundum se mala, nullo fine bene fieri possunt: homicidium autē est occisio innocentis, & hoc nullo modo bene fieri potest. Sed iudex, qui occidit latronem, uel miles, qui occidit hostem reipublicæ, non appellantur homicidæ, ut* Augustin. dicit in lib. de lib. arb. Lib.1 c.4. & 5.com.1.

QVAESTIO LXXXIX.

De peccato ueniali secundum se, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccato G
ueniali secundum se.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum peccatum ueniale causet maculam in anima.
¶ Secūdo, de distinctione peccati uenialis, prout figuratur per lignum, fœnum, & stipulam. 1. Corinth. 3.
¶ Tertio, Vtrum homo in statu innocentiæ potuerit peccare uenialiter.
¶ Quarto, Vtrum angelus bonus, uel malus possit peccare uenialiter.
¶ Quinto, Vtrum primi motus infidelium sint pec- H
cata uenialia.
¶ Sexto, Vtrum ueniale possit esse in aliquo simul cū solo peccato originali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum ueniale causet maculam in anima.

3.q.87.ar.2 ad 3. Et 4. dist.16. q 2 ar.1. q.2.ad 3.& q.3.ad 1.& ar.2.q. 1. ad. 1. Et ma.q.7.ar. 11. cor. Et Psal.14. Lib. de medicina pæni.c.2 ante med.to.9. & serm. de sanctis. 41. tom.10.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd peccatum ueniale causet maculam in anima. Dicit enim *Aug. in lib. de pœnitentia, quòd peccata uenialia, si multiplicentur, decorem nostrum ita exterminant, ut a cœlestis sponsi amplexibus nos separent: sed nihil aliud est macula, quàm detrimētum decoris. ergo peccata uenialia causant maculam in anima.

¶ 2 Præt. Peccatū mortale causat maculam in anima I
propter inordinationem actus, & affectus ipsius peccantis: sed in peccato ueniali est quædam deordinatio actus, & affectus. ergo peccatum ueniale causat maculam in anima.

¶ 3 Præt. Macula animæ causatur ex contactu rei temporalis per amorē, ut supra dictum est: sed in peccato ueniali anima inordinato amore cōtingit rē tēporalē. ergo peccatum ueniale inducit maculam in anima. q.86.ar.1.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. 5. Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam. *Glos. idest, aliquod peccatum criminale. ergo proprium peccati mortalis esse uidetur, quòd maculam in anima causet. Glos. interlinearis ibi.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex* dictis patet, macula importat detrimentum nitoris ex aliquo contactu, sicut in corporalibus patet, ex quibus per similitudinem nomen maculæ ad animam transfertur. Sicut autē in corpore est duplex nitor, unus quidē ex intrinseca dispositione mēbrorum & coloris, alius autem ex exteriori claritate superueniente: ita etiā in anima est duplex nitor, unus quidem habitualis quasi intrinsecus, alius autem actualis, quasi exterior fulgor. Peccatum autem ueniale impedit quidem nitorem actualem, non tamen habitualem: quia non excludit, neque diminuit habitum charitatis, & aliarum uir- q.86.ar.1.

tutum, ut *infra parebit, sed solum impedit earum 2.2. qq.24. ar.10.
actum. Macula autem importat aliquid manens in re maculata, unde magis uidetur pertinere ad detrimentum habitualis nitoris, quàm actualis: unde proprie loquendo, peccatum ueniale non causat maculam in anima. Et si alicubi dicatur maculam inducere, hoc est secundum quid, inquantum impedit nitorem, qui est ex actibus uirtutum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus loquitur in eo casu, in quo multa peccata uenialia dispositiue inducunt ad mortale: aliter autem non separarent ab amplexu cælestis sponsi.

AD 2^m dicendum, quòd inordinatio actus in peccato mortali corrumpit habitum uirtutis, non autem in peccato ueniali.

AD 3^m dicendum, quòd in peccato mortali anima per amorem contingit rem temporalem quasi finē: & per hoc totaliter impeditur influxus splendoris gratiæ, qui prouenit in eos, qui Deo adhærent ut ultimo fini per charitatem: sed in peccato ueniali non adhæret homo creaturæ tanquàm fini ultimo. unde non est simile.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter peccata uenialia per lignum, fœnum, & stipulam designentur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q 4.d.21.q.3. 2.q.2.ar.10. cor. & 3.q. 90.ar.2. cor. & 4.q. 87.ar.2. ad 3.
inconuenienter peccata uenialia per lignum, fœnum, & stipulam designentur. Lignum enim, fœnum, & stipula, dicuntur superædificari spirituali fundamēto: sed peccata uenialia sunt præter spirituale ædificium, sicut etiam quælibet falsæ opiniones sunt præter scientiam. ergo peccata uenialia non conuenienter designantur per lignum, fœnum, & stipulam.

¶ 2 Præt. Ille qui ædificat lignum, fœnum, & stipulam, sic saluus erit quasi per ignem: sed quandoque ille qui committit peccata uenialia, non erit saluus etiam per ignem, puta, cum peccata uenialia inueniūtur in eo, qui decedit cum peccato mortali. ergo inconuenienter per lignum, fœnum, & stipulam peccata uenialia designantur.

¶ 3 Præt. Secundum Apostolum, Alii sunt qui ædificāt aurum, argentum, lapides pretiosos, idest, amorem Dei, & proximi, & bona opera: & alii qui ædificant lignum, fœnum, & stipulam: sed peccata uenialia cōmittunt etiam illi qui diligunt Deum, & proximum, & bona opera faciunt. dicitur enim 1. Ioann. 2. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. ergo non conuenienter designantur peccata uenialia per ista tria.

¶ 4 Præt. Multo plures differentiæ, & gradus sunt peccatorum uenialium, quàm tres. ergo inconuenienter sub his tribus comprehenduntur.

SED CONTRA est, quod Apost. 1. ad Cor. 3, dicit de eo qui superædificat lignum, fœnum, & stipulam, quòd saluus erit quasi per ignem, & sic patietur pœnam, sed non æternam: reatus autem pœnæ temporalis proprie pertinet ad peccatum ueniale, ut *dictum est. ergo per illa tria significantur peccata uenialia. 4.dist.21.q.3. & q.4.ar.1. qc.2.

RESPON. Dicendum, quòd quidam intellexerunt fundamentum esse fidem informem, super quam aliqui ædificant bona opera, quæ figurantur per aurum, argentum, & lapides pretiosos: quidam uero peccata etiam mortalia, quæ figurantur secundū eos per lignum, fœnum, & stipulam. Sed hanc expositionē improbat

Aug. in libro de fide, & operibus: A
quia ut Apostolus dicit ad Galatas quinto. Qui opera carnis facit, regnum Dei non consequetur, quod est falsum fieri. Apostolus autem dicit, quòd ille qui ædificat lignum, fœnum, & stipulam, saluus erit quasi per ignem. unde non potest intelligi, quod per lignū, fœnum, & stipulam peccata mortalia designentur. Dicunt ergo quidam, quòd per lignū, fœnum, & stipulam significantur opera bona, quæ superædificantur quidem spirituali ædificio, sed tamē commiscent se eis peccata uenialia: sicut cum aliquis habet curam rei familiaris, quod bonum est, commiscet se superfluus amor uel uxoris, uel filiorum, uel possessionum sub Deo tamen, ita scilicet quod pro his homo nihil B
uellet facere contra Deum. Sed hoc iterū non uidetur conuenienter dici. Manifestum est enim, quòd omnia opera bona referuntur ad charitatem Dei, & proximi: unde pertinent ad aurum, argentum, & lapides pretiosos non ergo ad lignum, fœnum, & stipulam.

¶ Et ideo dicendum est, quòd ipsa peccata venialia, quæ admiscent se procurantibus terrena, significantur per lignum, fœnum, & stipulam. Sicut enim huiusmodi congregantur in domo, & non pertinent ad substantiam ædificij, & possunt comburi ædificio remanente: ita etiam peccata uenialia multiplicantur in homine, manente spirituali ædificio, & pro istis patitur ignem uel temporalis tribulationis in hac uita, uel purgatorii post hanc uitam, & tamen salutem C
consequitur æternam.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd peccata uenialia non dicuntur superædificari spirituali fundamento, quasi directe supra ipsum posita: sed quia ponuntur iuxta ipsum: sicut accipitur Psalm. 136. Super flumina Babylonis, idest, iuxta, quia peccata uenialia non destruunt spirituale ædificium, ut* dictum est. *Prec. 4.

AD 2^m dicendum, quòd non dicitur de quocunque ædificante lignum, fœnum, & stipulam, quòd saluus sit quasi per ignem: sed solum de eo, qui ædificat supra fundamentum, quod quidem non est fides informis, ut quidam æstimabant, sed fides D
formata charitate, secundum illud Ephes. 3. In charitate radicati, & fundati. Ille ergo qui decedit cum peccato mortali, & uenialibus, habet quidem lignum, fœnum, & stipulam, sed non sunt superædificata supra fundamentum spirituale: & ideo non erit saluus sic quasi per ignem.

AD 3^m dicendum, quòd illi, qui sunt abstracti à cura temporalium rerum, etsi aliquando uenialiter peccent, tamen leuia peccata uenialia committunt, & frequentissime per feruorem charitatis purgantur. Vnde tales nō superædificant uenialia, quia in eis modicum manent: sed peccata uenialia ipsorum, qui circa terrena occupantur, diutius manent, quia non ita frequēter recurrere possunt ad huiusmodi peccata uenialia delenda per charitatis feruorem. E

AD 4^m dicendum, q sicut* Philosophus dicit in *Prec. 2. primo de cælo. Omnia tribus includuntur, scilicet principio, medio, & fine: & secundum hoc omnes gradus venialium peccatorum ad tria reducuntur, scilicet ad lignum, qd diutius manet in igne: ad stipulā, quæ citissime expeditur: ad fœnum, qd medio modo se habet secundum quod peccata venialia sunt maioris, vel minoris adhēsiōnis vel grauitatis, citius vel tardius per ignem purgantur.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo in statu innocentiæ potuerit peccare uenialiter.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd homo in statu innocentię potuerit peccare uenialiter: quia super illud. 1. ad Timoth. 2. Adam non est seductus, dicit* glos. Inexpertus diuinæ seueritatis i eo falli potuit, vt crederet veniale esse cōmissum: sed hoc nō credidisset, nisi venialiter peccare potuisset. ergo venialiter peccare potuit, nō peccando mortaliter.

¶ 2 Præt. † August. dicit. 11. super Gen. ad literam: Non est arbitrandū, quòd esset hominē deiecturus tentator, nisi præcessisset in anima hominis quædam elatio comprimēda: elatio autem deiectionem præcedens, quæ facta est per peccatum mortale, non potuit esse nisi peccatum ueniale. Similiter etiā in eodē Aug. *dicit q uirum solicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierē uidisset sumpto uetito pomo non esse mortuā. Videtur etiā fuisse in Eua aliquis infidelitatis motus in hoc, quòd de uerbis Domini dubitauit, ut patet p hoc qd dixit: Ne forte moriamur, ut habetur Gen. 3. hæc aūt uidentur uenialia peccata. ergo homo potuit uenialiter peccare, antequā mortaliter peccaret.

¶ 3 Præt. peccatum mortale magis opponitur integritati primi status, quàm peccatū ueniale: sed homo potuit peccare mortaliter non obstante integritate primi status. ergo etiam potuit peccare uenialiter.

SED CONTRA est, quod cuilibet peccato debetur aliqua pœna: sed nihil pœnale esse potuit in statu innocentiæ, ut* Aug. dicit 14. de Ciuit. Dei. ergo non potuit peccare aliquo peccato, quo non excluderetur ab illo integritatis statu: sed peccatum ueniale non mutat statum hominis. ergo non potuit peccare uenialiter. *Prec. 14. de Ciui. dei c. 11. i fi. to.5

RESPON. Dicendū, q cōmuniter ponit, q homo in statu innocentię non potuit uenialiter peccare. Hoc etiam non est sic intelligendum, quasi id quod nobis est uenale, si ipse cōmitteret, esset sibi mortale pp altitudinē sui status. Dignitas. n. personę est quædā circunstantia aggrauans peccatum, non tamē trāsfert in aliam speciē, nisi forte superueniente deformitate inobediētiæ, uel uoti, uel alicuius hmōi: qd in proposito dici non potest. Vnde quod est de se ueniale, non potuit

¶ *Super Quæstionis octuagesimanonæ Articulū tertium.*

OMissis articulis primis q. 89. in tertio articulo, dubium occurrit ex Scoto in uigesima prima distinctione, secundi sententiarum: tenēte quòd in statu innocentiæ potuit homo peccare uenialiter absque mortali peccato: arguitque quadrupliciter ad hoc. Primo, quia dominum originalis iustitię non perfectius coniungebat hominem ultimo fini, quàm qcunque gratia gratum faciens coniungit nūc uiatorem: sed cum gratia quacunque uiatoris nunc stat ueniale peccatū: quia si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. ergo. 2.di.21 qō. 2.ar.1. Et 3 di.34.ar.4. ad 4. Et ma la.q.2. ar.8 ad 1 & q.7 artic.8. Est glo. Augustin. 14. de Ciui. dei c. 11.i fi.to.5

¶ Præterea, Adam tūc potuit cōmittere uenialiter ex genere, puta, dicere uerbum otiosum. ergo. Lib.11.c.5. in pri.to.3.

¶ Præterea, Sequeretur quòd mortale, & uenialia æque repugnarent rectitudini status innocentiæ: quia utrūque est ei impossibile, & corrumperet eum.

¶ 3 Præterea, Ab extremo ad extremū non fit trāsitus nisi per medium: sed ueniale medium est inter iustitiā, & mortale. ergo.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd peccat secundū non causam, ut causam, & secundum figurā dictionis mutando sic. uel plura in magis, uel econuerso. Iustitia enim originalis non quia magis, sed quia sic, uel pluribus modis, cōiungebat ultimo fini, repugnat peccato uenialiter: quia sic cōiungebat ultimo fini, ut omnino inferius infallibiliter ordinaretur sub suo superiore. Et cum contra hanc rationē instat Sco. quia peccatum ueniale committitur circa id in parte superiori, ut patet de primis motibus infidelitatis: patet responsio ex litera, scilicet quòd ipsa pars superior, vt Ca.10.to.5

Universidad de Deusto
Biblioteca

habens motus inde liberatos, habet rationem inferioris respectu superius, ut deliberans est. unde per inferius & superius hic nō ipsæ partes animæ intelligēdæ sunt, sed officia: ita quòd ille status habeat, quòd quandiu supremum officium Deo subeat, inferiora officia cuiuscunque partis sine infallibili ordine rectæ superiori officio subdebantur. unde Sco. ab officio ad portionem animæ declinauit. Et quoniam hæc doctrina, ut patet in litera ex Augustino 14 de ciuitate Dei, est recta, sic exponitur: q̄ apud ipsum inferius, & superi⁹ officio distinguunt.

¶ Ad secundum dicitur, quòd Adam in illo statu non potuit dicere uerbum otiosum, propter rationem dictam, antequā peccaret mortaliter.

q.74.ar.10.

¶ Ad tertium negatur sequela, & ad probationem dicitur, q̄ licet utrūque sit ei impossibile: mortale autem ultra hoc est corruptiuum illius status: q.72.art.5. ueniale autem non, ut in litera dicitur in responsione ad tertium.

p.p.qō.95. art.1. ¶ Ad quartum dicitur, quòd maior est uera, ubi est uere medium essentialiter ordinatum: ueniale autem non est medium secundum ueritatem, sed extremum. sub malo namque & peccato, & himōt claudūtur utrunque peccatū, mortale scilicet & ueniale: iustitia autem est sub altero extremo, scilicet bono, recto, & huiusmodi.

Cz.10.to.5

transferri in mortale, propter dignitatem primi status. sic ergo intelligendum est, quòd non potuit peccare uenialiter, quia non potuit esse, ut committeret aliquid quod esset de se peccatum ueniale, ante quàm integritatem primi status amitteret peccando mortaliter.

¶ Cuius ratio est, quia peccatum veniale in nobis cōtingit, uel propter imperfectionem actus, sicut subiti motus in genere peccatorū mortalium: uel propter inordinationem existentem circa ea, quæ sunt ad finem, seruato debito ordine ad finem. Vtrunque autem horum contingit propter quendam defectum ordinis ex eo, quòd inferius non continetur firmiter sub superiori. Quòd enim in nobis insurgat subitus motus sensualitatis, contingit ex hoc, quòd sensualitas non est ommino subdita rationi. Quòd uero insurgat subitⁿ motus in ratione ipsa, prouenit in nobis ex hoc, quòd ipsa executio actus rationis non subditur deliberationi, quæ est ex altiori bono, ut supra dictum est.* Quòd uero humanus animus inordinetur circa ea quæ sunt ad finem, seruato debito ordine ad finem, prouenit ex hoc, quòd ea quæ sunt ad finem, non ordinantur infallibiliter sub fine, qui tenet summum locum quasi principiū in appetibilibus, ut supra dictum est.* In statu autē innocentiæ, ut in primo habitum est,† erat infallibilis ordinis firmitas, ut semper inferius contineretur sub superiori, quandiu summū hominis contineretur sub Deo, ut etiam Augustⁿ. dicit 12. de ciuitate Dei:* & ideo oportebat quòd inordinatio in homine non esset, nisi in ciperet ab hoc, quòd summum hominis non subderetur Deo, quod fit per peccatum mortale. Ex quo patet, quòd homo in statu innocentiæ non potuit peccare uenialiter, antequàm peccaret mortaliter.

A D PRIMVM ergo dicendum, quòd ueniale non sumitur ibi secundum quod nunc de uenialibus loquimur, sed dicitur ueniale, quod est facile remissibile.

A D 2ᵐ dicendum, quòd illa elatio, quæ præcessit in animo hominis, fuit primum hominis peccatū mortale. dicitur autem præcessisse deiectionem eius in exteriorem actum peccati. Huiusmodi autem elationem subsecutura est & experiendi cupiditas in uiro, & dubitatio in muliere, quæ ex hoc solo in quandam aliam elationem prorupit, quod præcepti mentionem à serpente audiuit, quasi nollet sub præcepto contineri.

A D 3ᵐ dicendum, quòd peccatum mortale intantum opponitur integritati primi status, quòd eor rumpit ipsum, quod peccatum ueniale facere non potest. & quia non potest simul esse quæcumque inordinatio cum integritate primi status, consequens est, quòd primus homo non potuerit peccare uenialiter an tequàm peccaret mortaliter. D.15.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum angelus bonus, uel malus possit peccare uenialiter.

¶ *Super Quæstionis octuagesimanonæ Articulū quartū.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd angelus bonus, uel malus possit peccare uenialiter. Homo enim cum angelis conuenit in superiori animę parte, quæ mens uocatur: secundum illud Gregor. in Homil.* Homo intelligit cum angelis: sed homo secundum superiorem partem animę potest peccare uenialiter. ergo & angelus.

¶ 2 Præt. Quicunque potest quod est plus, potest etiam quod est minus: sed angelus potuit diligere bonum creatum plus quàm Deum, quod fecit peccando mortaliter. ergo etiam potuit bonum creatum diligere infra Deum inordinate, uenialiter peccando.

¶ 3 Præt. Angeli mali uident aliqua facere, quę sunt ex genere suo uenialia peccata, prouocando homines ad risum, & ad alias huiusmodi lenitates: sed circunstantia personæ non facit de ueniali mortale, ut dictum est,* nisi speciali prohibitione superueniente, quod nō est in proposito. ergo angelus potest peccare uenialiter.

SED CONTRA est, quòd maior est perfectio angeli, quàm perfectio hominis in primo statu: sed homo in primo statu non potuit peccare uenialiter. ergo multo minus angelus.

RESPON. Dicendum, quòd intellectus angeli, sicut in primo dictum est,* non est ᵈ discursiuus, ut scilicet procedat à principiis in conclusiones eorum utrunque intelligens, sicut in nobis contingit. unde oportet quòd quandocunque considerat conclusiones, contideret eas prout sunt in principiis. In appetibilibus autem, sicut multotiens dictum est, fines sunt sicut principia: ea uero quæ sunt ad finem, sunt sicut conclusiones. unde mens angeli non fertur in ea quæ sunt ad finem, nisi secundum quod stant sub ordine finis: propter hoc ex natura sua habent, quòd nō possit in eis esse deordinatio circa ea, quæ sunt ad finē, nisi simul sit deordinatio circa ᵈ finem ipsum, quod est per peccatum mortale. Sed angeli boni non mouentur in ea quæ sunt ad finem, nisi in ordine ad finem debitū, qui est Deus. & propter hoc omnes eorum actus sunt actus charitatis, & sic in eis non potest esse peccatum ueniale. Angeli uero mali in nihil mouētur, nisi in ordine ad finem peccati superbiæ ipsorum: & ideo in omnibus peccant mortaliter quæcumque propria uoluntate agunt. Secus autem est de appetitu naturalis boni, qui est in eis, ut in primo dictum est.*

A D PRIMVM ergo dicendum, quòd homo cōue nit quidem cum angelis in mente, siue in intellectu: sed differt in modo intelligendi, ut dictum est*. A

A D 2ᵐ dicendum, quòd angelus non potuit minus diligere creaturam, quàm Deum, nisi simul referens eam in Deum, sicut in ultimum finem, uel aliquē finem inordinatum, ratione iam dicta*.

A D 3ᵐ dicendum, q̄ omnia illa quæ uidentur esse uenialia dæmones procurant, ut homines ad sui familiaritatem attrahant, & sic deducant eos in peccatū mortale: unde in omnibus mortaliter peccāt propter intentionem finis.

¶ *Super Quæstionis octuagesimanonæ Articulū quintū.*

¶ *Super Quæstionis octuagesimaoctauæ Articulū sextum.*

ARTICVLVS V.

Vtrum primi motus sensualitatis infidelibus sint peccata mortalia. B

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd primi motus sensualitatis in infidelibus sint peccata mortalia. Dicit enim Apostolus ad Roma. 8. quòd nihil est dānationis his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnē ambulant, & loquitur ibi de concupiscentia sensualitatis, vt ex præmissis apparet. hæc ergo causa est quare concupiscere non sit damnabile his, qui non secundum carnē ambulant, consentiendo scilicet cōcupiscentiæ, quia sunt in Christo Iesu: sed infideles non sunt in Christo Iesu. ergo in infidelibus est dānabile. primi igitur motus infidelium sunt peccata mortalia.

¶ 2 Præt. Anselmus dicit in libro de gratia & lib. arb.* Qui non sunt i Christo sentientes carnē, sequuntur damnationem, etiam si non secundum carnem ambulant: sed dānatio nō debetur nisi peccato mortali. ergo cum homo sentiat carnē secundum primum motum concupiscētiæ, uidetur quod primus motus concupiscentiæ in infidelibus sit peccatum mortale. D

¶ 3 Præt. Anselmus dicit in eodē libro, Sic est factus homo, ut concupiscentiam sentire nō deberet. hoc autem debitum uidetur hominis remissum per gratiam baptismalem, quam infideles non habent. ergo quandocunque infidelis concupiscit, etiam si non consentiat, peccat mortaliter contra debitum faciēs. E

SED CONTRA est, quod dicitur Actuū 10. Non est personarū acceptor Deus, quod ergo uni non imputat ad damnationem, nec alteri: sed primos motus fidelibus nō imputat ad damnationem. ergo etiam nec infidelibus.

RESPON. Dicendum, quòd irrationabiliter dicitur, q̄ primi motus infideliū sint peccata mortalia, si eis non consentiat. & hoc patet dupliciter. Primo quidem, quia ipsa sensualitas non potest esse subiectum peccati mortalis, ut supra est habitum.* est autem eadē natura sensualitatis in infidelibus & fidelibus: unde non potest esse, quòd solus motus sensualitatis in infidelibus sit peccatum mortale. Alio modo ex statu ipsius peccantis. nunquam enim dignitas personæ diminuit peccatum, sed magis auget, ut ex* supra dictis patet: vnde nec peccatum est minus in fideli, quàm in infideli, sed multo maius. Nam & infidelium peccata magis merentur veniam propter ignorantiam, secundum illud 1. ad Timot. 1. Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorās feci in incredulitate mea: & peccata fidelium aggrauantur propter gratię sacramenta, secundum illud Hebr. 10. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui sanguinem Testamenti, in quo sanctificatus est, pollutum duxerit? C

A D PRIMVM ergo dicendū, quod Apostolus loquitur de damnatione debita peccato originali, quę auferetur per gratiam Iesu Christi, quāmuis maneat concupiscentiæ fomes. vnde hoc quòd fideles concupiscunt, non est in eis signum damnationis originalis peccati, sicut est in infidelibus. Et hoc etiā modo intelligendum est* dictū Anſ. Vnde patet solutio ad secūdū.

A D 3ᵐ dicendum, quòd illud debitum non concupiscēdi, erat per originalē iustitiam. vnde id quod opponitur tali debito, non pertinet ad peccatum actuale, sed ad peccatum originale.

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatum ueniale possit esse in aliquo cum solo originali.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur quòd peccatum veniale possit esse in aliquo cū solo originali. Dispositio enim præcedit habitū: sed veniale est dispositio ad mortale, vt* supra dictum est. ergo veniale in infideli, cui non remittitur originale, inuenitur mortale: & sic quandoque infideles habent peccata venialia cum originali sine mortalibus.

¶ 2 Præt. Minus habet de connexione & cōuenientia veniale cum mortali, quàm mortale peccatum cū mortali: sed infidelis subiectus originali peccato potest cōmittere vnū peccatū mortale, & non aliud.

quòd minus requiritur ad faciendum aliquid imperfectū, quam perfectū. Peccatum enim mortale constat esse per fectum, & ueniale imperfectum: & q̄ non omne excusans à maiore, excusat à minore, ut patet in infidelibus, qui excusantur ab infidelitatis peccato, si nihil audierunt, & non ab aliis, à quibus cauerent, si essent Christiani. q.74.art.4. q.73.ar.10.

¶ Ad hæc dubia dicitur, quòd cum in litera explicite dicatur, Multo magis excusat à ueniali, si committat aliquid quod sit ex genere suo tale, dubium non est quòd de ueniali ex genere in illis uerbis loquitur, & intendit, q̄ puero committente aliquid mortale ex genere, & aliquid ueniale ex genere, si defectus ętatis excusat eum a mortali, excusat etiam à ueniali, & multo magis. Et quòd excuset etiā à ueniali, in prōptu est ratio: quia utrūque libertatem exigit, & conuenit in hoc, qd est fieri posse deliberate & indeliberate. Pōt enim quis deliberate uerbum otiosum dicere, & habere primum motum ad dicendum illud, & desistere: unde si impedita libertas excusat ab actu mortali, quia constituit ipsum extra mortale genⁿ, excusat quoque eadem rōne ab actu ueniali, qa extra mortale quoque genⁿ cōstituit ipsū. Quod autem multo magis excuset à ueniali, ratio est: quia in maiori includitur minus. cō stat autem q̄ exteris paribus, ex parte agentis peccatū ueniale & mortale ex genere sic se habent sicut maⁱ, & minⁿ: propter q̄ si impedimentum libertatis sit est ad faciendū, quòd actus tam malus, scilicet ex genere mortalis cōmissus à puero, ubi non iputat, à fortiori sufficit ad faciēdum, q̄ positum in arg 2. 3.q.90.ar.4 ad 3. Et 2. di.28. art.3 ad 5. Et dis. 42.q.1.art. 5. ad 7. Et 4.dis.45.q. 1.ar.3.ad 6 Et ueri.qō. 24. arti.12. ad 2.& qō. 28.ar.3.ad 4. Et malo. q.5.ar.2.ad 8.& q.7.ar. 10.ad 8. *q. 18.ar.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actus minus malus ei non imputetur sicut si quis in bello occidendo excusatur ab homicidio, depredando excusatur a rapina, eadem ratione. Et cum contra hanc responsionem obiicitur: quia non habetur intentum uniuersaliter de omni peccato ueniali, respondetur, quòd ex hoc habetur intentum uniuersaliter: quia peccatum ueniale ex imperfectione actus presupponit libertatem sufficientem ad peccatū mortale: quia presupponit, quòd possit a libera ratione impediri. Vnde puero, qui à cōmissione actu mortali excusatur propter defectū libertatis, nō imputatur etiā quicunque motus in actum peccati mortalis, vel uenialis propter defectum libertatis exacte ad præueniendum, impediendum, & dominandum his motibus. Et simile esset de somnolento si nulla præcessisset culpabilis occasio, uel superfluitatis somni, uel occurrentis cogitationis, quæ in proposito non habent locum: quia defectus ætatis prohibens libertatē, inculpabilis omnino est. Sufficienter igitur auctor docuit de perfectis actibus moralibus in genere moralis, & uenialis tractans, ut ex illis imperfectos etiā iciremus, ut declaratum est.

¶ Ad obiectiones autem contra secundum dubium dicitur, q̄ licet ad peccandum uenialiter minus libertatis sufficiat in exercitio, quàm in mortali, quia absque deliberatione peccatur uenialiter, non tamen minus sufficit in facultate: quia non peccatur uenialiter absque libera facultate dominandi super singulos motus, quæ facultas absque plena libertate non est. Nec recte infertur contra illam regulam, Excusans à maiore excusat à minore: quoniam intelligitur cæteris paribus. constat autem quòd nō sunt cætera paria in instantia: quia lumen rationis est in infidelibus ostendens illis bona moralia, quæ non sequuntur. unde illi qui excusantur à peccato infidelitatis, quod est maius, excusantur quoque à peccato omissionis sacramenta fidei non recipiendo, quod est minus, quia hic cætera sunt paria: neutrum enim est alias cognitum &c. & non à peccato fornicationis, quod est ratione naturali prohibitum.

¶ In eodem 6. artic. q̄. 89. circa illa verba. Primum quòd tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de seipso: dubia duo occurrunt. Primum est, an hoc intelligatur de facto, an de debito, idest, an ita sit, quòd homini incipienti habere usum lib. arb. occurrat de facto hæc cogitatio, an occurrere debeat, quia scilicet tenet ad hoc eo5 trandum. Si enim intelligitur, quòd de facto ita est, in primis falsum assumitur. nam primum occurrens est bonum, quòd naturaliter appetituri deinde hoc aut uoluntarie dicitur, aut propter rationem in responsione ad tertium allatam, quia scilicet finis est prior in intentione: ipse autem met est finis, ad quem alia ordinat. Sed hæc responsio non concludit illud, tum quia falsum est, quòd ipsemet sit finis, cum sit propter aliud: tum quia ex hoc, quòd ipsemet occurrit vt finis, non sequitur, quòd de ipso sit deliberatio. Demum, quia non experimur in nobis, quòd nobis primo hæc cogitatio occurrat. Si autē intelligitur de debito, probandum esset hoc.

¶ Et si ratio in litera posita affertur, tunc insurgit sc̄m dubiū: q̄a aut intendit, q̄ ipsemet primo occurrit ut finis, aut ut ad finē. Si ut finis, nō oportet qd deliberet de seipso, sed sufficit q̄ nō amet se plusquàm Deum Et sic nullo præcepto affirmatiuo tenebitur pro tunc ad ordinandum se, sed negatiuo, scilicet non inordinate amandum se, cuius obseruatio stat cum peccato ueniali, & uoluntate studendi in Grammatica sicut ad finem. Et sic verba corporis articuli consonant, scilicet deliberare de seipso: sed ratio allata in litera in responsione ad tertium, nihil ualet: & cū sola sit allata, omnia sine rationis fundamento restant.

¶ Ad has dubitationes simul respondendo dicitur, quòd uerba literæ intelliguntur non solum de debito, sed de facto, & de seipso quodammodo ut fine, & quodammodo ut ad finem.

¶ Ad cuius euidentiam aduertendum est, quòd in occurrente primo fine inueniuntur duo, scilicet quòd appetitus, & cui appetitur. primum est amatum amore concupiscentiæ: secundum amore amicitiæ. Et quia amabile quidem bonum, unicuique autem proprium: & amicabilia quæ sunt ad alios, ueniunt ex amicabili ad se, primum cui appetitur, est ipsemet appetens. & quia concupitum ordinatur ad amatū amicitia, & non econuerso ideo primus simpliciter finis occurrens appetenti, est ipsemet qui est finis omnium concupiscibiliuni, ad quem omnia cōcupiscibilia naturaliter ordinant. Quia ergo finis é prior in intentionē, & ipsemet puer est finis primo amatus amicitia, cui primo concupiscitur de facto, oportet quòd primum de facto occurrens pueri uoluntati, sit ipsemet, ad quem alia concupiscibilia ordinet. Completo autē hoc naturali occursu, quo puer uult naturaliter sibi bonum, ac beatitudinem, consequens est, ut statim de seipso amato, quod iam occurrit, idest, de seipso solicitus sit, quid ei appetēdum sit. Ex hoc enim pendet quid operandum, quid solicitandum, quid patiēdum, & quicquid aliud subest eius potestati. Et quoniam ipse ſm seipsum est magis amatus, quàm ipsemet ſm partes, seu partiales rationes suas, consequens est, q̄ primum solicitans puerum, est deliberare quid sibi ſm seipsum totum non ſm hunc, uel illum respectum appetendum est. Hoc autem est deliberare de seipso, & ordinare se ad finem: quia id qd sibi ipsi præcipue amato ſm se totum est appetendum, est finis, ad quem ipse ordinatur. Vnde si sibi appetendum censuerit bonum honestum in confuso, ut ætas illa consueuit, bene deliberauit de seipso, finem suum in uera beatitudine collocans, quamuis imperfecte, & inchoatiue. Non plus enim exigitur à puero, si non omissionis reus erit: ut in litera dicitur in responsione ad tertium.

¶ Ex his autem dicitur ad obiecta contra primum, q̄ de facto occurrere seipsum, ut finem amatum amicitia, dum primo concipiscitur bonum, ratione conuincitur: quia omne concupitum, ali cui concupiscitur. & cum constet, q̄ non alteri, ergo sibi. similiter qd de facto occurrit ipsemet, ut deliberabilis, quantum est ex rerum ordine, probatum est, quia est præcipue amatus. Et quia rerum ordo nulla tunc culpa peruersus est, ideo naturæ ordinem facti series quantum ad occursum sequitur. Verum tamen est, q̄ occursum illum non necessario uoluntas amplectitur, sed potest non cogitare, & omittere, ut in litera dicitur. unde nihil obstat, quòd bonum, aut beatitudo primo occurrat, quia ut concupiscibile utrūque occurrit: nec quòd ipse primo occurrit ut finis, immo ex hoc habetur ratio, quòd non uoluntarie dicitur: quia finis est præcipue amatus, & de ipso primo solicitudo sequitur, & sic esse finem amatum amicitia, sequitur ipsum esse primum deliberabile. est enim sic finis, quòd potest esse ad alium finem: & propterea non est falsum, ipsum esse finem, nec impertinens intentæ conclusioni. Et per hoc patet solutio reliquarum obiectionum.

¶ In eodem sexto articulo quæstionis octuagesimænonæ, dubium adhuc supererat in tertii argumenti responsione: quia cum deliberatio de seipso fiat in tempore, quia deliberare in tempore fit intra tempus deliberationem mensurans, potest puer peccare uenialiter, puta, curiose uidendo transeuntem equum inter deliberandum de fine: & sic cum non teneatur ad eligendum finem debitum ante terminatam deliberationem, sequitur quòd potuerit peccare uenialiter ante peccatum mortale, & tamen quàm cito potest, dat operam deliberationi de seipso.

¶ Ad hoc dicitur, quòd non quàm citius potest deliberat, qui inter deliberandum ad aliud diuertit. Cum enim uirtus unita sit maior seipsa dispersa, & à maiori uirtute citius fiat aliquid, quàm à minore cæteris partibus, consequens est ut citius deliberet non diuertens, quàm diuertens: ac per hoc qui ad aliud aspicit uane, non quàm cito potest deliberat, libere uim suam minuens, & sic reus est omissionis præcepti diuertendo, non quàm cito potest deliberando. & quamuis non teneatur ante terminū deliberationis eligere, tenetur tamen ante terminum nullum impedimentum apponere charitati: & propterea apponēdo peccat mortaliter ante terminum. sicut deliberationi operam non dans ante instans, quod terminasset deliberationem, peccat omissione.

¶ Circa eundem articulum sextum quæstionis octuagesimænonæ, duplex quæstio ex dictis insurgit. Prima est an infans baptizatus teneatur in principio suę discretionis ad conuersionem in Deum, sicut de non baptizato dictum est. Secunda est, quòd si tenetur, an quilibet baptizatus sit de hac præcepti obseruatione dubius, & teneatur consequenter confiteri tam quam de dubio.

¶ Ad primam quæstionem dicendum est, quòd cum præceptum illud fundetur super processu naturæ, & gratia perficiat naturam per modum naturæ, absque dubio tenetur puer baptizatus ad deliberandum de seipso in principio suæ discretionis

tionis una ratione, scilicet propter impletionem præcepti: non baptizatus uero duabus rationibus, scilicet propter præceptum, & propter delendum peccatum originale.

¶ Ad secundum uero libentius audiremus quid dicēdum, quàm dicerem, videtur tamen mihi, quòd quia nunquā est amor Dei otiosus, charitas infusa baptizato infanti exit in actum in primo actu naturali: sicut de angelis creatis in gratia dicitur fuit. Et quòd statim occurrente ipso, ut deliberabili, infusa fides deliberandi solicitudinem foueat ad bonum honestum præsentandum coope rando, inclinando ad hoc intellectum, & consequēter charitas inclinet appetitum ad honestum prosequendum: & sic constituit sibi ue rum ultimum finē, quamuis confuse. Et licet hoc uideatur uerum, ut in pluribus: non oportet tamen in omnibus sic esse non solum propter libertatem, sed propter complexionem, & malam assuetudinem ante actus discretionis. Vnde fit quòd pars sensitiua magis mouetur ad assueta delectabilia mala, q̄ fides, & charitas ad honestum: propter quod non parui refert, ut assuescat puer ad audiendum spiritualia, & honesta. Determinat. habitus fidei infusus ex propositis ex auditu, & charitas illam sequitur. De confessionis autem necessitate patet qd dicēdū. Debet. n. cōfiteri, & cōfiteri q̄s si sint de aliis icertis, nisi q̄ aliquid min ad cōfessionē huius sufficere uidet. s. in cōmuni confiteri de occultis, intendendo de eibus: quia incertitudo ista cōis é toti generi humano. Pp quod nemo scit utrum odio, uel amore dignus sit.

mines in limbo puerorum, vbi non est pœna sensus vt infrà dicetur. In inferno autem detruduntur homines propter solum peccatum mortale. ergo non erit locus, in quo possit puniri ille, qui habet peccatum veniale cum originali solo.

RESPON. Dicēdum, quòd impossibile est, quòd peccatū veniale sit in aliquo cum originali peccato absque mortali. Cuius ratio est, quia antequàm ad annos discretionis perueniat, defectus ætatis prohibens vsum rationis, excusat eum à peccato mortali: vnde multo magis excusat eum à peccato veniali, si committat aliquid quod sit ex genere suo tale. Cū vero vsum rationis habere incœperit, nō omnino excusatur a culpa venialis & mortalis peccati, sed primū, quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de seipso: & siquidem seipsum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati. Si vero non ordinet seipsum ad debitum finē, ſm quod in illa ætate est capax discretionis, peccabit mortaliter, non faciens quod in se est, & ex tunc non erit in eo peccatum veniale sine mortali, nisi postquàm totum fuerit sibi per gratiam remissum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ueniale non est dispositio ex necessitate præcedens mortale, sed contingenter: sicut quandoque labor disponit ad febrem, non autem sicut calor disponit ad formam ignis.

AD 2^m dicendum, quòd non impeditur peccatum ueniale esse simul cum solo originali propter distantiam eius, uel conuenientiam, sed propter defectum usus rationis, vt dictum est.

AD 3^m dicendum, quòd ab aliis peccatis mortalibus potest puer incipiens habere usum rationis, per aliquod tempus abstinere: sed a peccato omissionis prædictæ non liberatur, nisi quàm cito potest, se conuertat ad Deum. Primum enim quod occurrit homini discretionem habenti est, quòd de seipso cogitet, ad quem alia ordinet sicut ad finem. Finis enim est prior in intentione, & ideo hoc est tempus pro quo obligatur ex Dei præcepto affirmatiuo, quo Dominus dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos, Zachariæ primo.

QVAESTIO XC.

De legibus, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ Articulum primum.*

CONSEQVENTER cōsiderandum est de principiis exterioribus actuū. Principium autem exterius ad malum inclinans est diabolus, de cuius tentatione in primo dictum est. Principium autem exterius mouēs ad bonum est Deus, qui & nos instruit per legem, & iuuat per gratiam.

¶ Vnde primo de lege: secundo de gratia dicendum est.

¶ Circa legem autem primo oportet considerare de ipsa lege in cōmuni: secūdo de partibus eius.

¶ Circa legem autem i communi, tria occurrunt considerāda. Primo quidem de essentia ipsius. Secundo, de differentia legum. Tertio, de effectibus legis.

Circa primum, quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrū lex sit aliquid rōnis.

¶ Secundo, de fine legis.

¶ Tertio, de causa eius.

¶ Quarto, de promulgatione ipsi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex sit aliquid rationis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd lex non sit aliquid rationis. Dicit. n. Apostolus ad Roman. 7. Video aliam legem in mēbris meis &c. sed nihil quod est rationis, est in membris, quia ratio non utitur organo corporali. ergo lex non est aliquid rationis.

¶ 2 Præt. In ratione non est nisi potentia habitus, & actus: sed lex non est ipsa potentia rationis. similiter etiam non est aliquis habitus rationis: quia habitus rationis sunt uirtutes intellectuales, de quibus supra dictum est: nec etiam actus rationis est, quia cessante rationis actu, lex cessaret, puta in dormientibus. ergo lex non est aliquid rationis.

¶ 3 Præt. Lex mouet eos, qui subiiciuntur legi, ad recte agendum: sed mouere ad agendum proprie pertinet ad uoluntatem, ut patet ex præmissis. ergo lex nō pertinet ad rationem, sed magis ad uoluntatem, secundum quod etiā Iurisperitus dicit: Quod placuit principi, legis habet uigorem.

SED CONTRA est, quòd ad legem pertinet præcipere, & prohibere: sed imperare est rationis, ut supra habitum est. ergo lex est aliquid rationis.

RESPON. Dicendum, quòd lex quædam regula est & mensura actuum, secundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur. Dicitur enim lex à ligando, quia obligat ad agendum. Regula autem & mensura humanorum actuum est ratio, quæ est principium primum actuum humanorum, vt ex prædictis patet. Rationis enim est ordinare ad finem, qui est primum principium in agēdis, secundum Philosophum.

p.p.q.111. ar.2.&3.

quæst.57.

q.9.ar.1.

In digest. uet.lib.tit. 4. leg.1. in princ.

q.17.ar.1.

Infr.q6.91. ar.1.cor.& q.92.art.1. cor.& q.94 ar.1.cor.

q.66.art.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

losophum. In unoquoque autem genere id, quod est principium, est mensura & regula illius generis: sicut unitas in genere numeri, & motus primus in genere motuum: unde relinquitur, quòd lex sit aliquid pertinens ad rationem. D.311

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum lex sit regula quædam & mensura, dicitur dupliciter esse in aliquo. Vno modo sicut in mensurante & regulante: & quia hoc est propriū rationis, ideo per hunc modum lex est in ratione sola. Alio modo, sicut in regulato, & mensurato & sic lex est in omnibus, quæ inclinā tur in aliquid ex aliqua lege: ita quòd quælibet inclinatio proueniens ex aliqua lege, potest dici lex non essentialiter, sed quasi participatiue. & hoc modo inclinatio ipsa membrorum ad concupiscendum, lex membrorum uocatur.

AD 2^um dicendū, quòd sicut in actibus exterioribus est considerare operationem & operatum, puta, ædificationē & ædificatum: ita in operibus rationis est considerare ipsum actū rōnis, qui est intelligere & ratiocinari, & aliquid p hmōi actum constitutū, quod quidē in speculariua rōne primo quidē est diffinitio: secūdo enunciatio: tertio uero syllogismus, uel argumētatio. Et quia ratio etiā practica utitur quodam syllogismo in operabilibus, ut supra habitum est, fm quod Philosophus docet in 7. Ethic. ideo est inuenire aliquid in rōne practica, quod ita se habeat ad operationes, sicut se habet propositio in rōne speculatiua ad conclusiones. & huiusmodi propositiones vniuersales rōnis practicæ ordinatæ ad actiones habent rōnem legis: quæ quidem propositiones aliquando actualiter considerantur, aliquando vero habitualiter à ratione tenētur. q.13.art.3. & q.77.ar. 2.ad 4. Cap.3.to.5

AD 3^um dicendum, quòd ratio habet uim mouēdi à uoluntate, ut supra dictum est. Ex hoc enim quòd aliquis uult finem, ratio imperat de his quæ sunt ad finem: sed uoluntas de his quæ imperantur ad hoc, q legis rationem habeat, oportet quod sit aliqua ratione regulata. & hoc modo intelligitur, quòd uoluntas principis habet uigorem legis: alioquin uoluntas principis magis esset iniquitas, quàm lex. q.17.art.1.

¶ *Super quæstionis nonagesimæ Articulum secundum.*

IN art.2. eiusdem quæst. in responsione ad primum, nota in quo differunt præcepta & in lege contenta, & a principibus, seu p̄latis facta. Lex ordinem ad cōmune bonum continet: præceptum autem ordinem illum applicat ad singulares fines subordinatos bono communi, propter quod præcepta, quę bono communi nō subordinātur, præcepti vim nō habēt. Inf. qō.91. ar.5. cor. & arti.6.ad 3. & q.96.ar. 1.2.3.4. & 6.cor. Et 2. 2. q.58.ar. 5.cōr. Et 3. q.70.art.2. ad 2. Et 3. contra c. 103.fin.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex ordinetur semper ad bonum commune.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd lex nō ordinetur semper ad bonum commune, sicut ad finem. Ad legem enim pertinet præcipere & prohibere: sed præcepta ordinantur ad quædam singularia bona. non ergo semper finis legis est bonum commune.

¶ 2 Præt. Lex dirigit hominem ad agendum: sed actus humani sunt in particularibus. ergo & lex ad ali quod particulare bonū ordinatur.

¶ 3 Præt. Isidorus dicit in libro Etymologiarum, Si ratione lex cōstat, lex erit omne quod ratione constiterit: sed ratione cōsistit non solum quod ordinatur ad bonum commune, sed etiam quod ordinatur ad priuatum bonum unius. ergo.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in 5. Ethymologiarum, quòd lex est nullo priuato' commodo, sed pro communi utilitate ciuium conscripta. li.5.ca 21. Art.praec.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, lex pertinet ad id quod est principiū humanorum actuū, ex eo quod est regula, & mensura. Sicut autē ratio est principium humanorū actuū, ita etiam in ipsa ratione est aliquid quod est principiū respectu oīum aliorum: unde ad hoc oportet, q principaliter & maxime pertineat lex. Primum aūt principium in operatiuis, quorum est ratio practica, est finis ultimus. Est aūt ultimus finis humanæ uitæ felicitas, uel beatitudo, ut supra habitum est. unde oportet q lex maxime respiciat ordinē qui est in beatitudine. Rursus, cum ois pars ordinetur ad totū, sicut imperfectū ad perfectū, unus aūt homo est pars cōitatis perfectę, necesse est, q lex proprie respiciat ordinē ad felicitatē cōem. unde & Philosophus in præmissa diffinitione legaliū, mētionem facit & de felicitate, & cōione politica. Dicit. n. in 5. Ethic. quòd legalia iusta dicimus factiua, & conseruatiua felicitatis, & particularum ipsius politica cōicatione. Perfecta enim cōitas ciuitas est, ut dicitur in 1. Politicæ. In quolibet aūt genere id quod maxime dicitur, est principium aliorum, & alia dicuntur secūdū ordinem ad ipsum: sicut ignis, qui est maxime calidus, est causa caliditatis in corporibus mistis, quę intantum dicuntur calida, inquantum participant de igne. unde oportet, q cum lex maxime dicatur secundum ordinem ad bonum commune, quòd quodcunque aliud præceptum de particulari opere non habeat rationem legis, nisi secundum ordinem ad bonum commune: & ideo omnis lex ad bonum commune ordinatur. 1.ca.10. 4.cap. Cap.1.no. Cap.2.no.5

AD PRIMVM ergo dicendum, q præceptū importat applicationē legis ad ea, quæ ex lege regulātur. Ordo aūt ad bonū cōmune, qui pertinet ad legem, est applicabilis ad singulares fines: & fm hoc etiam de particularibus quibusdam præcepta dantur.

AD 2^um dicendum, quòd operationes quidem sunt in particularibus, sed illa particularia referri possunt ad bonum commune, nō quidem communitate generis, uel speciei, sed cōmunitate causæ finalis, fm quod bonum commune dicitur finis communis.

AD 3^um dicendum, quòd sicut nihil constat firmiter fm rationem speculatiuam, nisi per resolutionem ad prima principia indemōstrabilia: ita firmiter nihil cōstat per rationem practicam, nisi per ordinationem ad ultimum finem, qui est bonum cōmune: quod autem hoc modo ratione constat, legis rationem habet.

ARTICVLVS III.

Vtrū ratio cuiuslibet sit factiua legis.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd cuiuslibet ratio sit factiua legis. Dicit. n. Apostolus ad Roma. 2. quòd cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex: hoc autem communiter de omnibus dicit. ergo quilibet potest facere sibi legem.

¶ 2 Præt. Sicut Philosophus dicit in libro secundo Ethicorum, intentio legislatoris est, ut inducat hominem ad uirtutem: sed quilibet homo potest aliū inducere ad uirtutem. ergo cuiuslibet hominis ratio est factiua legis.

¶ 3 Præt. Sicut princeps ciuitatis est ciuitatis gubernator, ita quilibet paterfamilias est gubernator domus: sed princeps ciuitatis potest in ciuitate legem facere. ergo quilibet paterfamilias potest in sua domo facere legem.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in lib. Etymo. & habetur in Decretis. dist. 2. Lex est constitutio populi, secundum quam maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. non est ergo cuiuslibet facere legem.

RESPON. Dicēdum, quòd lex propriè, primo & principaliter respicit ordinem ad bonum commune. Ordinare autem aliquid in bonum commune est uel totius multitudinis, uel alicuius gerentis uicem totius multitudinis. & ideo condere legem uel pertinet ad totā multitudinem, uel pertinet ad personam publicam, quæ totius multitudinis curam habet: quia & in omnibus aliis ordinare in finem est eius, cuius est proprius ille finis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut supra dictū est, Lex est in aliquo nō solum sicut in regulāte, sed etiā participatiue, sicut in regulato. & hoc modo vnusquisque sibi est lex, inquantum participat ordinem alicuius regulantis: vnde & ibidem subditur. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.

AD 2^um dicendum, quòd persona priuata non potest inducere efficaciter ad virtutē, potest enim solum mouere: sed si sua motio nō recipiatur, non habet vim coactiuam, quā debet habere lex ad hoc quòd efficaciter inducat ad uirtutem, ut Philosophus dicit in 10. Ethico. hanc autem uirtutem coactiuam habet multitudo, uel persona publica, ad quam pertinet pœnas infligere, ut infra dicetur: & ideo solius eius est leges facere.

AD 3^um dicendum, quòd sicut homo est pars domus, ita domus est pars ciuitatis: ciuitas autem est communitas perfecta, ut dicitur in primo Politicę. & ideo sicut bonū unius hominis non est ultimus finis, sed ad commune bonum ordinatur: ita etiam & bonū unius domus ordinatur ad bonū unius ciuitatis, quę est communitas perfecta. unde ille qui gubernat aliquā familiam, potest quidem facere aliqua præcepta, uel statuta: non tamē quæ proprie habeant rationē legis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrū promulgatio sit de ratione legis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd promulgatio non sit de ratione legis. Lex enim naturalis maxime habet rationem legis: sed lex naturalis nō indiget promulgatione. ergo non est de ratione legis, q promulgetur.

¶ 2 Præt. Ad legem pertinet proprie obligare ad aliquid faciendū, uel non faciendum: sed non solum obligantur ad implendam legem illi, coram quibus promulgatur lex, sed etiam alii. ergo promulgatio nō est de ratione legis.

¶ 3 Præt. Obligatio legis extenditur etiam in futurum, quia leges futuris negotiis necessitatem imponunt, ut iura dicunt: sed promulgatio fit ad præsentes. ergo promulgatio non est de necessitate legis.

SED CONTRA est, quod dicitur in Decretis quarta distinctione, quòd leges instituuntur, cum promulgantur.

RESPON. Dicendum, q sicut dictū est, lex imponitur alijs per modum regulæ, & mensuræ. Regula autem, & mensura imponitur p hoc, quòd applicatur his quæ regulantur, & mensurantur, unde ad hoc quòd lex uirtutem obligandi obtineat, quod est proprium legis, oportet quòd applicetur hominibus qui secundum eam regulari debent. talis autem applicatio fit per hoc, quòd in notitiam eorum deducitur ex ipsa promulgatione: unde promulgatio ipsa necessaria est ad hoc, quod lex habeat suam uirtutem. Et sic ex quatuor prædictis potest colligi diffinitio legis, quæ nihil est aliud, quàm quędā rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo qui curam cōmunitatis habet, promulgata. 2.dist.24.q. 3.ar.3.cor. & ad 1. Et 4.dist.3.ar. 5.q.3.corp.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd promulgatio legis naturæ est ex hoc ipso, quòd Deus eam mentibus hominum inseruit naturaliter cognoscendam.

AD 2^um dicendum, quòd illi coram quibus lex non promulgatur, Papa est legislator in multitudine tota populi Christiani, oportet dicere, q est habens curam totius multitudinis populi Christiani, eo modo accipiendo totam multitudinem, quo posset condere legem, si non subdita esset. Constat aūt, q condere legē, pertinet ad multitudinem totam non fm singulas partes, sed collectiue, idest, ad communitatem multitudinis. Papa ergo est habens curā non solum singulorum, sed cōitatis totius multitudinis Christianorum. Et hæc dixerim, propter sciolos quosdā, qui Papam pastorē singularum ecclesiarum, nō cōitatis totiº Ecclesiæ christianæ esse contendunt: errāt quippe grauiter. Et hinc habes, q tota multitudo, ut legislatoris officiū hēat, est sub cura illius q legislator ē. Quod etiam ex rōne conuincitur: quia finis proprius cōmunitatis. s. cōmune bonū, est proprius finis legislatoris, quāuis diuersimode, quia cō munitatis, ut ordinatæ, & legislatoris, ut ordinantis. 2.dist.24.q. 3.ar.3.cor. & ad 1. Et 4.dist.3.ar. 5.q.3.corp.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ Articulum quartum.*

IN art.4. in responsione ad secundū nota, q̄ oīa illa uerba, Vel deuenire potest, nō intelligit de potētia logica: quia s. non implicat contradictionē, sed de potentia politica. i. fm ordinē, seu cursum politicū. unde, deuenire pōt, cōtingit cū ly, p alios: & intendit author, q̄ absentes a patulgatione obligantur: uel quia p alios promulgatio ad eos deuenit, uel p alios deuenire potuit: sed ex parte absentium consecutū est ut ng scirent, uel quia no uoluerūt, uel quia no curauerūt facere quę in eis erat ad sciendum. Alioquin absentes nescit promulgatæ legis no ligāt. Propter qđ si Romę noua lex promulgat, & nec curia ipsa procurat ut promulgatio ad ecclesias cathedrales deueniat, nec prælati qui ibi sunt, intimuant suis ecclesiis, accusari nec apud Deū, nec apud homines ignorantiæ possunt absentes nescij. In codice li.1.t.17.d legib leg.7. Dist.4.ca.in istis temporalibus, circa princip. art.1.huius quæst. Inf. q.91. art.1.ad 3. & 4. Et 3. q.59.art.4. ad 3. & q.60.art. 6.cor. & q. 67.a.1.cor. Lib.2. ca.6. a med. to.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obligantur ad legem obſeruandam, inquantum in eorum notitiam deuenit per alios, uel deuenire poteſt promulgatione facta.

Cap. 10. par. 2. a princi. AD 4^m dicendum, quòd promulgatio præſens in futurum extenditur per firmitatem Scripturæ, quæ quodammodo ſemper eam promulgat. unde * Iſidorus dicit in 2. Etymologiarum, quòd lex a legendo uocata eſt, quia ſcripta eſt.

¶ *Super Quæſtionis nonageſimæ primæ Articuli primum.*

QVAESTIO XCI.

De legum diuerſitate, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de diuerſitate legum.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrũ ſit aliqua lex æterna.
¶ Secũdo, Vtrum ſit aliqua lex naturalis.
¶ Tertio, Vtrum ſit aliqua lex humana.
¶ Quarto, Vtrum ſit aliqua lex diuina.
¶ Quinto, Vtrum ſit una tantum, uel plures.
¶ Sexto, Vtrum ſit aliqua lex peccati.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ſit aliqua lex æterna.

Infr. q. 93. ar. 1. p totũ. & ar. 3. & 4. c. ar. 5. ad 3. Et 4. di. 32. q. 1. ar. 1. 1. Et 3. contra c. 114. Et Ro. 8. in.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nõ ſit aliqua lex ęterna. Omnis enim lex aliquibus imponitur: ſed non fuit ab æterno, cui aliqua lex poſſet imponi, ſolus enim Deus fuit ab æterno. ergo nulla lex eſt æterna.

¶ 2 Præt. Promulgatio eſt de ratione legis: ſed promulgatio nõ potuit eſſe ab æterno, ꝙa nõ erat ab æterno, cui promulgaretur. ergo nulla lex poteſt eſſe æterna.

¶ 3 Præt. Lex importat ordinem ad finem. ſed nihil eſt æternum quod ordinetur ad finem: ſolus enim ultimus finis eſt æternus. ergo nulla lex eſt æterna.

Ca. 6. parũ a princip. SED CONTRA eſt, quod * Aug. dicit in 1. de lib. arb. Lex, quę ſumma ratio nominatur, nõ poteſt cuipiã intelligenti non incommutabilis, ęternaque uideri.

quæſt. pce. RESPON. Dicẽdum, quòd ſicut * ſupra dictum eſt, nihil eſt aliud lex, quàm dictamen practicę rationis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam. Manifeſtum eſt autem, ſuppoſito quòd mundus diuina prouidentia regatur, ut in 1. * habitum eſt, quòd p. p. qõ. 22. art. 1. & 2. tota cõmunitas Vniuerſi gubernatur ratione diuina: & ideo ipſa ratio gubernationis rerum in Deo, ſicut in principe uniuerſitatis exiſtens, legis habet rationẽ. Et quia diuina ratio nihil concipit ex tempore, ſed habet æternum conceptum, ut dicitur Prouer. 8. inde eſt, ꝙ huiuſmodi legem oportet dicere æternam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea quæ in ſeipſis non ſunt, apud Deum exiſtũt, inquantũ ſunt ab ipſo cognita & præordinata, ſm illud Roman. 4. Qui uocat ea quæ non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt. ſic igitur æternus diuinæ legis conceptus habet rationẽ legis æternæ, ſecundum quod a Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipſo præcognitarum.

AD 2^m dicendum, ꝙ promulgatio ſit & uerbo, & ſcripto, & utroq; modo lex æterna habet promulgationẽ ex parte Dei promulgãtis: qa & Verbũ diuinũ eſt æternũ, & Scriptura libri uitæ ẽ æterna: ſed ex pte creaturę audiẽtis, aut inſpiciẽtis nõ põt eſſe promulgatio ętrna.

AD 3^m dicendũ, ꝙ lex importat ordinẽ ad finẽ actiue, inquantũ. ſ. p eam ordinant aliqua in finẽ: non aũt paſſiue. i. ꝙ ipſa lex ordinetur ad finẽ, niſi per accidens in gubernãte, cuius finis eſt extra ipſum, ad quem etiã neceſſe eſt ut lex eius ordinetur ſed finis diuinę gubernationis eſt ipſe Deus, nec eius lex eſt aliud ab ipſo: unde lex æterna non ordinatur in alium finem.

¶ *Super Quæſtionis nonageſimæ primæ, Articulum primum, ſecundum, & tertiũ.*

ARTICVLVS II.

Vtrũ ſit in nobis aliqua lex naturalis.

In artic. 1. 2. & 3. Inf. qũ. 94. arti. 2. ad 1. & q. 97. ar. 1. ad 1. Et 4. di. 33. qũ. 1. ar. 1. qũ. 1. ad 1. Et Ro. 2. ad Ro. Lib. 1. ca. 2. non procul a fi. ver.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non ſit in nobis aliqua lex naturalis. Sufficienter. n. homo gubernatur p legẽ æternã. Dicit. n. * Augu. in 1. de lib. arbi. ꝙ lex æterna eſt, qua iuſtũ eſt ut oĩa ſint ordinatiſſima: ſed natura non abundat in ſuperfluis, ſicut nec deficit in neceſſariis. ergo non eſt homini aliqua lex naturalis.

¶ 2 Præt. Per legem ordinatur homo in ſuis actibus ad finem, ut ſupra habitum eſt: ſed ordinatio humanorum actuum ad finem nõ eſt per naturam, ſicut accidit in creaturis irrationabilibus, q̃ ſolo appetitu naturali agunt propter finem, ſed agit homo propter finem per rationem, & uoluntatem. ergo non eſt aliqua lex homini naturalis.

¶ 3 Præt. Quanto aliquis eſt liberior, tanto minus eſt ſub lege: ſed homo eſt liberior oĩbus alijs animalibus pp lib. arb. quod præ alijs animalibus habet. cũ igitur alia animalia non ſubdantur legi naturali, nec homo alicui legi naturali ſubdet.

SED CONTRA eſt, quod Ro. 2. ſuper illud, Cum gentes quæ legem nõ habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt. dicit * gloſ. quòd ſi non habent legem ſcriptam, habent tamen legem naturalem, qua quiliber intelligit, & ſibi conſcius eſt quid ſit bonũ, & quid malum.

RESPON. Dicendũ, ꝙ ſicut * ſupra dictũ eſt, lex cũ ſit regula & mẽſura, dupliciter põt eſſe in aliquo, uno modo, ſicut in regulãte & mẽſurante: alio modo, ſicut in regulato & menſurato: quia inquantum participat aliquid de regula, uel mẽſura, ſic regulatur, uel menſuratur. Vnde cum omnia, quæ diuinæ prouidentiæ ſubduntur, a lege æterna regulentur & menſurentur, ut ex * dictis patet, manifeſtum eſt, ꝙ oĩa participant aliqualiter legẽ æternã, inquantũ. ſ. ex impreſſione eius habent inclinationes in ꝓprios actus, & fines. Inter ętera aũt rõnalis creatura excellẽtiori quodam modo diuinæ prouidentiæ ſubiacet, inquantum & ipſa fit prouidentiæ particeps, ſibiipſi, & aliis prouidẽs. Vnde & in ipſa participatur ratio æterna, per quam habet naturalem inclinationẽ ad debitum actum, & finem. Et talis participatio legis ętrnę in rationali creatura, lex naturalis dicitur. unde cũ Pſal. 4. dixiſſet: Sacrificate ſacrificium iuſtitię. quaſi quibuſdam quærentibus, quæ ſunt iuſtitię opera, ſubiungit: Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? cui quæſtioni reſpondens dicit: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine. quaſi lumen rationis naturalis, quo diſcernimus quid ſit bonum, & quid malũ, qd pũnet ad naturalẽ legẽ, nihil aliud ſit q̃ impreſſio diuini luminis in nobis. unde patet, ꝙ lex naturalis nihil aliud eſt, q̃ participatio legis æternę in rõnali creatura.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ratio illa procederet, ſi lex naturalis eſſet aliquid diuerſum a lege æterna, nõ aũt eſt niſi quædam participatio eius, ut * dictum eſt.

AD 2^m dicendũ, ꝙ oĩs operatio rõnis, & uoluntatis deriuatur in nobis ab eo quod eſt ſm naturam, ut * ſupra habitum eſt. Nã oĩs ratiocinatio deriuatur a principiis naturaliter notis: & omnis appetitus eorum q̃ ſunt ad finem, deriuatur a naturali appetitu ultimi finis: & ſic etiam oportet quòd prima directio actuum noſtrorum ad finem, fiat per legem naturalem.

AD 3^m dicendum, quòd etiam animalia irrationalia participant rationem æternam ſuo modo, ſicut & rationalis creatura: ſed quia rationalis creatura participat eam intellectualiter, & rationaliter, ideo participatio legis æternæ in creatura rationali proprie lex uocatur. nã lex eſt aliquid rationis, ut * ſupra dictum eſt. in creatura aũt irrationali nõ participatur rationaliter: unde non poteſt dici lex, niſi per ſimilitudinem.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſit aliqua lex humana.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd non ſit aliqua lex humana. Lex enim naturalis eſt participatio legis æternæ, ut * dictum eſt: ſed per legem æternam omnia ſunt ordinatiſſima, ut ꝙ Aug. dicit in primo de lib. ar. ergo lex naturalis ſufficit ad omnia humana ordinanda. non eſt ergo neceſſarium quòd ſit aliqua lex humana.

¶ 2 Præt. Lex habet rationem menſuræ, ut * dictum eſt: ſed ratio humana non eſt menſura rerum, ſed potius econuerſo, ut in decimo * Metaphyſ. dicitur. ergo ex ratione humana nulla lex procedere poteſt.

¶ 3 Præt. Menſura debet eſſe certiſſima, ut dicitur in 10. * Metaph. ſed dictamen humanæ rõnis de rebus gerendis eſt incertum, ſm illud Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertę prouidentiæ noſtræ. ergo ex ratione humana nulla lex procedere poteſt.

SED CONTRA eſt, quòd ꝙ Aug. in primo de lib. ar. ponit duas leges, unam æternam: & aliam temporalẽ, quam dicit eſſe humanam.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut * ſupra dictum eſt, lex eſt quoddam dictamen practicæ rationis. Similiter aũt proceſſus eſſe inuenitur rationis practicę, & ſpeculatiuæ: utraque enim ex quibuſdam principiis ad quaſdam concluſiones procedit, ut * ſuperius habitum eſt. Secundum hoc ergo dicendum eſt, quòd ſicut in ratione ſpeculatiua ex principiis indemonſtrabilibus naturaliter cognitis producuntur concluſiones diuerſarum ſcientiarum, quarum cognitio non eſt nobis naturaliter indita, ſed per induſtriam rationis inuenta: ita etiam ex præceptis legis naturalis, quaſi ex quibuſdã principijs cõmunibus & indemonſtrabilibus, neceſſe eſt quòd ratio humana procedat ad aliqua magis particulariter diſponẽda: & iſtę particulares diſpoſitiones adinuentæ ſecundum rationem humanam, dicuntur leges humanæ obſeruatis aliis cõditionibus, quæ pertinent ad rationem legis, ut * ſupra dictum eſt. Vnde * Tullius dicit in ſua Rheto. quòd initiũ iuris eſt a natura profectum: deinde quædam in conſuetudinem ex utilitate rationis uenerunt: poſtea res a natura profectas, & a conſuetudine probatas, legum metus, & religio ſanxit. * q. præc. per totam. Tullius li. 2. de inuẽt. in fol. 4. ante finẽ lib.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio humana non poteſt participare ad plenum dictamen rationis diuinæ, ſed ſuo modo, & imperfecte. Et ideo ſicut ex parte rationis ſpeculatiuæ per naturalem participationem diuinæ ſapientiæ ineſt nobis cognitio quorundam communium principiorum, non autem cuiuslibet veritatis propria cognitio, ſicut in diuina ſapientia continetur: ita etiam ex parte rationis practicę naturaliter homo participat legem æternam ſecundum quædam communia principia, non autem ſecundum particulares directiones ſingulorum, quæ tamen in ęterna lege continentur: & ideo neceſſe eſt ulterius, quòd ratio humana procedat ad particulares quaſdã legum ſanctiones.

AD 2^m dicendum, quòd ratio humana ſecundum ſe non eſt regula rerum: ſed principia ei naturaliter indita, ſunt regulæ quædam generales, & menſuræ omnium eorum quæ ſunt per hominem agenda, quorum ratio naturalis eſt regula, & menſura, licet non ſit menſura eorum, quæ ſunt a natura.

AD 3^m dicendum, ꝙ ratio practica eſt circa operabilia, quæ ſunt ſingularia, & contingentia, non autẽ circa neceſſaria, ſicut ratio ſpeculatiua: & ideo leges humanæ non poſſunt illam infallibilitatem habere, quam habent concluſiones demonſtratiuæ ſcientiarũ. Nec oportet, ꝙ oĩs menſura ſit omnimodo infallibilis, & certa, ſed ſm quod eſt poſſibile in genere ſuo.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit neceſſarium eſſe aliquam legem diuinam.

1. q. 1. ar. 1. & 3. q. 60. a. 5. ad 3. Et 3. d 37. ar. 1 Et Ro. 8. fi. Art. 2. Art. 1.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non fuerit neceſſarium eſſe aliquam legem diuinam: quia, ut * dictum eſt, lex naturalis eſt quędam participatio legis æternæ in nobis: ſed lex æterna eſt lex diuina, ut ꝙ dictum eſt. ergo non oportet quòd præter legem naturalem, & leges humanas ab ea deriuatas, ſit aliqua alia lex diuina.

¶ 2 Præt. Eccle. 15. dicitur, quòd Deus dimiſit hominem in manu conſilij ſui: conſilium autem eſt actus rationis, ut * ſupra habitum eſt. ergo homo dimiſſus eſt gubernationi ſuæ rationis: ſed dictamen rationis humanæ eſt lex humana, ut * dictum eſt. ergo nõ oportet quòd homo alia lege diuina gubernetur. q. 14. art. 2. Art. præce.

¶ 3 Præt. Natura humana eſt ſufficientior irrationalibus creaturis: ſed irrationales creaturæ non habẽt aliquam legem diuinam præter inclinationem naturalem eis inditam. ergo multo minus creatura rationalis debet habere aliquam legem diuinam præter naturalem legem.

SED CONTRA eſt, quòd Dauid experit legem à Deo ſibi poni, dicens 118. Pſal. Legem pone mihi, Domine, in uia iuſtificationum tuarum.

RESPON. Dicendũ, ꝙ præter legem naturalẽ, & legem humanã, neceſſarium fuit ad directionẽ humanæ uitæ habere legẽ diuinam. & hoc propter quatuor rationes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationes. Primo quidem, quia per legē dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad vltimū finem. & siquidē homo ordinaretur tantū ad finem, qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, non oporteret q̄ homo haberet aliquid directiuum ex parte rōnis supra legem naturalem, & legem humanitus positam, quæ ab ea deriuatur: sed quia homo ordinat' ad finem beatitudinis æternæ, quæ excedit proportionem naturalis facultatis humanæ, ut supra habitū est, ideo necessarium fuit, ut supra legem naturalē, & humanam dirigeretur etiam ad suum finem lege diuinitus data. Secundo, quia propter incertitudinē humani iudicii, præcipue de rebus contingentibus, & particularibus, cōtingit de actibus humanis diuersorum, esse diuersa iudicia, ex quibus etiam diuersæ & contrariæ leges procedunt. Vt ergo homo absque omni dubitatione scire possit, quid ei sit agēdum, & quid uitandū, necessariū fuit, ut in actibus propriis dirigeretur per legem diuinitus datam, de qua constat, q̄ non potest errare. Tertio, quia de his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare: iudicium aūt hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent, sed solum de exterioribus actibus, qui apparent: & tamen ad perfectionem uirtutis requiritur, quòd in utrisque actibus homo rectus existat: & ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficiēter interiores actꝰ: sed necessarium fuit, quòd ad hoc superueniret lex diuina. Quarto, quia sicut' Augustꝰ. dicit in 1. de lib. arb. Lex humana non potest oīa, quæ male fiūt, punire, uel prohibere: quia dū auferre uellet omnia mala, sequeretur quòd etiam multa bona tollerentur, & impediretur utilitas boni communis, quod est necessariū ad conuersationem humanam. Vt ergo nullum malū improhibitum, & impunitū remaneat, necessarium fuit superuenire legem diuinam, per quam omnia peccata prohibentur. Et iste quatuor causę tanguntur in Psal. 18. ubi dicitur. Lex domini immaculata, id est, nullam peccati turpitudinem permittens: Conuertēs animas, quia non solum exteriores actus, sed etiam interiores dirigit: Testimonium domini fidele, propter certitudinem ueritatis, & rectitudinis: Sapientiam præstans paruulis, inquantum ordinat hominem ad supernaturalem finem, & diuinum.

q6. 5. ar. 5.

Cap. 6. circa finē, præcipue to. 1.

AD PRIMVM. ergo dicendum, quòd per naturalem legem participatur lex æterna fm proportionē capacitatis humanæ naturæ: sed oportet ut altiori modo dirigatur homo in ultimum finem supernaturalē: & ideo superadditur lex diuinitus data, per quam lex ęterna participatur altiori modo.

AD 2ᵐ dicendum, quòd consilium est inquisitio quædam, unde oportet quòd procedat ex aliquibus principiis. Nec sufficit, quòd procedat ex principiis naturaliter inditis, quę sunt præcepta legis naturæ propter prædicta: sed oportet quòd superaddantur quędam alia principia, scilicet præcepta legis diuinæ.

AD 3ᵐ dicendum, quòd creaturę irrationales non ordinant ad altiorē finem, q̄ sit finis qui est proportionatꝰ naturali virtuti ipsārū: & ideo nō est similis ratio.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ primæ Articulum quintū.*

ARTICVLVS V.

Vtrum lex diuina sit una tantum.

Inf. q. 107. ar. 1. Et Ga. 3. le. 2.

IN art. 5. sicut nec in 4. nihil occurrit scribendum. In qō. siquidem 107. infra tex patebunt si tum humanū genus comparatur ad Deum, sicut ad unum regem, secundum illud. Psal. 46. Rex omnis terrę Deus est. ergo est una tantum lex diuina.

¶ 2 Præt. Lex omnis ordinatur ad finem, quem legislator intendit in eis, quibus legem fert: sed unum & idem est, quod Deus intendit in omnibus hominibus, fm illud 1. ad Timot. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. ergo una tantum est lex diuina.

¶ 3 Præt. Lex diuina ppinquior esse uidetur legi ęternæ quę est una, quàm lex naturalis, quanto altior est reuelatio gratiæ, q̄ cognitio naturæ: sed lex naturalis est una oīum hominum. ergo multo magis lex diuina.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Heb. 7. Translato sacerdotio, necesse est ut legis trāslatio fiat: sed sacerdotium est duplex, ut ibidem dicitur, scilicet sacerdotium Leuiticum, & sacerdotium Christi. ergo etiam duplex est lex diuina. s. lex uetus, & lex noua.

RESPON. Dicēdum, quòd sicut in *primo dictū est, distinctio est causa numeri. Dupliciter autem inueniuntur aliqua distingui. Vno modo, sicut ea quę sunt omnino specie diuersa, ut equus & bos. Alio modo, sicut perfectum & imperfectum in eadem specie, sicut puer & uir: & hoc modo lex diuina distinguitur in legem ueterem, & legem nouā. Vnde Apost. ad Galat. 3. comparat statū ueteris legis statui puerili existenti sub pędagogo: statum autem nouę legis comparat statui uiri perfecti, qui iam non est sub pędagogo. Attenditur autem perfectio, & imperfectio legis secundū tria, quę ad legem pertinent, ut supra dictum est. Primo. n. ad legem pertinet, ut ordinetur ad bonum commune sicut ad finem, ut supra dictum est: quod quidem pōt esse duplex. s. bonum sensibile, & terrenum: & ad tale bonum ordinabat directe lex vetꝰ. unde statim Exo. 3. in principio legis inuitatur populus ad regnum terrenum Chananęorum. Et iterum bonum intelligibile, & cœleste: & ad hoc ordinat lex noua. Vnde statim Christus ad regnū cęlorum in suę prędicationis principio inuitauit dicens. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Matt. 4. & ideo Augustꝰ dicit in. 4. contra Faustum, quòd temporalium rerum promissiones in testamento veteri cōtinentur, & ideo vetus appellatur: sed ęternę vitę promissio ad nouum pertinet testamentum. Secundo, ad legem pertinet dirigere humanos actus secundum ordinem iustitiæ, in quo etiam superabundat lex noua legi veteri, interiores actus animi ordinando, secundum illud Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum: & ideo dicitur, quòd lex vetus cohibet manū, lex noua animum. Tertio, ad legem pertinet inducere hominēs ad obseruantias mandatorum. & hoc quidem lex vetus faciebat timore pœnarum: lex autem noua facit hoc per amorem, qui ī cordibus nostris infunditꝰ per gratiā Christi, quæ in lege noua confertur, sed in lege veteri figurabatur: & ideo dicitꝰ Aug. contra Adamantium Manichæi discipulum, quòd breuis differentia est legis & Euangelij, timor & amor.

*primo dict. 3. ar. 4.

q. 90. ar. 4.

Cap. 17. de ver. prim. & mod. dic.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut pater familias in domo alia mandata proponit pueris, & alia adultis: ita etiam vnus rex Deus in vno suo regno aliā legem

legem dedit hominibus adhuc imperfectis existentibus, & aliam perfectiorem iam manuductis per priorem legem ad maiorem capacitatem diuinorum.

AD 2ᵐ dicendum, quòd salus hominum non poterat esse nisi per Christum, fm illud Actuū. 4. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. & ideo lex perfecte omnes ad salutē inducens, dari non potuit nisi post Christi aduentum: antea uero dari oportuit populo, ex quo Christus erat nasciturus, legē preparatoriam ad Christi susceptionem, in qua quædā rudimenta salutaris iustitiæ continētur.

AD 3ᵐ dicendum, quòd lex naturalis dirigit hominem fm quædam præcepta communia, in quibus conueniunt tam perfecti, quàm imperfecti: & ideo est una omnium. Sed lex diuina dirigit hominem etiam in particularibus quibusdam, ad quæ non similiter se habent perfecti & imperfecti: & ideo oportuit legem diuinam esse duplicem, sicut iam dictum est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit aliqua lex fomitis.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit aliqua lex fomitis. Dicit enim Isidorus in 2. Ethym. quòd lex ratione consistit: fomes autē non consistit in ratione, sed magis a ratione deuiat. ergo fomes non habet rationem legis.

¶ 2 Præt. Omnis lex obligatoria est, ita quòd qui eam non seruant, transgressores dicuntur: sed fomes non constituit aliquē transgressorem ex hoc, quòd ipsum non sequitur, sed magis transgressor redditur, si quis ipsum sequatur. ergo fomes non habet rationē legis.

¶ 3 Præt. Lex ordinatur ad bonum commune, ut supra habitum est: sed fomes non inclinat ad bonum cōmune, sed magis ad bonum priuatum. ergo fomes nō habet rationem legis.

SED CONTRA est, qđ Apost. dicit Ro. 7. Video legē aliā in mēbris meis, repugnantem legi mentis meæ.

RESPON. Dicēdum, quòd sicutꝰ supra dictum est, Lex essentialiter inuenitur in regulante & mensurante, participatiue autem in eo quod mensuratur & regulatur: ita q̄ omnis inclinatio, uel ordinatio, quæ inuenitur in his quæ subiecta sunt legi, participatiue dicitur lex, ut exꝰ supradictis patet. Potest autem in his quæ subduntur legi, aliqua inclinatio inueniri dupliciter a legislatore. Vno modo, inquantum directe suos inclinat subditos ad aliqd, & interdū ad diuersos actꝰ, fm quē modum potest dici, q̄ alia est lex militū, & alia est lex mercatorum. Alio modo indirecte, inquantum scilicet per hoc, quòd legislator destituit aliquem sibi subditum aliqua dignitate, sequitur quòd transeat in alium ordinem, & quasi in aliam legem, puta, si miles ex militia destituatur, transibit in legem rusticorum, uel mercatorum. Sic igitur sub Deo legislatore diuersæ creaturæ diuersas habent naturales inclinationes, ita ut quod uni est quodāmodo lex, alteri sit contra legē, ut si dicā, q̄ furi bundum esse, est quodammodo lex canis, est autem cōtra legem ouis, uel alterius māsueti animalis. Est ergo hominis lex, quam sortitur ex ordinatione diuina fm propriam conditionem, ut fm rationem operetur: quæ quidem lex fuit tam ualida in primo statu, ut nihil uel præter rationem, uel contra rationem posset subrepere homini: sed dum homo a Deo recessit, incurrit in hoc, quòd feratur secundum impetum sensualitatis. Et unicuique etiam particulariter hoc contingit, quanto magis a ratione recesserit, ut sic quodammodo bestiis assimiletur, quæ sensualitatis impetu feruntur, secundum illud Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sic igitur ipsa sensualitatis inclinatio, quę fomes dicitur, in aliis quidem animalibus simpliciter habet rationem legis, illo tamen modo, quo in talibus lex dici potest secundum directam inclinationem legis. In hominibus autem secundum hoc non habet rationem legis, sed magis est deuiatio a lege rationis: sed inquantum per diuinam iustitiam homo destituitur originali iustitia, & uigore rationis, ipse impetus sensualitatis, qui eum ducit, habet rationem legis inquantum est pœnalis & ex lege diuina, consequens hominem destitutum propria dignitate.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ratio illa procedit de fomite secundum se considerato, prout inclinat ad malum: sic enim non habet rationem legis, ut *dictum est, sed secundum quod sequitur ex diuinæ legis iustitia: tāquàm si diceretur lex esse, quod aliquis nobilis propter suam culpam ad seruilia opera induci permitteretur.

In corp. ar.

AD 2ᵐ dicendum, quòd obiectio illa procedit de eo quòd est lex quasi regula & mesura: sic enim deuiantes a lege transgressores constituuntur. sic autem fomes non est lex, sed per quandam participationem, ut supra* dictum est.

In cor. art. & q. 90. ar. 1

AD 3ᵐ dicendum, quòd ratio illa procedit de fomite quantum ad inclinationem propriam, non autē quantum ad suam originem: & tamen si consideretur inclinatio sensualitatis prout est in aliis animalibus, sic ordinatur ad bonum commune, idest, ad conseruationem naturæ in specie, vel individuo. & hoc est etiā in homine, prout sensualitas subditur rationi: sed fomes dicitur, secundum quod exit rationis ordinem.

QVAESTIO XCII.

De effectibus legis, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus legis.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum effectus legis sit homines facere bonos.

¶ Secūdo, Vtrum effectus legis sint imperare, uetare, permittere, & punire, sicut legisperitus dicit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum effectus legis sit facere homines bonos.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd legis effectus non sit facere homines bonos. Homines enim sunt boni per uirtutem. Virtus enim est, quæ bonum facit habentem, vt dicitur in 2. Ethi. sed uirtus est homini a solo Deo: ipse enim eam facit in nobis sine nobis, ut supra dictum est in diffinitione uirtutis. ergo legis nō est homines facere bonos.

¶ Super Quæstionis nonagesimæ secundæ Articulum primum

IN art. 1. quæs. 92. dubium occurrit circa rationē ex eo, quòd aut falsum assumit, aut intentū nō infert. Propositio nanque fundans rationē litteræ est ista, Virtꝰ cuiuslibet subditi est, ut bene subiiciatur principanti. hæc autem propositio aut intelligitur formaliter de subdito, inquantum subditus, aut materialiter de eo qui est subditus. Si formaliter, propositio est uera: sed non infert, nisi quòd lex facit subditos, inquantum subditos, bonos: hoc autem non est facere homines bonos, qa sicut aliud est esse hominem, & aliud esse subditum: ita alia est bonitas hominis, & alia est bonitas subditi. & tamen titulus articuli quærit, an sit legis facere homines bonos:

Inf. ar. 2. ad 4. Et 3. contra c. 116. §. 2. & 3. & 4. Et Ro. 10.

Ca. 6. ī pri. tom. 5. 9. 55. art. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos: & in corpore articuli infertur ex ista propositione, ꝙ legis est inducere subiectos ad propriū ipsorum uirtutem. Si uero materialiter intelligitur, tunc licet interret intentū, ipsa tamen uniuersaliter est falsa, & subuersionem pareret totius doctrinæ: materialis enim sermo a doctrina alienus est.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ sermo est formalis, uerus, & efficax ad intentum inferēdum. Aduertendū nāque est, ꝙ nō est sermo de hac, uel illa lege, sed de lege in communi continente æternam, diuinam, &c. & qđ homo non solum iuordine ad hoc, uel illud, sed etiam in ordine ad felicitatem naturalem, & propriam, & politicā, & supernaturalem est subditus. Ex his nāque habetur, ꝙ bonitas hominis, inquantum homo, & bonitas hominis inquantum subditi, licet uniuersaliter non coincidant, quandoque tamen coincidunt, scilicet respectu legis ordinantis hominem ad ueram felicitatem, siue naturalem, siue supernaturalem: ac per hoc, qđ lex faciūa bonitatis ꝑ priæ i homine: quoniā illamet est, qua subditus ordinatur ad ueram felicitatē. Est ergo propositio literæ formaliter intelligenda: quod ex eo patet, qđ author sub illa subsumit de bona & mala lege, & concludit, qđ legis est facere subditos bonos simpliciter, uel ſm quid, ut bonos latrones. Et cum dicitur, qđ non infert intentum, quia alia est ratio subditi, & hominis, iam patet responsio, qđ licet uniuersaliter nō sit eadem ratio, respectu tamen legis ad ueram felicitatem, sub qua infert author fieri homines bonos, eadem est ratio hominis, & subditi, non ſm relationem significatam per ly, subditus, sed secundum rationem fundantem subiectionem: homo enim ex hoc ꝙ homo, ordinem habet ad felicitatem mediāte uirtute ꝓpria.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli primi, dubium occurrit ex eo, ꝙ author uidetur cōtradicere sibi, & falsum dicere. contradicere quidem sibi, quia in principio illius responsionis dicit, qđ impossibile est, ut aliquis homo sit bonus, nisi sit bene proportionatus bono cōmuni: & in calce dicit, qđ alia est uirtus boni uiri, & boni ciuis. Si nāque diuersa est uirtus uiri, & ciuis, potest esse uir bonus, & ciuis non bonus: & econuerso ciuis bonus, & uir non bonus. & si impossibile est aliquem esse uirum bonum, & non bonum ciuem, quomodo alia est uirtus boni uiri, & boni ciuis? Falsum autem dicitur, quia uir solitarius sapientię contemplatione contentus, est bonus uir, utpote uirtutis heroicæ: & tamen non est bonus ciuis, quia nec est ciuis.

¶ In eadem responsione est aliud dubium: quia falsum uidetur, qđ eadem sit uirtus boni uiri, & boni principis. nam uirtus boni uiri est monastica, principis uero politica. Et nihilominus uoluntaria etiam uidetur differentia inter necessitatem uirtutis simpliciter in principe, & non in ciue: nam sicut ad bonum communitatis sufficit, qđ ciues subditi principum mandatis obediant, ita sufficit qđ princeps recta, oportuna ad bonum communitatis mandet, & exequatur quantum sua interest nisi legi obediat: sed hoc ipsum ꝙ homo obedit legi, est ex bonitate. ergo bonitas præexigitur in homine ad legem: non igitur lex facit bonos homines.

¶ 3 Præt. Lex ordinatur ad bonum cōmune, vt* supra dictum est: sed quidam bene se habent in his quæ ad commune pertinent, qui tamen in propriis non bene se habent. nō ergo ad legem pertinet, qđ faciat homines bonos.

¶ 4 Præt. Quędam leges sunt tyrannicæ, vt* Philosophus dicit in sua politica: sed tyrannus non intendit ad bonitatem subditorum, sed solum ad propriam utilitatem. non ergo legis est facere hoies bonos.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in. 1. Eth. qđ uolūtas cuiuslibet legislatoris hęc est, vt faciat homines bonos.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut *supra dictū est, lex nihil aliud est quàm dictamen rationis in ꝑsidente, quo subditi gubernātur: cuiuslibet autem subditi uirtus est, vt bene subdatur ei, a quo gubernatur. sicut uirtus irascibilis & concupiscibilis in hoc consistit, qđ sint bene obedientes rationi: & per hūc modū uiri* cuislibet subiecti est, vt bene subiiciatur principanti, vt* Philosophus dicit in. 1. Politicæ. Ad hoc autem ordinatur unaquæque lex, vt obediatur ei a subditis: vnde manifestum est, qđ hoc sit proprium legis, inducere subiectos ad propriam ipsorum virtutem. Cū igitur virtus sit quę facit bonum habētem, sequitur qđ proprius effectus legis sit bonos facere eos, quibus datur vel simpliciter, vel secundum quid. Si enim intentio ferentis legem tendat in verum bonum, quod est bonum commune secundum iustitiam diuinam regulatum, sequitur qđ per legem homines fiant boni simpliciter. Si vero intentio legislatoris feratur ad id quod non est bonum simpliciter, sed vtile, vel delectabile sibi, uel repugnans iustitię diuinæ: tunc lex non bonos facit hoies simpliciter, sed secundum quid, scilicet in ordine ad tale regimen. Sic autem bonū inuenitur etiā ī per se malis: sicut aliquis dicitur bonus latro, quia operatur accōmode ad finem.

AD PRIMVM ergo dicendū, qđ duplex est virtus, vt ex* supradictis patet, scilicet acquisita, & infusa. Ad vtrāque autem aliquid operatur operum assuetudo, sed diuersimode. Nam virtutem quidem acquisitam causat: ad virtutem autem infusam disponit, & eam iam habitam conseruat, & promouet. Et quia lex ad hoc datur, vt dirigat actus humanos, in quantum actus humani operantur ad virtutem, in tantum lex facit hoies bonos. vnde &* Philos. dicit. 2. Politi. ꝙ legislatores assuefacientes faciunt bonos.

virtuti principis, q̄ ciuis, cum in virtute boni viri claudatur vtrunque. ſ. posse bene præesse, & bene subesse. De necessitate vero virtutis monasticæ in principe magis quàm in ciue, de qua hic tractamus, dicendum est, qđ cum inter principē & ciues tm̄ intersit, ꝙ princeps uices totius multitudinis in se gerit, vtpote curam illius habens, ciues autem partes sunt, consequens est, ꝙ priuata malitia principis ad male præcipiendū toti multitudini est inducet, & sic cōi bono sufficiens est nocere. Priuata autem malitia ciuium bono existente principe, communi bono etiā dissonet, non tamen nocere sufficit: quia efficacem actionem ad cōe non habet, sed diminutā. Propter quod oportet, si cōe bonū publicum recte se habet, habere principē, qui sit & vir & princeps bonus. vnde Ecclesiastes 10. dicitur. Vę terræ, cuius rex est puer, & cui* principes mane comedunt, ideſt, sine prudentia vt puer, & sine temperātia indulgentes primum ventri: vtraq; autem virtus est monastica.

¶ *Super Quæstionis nonæ ęſm secundæ Articulum secundum.*

IN 2. 2. nihil aliud scribendum occurrit, nisi qđ aduertas, qđ quia de ꝓpriis actibus legis est sermo, vt responsiones ad argumēta insinuant, & permittere inter legis actū* ponit, ꝙ solius superioris, ꝙ prie est permittere. Alii aūt nō obtemperantes malo, cū possunt, negligentius, aut tacētius potius, quàm permittentis exercēt officium, nisi vtendo lege participatiue dicantur permittere, sicut accidit in fratre permittēte monitum fratrem reincidere in malum, vt adhibeat secum testes secundū legem Domini pro communi bono, & similibus.

AD 2^m dicendum, ꝙ non semper aliquis obedit legi ex bonitate perfecta virtutis: sed quandoque quidem ex timore pœnę, quandoq; autem ex solo dictamine rationis, quod est quoddam principium virtutis, vt* supra habitum est.

AD 3^m dicendum ꝙ bonitas cuiuslibet partis cōsideratur in proportione ad suum totum. vnde & Aug. dicit in 3. Confes. ꝙ turpis est omnis pars, quæ suo toti non congruit. Cum igitur quilibet homo sit pars ciuitatis, impossibile est ꝙ aliquis homo sit bonus, nisi sit bene proportionatus bono communi: nec totum potest bene existere, nisi ex partibus sibi proportionaris. Vnde impossibile est, ꝙ bonum cōmune ciuitatis bene se habeat, nisi ciues sint virtuosi, ad minus illi, quibus conuenit principari. Sufficit aūt quantum ad bonum communitatis, qđ alij intantum sint virtuosi, qđ principum mandatis obediāt. & ideo* Philosoph. dicit in 3. Polit. qđ eadem est virtus principis, & boni viri: non autem eadem est virtus cuiuscunque ciuis, & boni viri.

AD 4^m dicendū, ꝙ lex tyrannica cum non sit secundum rationem, non est simpliciter lex, sed magis est quædam peruersitas legis. Et tamen inquantum habet aliquid de ratione legis, intendit ad hoc, ꝙ ciues sint boni. Non enim habet de ratione legis, nisi secundum hoc, ꝙ est dictamen alicuius præsidentis in subditis, & ad hoc tendit, vt subditi legi sint bene obedientes, qđ est eos esse bonos, nō simpliciter, sed in ordine ad tale regimē.

ARTICVLVS II.

Vtrum legis actus conuenienter assignentur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur qđ legis actus nō sint cōuenienter assignati in hoc quod dicitur, qđ legis actus est imperare, vetare, permittere, & punire. Lex enim omnis præceptum commune est, vt* legisconsultus dicit: sed idem est imperare quod præcipere. ergo alia tria superfluunt.

¶ 2 Præt. Effectus legis est, vt inducat subditos ad bonum, sicut *supra dictum est: sed cōsilium est de meliori bono, quàm præceptū. ergo magis pertinet ad legem consulere, quàm præcipere.

¶ 3 Præt. Sicut homo aliquis incitatur ad bonum per pœnas, ita etiam & per præmia. ergo sicut punire ponitur effectus legis, ita etiam & præmiare.

¶ 4 Præt. Intentio legislatoris est, vt homines faciat bonos, sicut *supra dictum est: sed ille qui solo metu pœnarum obedit legi, non est bonus, nam timore seruili, qui est timor pœnarum, etsi bonum aliquis faciat, non tamen aliquid benefit, vt* Aug. dicit. non ergo videtur esse proprium legis, qđ puniat.

SED CONTRA est, qđ* Isidorus dicit in 5. Ety. Oīs lex aut permittit aliquid, vt vir fortis præmiū petat: aut vetat, vt sacratum virginū nuptias nulli liceat petere: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut enuntiatio est rationis dictamen per modum enuntiandi, ita etiā lex per modum ꝓcipiendi. Rationis autem proprium est, vt ex aliquo ad aliquid inducat: vnde sicut in demonstratiuis scientijs ratio inducit, vt assentiatur conclusioni per quædam principia, ita etiam inducit, vt assentiatur legis præcepto per aliquid. Præcepta autem legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit, vt* supra dictum est. Sunt autem tres differentiæ humanorum actuum. Nam, sicut* supra dictum est, quidam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus virtutum, & respectu horum ponitur legis actus præcipere, vel imperare. Præcipit enim lex omnes actus virtutum, vt dicitur in 5.* Ethicor. Quidam vero sunt actus mali ex genere, sicut actus vitiosi, & respectu horum lex habet prohibere. Quidam vero ex genere suo sunt actus indifferentes, & respectu horum lex habet permittere, & possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus, qui sunt vel parum boni, vel parum mali. Id autem, per quod inducit lex ad hoc qđ sibi obediatur, est timor pœnæ, & quantum ad hoc ponitur legis effectus punire.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut cessare a malo habet quandā rōnem boni, ita ēt prohibitio habet quandā rōnē præcepti: & secundū hoc large accipiendo præceptum, vniuersaliter lex præceptum dicitur.

AD 2^m dicendum, qđ consulere non est proprius actus legis, sed potest pertinere etiam ad personam priuatam, cuius non est condere legem. vnde etiam Apostolus 1. ad Cor. 7. cum cōsilium quoddam daret, dixit: Ego dico, non Dominus. & ideo non ponitur inter effectus legis.

AD 3^m dicendum, ꝙ ēt præmiare potest ad quemlibet pertinere, sed punire non pertinet nisi ad ministrum legis, cuius authoritate pœna infertur: & ideo præmiare non ponitur actus legis, sed solum punire.

AD 4^m dicendum, qđ per hoc qđ aliquis incipit assuefieri ad vitandum mala, & ad implendum bona propter metum pœnæ, perducitur quandoque ad hoc, qđ delectabiliter, & ex propria voluntate hoc faciat, & secundum hoc lex etiam puniendo perducit ad hoc, qđ homines sint boni.

QVAESTIO XCIII.

De lege æterna, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de singulis.

Et primo, de lege æterna. Secundo, de lege naturali. Tertio, de lege humana. Quarto, de lege veteri. Quinto, de lege noua, quæ est lex Euangelij.

De sexta autem lege, quæ est lex fomitis, sufficiat quod dictum est, cum de peccato originali ageretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Quid sit lex æterna.
¶ Secundo, Vtrum sit omnibus nota.
¶ Tertio, Vtrum omnis lex ab ea deriuetur.
¶ Quarto, Vtrũ necessaria subijciantur legi æternæ.
¶ Quinto, Vtrum contingentia naturalia subijciantur legi æternæ.
¶ Sexto, Vtrum omnes res humanæ ei subijciantur.

Supra q.91 ar.1. & inf. præsenti q. art.3. & 4. cor.& ar.5. ad 3. Et 4. dist.33.q.1. ar.1.Et3.cõtra.ca.115. *q.46. post med.tom.4

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex æterna sit summa ratio in Deo existens.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ lex æterna nõ sit summa rõ in Deo existens. Lex.n. æterna est vna tm̃: sed rationes rerũ in mente diuina sunt plures. dicit enim * Aug. in lib. 83. q. quòd Deus singula fecit proprijs rationibus. ergo lex æterna non videtur esse idem quòd ratio in mente diuina existens.

¶ 2 Præt. De ratione legis est, ꝙ verbo promulgetur, vt †supra dictũ est: sed Verbum in diuinis dr̃ personaliter, vt in 1.* habitum est, ratio autem dicitur essentialiter. nõ igitur idem est lex æterna, qd̃ ratio diuina.

¶ 3 Præt. † Aug. dicit in lib. de vera relig. Apparet supra mentem nostrã legẽ esse, quæ veritas dicitur: lex aũt supra mentem nostrã existens est lex æterna. ergo veritas est lex æterna: sed nõ est eadem rõ veritatis, & rationis. ergo lex æterna nõ est idem qd̃ ratio summa.

†q.90.ar.4. * p.p.q.34. art. 1. †cap.30. in fine, & 31. in prin.to.1

Cap.6. circa medium tom. 1.

SED CONTRA est, qd̃ * Aug. dicit in 1. de lib. arb. ꝙ lex æterna est summa rõ, cui semper obtemperãdũ est.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut in quolibet artifice præexistit ratio eorum, quæ constituuntur per artem: ita etiam in quolibet gubernãte oportet ꝙ præexistat ratio ordinis eorum, quæ agenda sunt per eos qui gubernationi subdũtur. Et sicut ratio rerum fiendarum per artem vocatur ars, vel exemplar rerum artificiatarum: ita etiam ratio gubernãtis actus subditorum, rationem legis obtinet, seruatis alijs, quæ * supra esse diximus de legis ratione. Deus autem per sua sapientiam conditor est vniuersarum rerum, ad quas comparatur, sicut artifex ad artificiata, vt in primo * habitum est. Est ẽt gubernator omnium actuum & motionum, quæ inueniuntur in singulis creaturis, vt etiã in primo * habitum est. Vnde sicut ratio diuinæ sapientiæ inquantum per eam cuncta sunt creata, rationem habet artis, vel exemplaris, vel ideæ: ita ratio diuinæ sapientiæ mouẽtis omnia ad debitum finem, obtinet rationem legis: & secundũ hoc lex æterna nihil aliud est, quàm ratio diuinæ sapientiæ, secundum quod est directiua omnium actuum & motionum.

q.90.per totam.

p. p. q. 14. artic.8.

p.p.q. 103. ar. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. loquitur ibi de rationibus idealibus, quæ respiciunt proprias naturas singularum rerum: & ideo in eis inuenitur quędam distinctio, & pluralitas secundum diuersos respectus ad res, vt in primo * habitum est: sed lex dicitur directiua actuum in ordine ad bonum commune, * vt supra dictum est. Ea autem quæ sunt in seipsis diuersa, considerantur vt vnum, secundum quod ordinantur ad aliquod commune: & ideo lex æterna est vna, quæ est ratio huius ordinis.

p.p.q.15.artic.2.& 3.

q.90.art.2.

AD 2m dicendum, quòd circa verbum quodcũq;, duo pñt considerari. s. ipsum verbum, & ea quæ verbo exprimuntur. Verbum.n. vocale est quiddã ab ore hominis prolatum, sed hoc verbo exprimuntur, quæ verbis humanis significantur: & eadem ratio est de verbo hominis mentali, quod nihil est aliud, q̃ quidam mente conceptum, quo homo exprimit mentaliter ea, de quibus cogitat. Sic igitur in diuinis ipsum verbum, quod est conceptio paterni intellectus, personaliter * dicitur: sed omnia quæcunque sunt in scientia patris, siue essentialia, siue personalia, siue etiam Dei opera, exprimuntur hoc verbo, vt patet per * Aug. in 15. de Trini. & inter cætera, quæ hoc verbo exprimuntur, etiam ipsa lex æterna verbo ipso exprimitur. Nec tamen propter hoc sequitur, ꝙ lex æterna personaliter in diuinis dicatur: appropriatur tamen filio propter conuenientiam, quã habet ratio ad verbum.

D.1162. Cap.14.&15.

AD 3m dicendum, quòd ratio intellectus diuini aliter * se habet ad res, quàm ratio humani intellectus. Intellectus enim humanus est mensuratus a rebus, vt scilicet conceptus hominis non sit verus propter seipsum, sed dicitur verus ex hoc, quòd cõsonat rebus. Ex hoc enim quòd res est, vel non est, opinio vera, vel falsa est. Intellectus vero diuinus est mensura rerum: quia vnaquæque res intantum habet de veritate, inquantum imitatur intellectum diuinum, vt in primo * dictum est: & ideo intellectus diuinus est verus secundum se. vnde ratio eius est ipsa veritas.

D.1161.

p.p.q.16.artic. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex æterna sit omnibus nota.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ lex æterna non sit oĩbus nota. Quia, vt dicit Apostolus 2. ad Cor. 2. Quæ sunt Dei, nemo nouit nisi Spiritus Dei: sed lex æterna est quędã ratio in mente diuina existens. ergo omnibus est ignota, nisi soli Deo.

Supra q.91 art.4. ad 3. & ar.5. ad 3.

¶ 2 Præt. Sicut * Aug. dicit in lib. de liber. arb. Lex æterna est, qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima: sed non omnes cognoscunt qualiter omnia sint ordinatissima. ergo non omnes cognoscunt legem æternam.

Lib. 1. cap. circa med. tom. 1.

¶ 3 Præt. * Aug. dicit in lib. de vera relig. ꝙ lex æterna est, de qua hominis iudicare non possunt: sed sicut in 1. Ethic. dicitur, Vnusquisque bene iudicat quæ cognouit. ergo lex æterna non est nobis nota.

Cap.5. longe a fine. tom. 1. Cap.3. med. 1. lib. 1. ca. non procul a fine ca.

SED CONTRA est, quod † Aug. dicit in lib. de lib. arbit. quòd æternæ legis notio nobis impressa est.

RESPON. Dicendum, quòd dupliciter aliquid cognosci potest. Vno modo in seipso: alio modo in suo effectu, in quo aliqua similitudo eius inuenitur. sicut aliquis nõ videns Solem in sua substantia, cognoscit ipsum in sua irradiatione. Sic igitur dicendum est, quòd legem æternam nullus * potest cognoscere, secundum quod in seipsa est, nisi solus Deus, & beati, qui Deum per essentiam vident: sed omnis creatura rationalis ipsam cognoscit secundum aliquam eius irradiationem, vel maiorem, vel minorem. Omnis.n. cognitio veritatis est quædam irradiatio, & participatio legis æternæ, quæ est veritas incommutabilis, vt * Augustin. dicit in lib. de vera religione. Veritatem aũt omnes aliqualiter cognoscunt, ad minus quantum ad principia communia legis naturalis: in alijs vero quidam plus, & quidam minus participant de cognitione ueritatis, & secundum hoc etiam plus, vel minus cognoscunt legem æternam.

D.482.

Cap.18.& ca.primo. & cap.31. tom.4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea quæ sunt Dei, in seipsis quidem cognosci a nobis non possunt, sed tamen in effectibus suis nobis manifestantur, secundum illud Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.

AD 2m dicendum, ꝙ legem æternã etsi unusquisque cognoscat pro sua capacitate secundum modum prædictum,

prædictum, nullus tñ eã comprehendere potest. Non enim taliter manifestari põt per suos effectus: & ideo non oportet, ꝙ quicunque cognoscit legem æternam secundum modum prædictum, cognoscat totum ordinem rerum, quo omnia sunt ordinatissima.

AD 3m dicendum, ꝙ iudicare de aliquo potest intelligi dupliciter. Vno modo, sicut vis cognitiua diiudicat de proprio obiecto, secundũ illud Iob 12. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem? & secundum istum modũ iudicij * Philosophus dicit, ꝙ vnusquisque bene diiudicat quæ cognoscit, iudicando. s. an sit verum quod proponitur. Alio modo, secũdum quod superior iudicat de inferiori quodam practico iudicio, an scilicet ita debeat esse, vel non ita: & sic nullus potest iudicare de lege æterna.

Ar. Eth. 3. ca. 4. med.

D.877.

¶ *Super Quæstionis nonagesimi octauæ tertiæ Articulũ tertium.*

OMisso 1. art. cuius 9 difficultates in prima parte claræ sunt: & secũdo, quia clarus est: in tertio dubiũ occurrit: quia author deficere videtur ab intento, aut falsum dicere, cum dicit rationes inferiorum gubernãtiũ, sunt, quæcunq; aliæ leges præter æternã. Si nanque de omni lege præter æternam loquitur, falsum dicit: quia lex diuina nõ est ratio inferiorũ gubernatoris, sed Dei, & ẽ alia ab æterna, vt patet in q. 91. Si autem non intendit de lege diuina, non habetur conclusio intenta, scilicet quòd omnis lex ab æterna deriuatur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ author intendit etiã de lege diuina, quòd deriuatur ab æterna, quia ponit ipsam esse per participationem legis æternæ, vt expresse patet superius in q. 91. ar. 4. ad tertium, vbi dixit. Et ideo superaddit lex diuinitus data, per quã lex æterna participatur altiori modo. Nec est verum, ꝙ lex diuina non sit ratio inferiorum gubernantium: quoniã lex diuina non dicitur diuina a subiecto, ranquàm sit aliquid in Deo, sola.n. lex æterna ẽ formaliter in Deo, sed dicitur diuina ab auctoritate, a modo, & a fine. Est nanque a Deo super naturaliter data ad ducendũ in Deum supernaturalem finẽ: & est lex diuina, ratio supernaturalis data homini, vt seipsum gubernet, & proprie ea est ratio inferiorum gubernantium, scilicet hominum non ab eis adinuenta, sed a Deo suscepta. Et de lege veteri patet Actuum 7. Accepistis legem in dispositione angelorum: de noua autem infestius habebitur, quòd est ipsa gratia Spiritus sancti. Neutrum autem horum est in Deo, nisi causaliter: sed in hominis anima vtrunque, primum per intellectũ & memoriam, secundum per essentiam animæ & voluntatem. Et per hoc patet, quòd tam lex æterna, quàm naturalis & diuina, sit rõnis ordinatio ad bonum cõe a Deo, qui curam habet cõmunitatis, promulgata. Et inter æternam, & alias hæc est differentia, quòd æterna est in Deo, ac per hoc est ipse Deus: aliæ autem non sunt in Deo, sed effectus eius in creaturis rationalibus: ac per hoc illa est causa, cæteræ sunt partitiones illius: illa æterna, reliquæ temporales.

Cap.5. & 6 tom. 1.

q.91. art.6.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnis lex a lege æterna deriuetur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non omnis lex a lege æterna deriuetur. Est enim quædam lex fomitis, vt * supra dictum est: ipsa autem non deriuatur a lege diuina, quæ est lex æterna. ad ipsam enim pertinet prudentia carnis, de qua Apostolus dicit ad Romanos 8. quòd legi Dei non potest esse subiecta. ergo non omnis lex procedit a lege æterna.

¶ 2 Præt. A lege æterna nihil iniquum procedere potest, quia sicut * dictum est, lex æterna est secundum quam iustum est, vt omnia sint ordinatissima: sed quædam leges sunt iniquæ, secundum illud Isa. 10. Væ qui condunt leges iniquas. ergo non omnis lex procedit a lege æterna.

¶ 3 Præt. * Aug. dicit in 1. de lib. arbit. quòd lex quæ populo regendo scribitur, recte multa permittit, quæ per diuinam prouidẽtiam vindicantur: sed ratio diuinæ prouidentiæ est lex æterna, vt * dictum est. ergo nec etiam omnis lex recta procedit a lege æterna.

SED CONTRA est, quod Prouer. 8. diuina Sapientia dicit. Per me reges regnant, & legum condi tores iusta decernunt: ratio autem diuinæ sapientiæ est lex æterna, vt * supra dictum est. ergo omnes leges a lege æterna procedunt.

RESPON. Dicendum, quòd sicut * supra dictum est, Lex importat rationem quandam directiuam actuum ad finem. In omnibus autem mouentibus ordinatis, oportet quòd virtus secundi mouentis deriuetur a virtute mouentis primi: quia mouens secundum non mouet, nisi inquantum mouetur a primo. vnde in omnibus gubernãtibus idem videmus, ꝙ ratio gubernationis a primo gubernante ad secundos deriuatur: sicut ratio eorum quæ sunt agenda in ciuitate, deriuatur a rege per præceptum in inferiores administratores. Et in artificialibus etiam rõ artificialium actuum deriuatur ab architectore ad inferiores artifices, qui manu operãtur. Cum ergo lex æterna sit ratio gubernationis in supremo gubernante, necesse est, ꝙ omnes rationes gubernationis, quæ sunt in inferioribus gubernantibus, a lege æterna deriuentur. Hmõi aũt rationes inferiorum gubernãtium, sunt quæcunq; aliæ leges præter æternã: vnde omnes leges inquantum participant de ratione recta, intãtum deriuantur a lege æterna. Et propter hoc * Aug. dicit in 1. de lib. arbit. ꝙ in temporali lege nihil est iustum ac legitimum, quod non ex lege æterna homines sibi deriuauerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ fomes habet rationẽ legis in homine, inquantum est pœna consequens diuinam iustitiam: & secundum hoc manifestum est, ꝙ deriuatur a lege æterna. Inquantum vero inclinat ad peccatum, sic cõtrariatur legi Dei, & nõ habet rationem legis, vt ex * supradictis patet.

AD 2m dicendum, ꝙ lex humana intãtum habet rationem legis, inquantum est secundũ rationem rectam, & secundum hoc manifestũ est, ꝙ a lege æterna deriuatur: inquãtum vero a ratione recedit, sic dicitur lex iniqua, & sic non habet rationem legis, sed magis violentiæ cuiusdam. Et tamen in ipsa lege iniqua, inquantũ seruatur aliquid de similitudine legis propter ordinem potestatis eius, qui legem fecit, secundum hoc etiam deriuatur a lege æterna. Omnis enim potestas a domino Deo est, vt dicitur Rom. 13.

AD 3m dicendũ, ꝙ lex humana dicitur aliqua permittere, non quasi ea approbãs, sed quasi ea dirigere nõ potens. Multa aũt diriguntur lege diuina, q̃ dirigi non possunt lege humana: plura.n. subduntur causæ superiori, quàm inferiori. vnde hoc ipsum, quòd lex humana non se intromittit de his quæ dirigere non potest, ex ordine legis æternæ prouenit. Secus autem esset, si approbaret ea quæ lex æterna reprobat: vnde ex hoc non habetur, ꝙ lex humana non deriuetur a lege æterna, sed quòd nõ perfecte eam assequi possit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum necessaria & æterna subijciantur legi æternæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ necessaria & æterna subijciantur legi æternæ. Omne.n. quod rationabile est, rationi subditur: sed voluntas diuina est rationabilis, cum sit iusta. ergo rationi subditur: sed lex æterna est rõ diuina. ergo voluntas

1. q. 22. art. 2. ad 3. & artic. 4. ad 3. & q. 103. artic. 1. ad 3. Et 2. q. 49 art. 6. co.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei subdit legi æternæ: volũtas aũt Dei est aliq̃d æternũ. ergo & æterna & necessaria legi æternæ subdunt'.

¶ 2 Præt. Quicquid subijcitur regi, subijcitur legi regis: Filius autem, vt dicitur 1. ad Cor. 15. subiectus erit Deo & Patri, cum tradiderit ei regnum. ergo Filius, qui est æternus, subijcitur legi æternæ.

¶ 3 Præt. Lex æterna est ratio diuinæ prouidentiæ: sed multa necessaria subduntur diuinæ prouidẽtiæ, sicut permanentia substantiarũ incorporalium, & corporũ cælestium. ergo legi æternæ subduntur & necessaria.

SED CONTRA. Ea quæ sunt necessaria, impossibile est aliter se habere, vnde cohibitione non indigent: sed imponitur homini lex, vt cohibeatur a malis, vt ex *supradictis patet. ergo ea quæ sunt necessaria, legi non subduntur. q.90. art.3. ad 2. & q. 92.art.2. Ar.1.huius quæst.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut* supra dictum est, lex æterna est ratio diuinæ gubernationis. Quæcunq, ergo diuinæ gubernationi subduntur, subijciuntur & legi æternæ: quæ vero gubernationi æternæ non subduntur, neq; legi æternæ subduntur. Horũ aũt distinctio attendi põt ex his, quæ circa nos sunt. Humanæ .n. gubernationi subduntur ea, quæ per homines fieri pñt: quæ vero ad naturam hominis pertinent, non subduntur gubernationi humanæ. s. ꝙ homo habeat animã, vel manum, aut pedes. Sic igitur legi æternæ subduntur omnia, quę sunt in rebus a Deo creatis siue sint contingentia, siue sint necessaria: ea vero quæ pertinent ad naturã, vel essentiam diuinam, legi æternæ non subduntur, sed sunt realiter ipsa lex æterna.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ de voluntate Dei dupliciter possumus loqui. Vno modo, quantum ad ipsam voluntatẽ: & sic cũ volũtas Dei sit ipsa essentia eius, nõ subditur gubernationi diuinæ, neq; legi æternæ, sed idem est qd lex æterna. Alio modo possumus loqui de voluntate diuina, quãtum ad ipsa quæ Deus vult circa creaturas, quę quidẽ subiecta sunt legi æternæ, inquantum horum ratio est in diuina sapientia, & ratione horum voluntas Dei dicitur rationabilis: alioquin rõne suiipsius magis est dicenda ipsa ratio.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ Filius Dei non est a Deo factus, sed naturaliter ab ipso genitus: & ideo nõ subditur diuinæ prouidentiæ, aut legi æternæ, sed magis ipse est lex æterna per quandam appropriationem, vt patet per* Aug. in lib. de vera relig. Dicitur autem esse subiectus Patri ratione humanæ naturę, secundum quam etiam Pater dicitur esse maior eo. Tertium concedimus, quia procedit de necessarijs creatis. Cap.31. videt esse t.1.

AD 4ᵐ dicendum, ꝙ sicut* Philosophus dicit in 5. Metaph. Quædam necessaria habẽt causam sue necessitatis, & sic hoc ipsum ꝙ impossibile est ea aliter se habere, habent ab alio: & hoc ipsum est cohibitio quædam efficacissima. Nam quæcunq; cohibentur in communi, in tantum cohiberi dicuntur, inquantum non possunt aliter facere, quàm de eis disponatur. Te.16. to.3

1.q.22.ar.2 Et 1.di. 39. q.2.artic.2. cor. Et 3.cõtra c.71. fi. 72. & 73. Et ver.q. 5.ar. 3. & 4. Et op.3. c.132 vsq; 136. Et op.15. c.12 vsque 16. Et Iob 11.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ tertiæ Articulum quintum.*

IN artic. 4. 5. & 6. eiusdem quæstionis nihil aliud occurrit scribendum, nisi quòd in 5. artic. notes illud. Nullus, ꝓprie loquendo, suis actibus legem imponit, & hoc ꝓ difficultate illa, vtrum princeps subdat legibus. *q.90.ar.4.

ARTICVLVS V.

Vtrum naturalia contingentia subsint legi æternæ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ naturalia cõtingentia nõ subsint legi æternæ. Promulgatio .n. est de rõne legis, *vt supra dictũ est: sed promulgatio non põt fieri nisi ad creaturas rõnales, quibus põt aliquid denũtiari. ergo solæ creaturæ rõnales subsunt legi æternæ. non ergo naturalia cõtingentia, † Cap.vlt. tom. 5. * Ar.2 huius quæst.

¶ 2 Præt. Ea quæ obediunt tõni, participant aliqualiter rõne, vt dicitur in 1. †Eth. Lex autem æterna est rõ summa, vt* supra dictum est. cum igitur naturalia cõtingentia nõ participent aliqualiter rõne, sed penitus sint irrationabilia, videtur ꝙ nõ subsint legi æternæ.

¶ 3 Præt. Lex æterna ẽ efficacissima: sed i naturalib⁹ cõtingẽtib⁹ accidit defect⁹. nõ ergo subsunt legi æternę.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouerb. 8. Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.

RESPON. Dicendum, ꝙ aliter est de lege hominis dicẽdum, & aliter de lege æterna, quæ est lex Dei. Lex .n. hominis non se extendit nisi ad creaturas rõnales, quæ homini subijciuntur. Cuius rõ est, quia lex est directiua actuum, qui cõueniunt subiectis gubernationi alicuius: vnde nullus proprie loquendo, suis actibus legẽ imponit. Quæcunq; aũt aguntur circa vsum rerum irrationalium homini subditarum, aguntur p actum ipsius hominis mouentis hmõi res. nã hmõi irrationales creaturæ non agunt seipsas, sed ab alijs aguntur, vt* supra habitum est. & ideo rebus irrationalibus homo legem imponere nõ potest quantumcunq; ei subijciantur: rebus aũt rõnalibus sibi subiectis põt imponere legem, inquantum suo præcepto, vel denuntiatione quacunq; imprimit menti earum quandã regulã, quæ est principiũ agendi. Sicut autem homo imprimit denuntiando quoddã interius principium actuum homini sibi subiecto: ita ẽt Deus imprimit toti naturæ principia propriorum actuum. & ideo per hunc modum Deus dr̃ præcipere toti naturæ, fm illud ps. 148. Præceptum posuit, & non præteribit. & per hãc etiã rõnem omnes motus & actiones totius naturæ, legi æternæ subduntur. Vnde alio modo creaturæ irrõnales subduntur legi æternæ, inquantum mouentur a diuina prouidentia: non autem per intellectũ diuini præcepti, sicut creaturæ rationales. I3 cap. 40. q.1.art.2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc mõ se hẽt impressio actiui principii intrinseci, quantum ad res naturales, sicut se hẽt ꝓmulgatio legis, quantũ ad hoiẽs: quia p legis ꝓmulgationẽ imprimitur hoib⁹ quoddã directiuũ principium humanorũ actuũ, vt* dictũ est.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ creaturæ irrationales nõ participant rationem humanam, nec ei obediunt: participãt tñ per modum obedientiæ rationem diuinam. Ad plura .n. se extendit virtus rationis diuinę, q̃ virtus rationis humanæ. Et sicut membra corporis humani mouentur ad imperium rationis, nõ tñ participant rationem, quia non habent aliquam apprehensionem ordinatam ad rationem: ita etiam creaturæ irrationales mouentur a Deo, nec tamẽ propter hoc sunt rationales.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ defectus qui accidunt in rebus naturalibus, quis sint præter ordinẽ causarũ particulariũ, nõ tñ sunt ꝑter ordinẽ causarũ vniuersaliũ, & præcipue causæ primæ, quæ Deus est, cuius prouidentiã nihil subterfugere põt, vt in 1.* dictum est. Et quia lex æterna est rõ diuinæ ꝓuidentiæ, vt* dictũ est: ideo defectus rerũ naturalium legi æternæ subdũtur. p.p.q.22.ar. tic. 2. *Ar.2.huius quæst.

ARTICVLVS VI.

Vtrum omnes res humanæ subiaceantur legi æternæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ non omnes res humanæ subijciãtur legi æternæ. Dicit .n. Apostolus ad Gal. 5. Si Spiritu Dei ducimini, non estis sub lege: sed viri iusti, qui sunt filij Dei per adoptionem, 3.c.145. 1.q.22.ar.2. cor. Et 1.di.39. q.2.ar.2. cor. Et 3. c.71. Et 1.di.39. q.2. ar.2. cor. Et 3. cõtra c.64.90. 111. & 112. Et ver.q.5. 2.5. & op.

ptionem, spiritu Dei aguntur, secundum illud Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. ergo non omnes homines sunt sub lege æterna.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit ad Ro. 8. Prudẽtia carnis inimica est Deo, legi .n. Dei subiecta nõ est: sed multi homines sunt, in quibus prudẽtia carnis dominat'. ergo legi æternæ, quæ est lex Dei, non subijciunt' oẽs hoies.

¶ 3 Præt. *Aug. dicit in 1. de lib. arb. quòd lex æterna est, qua mali miseriam, boni vitam beatã merentur: sed homines iam beati, vel iam damnati non sunt in statu merendi. ergo non subsunt legi æternæ.

SED CONTRA est, qd† Aug. dicit 19. de ci. Dei. Nullo mõ aliquid legib⁹ ſummi Creatoris ordinationiq; subtrahitur, a quo pax vniuersitatis administratur.

RESPON. Dicendum, ꝙ duplex est modus, quo aliquid subditur legi æternæ, vt ex *supradictis patet. Vno modo, inquantum participatur lex æterna per modum cognitionis. Alio modo, per modum actionis, & passionis, inquãtum participatur per modum interioris principij motiui: & hoc secũdo modo subduntur legi æternæ irrationales creaturæ, vt *dictum est. Sed quia rationalis natura cum eo, quod est commune omnibus creaturis, habet aliquid sibi ꝓprium inquantum est rationalis: ideo secundum vtrunque modum legi æternę subditur, quia & notionem legis æternæ aliquo modo habet, vt* supra dictũ est: & iterum vnicuiq; rationali creaturæ ineſt naturalis inclinatio ad id, quod est consonum legi æternę. Sumus .n. innati ad habendum virtutes, vt dicitur in 2.* Ethic. Vterq; tamẽ modus imperfectus quidem est, & quodãmodo corruptus in malis, in quibus & inclinatio naturalis ad virtutẽ deprauatur p habitũ vitiosum: & iterũ ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebrat ꝓpassiones, & habitus peccatorũ: In bonis aũt vterque modus inuenitur perfectior, quia & supra cognitionem naturalem boni superadditur eis cognitio fidei & sapientię: & supra naturalem inclinationem ad bonũ, superadditur eis interius motiuum gratię & virtutis. Sic igitur boni perfecte subsunt legi æternæ, tãquàm semper secundum eam agentes: mali autem subsunt quidem legi æternæ, imperfecte quidẽ quantum ad actiones ipsorum, prout imperfecte cognoscunt, & imperfecte inclinantur ad bonum: sed quantum deficit ex parte actionis, suppletur ex parte passionis, prout. s. intantum patiuntur, quod lex æterna dictat de eis, inquantum deficiunt facere, quod legi æternæ conuenit. vnde Aug. dicit in 1.* de lib. arb. Iustos sub æterna lege agere existimo. & in* lib. de catechizandis rudibus dicit, quòd Deus ex iusta miseria animarum se deserentium conuenientissimis legibus inferiores partes creaturæ suæ nouit ordinare. 1.q.22.ar.2. cor. Et 1.di.39. q.2. ar.2. cor. Et 3. cõtra c.64.90. 111. & 112. Et ver.q.5. 2.5. & op.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illud verbũ Apostoli põt intelligi dupliciter. Vno modo, vt esse sub lege intelligatur ille, qui nolens obligationẽ legis subditur quasi cuidã ponderi. vnde* glo. ibidem dicit, ꝙ sub lege est, qui timore supplicij, qd lex minatur, non amore iustitię a malo opere abstinet: & hoc modo spirituales viri non sunt sub lege, quia per charitatem, quam Spiritus sanctus cordibus eorum infundit, voluntarie id quod legis est, implent. Alio modo potest intelligi inquantum hominis opera, qui Spiritu sancto agitur, magis dicuntur esse opera Spiritus sancti, quàm ipsius hominis. vnde cum Spiritus sanctus nõ sit sub lege, sicut nec Filius, vt* supra dictum est, sequitur ꝙ huiusmodi opera inquantum sunt Spiritus sancti nõ sunt sub lege: & huic attestatur qd Apost. dicit 2. ad Cor. 3. Vbi Spiritus domini, ibi libertas.

AD 2ᵐ dicendum, quòd prudentia carnis non potest subijci legi Dei ex parte actionis, quia inclinat ad actiones contrarias legi diuinæ: subijcitur tamen legi Dei ex parte passionis, quia meretur pati pœnam secundum legem diuinæ iustitiæ. Nihilominus tamen in nullo homine ita prudentia carnis dominatur, quòd totum bonum naturæ corrumpatur: & ideo remanet in homine inclinatio ad agendum ea, quę sunt legis æternæ. Habitum est enim* supra, quòd peccatum non tollit totum bonum naturæ. q.85.art.2.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ idem est, per quod aliquid conseruatur in fine, & per quod mouetur ad finem: sicut corpus graue gravitate quiescit in loco inferiori, per quam etiam ad locum ipsum mouetur. Et sic dicendum est, ꝙ sicut secundum legem æternam aliqui merentur beatitudinem, vel miseriã: ita per eandem legem in beatitudine, vel miseria conseruantur, & secundum hoc beati, & dãnati subsunt legi æternę.

QVAESTIO XCIIII.

De lege naturali, in sex articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionem nonagesimamquartam.*

DEINDE considerandum est de lege naturali.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Quid sit lex naturalis.

¶ Secundo, Quæ sint præcepta legis naturalis.

¶ Tertio, Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturæ.

¶ Quarto, Vtrum lex naturalis sit vna apud omnes.

¶ Quinto, Vtrum sit mutabilis.

¶ Sexto, Vtrum possit a mente hominis deleri.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex naturalis sit habitus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videt ꝙ lex naturalis sit habitus: quia vt* Philosophus dicit in 2. Ethic. tria sunt in anima, potentia, habitus, & passio: sed naturalis lex non est aliqua potentiarũ animæ, nec aliqua passionum, ut paret enumerando per singula. ergo lex naturalis est habitus.

¶ 2 Præt. Basilius dicit, quòd conscientia, siue synderesis, est lex intellectus nostri, quod non potest intelligi nisi de lege naturali: sed synderesis est habitus quidam, vt in primo habitum est. ergo lex naturalis est habitus.

¶ 3 Præt. Lex naturalis semper in homine manet, vt* infra patebit: sed non semper ratio hominis, ad quam lex pertinet, cogitat de naturali lege. ergo lex naturalis non est actus, sed habitus.

SED CONTRA est, quod* Aug.

IN q.94. primo notãdum est pro intellectu multorum articulorum cõiter, deide singillatim dicetur. In cõmuni igitur scito, ꝙ quemadmodum in speculatiuis præter prima principia cõmunissima, inueniuntur prima principia per se nota in Geometria, in Arithmetica &c. ita in practicis præter cõissima præcepta prima .s. esse bonum prosequẽdum, malum esse vitãdũ, sunt propria præcepta, & prima in illo in ordine, ita ꝙ ẽm vnumquemq; inclinatiõis naturalis gradũ sunt aliqua præcepta prima, vt principia propria per se nota, & reliqua præcepta secunda, vt cõclusiones ex eis depẽdentes. v. g. In hoie sunt tres inclinationes naturales, scilicet ad esse & viuere, ad generationem, & ad rationaliter se habẽdum ad se, & alios. prima ꝓcepta in singulis inclinationib⁹ sunt de fine primario illius habendo, conseruando, conseruando, & de illius contrarijs vitandis: secũda aũt præcepta sunt de fine secundo eiusdem inclinationis, & illius contrariis, & ẽt facilitate, & difficultate ꝓbẽdi⁹ primario fini. v. g. In inclinatione nostra esse Cap.5. p.p.q.79.artic. 12. Ar.5.huius quæst. Ca.21. paulo 2 princi. tom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.21. circa prin.to.6

esse & viuere, comedere, non comedere, pertinent ad prima precepta: qa comestione conseruatur vita, quæ est primarius finis illius, & non comedendo, absque dubio deficeretur. Tali autem cibo vel potu vti, quibus homo ad promptitudinem vitę, quę est finis secundarius eiusdem vtitur, pertinet ad secundaria præcepta eiusdem inclinationis, ad quæ etiã spectat moderamen cibi, potus, & exercitii, quibus facilius vita conseruatur, & horum contraria, iuxta doctrinam authoris in 3. Sentent. dist. 33. q. 1. Propter qd quando legis aliquid esse contra prima præcepta legis naturæ, nõ recurras statim ad cõmunissima præcepta, quæ sunt prima simpliciter, sed respice in qua materia est sermo, & curre ad præcepta prima in illo ordine, & intuendo primarium finem nõ quo ad bene esse, sed quo ad esse, perspicies quid veritatis habeant quæ legis &c. Et qm̃ principia prima in tali ordine reducuntur ad prima simpliciter, & dependent ab eis, & defenduntur ab illis: & rursus principia prima in tali ordine, licet secundum se sint p se nota, non oportet esse p se nota quo ad nos, ac per hoc contingit, quæ sunt secundũ se principia per se nota, esse quo ad nos conclusiones: idcirco prima præcepta propria illi inclinationi ad viuere, appellant quidoque conclusiones, uel quasi cõclusiões, & secundaria præcepta respectu primorum simpliciter, & quo ad nos.

¶ Ad singulos autẽ articulos deueniendo, in primo manda memorię, quòd lyndecretis est habitus legis naturalis, nõ lex ipsa, propriè loquendo. In secũdo, quòd omnia præcepta legis naturæ radicantur in vno primo, ratione cuius dicitur lex vna. In tertio, quòd actus secundũ

q.90. art.1. ad 2.

dicit in lib. de Bono coniugali, F habitus est, quo aliquid agitur cũ opus est: sed naturalis lex non est hmõi. est. n. in paruulis & dãnatis, qui per eam agere non possunt. ergo lex naturalis non est habitus.

RESPON. Dicendum, quòd aliquid potest dici esse habitus dupliciter. Vno modo, proprie & essentialiter, & sic lex naturalis non est habitus. Dictum est. n.* supra, quòd lex naturalis est aliquid per rationem constitutum; sicut etiam propositio est quoddam opus rationis. non est autem idem quod quis agit, & quo quis agit: aliquis .n. per habitum Grammaticæ agit orationem congruam. Cum igitur habitus sit quo quis agit, non potest esse, quòd lex aliqua sit habitus proprie, & essentialiter. Alio modo potest dici habitus id quod habitu tenetur, sicut dicitur fides id quod fide tenetur: & hoc modo quia præcepta legis naturalis quandoque considerantur in actu a ratione, quandoque autem sunt in ea habitualiter tantum, secundum hunc modum potest dici, quod lex naturalis sit habitus: sicut etiam principia indemonstrabilia in speculatiuis non sunt ipsi habitus principiorum, sed sunt principia, quorum est habitus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus intẽdit ibi inuestigare genus virtutis. & cũ manifestum sit, quòd virtus sit quoddam principium actus, illa tãtum ponit quæ sunt principia humanorum actuum, scilicet potentias, habitus, & passiones. Præter hæc autem tria sunt quædã alia in anima, sicut quidam actus, vt velle est in volente, & etiam cognita sunt in cognoscente, & proprietates naturales animæ insunt ei, vt immortalitas, & alia huiusmodi.

AD 2^um dicendum, q̃ synderesis dicitur lex intellectus nostri, inquantũ est habitus continens præcepta legis naturalis, quæ sunt prima principia operũ humanorum. K

AD 3^um dicendum, q̃ rõ illa concludit, q̃ lex naturalis habitualiter tenetur, & hoc concedimus.

Ad id vero quod in cõtrarium obijcitur, dicendum, q̃ eo quod habitualiter inest, quandoque aliquis vti non potest pp aliquod impedimentum, sicut homo non potest vti habitu scientiæ pp somnũ: & similiter puer non potest vti habitu intellectus principiorum, vel ẽt lege naturali, quæ ei habitualiter inest, propter defectum ætatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex naturalis contineat plura præcepta, uel unum tantum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ lex naturalis non contineat plura præcepta, sed vnum tantum. Lex. n. continetur in genere præcepti, vt* supra habitum est. si igitur essent multa præcepta legis naturalis, sequeretur q̃ ẽt essent multæ leges naturales. G

¶ 2 Præt. Lex naturalis consequitur hominis naturam: sed humana natura est vna secundum totũ, licet sit multiplex secundum partes. aut ergo est vnũ præceptũ tm̃ legis naturæ pp vnitatem totius, aut sunt multa secundum multitudinem partium naturæ humanæ: & sic oportebit q̃ etiã ea quę sunt de inclinatione concupiscibilis, pertineant ad legem naturalem. H

¶ 3 Præt. Lex est aliquid ad rationem pertinens, vt* supra dictum est: sed ratio in homine est vna tantum. ergo solum vnũ præceptum est legis naturalis.

SED CONTRA est, quia sic se habẽt præcepta legis naturalis in homine quãtũ ad operabilia, sicut se habent prima principia in demonstratiuis: sed prima principia indemonstrabilia sunt plura. ergo ẽt præcepta legis naturæ sunt plura.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut* supra dictum est, præcepta legis naturę hoc modo se habent ad rationem practicam, sicut principia prima demonstrationum se habẽt ad rationem speculatiuam: vtraq; I .n. sunt quædam principia per se nota. Dicitur autem aliquid per se notum dupliciter. Vno modo secundũ se: alio modo, quo ad nos. Secundum se quidem quęlibet propositio dicitur per se nota, cuius prædicatũ est de ratione subiecti: contingit tamen q̃ ignoranti diffinitionem subiecti, talis propositio non erit per se nota, sicut ista propositio, Homo est rationale, est per se nota secundum sui naturam: quia qui dicit hominem, dicit rationale, & tamen ignoranti quid sit homo, hæc propositio non est per se nota: & inde est, q̃ sicut dicit* Boet. in lib. de Hebdomad. Quædã sunt dignitates, vel propositiones per se notæ cõiter omnibus: & huiusmodi sunt illæ propositiones, quarum termini sunt omnibus noti, vt, Omne totum est maius sua parte. &, Quæ vni & eidem sunt æqualia, sibi inuicem sunt æqualia. Quædam uero propositiones sunt per se notæ solis sapientibus, qui terminos propositionum intelligunt quid significent: sicut intelligenti, q̃ angelus non est corpus, per se notũ est, q̃ non est circunscriptiue in loco, qd non est manifestum rudibus, qui hoc non capiunt. In his aũt quæ in apprehensione hominum cadunt, quidam ordo inuenitur. Nã illud qd primo cadit in apprehensione, est ens, cuius intellectus includitur in omnibus, quæcũq; quis apprehendit: & ideo primum principium indemonstrabile est, q̃ non est simul affirmare & negare, quod fundatur supra rationem entis, & non entis, & super hoc principio omnia alia fundantur, vt dicitur in 4. *Meta. Sicut autem ens est primum quod cadit in apprehẽsione simpliciter, ita bonum est primum quod cadit in apprehensione practicę rationis, quæ ordinatur ad opus. Omne. n. agens agit pp finem, qui habet rationem boni: & ideo primũ principium in ratione practica est, quod fundatur supra rationem boni, quę est, Bonum est, qd oia appetũt. Hoc est ergo primum præceptum legis, q̃ bonum est faciendum & prosequendum, & malum vitandum: & super hoc fundantur omnia alia præcepta legis naturæ, vt. s. omnia illa facienda, vel vitanda pertineant ad præcepta legis naturæ, quæ ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana. Quia vero bonum habet rationem finis, malum aũt rationem contrarij: inde est, q̃ omnia illa ad quę homo habet naturalem inclinationem, rõ naturaliter apprehendit vt bona, & per consequens vt opere prosequenda, & contraria eorum vt mala & vitanda. secundum igitur ordinem inclinationum naturalium est ordo præceptorum legis naturæ. Inest. n. primo inclinatio homini ad bonum secundum naturam, in qua cõicat cum omnibus substantijs, prout. s. quælibet substantia appetit conseruationem sui esse secundum suam naturam: & secundum hanc inclinationem pertinẽt ad legem naturalem ea, per quæ vita hominis conseruatur, & contrarium impeditur. Secundo inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia fm naturam, in qua cõicat cum ceteris animalibus: & secundum hoc dicuntur ea esse de lege naturali, quæ natura omnia animalia docuit, vt est commistio maris & fœminæ, & educatio liberorum, & similia. Tertio modo inest homini inclinatio ad bonum secundum naturã rationis, quæ est sibi propria: sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc, q̃ veritatem cognoscat de Deo, & ad hoc q̃ in societate viuat: & secundum hoc ad legem naturalem pertinent ea, quæ ad hmõi inclinationem spectant, vtpote q̃ homo ignorantiã vitet, q̃ alios nõ offendat cũ quibus debet conuersari & cętera hmõi quæ ad hoc spectãt. D

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ omnia ista præcepta legis naturæ, inquantum referuntur ad vnum primum præceptũ, habent rõnem vnius legis naturalis.

AD 2^um dicendum, q̃ omnes huiusmodi inclinationes quarumcunq; partium naturæ humanæ, puta, concupiscibilis & irascibilis, secundum quod regulantur ratione, pertinent ad legem naturalem, & reducuntur ad vnum primum præceptum, vt* dictum est: & secundum hoc sunt multa præcepta legis naturæ in seipsis, quæ tamen communicant in vna radice.

AD 3^um dicendum, quòd ratio etsi in se vna sit, tamen est ordinatiua omniũ, quę ad homines spectant: & secundum hoc sub lege rationis continentur omnia ea, quæ ratione regulari possunt. E

ARTICVLVS III.

Vtrum omnes actus uirtutum sint de lege naturæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ non oẽs actus virtutũ sint de lege naturæ. Quia vt supra* dictũ est, de rõne legis est, vt ordinetur ad bonum cõe: sed quidã virtutum actus ordinantur ad bonũ priuatũ alicuius, vt patet præcipue in actibus tẽperãtię. nõ ergo oẽs actus virtutũ legi subdunt naturali.

¶ 2 Præt. Omnia peccata aliquibus virtuosis actibus opponuntur. si igitur omnes actus virtutum sint de lege naturæ, videtur ex consequenti, quòd omnia peccata sint contra naturam: quod tamen specialiter de quibusdam peccatis dicitur.

¶ 3 Præt. In his quæ sunt fm naturã, oẽs conueniunt: sed in actibus virtutum non omnes conueniunt. aliquid. n. est virtuosum t ni, quod est alteri vitiosum. ergo non omnes actus virtutum sunt de lege naturæ.

SED CONTRA est, qd Dam. dicit i 3. li. q̃ virtutes sũt naturales. ergo & actus virtuosi subiacẽt legi naturæ. Cap.14.nõ procul a fine.

RESPON. Dicendum, q̃ de actibus virtuosis dupliciter loqui possumus. Vno modo inquantũ sunt virtuosi: alio modo inquantum sunt tales actus in proprijs speciebus considerati. Si igit loquamur de actibus uirtutum inquantum sunt virtuosi, sic oẽs actus virtuosi pertinent ad legem naturæ.* dictum est. n. q̃ ad legem naturæ pertinet omne illud, ad quod homo inclinatur secundum suã naturam. Inclinatur autem vnumquodq; naturaliter ad operationem sibi conuenientem secundum suã formam, sicut ignis ad calefaciendum: vnde cum anima rationalis sit propria forma hominis, naturalis inclinatio inest cuilibet homini ad hoc, q̃ agat secundum rationem, & hoc est agere secundum virtutem: vnde fm hoc oẽs actus virtutum sunt de lege naturali. dictat .n. hoc naturaliter vnicuiq; propria ratio, vt virtuose agat. Sed si loquimur de actibus uirtuosis secundum seipsos, prout. s. in proprijs speciebus considerantur, sic non omnes actus uirtuosi sunt de lege naturæ. Multa enim secundum uirtutem fiunt, ad quæ natura non primo inclinat: sed per rationis inquisitionem ea homines adinuenerunt, quasi utilia ad bene uiuendum. Art. precẽd.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd temperantia est circa concupiscentias naturales cibi, & potus, & uenereorum, quæ quidem ordinantur ad bonum commune naturæ: sicut & alia legalia ordinantur ad bonum commune morale.

AD 2^um dicendum, quòd natura hominis potest dici uel illa quæ est propria hominis, & secundũ hoc omnia peccata inquantum sunt cõtra rationem, sunt etiam contra naturam, ut patet per Dam. in 2. lib.* uel illa quæ est communis homini, & alijs animalibus: & secundum hoc quædam specialia peccata dicuntur esse contra naturam, sicut contra commistionem maris & fœminæ, quæ est naturalis omnibus animalibus, est concubitus masculorum, quod specialiter dicitur uitium contra naturam. Cap.30. & c.31.

AD 3^um dicendum, quòd ratio illa procedit de actibus secũdum seipsos consideratis. Sic enim propter diuersas hominum conditiones contingit, quòd aliqui actus sunt aliquibus uirtuosi, tanquàm eis proportionati, & conuenientes: qui tamen sunt alijs uitiosi, tanquàm eis non proportionati.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex naturæ sit una apud omnes.

3.dis.37.ar. 3.cor. Et 4. dist.33.q.1. ar.1.cor. & arti.2.ad 1. *distin.1. in prin. illius.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ lex naturæ nõ sit una apud oẽs. Dicit. n. in Decretis, dist. 1.* quòd ius naturale est, qd in Lege & in Euangelio continetur: sed hoc non est cõmune omnibus, quia ut dicitur Rom. 10. Non omnes obediunt Euangelio. ergo lex naturalis non est una apud omnes.

¶ 2 Præt. Quę sunt secundũ legem, iusta esse dicuntur, ut dicitur in 5. Ethic.† sed in eo libr. dicitur, quòd

†ca.1.2 medio, & cap. 1.& 7.to.5

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil est ita iustũ apud oẽs, quin apud aliquos diuersificetur. ergo ēt lex naturalis nõ est apud oẽs eadem.

¶ 3 Præt. Ad legem naturæ pertinet id, ad quod homo secundum naturam suam inclinatur, vt supra dictum est: * sed diuersi homines naturaliter ad diuersa inclinantur, alij quidem ad concupiscentiam voluptatum, alij ad desideria honorum, alij ad alia. ergo non est vna lex naturalis apud omnes.

Ar. 2. huius quæst.

SED CONTRA est, qd Isidorus dicit in lib. Etymologiarum, * Ius naturale est commune omni nationi.

Lib. 5. c. 4.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * Ad legem naturæ pertinent ea, ad quæ homo naturaliter inclinatur, inter quæ homini proprium est, vt inclinetur ad agendum secundum rationem: ad rationẽ autem pertinet ex cõibus ad propria procedere, vt patet ex 1. Physicor. * Aliter tamen circa hoc se habet ratio speculatiua, & aliter practica. Quia enim ratio speculatiua præcipue negotiatur circa necessaria, quæ impossibile est aliter se habere, absq; aliquo defectu inuenitur veritas in cõclusionibus proprijs, sicut & in principijs communibus: sed ratio practica negotiatur circa cõtingentia, in quibus sunt operationes humanæ: & ideo si in cõmunibus sit aliqua necessitas, † quanto magis ad propria descenditur, tãto magis inuenitur defectus. Sic igitur in speculatiuis est eadem veritas apud omnes tam in principijs, quàm in conclusionibus, licet veritas non apud omnes cognoscatur in conclusionibus, sed solum in principijs, quæ dicuntur communes conceptiones. In operatiuis autem nõ est eadem veritas, vel rectitudo practica apud omnes quantum ad propria, sed solum quantum ad communia: & apud illos, apud quos est eadem rectitudo in proprijs, non est æqualiter omnibus nota. Sic igitur patet, quòd quantum ad communia principia rationis siue speculatiuæ, siue practicæ, est eadem veritas, seu rectitudo apud omnes, & æqualiter nota. Quantũ vero ad proprias conclusiones rationis speculatiuæ est eadem veritas apud omnes, non tamen æqualiter omnibus nota. Apud omnes enim verum est, quòd triãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quãmuis hoc non sit omnibus notum: sed quantum ad proprias cõclusiones rationis practicæ, nec est eadem veritas, seu rectitudo apud omnes: nec etiam apud quos est eadem, est æqualiter nota. Apud omnes enim hoc rectum est, & verum, vt secundum rationem agatur. Ex hoc aũt principio sequitur quasi conclusio propria, quòd deposita sint reddenda, & hoc quidem, vt in pluribus verum est, sed potest in aliquo casu contingere, quòd sit damnosum, & per consequẽs irrationabile, si deposita reddantur, puta, si aliquis petat ad impugnandam patriam: & hoc tanto magis inuenitur deficere, quanto magis ad particularia descẽditur, puta, si dicatur quòd deposita sunt reddenda cum tali cautione, vel tali modo. Quanto enim plures conditiones particulares apponuntur, tanto pluribus modis poterit deficere, vt non sit rectum vel in reddendo, vel non reddendo. Sic igitur dicendum est, qd lex naturæ quantum ad prima principia cõmunia, est eadem apud omnes & secundum rectitudinem, & secundum notitiã: sed quantum ad quædam propria, quæ sunt quasi conclusiones principiorum cõmunium, est eadem apud omnes etiam vt in pluribus & secundum rectitudinem, & secundum notitiam: sed vt in paucioribus potest deficere & quantum ad rectitudinem propter aliqua particularia impedimenta (sicut etiam naturæ generabiles, & corruptibiles deficiunt, vt in paucioribus propter impedimenta) & etiam quantum ad notitiam: & hoc propter hoc, quòd aliqui habent depraua tam rationem ex passione, seu ex mala consuetudine, seu ex mala habitudine naturæ: sicut apud Germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum, cum tamen sit expresse contra legem naturæ, vt refert Iulius Cæsar in lib. de bello Gallico.

† Alias, veritas.

Li. 6. de bello Gallico parũ a princ.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ verbum illud nõ est sic intelligendum, quasi oia quæ in lege & in Euãgelio continentur, sint de lege naturæ, cum multa tradantur ibi supra naturã: sed quia ea quæ sunt de lege naturæ, plenarie ibi tradũtur. vnde cum dixisset Gratianus, * qd ius naturale est, quod in lege, & in Euangelio cõtinetur, statim exẽplificando subiunxit, Quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri.

Loco in arg. citato.

AD 2ᵐ dicendum, quòd verbum Philosophi est intelligendum de his quæ sunt naturaliter iusta, non sicut principia communia, sed sicut quædam conclusiones ex his derinatæ, quæ vt in pluribus habent rectitudinem, & vt in paucioribus deficiunt.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ sicut ratio in homine dominatur, & imperat alijs potentijs, ita oportet ꝙ omnes inclinationes naturales ad alias potentias pertinentes ordinentur secundũ rationem. vnde hoc est apud omnes communiter rectum, vt secundum rationem dirigantur omnes hominum inclinationes.

ARTICVLVS V.

Vtrum lex naturæ mutari possit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd lex naturæ mutari possit. Quia super illud Ecclesiast. 17. Addidit eis disciplinam & legem vitæ, dicit glos. * legem literæ, quantum ad correctionem legis naturalis, scribi voluit: sed illud quod corrigitur, mutatur. ergo lex naturalis potest mutari.

* Glos. Ordin. ibidem. † videtur.

¶ 2 Præt. Contra legem naturalem est occisio innocentis, & ēt adulterium & furtum: sed ista † inueniuntur esse mutata a Deo, puta, cũ Deus præcepit Abrahæ ꝙ occideret filium innocentem, vt habetur Gen. 22. Et cũ præcepit Iudæis, vt mutuata Aegyptiorum vasa subriperent, vt habetur Exod. 12. Et cum præcepit Oseæ, vt vxorem fornicariam acciperet, vt habetur Oseæ 1. ergo lex naturalis potest mutari.

¶ 3 Præt. Isidorus dicit in lib. Etymolog. * quòd cõis omnium possessio, & vna libertas est de iure naturali: sed hæc videmus esse mutata per leges humanas. ergo videtur quòd lex naturalis sit mutabilis.

Lib. 5. cap. 4.

SED CONTRA est, quod dicitur in Decretis distin. 5. * Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ nec variatur tempore, sed immutabile permanet.

Dist. 5. circa princip.

RESPON. Dicendum, ꝙ lex naturalis potest intelligi mutari dupliciter. Vno modo per hoc, ꝙ aliquid ei addatur: & sic nihil prohibet legem naturalem mutari. Multa enim supra legem naturalem superaddita sunt ad humanam vitam vtilia tam per legem diuinam, q̃ etiam per leges humanas. Alio modo potest intelligi mutatio legis naturalis per modum subtractionis, vt .s. aliquid desinat esse de lege naturali, qđ prius fuit secundum legem naturalem: & sic quãtum ad prima principia legis naturæ, lex naturæ est omnino immutabilis. Quantum autem ad secunda præcepta, quæ diximus esse quasi quasdam proprias conclusiones propinquas primis principijs, sic lex naturalis non immutatur, quin vt in pluribus sit rectum semper

semper quod lex naturalis habet. potest tamẽ mutari & in aliquo particulari, & in paucioribus pp aliquas speciales causas impedientes obseruantiam talium præceptorum, vt supra dictum est. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lex scripta dicitur esse data ad correctionem legis naturalis, vel quia per legem scriptam suppletum est, quod legi naturæ deerat: vel quia lex naturæ in aliquorum cordibus quantum ad aliqua, corrupta erat intantum, vt existimarent esse bona, quæ naturaliter sunt mala: & talis corruptio correctione indigebat.

AD 2ᵐ dicendũ, ꝙ naturali morte moriuntur omnes communiter tã nocentes, q̃ innocentes: quæ quidẽ naturalis mors diuina potestate inducitur pp peccatum originale, secundum illud 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & viuificat: & ideo absque aliqua iniustitia fm mandatum Dei potest infligi mors cuicunque homini vel nocenti, vel * innocenti. Similiter etiam adulterium est concubitus cũ vxore aliena, quæ quidem est ei deputata secundũ legem Dei diuinitus traditam. vnde ad quãcunque mulierem aliquis accedat ex mandato diuino, non est adulterium, nec fornicatio. Et eadem ratio est de furto, quod est acceptio rei alienæ. quicquid. n. accipit aliquis ex mandato Dei, q̃ est dñs vniuersorum, nõ accipit absque voluntate domini, quod est furari. Nec solum in rebus humanis quicquid a Deo mãdatur, hoc ipso est debitum, sed ēt in rebus naturalibus quicquid a Deo fit, est naturale quodammodo, vt in primo dictum est. *

* 1. Reg. 2.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ aliquid dicitur esse de iure naturali dupliciter. Vno modo, quia ad hoc natura inclinat: sicut non esse iniuriam alteri faciendã. Alio modo, quia natura non inducit contrarium: sicut possemus dicere, ꝙ hominem esse nudum est de iure naturali: quia natura non dedit ei vestitum, sed ars adinuenit & hoc modo cõmunis omnium possessio, & omnium vna libertas, dicitur esse de iure naturali, q̃a sicet distinctio possessionum, & seruitus non sunt inductæ a natura, sed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vitæ. & sic etiam in hoc lex naturæ nõ est mutata nisi per additionem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum lex naturæ possit a corde hominis aboleri.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd lex naturæ possit a corde hominis aboleri. Quia Rom. 2. super illud, Cum Gentes quæ legem non habent &c. dicit glos. * quòd in interiori homine per gratiam innouato, lex iustitiæ inscribitur, quam deleuerat culpa: sed lex iustitiæ est lex naturæ. ergo lex naturæ potest deleri.

* Ordin.

¶ 2 Præt. Lex gratiæ est efficacior quàm lex naturæ: sed lex gratiæ deletur per culpam. ergo multo magis lex naturæ potest deleri.

¶ 3 Præt. Illud qđ lege statuitur, inducitur quasi iustũ: sed multa sunt ab hominibus statuta cõtra legẽ naturæ. ergo lex naturæ põt a cordibus hominũ aboleri.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit in 2. Confess. * Lex tua scripta est in cordibus hominũ, quã nec vlla qđẽ delet iniquitas: sed lex scripta in cordib' hominũ est lex naturalis. ergo lex naturalis deleri non potest.

* Cap. 4. in 1.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * ad legẽ naturalẽ pertinent primo quidẽ quædã præcepta communissima, quæ sunt omnibus nota: quædã autẽ secundaria præcepta magis propria, quæ sunt quasi conclusiones propinquæ principijs. Quantũ ergo ad illa principia cõmunia, lex naturalis nullo modo potest a cordibus hominum deleri in vniuersali: deletur tamen in particulari operabili, secundum quod ratio impeditur applicare commune principium ad particulare operabile propter concupiscentiam, vel aliquã aliam passionem, vt supra dictum est. * Quantum vero ad alia præcepta secundaria, potest lex naturalis deleri de cordibus hominum vel propter malas persuasiones, eo modo quo etiam in speculatiuis errores cõtingunt circa cõclusiones necessarias: vel etiam pp pras consuetudines & habitus corruptos: sicut apud quosdã non reputabantur latrocinia peccata, vel etiã vitia contra naturam, vt etiam Apost. dicit ad Ro. 1.

* q. 77. art. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ culpa delet legem naturæ in particulari, non autem in vniuersali: nisi forte quantum ad secunda præcepta legis naturę, eo modo quo dictum est.

AD 1ᵐ dicendum, quòd gratia etsi sit efficacior quàm natura, tamen natura essentialior est homini, & ideo magis permanens.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ ratio illa procedit de secundis præceptis legis naturæ, contra quæ aliqui legislatores statuta aliqua fecerunt, quæ sunt iniqua.

QVAESTIO XCV.

De lege humana, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de lege humana.

¶ Et primo quidem de ipsa lege secundum se. Secundo, de potestate eius. Tertio, de eius mutabilitate.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, de vtilitate ipsius.
¶ Secundo, de origine eius.
¶ Tertio, de qualitate ipsius.
¶ Quarto, de diuisione eiusdem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit utile aliquas leges poni ab hominibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus. Intentio enim cuiuslibet legis est, vt per eam homines fiant boni, sicut supra dictum est: * sed homines magis inducuntur ad bonum voluntarij per monitiones, quàm coacti per leges. ergo non fuit necessarium leges ponere.

Supr. q. 92. art. 3. Et 2. di. 9. art. 3. cor. ad 2. & ad 5. Et 3. dis. 40. ar. 2. * q. 92. ar. 1.

¶ 2 Præt. Sicut dicit Philosophus in 5. Ethi. † Ad iudicem confugiunt homines sicut ad iustum animatũ: sed iustitia animata est melior, quàm inanimata quæ legibus continetur. ergo melius fuisset, vt executio iustitiæ committeretur arbitrio iudicum, quàm ꝙ super hoc lex aliqua conderetur.

† ca. 4. circa med. to. 3.

¶ 3 Præt. Lex omnis directiua est actuum humanorũ, vt ex supradictis patet: * sed cum humani actus consistant in singularibus, quæ sunt infinita, non possunt ea quæ ad directionẽ humanorum actuũ pertinent, sufficienter cõsiderari, nisi ab aliquo sapiẽte, qui inspiciat singula. ergo melius fuisset arbitrio sapientum dirigi actus humanos, quàm aliqua lege posita. ergo non fuit necessarium leges humanas ponere.

Q. 90. ar. 3. & 2.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in libr. * Etymolog. Factæ sunt leges, vt earum metu huma-

Li. 5. ca. 20.

nã

Universidad de Deusto
Biblioteca

na cœrceretur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas: sed hæc sunt necessaria maxime humano generi. ergo necessarium fuit ponere leges humanas.

q.63.art.1. RESPON. Dicendum, q̃ sicut ex supradictis patet, *homini naturaliter ineſt quædam aptitudo ad virtutem: sed ipsa virtutis perfectio necesse est quòd homini adueniat per aliquam disciplinam. sicut etiã videmus, quòd per aliquam industriam subuenitur homini in suis necessitatibus, puta, ĩ cibo & vestitu, quorum initia quædam habet a natura, scilicet rationem & manus: non autem ipsum complementum, sicut cætera animalia, quibus natura dedit sufficienter tegumentum & cibum. Ad hanc autem disciplinam non de facili inuenitur homo sibi sufficiens: quia perfectio virtutis præcipue consistit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus, ad quas præcipue homines sunt proni, & maxime iuuenes, circa quos est efficacior disciplina: & ideo oportet quòd huiusmodi disciplinam, per quam ad virtutem perueniatur, homines ab alio sortiantur: & quidem quantum ad illos iuuenes, qui sunt proni ad actus virtutum ex bona dispositione naturæ, vel consuetudine, vel magis diuino munere sufficit disciplina paterna, quæ est per monitiones. Sed quia inueniuntur quidam proterui & ad vitia proni, qui verbis de facili moueri non possunt, necessarium fuit, quòd per vim, vel metũ cohiberentur a malo, vt saltem sic male facere desistentes, & alijs quietam vitam redderent, & ipsi tandem per huiusmodi assuetudinem ad hoc perducerentur, quòd voluntarie facerent quæ prius metu implebant, & sic fierent virtuosi. Huiusmodi autem disciplina cogens metu pœnæ, est disciplina legum: vnde necessarium fuit ad pacem hominũ & virtutem, quòd leges ponerentur: quia sicut Philo-*

Ca.2.in fi. illius, to.5. *sophus dicit in 1. Politicæ,* sicut homo, si sit perfectus virtute, est optimum animalium: sic si sit separatus a lege & iustitia, est pessimum omnium, quia homo habet arma rationis ad explẽdas cõcupiscẽtias & sæuitias, quæ non habent alia animalia.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ homines bene dispositi, melius inducuntur ad virtutẽ monitionibus voluntarijs, quàm coactione: sed quidã male dispositi non ducuntur ad virtutem, nisi cogantur.

Ca.1.inter princip. & med.to.6. AD 2^m dicendum, quòd sicut Philosophus dicit. 1. Rethor.* Melius est omnia ordinari lege, quàm dimittere iudicum arbitrio. & hoc propter tria. Primo quidem, quia facilius est inuenire paucos sapientes, qui sufficiant ad rectas leges ponendas, quàm multos, qui requirerẽtur ad recte iudicandum de singulis. Secundo, quia illi qui leges ponunt, ex multo tempore considerant quid lege ferendum sit: sed iudicia de singularibus factis fiunt ex casibus subito exortis. Facilius autem ex multis consideratis potest homo videre quid rectum sit, quàm solum ex aliquo vno facto. Tertio, quia legislatores iudicant in vniuersali, & de futuris: sed homines iudicijs præsidentes iudicant de præsentibus, ad quæ afficiuntur amore vel odio, aut aliqua cupiditate: & sic eorum deprauatur iudicium. Quia ergo iustitia animata iudicis non inuenitur in multis, & quia flexibilis est: ideo necessarium fuit in quibuscunque est possibile, legem determinare quid iudicandum sit, & paucissima arbitrio hominum committere.

AD 3^m dicendum, quòd quædam singularia, quæ non possunt lege comprehendi, necesse est committere iudicibus, vt ibidem Philosophus dicit,* puta, de eo quod est factum esse, vel non esse, & de alijs huiusmodi.

D.41. Li.1.Rhe. cap.1. med.to.6.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnis lex humanitus posita, a lege naturali deriuetur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non omnis lex humanitus posita, a lege naturali deriuetur. Dicit enim Philosophus in 5. Ethi.* quod iustum legale est, q̃ prin cipio quidẽ nihil differt, vtrum sic, vel aliter fiat: sed in his quæ oriuntur ex lege naturali, differt vtrum sic, vel aliter fiat. ergo ea quæ sunt legibus humanis statuta, non omnia deriuantur a lege naturæ.

¶ 2 Præt. Ius positiuum diuiditur contra ius naturale, vt patet per Isidorum in libr.* Etymol. & per Philosophum in 5. Ethic.† sed ea quæ deriuantur a principijs communibus legis naturæ, sicut conclusiones, pertinent ad legem naturæ, vt supra dictum est.* ergo ea quæ sunt de lege humana, non deriuantur a lege naturæ.

¶ 3 Præt. Lex naturæ est eadẽ apud omnes. dicit enim Philosophus in 5. Ethicorum.† quòd naturale ius est, quod vbique habet eandẽ potentiam. si igitur leges humanæ a naturali lege deriuarentur, sequeretur etiam q̃ ipsæ essent eædem apud omnes: quod patet esse falsum.

¶ 4 Præt. Eorum quæ a lege naturali deriuantur, potest aliqua ratio assignari:* sed non omnium quæ a maioribus lege statuta sunt, ratio reddi potest, vt iurisperitus dicit. ergo non omnes leges humanæ deriuantur a lege naturali.

SED CONTRA est, quod Tull. dicit in sua Rhet.* Res a natura profectas, & a cõsuetudine probatas, legum metus & religio sanxit.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 1. de libr. arb.* Non videtur esse lex, quæ iusta non fuerit: vnde inquantum habet de iustitia, intantum habet de virtute legis. In rebus autem humanis dicitur esse aliquid iustum ex eo, quod est rectum secundum regulam rationis. Rationis autem prima regula est lex naturæ, vt ex supradictis patet:* vnde omnis lex humanitus posita intantum habet de ratione legis, inquantum a lege naturæ deriuatur. Si vero in aliquo a lege naturali discordet, iam non erit lex, sed legis corruptio.

*Super Quæstionem quæ sequitur Articulo secũdum.

3.coro.a. 123.

Cap.7.& prin.to.5.

Lib.5.eth. to.7.to.1.

5.prædic. 3.& 4.

Ca.7.eo.

Q. præced. Arti.2.

Sed sciendum est, quòd a lege naturali dupliciter potest aliquid deriuari. Vno modo, sicut conclusiones ex principijs: alio modo, sicut determinationes quædã aliquorum communium. Primus quidem modus similis est ei, quo in scientijs ex principijs cõclusiones demonstratiuæ producuntur. Secundo vero modo simile est, qd in artibus formæ communes determinantur ad aliquid speciale: sicut artifex formam communem domus necesse est quòd determinet ad hanc, vel illam domus figuram. Deriuantur ergo quædam a principijs communibus legis naturæ per modum conclusionum: sicut hoc quod est non esse occidẽdum, vt conclusio quædam, deriuari potest ab eo quod est, nulli esse faciendum malum. Quædam vero per modũ determinationis, sicut lex naturæ habet, quòd ille qui peccat, puniatur: sed quòd tali pœna, vel tali puniatur, hoc est quædam determinatio legis naturæ. Vtraque igitur inueniuntur in lege humana posita: sed ea quæ sunt primi modi, continentur in lege humana, non tanquàm sint solum lege posita, sed habẽt etiam aliquid vigoris ex lege naturali: sed ea quæ sunt secundi modi, ex sola lege humana vigorẽ habent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de illis, quæ sunt lege posita per determinationẽ, vel specificationẽ quandam præceptorum legis naturæ.

AD 2^m dicendum, quòd ratio illa procedit de his, quæ deriuantur a lege naturæ tanquàm conclusiones.

AD 3^m dicendum, quòd principia communia legis naturæ non eodẽ modo applicari possunt omnibus propter multam varietatem rerum humanarum: & ex hoc prouenit diuersitas legis positiuæ apud diuersos.

AD 4^m dicendum, q̃ verbum illud Iurisperiti intelligendum est in his, quæ introducta sunt a maioribus circa particulares determinationes legis naturalis, ad quas quidem determinationes se habet expertorum & prudentum iudicium, sicut ad quædam principia, inquantum scilicet, statim vident quid congruentius sit particulariter determinandum. vnde Philosophus dicit in 6. Ethic.* q̃ in talibus oportet attendere experti-

tionis, vt in litera dicitur, vt patet facile inductiõe. Ex hoc enim iure naturæ, q̃ mali sunt puniendi, deriuatur determinando punitionem ad talem punitionẽ, & malos ad tales malos, quòd fures sunt suspendendi. Similiter ex hoc iure naturæ, quòd abstinendum est propter cõsumptionẽ &c. deriuatur determinando abstinentiam ad priuationẽ esus carnium &c. quòd ieiunandum est. Et simiiter ex hoc naturæ iure, quòd Dei cultui tempus aliquod impendendum est, deriuatur determinatio tẽporis & cultus, quòd die Dominica audiatur Missa, & sic de aliis. Et si hic cõtingas, quòd huiusmodi determinatio nõ cõdat vim legis, nisi fiat ad cõmune bonum ab habente curã multitudinis rationabiliter & eligẽte magis hoc, q̃ illud sub illo cõmuni, videbis & q̃ per modum artis, scilicet per rationem & præcipuè per hæresim hæc determinatio sit: & q̃ hæc determinatio non solũ materia legis pure positiuæ, vt deriuatã a iure naturæ, vt speciale a communi: sed ẽt ipsa vis legis positiuæ, vt dearticulatio quædã iuris naturę proficiscitur eodem modo, vt merito in litera non dicatur, q̃ ius positiuũ quo ad materiam, aut quo ad vim deriuatur a naturali, sed absolute, vt cõplecteret vtrũque. Ex illis enim communibus conceptionibus habentibus vim legis a natura determinando per electionem authoritatem habẽtis, veniunt propositiones minus communes habentes vim legis ab ipsa determinatione artis gubernatiuæ, quæ a naturali lege proficiscitur. Si autem actus præceptos, vel prohibitos a pure positiua lege intuitus fueris, videbis q̃ dum condicit lex positiua, determinatur ius naturale ad positiuum, vt forma ad materiã. Ex hoc enim q̃ abstinentia a carnibus, & lasciuiis &c iure ponitur esse ieiunii, supponitur virtuti tẽperatiæ talis actꝰ, & vitio intemperantiæ cõtrarius actus: & sic determinatur forma virtutis temperantiæ ad talẽ materiam. Et si huic iunxeris, q̃ formale in virtute est de iure naturæ, vt in quæstione precedẽte habitum est, clarum erit, q̃ iuxta illã determinationem ius positiuum determinat naturale, vt formam ad materiam. Et scito, q̃ hæc tria, quæ diximus, licet sic ordinata videantur, q̃ prius natura est determinatio materiæ specialis sub communi, deinde applicatio formæ vel vitii ad materiã, tertio est ius legis: nam prius est constituere hos actus esse virtuosos, vel vitiosos, q̃ præcipere, vel prohibere illos. Si diligenter ramen considerata fuerit differẽtia inter intellectum practicum & speculatiuum, & inter materia ex se, & quia prohibita, apparebit qd secundo loco est ius legis, quæ præcipiẽdo constituit bona, & prohibendo mala: & sic tertio loco fit applicatio virtutis ad materiam. Et q̃m commune formaliter respectu specialis est, & in ipsa determinatione cõmunis ad speciale gubernatoris arte authoritative facta, applicatio formæ virtutis ad materiã consistit, consequens est q̃ dum author ius positiuum a naturali originari dicit per modum determinationis, quo ars formam cõmunem ad specialem determinat, nihil dictorum prætermisit: sed dicta omnia sub illo determinationis modo conclusit, quo & speciale formali quodam fluxu a communiori, vt materiale a formali deriuatur.

¶ Ad obiecta autem dicitur, q̃ aliud est loqui de communi, & aliud de eodem vniuersa-

I.i.5.Ethy. ca.3.& 21.

Li.1. in ca. cuinis tit. lus est de 4. virtutibus. †li.2.ca.10 & lib.5.c.3

Locõ in arg.1. citato

Tex.88.to. 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum Isidorus conuenienter qualitatem legis positiuæ describat.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Isidorus* inconuenienter qualitatem legis positiuæ describat, dicens. Erit lex honesta, iusta, possibilis secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate ciuiũ scripta. Supra. n. in tribus cõditionibus qualitatẽ legis explicauerat dicens. Lex erit omne, qd ratione constiterit duntaxat, quod religioni cõgruat, quod disciplinę conueniat, quod saluti proficiat. ergo superflue postmodum condiciones legis multiplicat.

¶ 2 Præt. Iustitia est pars honestatis, vt Tullius dicit in 1. de offic.* ergo postquàm dixerat honesta, superflue additur iusta.

¶ 3 Præt. Lex scripta secundum Isidorum,† cõtra consuetudinem diuiditur. non ergo debuit in diffinitione legis poni, q̃ esset secundum consuetudinem patriæ.

¶ 4 Præt. Necessarium dupliciter dicitur, scilicet id quod est necessariũ simpliciter, quod impossibile est aliter se habere, & huiusmodi necessarium non subiacet humano iudicio: vnde talis necessitas ad legem humanam non pertinet. Est etiam aliquid necessariũ propter finem: & talis necessitas idẽ est quod vtilitas. ergo superflue vtrunque ponitur, necessaria, & vtilis.

SED CONTRA est auctoritas ipsius Isidori.*

RESPON. Dicendum, quòd vniuscuiusque rei quæ est propter finem, necesse est quòd forma determinetur secundum proportionem ad finem: sicut forma serræ talis est, qualis conuenit sectioni, vt patet in 2. Physic.* Quælibet etiam res recta & mensurata oportet quòd habeat formam p̃portionatam suæ regulæ & mensuræ. Lex autem humana vtrunque habet: quia & est aliquid ordinatum ad finem, & est quædam regula, vel mensura regulata, vel mẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersaliter distributo. nam in primo sophisma consequentis ad minus cõmune determinãte descendendo committitur, in secundo nõ. lex autem naturæ relata ad ius positiuũ non communis vniuersaliter distributi, sed rationis indefinitæ ratione habet. v.g. Non est lex naturę, quòd malus puniatur omni pœna, sed q̃ puniat indefinite. hĩ ex hoc cessat secũda obiectio. Meminit autem artificialium: quia determinatio ista per rationem & electionẽ fit, dum arte gubernatiua fit, sicut & alia artificialia.

Art. præce. & q. 91. ar. 2. & 4. & q. 93. art. 3. & in Dig. ve ter. li. 1. tit. 3. lege 14.

¶ In eodem secundo articulo nota, q̃d quid est iuris pure positiui ex 5. Ethic. scilicet quod a principio nihil differt, vt ex eo scias discernere quãdo aliquid est solum de iure positiuo, & quando de iure naturæ, vel gẽtiũ.

¶ Super Quæstionem nonagesimamquintæ Articulus quartum.

IN articulo quarto eiusdem q. omisso 3. dubium est circa illa verba, Est & aliquod regimen ex istis commistum, qd est optimum: quia hoc aduersatur doctrinæ authoris in pluribus locis, ut patet in prima parte quæst. 103. artic. 3. & in 4. contra Gen. cap. 76. ubi tenet, quòd optimum regimen est regimen vnius, & probat, vt patet ibidem.

¶ Ad hoc multipliciter respondetur primo, quòd regimen vnius est optimum respectu aliorum regiminum simplicium, non autem commistorum, & ideo nulla est contrarietas. secundo quòd regimen vnius est optimum secundum speciem regiminis. Regimẽ autem commistum est optimum secundum partium dispositionem, vt inferius in quæstio. 105. articul. 1. explicatur, dum litera ista ibi explanatur, dicendo, quòd regimen compositum ex

q. 90. ar. 2.

Li. 5. cap. 4.

Li. 5. cap. 6. in fine.

surata quadam superiori mensura: quæ quidem est duplex, scilicet diuina lex, & lex naturæ, vt ex supra dictis patet. Finis autem humanæ legis est vtilitas hominum, sicut etiam Iurisperitus dicit. † Et ideo Isidorus in conditione legis, primo quidem tria posuit, scilicet quòd religioni congruat, inquantum scilicet est proportionata legi diuinæ: quòd disciplinæ conueniat, inquantum est proportionata legi naturæ: quòd saluti prosiciat, inquantum est proportionata vtilitati humanæ, & ad hæc tria omnes aliæ conditiones, quas postea ponit, reducuntur. Nã quòd dicitur, honesta, refertur ad hoc, quòd religioni congruat. Quod autem subditur, Iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco, temporique conueniens, additur ad hoc, quòd conueniat disciplinæ. Attenditur enim humana disciplina primum quidem quantum ad ordinem rationis, qui importatur in hoc, quod dicitur iusta: secundo quantum ad facultatẽ agentium. debet enim esse disciplina conueniens vnicuique secundum suam possibilitatem, obseruata et possibilitate naturæ. Nũ enim eadem sunt imponenda pueris, quæ imponuntur viris perfectis. Et secundum humanam consuetudinem: non enim potest homo solus in societate viuere, aliorum morem non gerens. Tertio quantum ad debitas circunstãtias dicit, Loco, temporique conueniens. qd vero subdit, Necessaria, vtilis &c. refertur ad hoc, quòd expediat saluti, vt necessitas referatur ad remotionem malorum, vtilitas ad consecutionem bonorum, manifestatio vero ad cauendum nocumentum, quod ex ipsa lege posset prouenire. Et quia, sicut supra dictum est, * lex ordinatur ad bonũ cõmune, hoc ipsum in vltima parte determinationis ostenditur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Isidorus conuenienter ponat diuisionem humanarum legum.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur q̃ inconuenienter Isidorus * diuisionẽ legũ humanarum ponat, siue iuris humani. Sub hoc enim iure cõprehẽdit ius gentiũ, quod ideo sic nominatur, vt ipse dicit †, quia eo omnes fere gentes vtuntur: sed sicut ipse dicit, * ius naturale est, quod est commune omnium nationum. ergo ius gentium non continetur sub iure positiuo humano, sed magis sub iure naturali.

¶ 2 Præt. Ea quæ habent eandem vim, non videntur formaliter differre, sed solum materialiter: sed leges, plebiscita, senatusconsulta, & alia huiusmodi quæ ponit, omnia habent eandem vim. ergo videtur, quòd non differant nisi materialiter: sed talis distinctio in arte non est curanda, cum possit esse in infinitum. ergo inconuenienter huiusmodi diuisio humanarum legum introducitur.

¶ 3 Præt. Sicut in ciuitate sunt principes, sacerdotes, & milites: ita etiam sunt & alia hominum officia. ergo videtur, q̃ sicut ponitur quoddam ius militare, & ius publicum, quod consistit in sacerdotibus & magistratibus: ita etiam debeant poni alia iura, ad alia officia ciuitatis pertinentia.

¶ 4 Præt. Ea quæ sunt per accidẽs, sunt prætermittenda: sed accidit legi, vt ab hoc, vel ab alio homine feratur. ergo inconuenienter ponitur diuisio legum humanarum ex nominibus legislatorũ, vt scilicet quædam dicatur Cornelia, quædam Falcidia &c.

IN CONTRARIVM Authoritas Isidori sufficiat. †

RESPON. Dicendum, q̃ vnũquodque potest per se diuidi secundum id quod in eius ratione continetur: sicut in ratione animalis continetur anima, quæ est rationalis, vel irrationalis. & ideo animal proprie & per se diuiditur secundum rationale & irrationale, non autem secundum album & nigrum, quæ sunt omnino præter rationem eius. Sunt autem multa de ratione legis humanæ, secundum quorum quodlibet lex humana proprie, & per se diuidi potest. Est enim primo de ratione legis humanæ, quòd sit derivata a lege naturæ, vt ex dictis patet: * & secundũ hoc diuidit ius positiuũ in ius gentium, & ius ciuile, secũdum duos modos, quibus aliquid derivatur a lege naturæ, vt supra dictum est. * Nam ad ius gentium pertinent ea quæ deriuantur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principijs, vt iustæ emptiones, venditiones, & alia hmõi, sine quibus homines adinuicẽ conuiuere non possunt, q̃d est de lege naturæ: quia homo est naturaliter animal sociale, vt phat in primo Politicę. * Quę vero deriuantur a lege naturæ per modũ particularis determinationis, pertinent ad ius ciuile, secundũ qd

F

G

H

I

K

regimine vnius propter virtutem & oppositionem multorum sub ipso principantium propter virtutem, per electionẽ populi est optimũ, utpote mistũ ex regno, aristocratia, & democratia.

Li. 5. cap. 4. in princip.

¶ Tertio dicitur, q̃ quia comparatio cit inter distincta secundum id, in quo distinguuntur. propterea cum vnum & idem claudatur in utroque comparatorum, ne comparetur idem ad seipsum, eõ pacto intelligitur secundum adiuncta, ac per hoc cum regimen vnius, & regimen commistum ex regimine vnius & plebis comparantur: ex una parte sumitur regimen vnius, & ex alia regimen mistum, non quatenus includit regimẽ vnius, & addit aliã bonitatem, sed secundum bonitates adiunctas. & dicitur quòd regimen vnius est optimum, vt in pluribus locis a Philosopho, & D. Thoma habes. Cum hoc tamen stat, quòd loquendo de regimine pure humano, considerato omnibus quæ sunt in misto, regimen mistum est optimum, vt hic & inferius loco allegato habetur. Verum quia in primo sensu comparatio formaliter & simpliciter exercetur, in secundo autem comparatur unum & idem secundum se ad seipsum cum adiunctis bonitatibus, comparatio non est multũ artificiosa. rideo primus sermo, scilicet quòd regimen vnius est optimum, amplectendus est simpliciter. Secũdus autem, scilicet quod regimen commistum est optimum, pie exponendus & non extendus est, ne sic cauſi erroris: & hanc tertiam responsionẽ sequere vir docte.

In Dig. no li. 8. & sequẽ. & li. 9. in fi. & Et Codic. 6. tit. 49. loco allegato. Ar. 3. huius quæst. Ca. 2. 10. 5.

quælibet ciuitas aliquid sibi accõmode determinat. A

Secundo est de ratione legis humanæ, quòd ordinetur ad bonum commune ciuitatis. Et secundum hoc, lex humana diuidi potest secũdum diuersitatem eorum, qui specialiter dant operam ad bonum commune: sicut sacerdotes pro populo Deum orantes, principes populum gubernantes, & milites pro salute populi pugnantes: & ideo istis hominibus specialia quædam iura aptantur. Tertio est de ratione legis humanæ, vt instituatur a gubernante communitatem ciuitatis, sicut supra dictum est. *

2. 3.

Et secundum hoc distinguuntur leges humanæ secundum diuersa regimina ciuitatum, quorum vnum, secundum Philosophum in tertio Politicæ, * est regnum, quando scilicet ciuitas gubernatur ab vno: & secundum hoc accipiuntur constitutiones principum. Aliud vero regimen est aristocratia, ideſt, principatus optimorum, vel optimatum, & secundum hoc sumuntur responsa prudentum, & etiam senatus consulta. Aliud regimen est oligarchia, ideſt, principatus paucorum diuitum & potentum: & secundum hoc sumitur ius prætorium, quod etiam honorariũ dicitur. Aliud autem regimen est populi, quòd nominatur democratia: & secundum hoc sumuntur plebiscita. Aliud autẽ est tyrannicum, quod est omnino corruptum, vnde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est etiã aliquod regimen ex istis cõmistum, quod est optimum: & secundum hoc sumitur lex, quam maiores natu simul cũ plebibus sanxerunt, vt Isidorus dicit. *

5. num. 5.

C

¶ Quarto vero de ratione legis humanæ est, q̃ sit directiua humanorum actuum: & secundum hoc secũdum diuersa, de quibus leges feruntur, distinguuntur leges, quæ interdum ab actoribus nominantur: sicut distinguitur lex Iulia de adulterijs, lex Cornelia de sicarijs, & sic de alijs, non propter actores, sed propter res, de quibus sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ius gentium est quidẽ aliquo modo naturale homini, secundũ qd est rationalis, inquantum deriuatur a lege naturali p modum conclusionis, quæ non est multum remota a principijs. vnde de facili in huiusmodi, homines cõsenserunt. distinguitur tamen a lege naturali, maxime ab eo quod est omnibus animalibus commune.

D

¶ Ad alia patet responsio ex his, quæ dicta sunt.

¶ Super Quæstionis nonagesimæsextæ Articulum primum & secundum.

IN articulis 1. & secundo. 96. q. hoc notandum occurrit. primo, quòd cum in secundo articulo cõcludit negatiua de prohibitione omniũ viciorum, intelligitur de omnibus vitiis secundum totã suam latitudinem, ideſt, omnes eorum actus, & non de omnibus vitiis, ideſt, habitibus vitiosis, vt patet ex responsione ad primum in articulo tertio, vbi dicitur, q̃ prohibentur omnia vitia, sed non secundũ omnes actus eorum.

QVAESTIO XCVI.

De potestate legis humanæ, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de potestate legis humanæ.

E

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum humana lex debeat poni in communi.

¶ Secundo, Vtrũ lex humana debeat omnia vitia cohibere.

¶ Tertio, Vtrum omnium virtutũ actus habeat ordinare.

¶ Quarto, Vtrum imponat homini necessitatem, quantum ad forum conscientiæ.

¶ Quinto, Vtrum omnes homines legi humanæ subdantur.

¶ Sexto, Vtrũ his qui sunt sub lege, liceat agere præter verba legis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex humana debeat poni in communi magis, quàm in particulari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd lex humana non debeat poni in communi, sed magis in particulari. Dicit enim Philosophus in 5. Ethic. * quòd legalia sunt, quæcunque in singularibus legem ponunt, & etiam sententialia, quæ sunt etiam singularia: quia de singularibus actibus sententiæ feruntur. ergo lex non solum ponitur in communi, sed etiam in singulari.

Infr. q. 98. art. 6. ad 2. Et 1 2. qõ. 147. ar. 3. & 4. cor. * ca. 7. to. 5.

¶ 2 Præt. Lex est directiua humanorum actuum, vt supra dictum est: * sed humani actus in singularibus consistunt. ergo lex humana non debet in vniuersali ferri, sed magis in singulari.

B

Q. 90. art. 1.

¶ 3 Præt. Lex est regula & mensura humanorũ actuũ, vt supra dictum est: * sed mensura debet esse certissima, vt dicitur in 10. Metaph. † cum ergo in actibus humanis non possit esse aliquod vniuersale ita certũ, quin in particularibus deficiat, videtur q̃ necesse sit leges non in vniuersali, sed in singularibus poni.

Q. 90. art. 1. † tex. 3. to. 3.

SED CONTRA est, quòd Iurisperitus dicit, * quòd iura constitui oportet in his, quæ sæpius accidunt: ex his autem, quæ forte vno casu accidere possunt, iura non constituuntur.

In digesti. veteri li. 1. titulo 3. lege 3. 4. & 5.

RESPON. Dicendum, quòd quia vnumquodque quod est propter finem, necesse est quòd sit fini proportionatum, finis autem legis est bonum commune: quia, vt Isidorus dicit in lib. Etymolog. * nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate ciuium lex debet esse conscripta: vnde oportet leges humanas esse proportionatas ad bonum commune. bonum autem commune constat ex multis. & ideo oportet, quòd lex ad multa respiciat, & secundum personas, & secundum negotia, & secundum tempora. Constituitur enim communitas ciuitatis ex multis personis, & eius bonum per multiplices actiones procuratur: nec ad hoc instituitur, quòd aliquo tempore modico duret, sed quòd omni tempore perseueret per ciuium successionem, vt Augustin. dicit in 2. de Ciuitate Dei. *

Li. 5. ca. 21.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus in 5. Ethic. † ponit tres species iuris legalis, qd est ius positiuum. Sunt enim quædam, quæ simpliciter in communi ponuntur, & hæc sunt leges communes: & quantum ad huiusmodi dicit, quòd legale est, quod ex principio quidem nihil differt sic, vel aliter: quando autem ponitur differt, puta, quòd captiui statuto pretio redimãtur. Quædam vero sunt quæ sunt communia quantum ad aliquid, & singularia quantum ad aliquid: & huiusmodi dicuntur priuilegia, quasi leges priuatæ, quia respiciunt singulares personas, & tamen potestas eorum extenditur ad multa negotia: & quantum ad hoc subdit, Adhuc quæcunque in singularibus legem ponunt. Dicuntur etiam quædam legalia, nõ quia sint leges, sed propter applicationem legum communium ad aliqua particularia facta, sicut sunt sententiæ, quæ pro iure habentur: & quantum ad hoc subdit, Et sententialia.

Rx li. 2. ca. 21. Et li. 22. ca. 6. habetur tom. 5. † ca. 7. to. 5.

AD 2^um dicendum quòd illud quod est directiuum, oportet esse plurium directiuum: vnde in 10. Meta. * Philosophus dicit, quòd omnia quæ sunt vnius generis, mensurantur aliquo vno, quod est primum in genere illo. Si enim essent tot regulæ, vel mensuræ, quot

tex. 4. to. 3.

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt mensurata, vel regulata, cessaret vtiq; vtilitas regulæ, vel mensuræ, quæ est vt ex vno multa possint cognosci: & ita nulla esset vtilitas legis, si nō se extenderet nisi ad vnū singulare actū. Ad singulares .n. actus dirigendos dantur singularia præcepta prædictiū: sed lex est præceptum commune, vt supra dictum est.*

q.90.art.2. & ar. 3. ad 3. 2.2.q.10.art.12. & ca.7. 2.med.to.5.

Ad 3^m dicendum, q̄ nō est eadem certitudo quærenda in omnibus, vt in 1. Ethic.* dicitur: vnde in rebus contingentibus, sicut sunt naturalia & res humanæ, sufficit talis certitudo, vt aliquid sit verum vt in pluribus, licet interdum deficiat in paucioribus.

Articvlvs II.

Vtrum ad legem humanam pertineat omnia uitia cohibere.

Supr. q.91. ar.4.co. fin. & q.93.art. 2.ad 3.& if. q.89 art.1. co. Et 2.2. q.69.art.2. ad 1. & qō. 77.ar.1. ad 1. & qō.78. art.2. ad 4. Et mal.q.3. art. 4. ad 6. Et quol. 2. ar. 10. ad 1. & 2. Et Iob. 11. † li.1.ca.20.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur q̄ ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere. Dicit enim Isidorus in lib. † Etymologiarum, q̄ leges sunt factæ, vt earum metu coerceatur audacia: non autem sufficienter coercētur, nisi quælibet mala cohiberentur per legem. ergo lex humana debet quælibet mala cohibere.

¶ 2 Præt. Intentio legislatoris est ciues facere uirtuosos: sed non potest aliquis esse virtuosus, nisi ab omnibus vitijs compescatur. ergo ad legem humanam pertinet omnia vitia compescere.

¶ 3 Præt. Lex humana a lege naturali deriuatur, vt supra dictum est: * sed omnia vitia repugnant legi naturæ. ergo lex humana omnia vitia debet cohibere.

Sed contra est, quod dicitur in 1. de lib. ar. † Videtur mihi legem istam, quæ populo regendo scribitur, recte ista permittere, & diuinam prouidentiam vindicare: sed diuina prouidentia non vindicat nisi vitia. ergo recte lex humana permittit aliqua vitia, non cohibendo ipsa.

Ar.præced. Respon. Dicendum, quòd sicut iam dictum est,* lex ponitur vt quædam regula, vel mensura humanorum actuum: mensura autem debet esse homogenea mensurato, vt dicitur in 10. Metaph. * diuersa enim diuersis mensurantur. vnde oportet, quòd etiam leges imponantur hominibus secundum eorum conditionem: quia, vt Isidorus dicit,* lex debet esse possibilis & secundum naturam, & secundum consuetudinem patriæ. Potestas autem siue facultas operandi ex interiori habitu, seu dispositione procedit. non enim idem est possibile ei, qui non habet habitum virtutis, & vituoso: sicut etiam non est idem possibile puero, & viro perfecto. & propter hoc non ponitur eadem lex pueris, quæ ponitur adultis. Multa enim pueris permittuntur, quæ in adultis lege puniuntur, vel etiam vituperantur: & similiter multa sunt permittenda hominibus non perfectis virtute, quæ non essent tolerāda in hominibus virtuosis. Lex autem humana ponitur multitudini hominum, in qua maior pars est hominum non perfectorum virtute. Et ideo lege humana non prohibentur omnia vitia, a quibus virtuosi abstinent, sed solum grauiora, a quibus possibile est maiorem partem multitudinis abstinere, & præcipue quæ sunt in nocumentum aliorum, sine quorum prohibitione societas humana conseruari non posset: sicut prohibentur lege humana homicidia, & furta, & huiusmodi.

Tex.3.& 4. tom.3. Li.2.ca.21.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ audacia pertinere videtur ad inuasionē aliorum: vnde præcipue pertinet ad illa peccata, quibus iniuria proximis irrogatur, quæ lege humana prohibentur, vt dictum est.*

In cor. art.

Ad 2^m dicendum, quòd lex humana intendit homines inducere ad virtutem, non subito, sed gradatim: & ideo non statim multitudini imperfectorum imponit ea, quæ sunt iam virtuosorum, vt scilicet ab omnibus malis abstineat: alioquin imperfecti huiusmodi præcepta ferre non valentes, in deteriora mala prorumperent, sicut dicitur Prouerb. 30. Qui nimis emungit, elicit sanguinem. & Matt. 9. Quod si vinum nouum, idest præcepta perfectæ vitæ, mittatur in vtres veteres, idest, in homines imperfectos, vtres rumpuntur, & vinum effunditur, idest, præcepta contemnuntur, & homines ex contemptu ad peiora mala prorumpunt.

Ad 3^m dicendum, q̄ lex naturalis est quædam participatio legis æternæ in nobis: lex autem humana deficit a lege æterna. Dicit enim Augu. in 1. de lib. arbit.* Lex ista quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit, atque impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. neque enim quia non omnia facit, ideo quæ facit, improbanda sunt: vnde etiam lex humana non omnia potest prohibere, quæ prohibet lex naturæ.

Ca.5. circa fin.to.1.

Articvlvs III.

Vtrum lex humana præcipiat actus omnium uirtutum.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd lex humana non præcipiat actus omniū virtutum. Actibus enim virtutum opponuntur actus vitiosi: sed lex humana non prohibet omnia vitia, vt dictum est. * ergo etiam nō præcipit actus omnium virtutū.

¶ 2 Præt. Actus virtutis a virtute procedit: sed virtus est finis legis, & ita quod est ex virtute, sub præcepto legis cadere nō potest. ergo lex humana nō præcipit actus omnium virtutum.

¶ 3 Præt. Lex humana ordinatur ad bonum commune, vt dictum est: * sed quidam actus virtutum non ordinantur ad bonum commune, sed ad bonum priuatum. ergo lex non præcipit actus omnium virtutum.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in 5. Ethic. * quòd præcipit lex fortis opera facere, & quæ temperati, & quæ mansueti. Similiter autē secundum alias virtutes & malitias, hæc quidem iubens, hæc autem prohibens.

Respon. dicendum, quòd species virtutum distinguuntur secūdū obiecta, vt ex supra dictis patet. * Omnia autem obiecta virtutum referri possunt vel ad bonum priuatum alicuius personæ, vel ad bonum commune multitudinis: sicut ea quæ sunt fortitudinis potest aliquis exequi vel propter conseruationem ciuitatis, vel ad conseruandum ius amici sui, & similiter quòd obiecta virtutum possunt dupliciter sumi, primo secūdum se: & sic falsum est, q̄ possunt recte referri in bonum priuatum, aut publicum. Secundo, secundū actus, quibus homo attingit illa. & sic nihil prohibet omnium virtutū obiecta ad priuatū, vel publicum bonum recte referri posse. Nam licet Deus gloriosus non sit referibilis recte in meum, vel cuiusque creaturæ bonum: actus tamen quibus contemplamur illum in notitiam bonum, recte referuntur & secundum se, & secundū vtilitates consequentes. Et hoc sufficit præsenti intentioni ad concludendum, q̄ lex humana de actibus omnium virtutum intellectualium & moralium disponere potest: & disponit de speculatiua sapientia, dum homines aliquos illi vacare iubet, vt sapientes facti, etiā ad minora iudicāda potentiores sint &c.

Ca.5. circa fin.to.1.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæsextæ Articulum tertium.*

In articulo tertio, specialiter occurrit dubiū de illa propositione, Omnia autem obiecta virtutum referri possunt ad bonum priuatum alicuius personę, uel ad bonum commune multitudinis. Nā obiectum supremæ virtutis, in cuius attinctione consistit felicitas, non potest referri ad bonum priuatum, aut commune, quia est superioris naturæ, vt patet in 10. Ethicorum.

Sup. q.87. ar.3.ad. & infr. eod. ar.4. corp.

Art.præc.

¶ Ad hoc dupliciter dicitur, primo q̄ author nō loquitur de omnibus, sed de illis, quorum opposita sunt uitia, ut patet in toto processu artī. Virtutes autem intellectuales speculatiuæ, de quibus fit obiectio, non opponuntur uitiis, sed ignorantiæ præmæ dispositionis. Sed hæc responsio diffonat ab uniuersali simpliciter, ut in litera fit: & a calce corporis articuli, ubi dicitur, q̄ a legislatore ordinatur pertinētia ad bonam disciplinam, per quā ciues informantur, ut scilicet bonū iustitiæ & pācis cōseruent. Cōstat enim non nihil ad hæc conferre disciplinam speculatiuam, licet mediate. Secundo ergo dicetur

Cap.1.qui med.to.1.

le est in alijs. Lex autem, vt dictū est,* ordinatur ad bonum commune, & ideo nulla virtus est, de cuius actibus lex præcipere non possit: non tamen de omnibus actib^9 omnium virtutū lex humana præcipit, sed solum de illis, qui ordinabiles sunt ad bonū cōmune vel immediate, sicut aliqua directe pp B bonum cōmune fiunt: vel mediate, sicut cum aliqua ordinantur a legislatore pertinentia ad bonam disciplinam, per quam ciues informantur, vt cōmune bonum iustitiæ & pacis conseruent.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ lex humana non prohibet omnes actus vitiosos secundum obligationem præcepti, sicut nec præcipit omnes actus virtuosos: prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorum, sicut etiam præcipit quosdam actus singularum virtutum.

Ad 2^m dicēdum, quòd aliquis actus dicitur esse virtutis dupliciter. Vno modo ex eo, quòd homo operatur virtuosa: sicut actus virtutis iustitiæ est facere recta, & actus fortitudinis facere fortia: & sic lex præcipit aliquos actus virtutum. Alio modo[d] dicitur actus virtutis, quia aliquis operatur virtuosa eo modo quo virtuosus operatur: & talis actus semper procedit a virtute, nec[e] cadit sub præcepto legis: sed est finis, ad quem legislator ducere intendit.

Ad 3^m dicendum, quòd non est aliqua virtus, cuius actus non sint ordinabiles ad bonum commune, vt dictum est, * vel mediate, vel immediate.

Articvlvs IIII.

Vtrum lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiæ.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur q̄ lex humana non imponat homini necessitatē in foro conscientiæ. Inferior enim potestas nō potest imponere legē in iudicio superioris potestatis: sed potestas humana quæ fert legē humanā, est infra potestatē diuinā. ergo lex humana non pōt imponere legem quantum ad iudicium diuinum, quod est iudicium conscientiæ.

¶ 2 Præt. Iudiciū conscientiæ ma- E

¶ *Super Quæstionis nonagesimæsextæ Articulum quartum.*

In articulo quarto eiusdem quæst. ad uerte diligenter, vt scias applicare conditiones legis iustæ, vel iniustæ, ad particulares leges: quia inde multos casus consciētiæ in gabellis, & grauaminib^9, & huiusmodi publicis clarificabis: præsertim ex fine, & equalitate proportionali, quam tenetur seruare iustitia distributiua.

¶ In eodem articulo quarto dubium occurrit, an lex humana ita obliget in foro conscientiæ, quòd homo teneatur: morti pro eius obseruatione. Et est occasio dubitandi, quia quidam dicunt, q̄ ius positiuum non habet hāc potestatem, nisi in causa fidei, vel euendæ reipublicæ, propterea inquiunt, quòd licite propter euitandam mortem, celebrare quis potest coram excommunicatis nominatim &c. & omnia potestiua iura non seruare.

¶ Sed hanc opinionem esse erroneam multipliciter monstratur. Primo ex ratione tacta in litera, scilicet quia quilibet homo nō solum A secundum id quod habet, sed hoc ipsum quod est, multitudinis est: sicut quælibet pars id quod est, totius est. Ex hoc namque sequitur, quòd lex humana, quæ sicut quælibet alia lex ad commune bonum respicit, potestatem habet supra id quod est quilibet homo, ac per hoc super vitam ipsius: ac per hoc potest disponere, & ordinare de expositione vitæ cuiusque pro cōmuni bono, pro quo fit omnis lex, vt in quæstionis nonagesimæ articulo secundo dictum est. Amplius, lex humana est præceptiua, & obligatiua ad peccatū mortale, vt manifeste pateat, cum præcipitur aliquid sub pēna excōmunicationis latæ sentētiæ, vel sub pœna capitis. ergo est constitutiua alicuius act^9 in hoc, quòd sit peccatum mortale. ergo est obligatiua ad euitādum magis actum illum, quām mortē corporalem: quia mors animæ fugiēda est magis q̄ mors corporis. Perinde est ergo dicere, quòd lex humana non potest obligare hominē ad mortē pro sui obseruatione: & dicere, q̄ lex humana non potest constituere aliquem actum in hoc, quòd sit peccatum mortale, immo in hoc, quòd sit peccatum: quia etiam pro vitando veniali tenetur homo mori. Et cōfirmatur, quia homo tenetur potiⁿ mori, quām contrahere matrimonium siue dispensatione cum sorore consobrina: & tamen hoc solo positiuo iure est prohibitum. Similiter sacerdos tenetur mori potius, quām Missā celebrare absque calice, corporali, altari, & lumine, vestibus sacerdotalib^9, & aliis requisitis ex iure humano. Accedit ad hęc Cap. Sacris, de his quæ vi metusue causa fiunt: vbi in materia iuris positiui, scilicet de incursu excommunicationis propter participationē cum excommunicato, Innocentius tertius dicit, quòd metus non excusat ab excommunicatione: quia potius debet mori, quām peccare mortaliter. Vnde totum oppositum illius opinionis est verum

D.797.

ximè dependet ex diuinis mādatis: sed quandoq; diuina mādata euacuantur per leges humanas, sm illud Matt. 15. Irritum fecistis mādatū Dei pp traditiones vestras. ergo lex humana non imponit homini necessitatē quātū ad cōscientiam.

¶ 3 Præt. Leges humanæ frequenter ingerunt calumniā, & iniuriam hominibus, sm illud Isa. 10. Væ q̄ condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitias scripserūt, vt opprimerēt in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: sed licitū est vnicuiq; oppressionem & violentiam euitare. ergo leges humanæ non imponunt necessitatem homini, quantum ad conscientiam.

Sed contra est, quod dicitur 1. Pet. 2. Hæc est gratia, si propter C conscientiam sustineat, quis tristitias, patiens iniuste.

Respon. Dicendū, q̄ leges positę humanitus, uel sunt iustæ, vel iniustæ. Si quidem iustæ sint, habent vim obligandi in foro cōsciētiæ a lege æterna, a qua deriuātur, sm illud Prouerb. 8. Per me reges regnant, & legum cōditores iusta decernunt. Dicūtur autē leges [a] iustæ & ex fine, quando scilicet ordinantur ad bonum cōmune: & ex actore, quando scilicet lex lata nō excedit potestatem ferentis: & ex forma, quando scilicet secundum æqualitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonū cōmune. Cum enim vnus homo sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum quod est, & quod habet, est multitudinis: sicut & quælibet pars id quod est, est totius. vnde & natura aliquod detrimentum infert parti, vt saluet totum. Et sm hoc leges hmōi onera proportionabiliter inferentes, iustæ sunt, & obligant in foro cōsciētiæ, & sunt leges legales. Iniustę autem sunt leges dupliciter. Vno modo per contrarietatem ad bonum humanum econtrario prædictis. Vel ex fine, sicut cum aliquis præsidens leges imponit onerosa subditis, non pertinentes ad vtilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriam. Vel etiam ex actore, sicut cum aliquis legem fert vltra sibi commissam potestatem. Vel ēt ex forma, puta, cum inæqualiter D

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum. Ille nanque putat, q̄ regulariter lex positiua non obligat ad mortē pro sui obseruatione quantumcunque præcipiat: in casu autem, scilicet pro fide, vel patria, sic.

¶ Nos autem secundū veritatē dicimus, q̄ vniuersaliter lex præceptiua obligat ad mortē pro sui obseruatione: in casu autē non ex benignitate legū, vt forte accidit in lege de vitandis excōmunicatis, de qua quia non est ad propositū nisi exempliter, nihil dico, nisi quòd dicentes, q̄ iō licet ex metu cadente in constantē virū celebrare corā excōmunicatis, quia lex humana nō obligat ad mortem pro sui obseruantia, errant: & nisi aliunde huic metui subueniāt, falsa est doctrina excusans participationē ex metu, sicut de aliis dictū est. Et aduerte hic diligētissime, q̄ quia lex positiua præcipiēdo, seu statuendo, facit de actibus indifferentibus virtuosos, vel vitiosos, dum sub aliqua virtute, aut vitio actum determinat fore. præcipiendo enim abstinentiā, ponit actum illum sub tēperantia: præcipiēdo solutionem gabellæ, ponit actū illum sub iustitia: præcipiendo cultum diuinum, ponit sub religione, & sic de aliis. Et propterea sicut in foro conscientiæ tenetur quis ad actus virtutum, & ad euitandos actus vitiorū, nec excusatur metu &c. ita nō excusat ab iniustitia, a sacrilegio &c. qui determinata sic a lege cōtemnit, aut incurrit &c.

Lib. 1. ca. 5. paruū a principio tom. 1.

onera multitudini dispensantur, etiam si ordinentur ad bonum cōmune. Et huiusmodi magis sunt violentiæ, quàm leges: quia sicut Augu. dicit in lib. de lib. arb. * lex esse non videtur, quæ iusta nō fuerit: vnde tales leges non obligant in foro conscientiæ, nisi forte propter vitandum scandalum, vel turbationem, propter quod etiam homo iuri suo debet cedere, secundum illud Matt. 5. Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo alia duo: & qui abstulerit tibi tunicam, da ei & pallium.

¶ Alio modo leges possunt esse iniustæ per contrarietatem ad bonum diuinum, sicut leges tyrānorum inducētes ad idololatriā, vel ad quodcunque aliud, quod fit cōtra legem diuinam. & tales leges nullo modo licet obseruare: quia sicut dicitur Act. 4. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Apostolus dicit ad Romanos 13. Omnis potestas humana a Deo est: & ideo qui potestati resistit in his quæ ad potestatis ordinem pertinent, Dei ordinationi resistit: & fm hoc efficitur reus quantum ad conscientiam.

Ad 2m dicendum, quòd ratio illa procedit de legibus humanis, quæ ordinantur contra Dei mandatum, & ad hoc ordo potestatis non se extendit: vnde in talibus legi humanæ non est parendum.

Ad 3m dicendum, q̄ ratio illa procedit de lege, quæ infert grauamen iniustum subditis, ad qd ēt ordo potestatis diuinitus concessus non se extendit. vnde nec in talibus homo obligatur vt obediat legi, si sine scandalo, vel maiori detrimento resistere possit.

Articulus v.

Vtrum omnes subijciantur legi.

Ad quintum sic procedi-
tur. Videtur quòd non omnes legi subijciantur. Illi enim soli subijciuntur legi, quibus lex ponitur: sed Apostolus dicit 1. ad Timoth. 1. q̄ iusto non est lex posita. ergo iusti non subijciuntur legi humanæ.

¶ 2 Præt. Vrbanus papa dicit, & habetur in Decretis 19. quæst. 2. * Qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit vt publica constringatur: lege autem priuata Spiritus sancti ducuntur omnes viri spirituales, qui sunt filij Dei, fm illud Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. ergo non omnes homines legi humanæ subijciunt.

¶ 3 Præt. Iurisperitus dicit, * quòd princeps legibus solutus est: qui autem est solutus a lege, non subditur legi. ergo non omnes subiecti sunt legi.

Sed contra est, quod Apost. dicit Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: sed non videtur esse subditus potestati, qui non subijcitur legi, quā fert potestas. ergo omnes homines debent esse legi subiecti.

Respon. Dicendū, q̄ sicut ex supra dictis patet, lex de sui ratione duo habet. Primo quidem, q̄ est regula humanorum actuum. Secundo, quòd habet vim coactiuam. Dupliciter ergo aliquis homo potest esse legi subiectus. Vno modo, sicut regulatum regulæ: & hoc modo omnes illi, qui subduntur potestati, subduntur legi, quam fert potestas. Quòd autem aliquis potestati non subdatur, potest contingere dupliciter. Vno modo, quia est simpliciter absolutus ab eius subiectione. vnde illi qui sunt de vna ciuitate, vel regno, non subduntur legibus principis alterius ciuitatis, vel regni, sicut nec eius domino. Alio modo, secundum quod regitur superiori lege, puta, si aliquis subiectus sit proconsuli, regulari debet eius mādato, non tamē in his, quæ dispensantur ei ab imperatore: quantū enim ad illa nō astringitur mandato inferioris, cū superiori mandato dirigatur. & secundū hoc contingit, q̄ aliquis simpliciter subiectus legi secundū aliqua, legi non astringitur, secūdum quæ regitur superiori lege. Alio vero modo dicitur aliquis subiectus legi, sicut coactum cogenti: & hoc mō homines virtuosi & iusti non subdūtur legi, sed soli mali. Quod enim est coactum & violētum, est contrarium voluntati. voluntas autem bonorum consonat legi, a qua malorum voluntas discordat: & ideo secundum hoc boni non sunt sub lege, sed solum mali.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de subiectione, quæ est per modum coactionis. Sic enim iusto non est lex posita: quia ipsi sibi sunt lex, dum ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, sicut Apostolus ad Rom. 2. dicit. vnde in eos non habet lex vim coactiuam, sicut habet in iniustos.

Ad 2m dicendum, quòd lex Spiritus sancti est superior omni lege humanitus posita. & ideo viri spirituales secundum hoc, quòd lege Spiritus sancti ducuntur, non subduntur legi, quantum ad ea quę repugnant ductioni Spiritus sancti: sed tamen hoc ipsum ē de ductu Spiritus sancti, quòd homines spirituales legibus humanis subdantur, secundum illud 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturę propter Deum.

Ad 3m dicendum, q̄ voluntarie legem promulgat, vult ordinationem illam habere vim legis: & quia ordinationē aliquā obtinere vim legis est sortiri ab ēterna lege vim directiuæ cipem, aut alios. ergo lex a principe condita licet ostensiuam vim habeat, quomodo debeat ipse se habere, non tamen obligat eū, quia coactuam uim super eum non habet. Et augetur dubium ex ratione in litera assignata de ui coactiua legis, arguendo sic. Lex non habet vim directiuam, nisi ex principis potestate. ergo secundum vim directiuam non obligat principem. Assumptum patet: quia secluſa potestate principis, lex nō est lex, nisi æquiuoce, vt leges Platonis, quæ monstrant tantum. Consequētia est nota, quia nullus a propria potestate obligatur, sicut nec cogitur, vt in litera dicitur. Et confirmatur, quia afferenda est causa obligatiua principis ad obseruantiam suæ legis. Deus immediate nō est, quia nullum est ibi opus Dei immediate, vt patet. Communitas multitudinis nō est, quia subiecta est principi, vt supponitur. de tali enim principe est sermo, vel saltem de lege ppria principis, quę non fit a multitudine. Voluntas propria non pacto, non voto, non iuramēto, & breuiter non contractu, aut uinculo quocunque interueniente est. ergo &c. Cōfirmatur hoc, qa non est minus libera in se voluntas principis ex hoc, quòd præcepit subditis, quàm si non præcepisset eisdem. Sed lex nihil aliud est q̄ præceptum ad subditos: quia est effectus potestatis gubernatiuæ, quæ est principiū dirigēdi aliud inquantum aliud, vt patet in quinto & nono Metaphysicorum. ergo.

¶ Ad hoc dubium tanto difficilius, quanto litera sola authoritate doctrinam dedit hanc, dicitur, q̄ cum princeps non subiicitur legi, nisi quo ad Deum, quod idem est quòd subiici legi in foro conscientiæ, ex eodem habet uim lex obligandi principē, vnde habet uim obligandi in foro conscientiæ. Vt autem in articulo quarto dictum est, lex habet uim obligatiuam in foro conscientiæ ab æterna lege, a qua deriuatur. oportet igitur vt lex habeat uim obligatiuā principis ab æterna lege. Et quemadmodum lex humana non deriuatur ab æterna immediate, sed mediante lege naturæ: ita habet mediante illa uim obligatiuā in foro cōscientiæ. Est nanque de iure naturæ, vt q̄ tibi non vis fieri, alteri ne feceris: & cōsequenter, vt ius qd tibi nō vis, alteri nō statuas: ac per hoc cum quis alteri legem ponit, & non sibi, naturę ius violat. sicut etiam subditus inobediens principis legi, naturæ ius, dictans quòd iustis ad commune bonum ab habente potestatem statutis parendum est, violat, ab æterna lege vim humanæ legi tribuens. Et hanc rationem quo ad primam eius partem author in litera sub authoritate canonis induxit: ex hac autem radice, quòd scilicet lex humana est obligatiua in foro conscientiæ, & principis, & subditorum ex lege æterna mediante iure naturæ prouenit, quòd cum in lege sint duæ vires, scilicet directiua & coactiua, & inter eas sit habita superius ex articulo 3. quæstione quæst. 92. differentia talis, quòd vis directiua respicit ipsos actus hcitos, vel illicitos, aut indifferentes: coactiua autem pœnam inductiuam ad obseruantiam legis. Prouenit, inquam, primo, quòd vis obligatiua humanæ legis in foro conscientiæ ad vim directiuam legis: impositiua autem pœnæ ad vim coactiuam legis spectat. Prouenit secūdo, quod licet vtraq; vis directiua scilicet, & coactiua, sup potestate principis fundetur: quia neutra vis in suo robore est, nisi ab habente potestatem. Differunt tamen multū quo ad actum, quia vis coactiua actum suum, q̄ est cogere ac punire inuitum, non potest exercere nisi sola potestate principis. Nemo enim potest aliquem punire inuitū, nisi principis authoritate. vis autem directiua actum suum, qui est dirigere, exercet ex æterna legis authoritate, ex quo semel ab humana potestate lex est condita. Et quia fruſtra est potētia, quæ non est reducibilis ad actū, ideo vis coactiua legis humanæ non extendit se ad eum, respectu cuius non est reducibilis ad actū: ac per hoc non extēdit se ad principem, qui non potest a sua potestate cogi, vt in litera dicitur: sed ad alios: qui, etsi nō puniat, puniri tñ possūt a principis pēte inuiti. Vis aūt directiua eiusdē extēdit se ad oēs, principes, s. & subditos: quia actus eius respectu omnium exercetur. dirigitur enim qa a seipso & ab alio. Et rursus non est amplius in potestate principis opus ad actum directionis, ex quo condita est lex, sed authoritate æternæ legis humana lex actum directionis exercet.

¶ Ex his autem facile patet solutio obiectorum. Ad primum siquidem dicitur quòd nulla repugnantia est dictorum: quia altera est vis obligatiua legis humanæ in foro conscientiæ, seu quo ad Deum: & altera uis coactiua eiusdem, qua homo hominem puniendo iudicat. & q̄ prima habet locum in principe, non secunda: quia hominem non habet supra se, vt in litera dicitur. Et ex hoc prouenit, quòd Papa nulla iuris humani pœna ligatur, quantumcunque contra leges faciat. Ad confirmationē, seu declarationē dicitur, quòd leges scriptæ a sapientibus non habentibus curam communitatis non solum carent ui coactiua, sed etiam directiua: habent enim solum vim ostensiuam, vt ex dictis patet. Ad augmentum dubii dicitur, quòd vis directiua legis humanæ potest sumi vel quo ad substantiam, vel quo ad operationem. Et secundum substantiam, non est nisi a potestate principis, sicut vis coactiua: secundum vero operationem, falsum est, q̄ non est nisi a potestate principis: quoniā, vt ostensum fuit, ex quo lex condita est a potestate principis, vis directiua dirigitur obligando in cōscientiæ foro authoritate legis æternæ ablq; quacunque operatione potestatis principis, qd non accidit in ui coactiua quo ad eius operationem, vt ex dictis patet. Dicitur secundo, q̄ esse a sola potestate principis, licet sit ratio quòd vis coactiua non se extendit ad principē, non tñ est ratio, quòd vis directiua non se extendat ad eundem: quia nemo cogitur a seipso, sed dirigitur & obligatur a seipso. Prima responsio negat assumptum quo ad actum: secunda sequelam. Ad confirmationem petentem causam obligatiuā principis ad obseruantiā propriæ legis, dicitur, quòd est causa duplex, ideſt, propria voluntas, & lex æterna. Propria autem voluntas non quæ eligit obligationem libere, vel contractu aliquo, sed quæ eligit legem promulgare. Ex hoc nanque ipso, q̄ voluntarie legem promulgat, aliquā obtinere vim legis est sortiri ab ēterna lege vim directiuā in foro conscientiæ, cui etiam princeps subiicitur: ideo ex propria uoluntate principis, & ex æterna lege vim obligatiuā principis in foro conscientiæ lex humana habet, quāmuis diuerſimode, quia ab æterna lege sicut a causa, a qua est vis obligatiua huiusmodi: a voluntate vero principis sicut a determinante causam vniuersalem ad effectum specialem. sicut in naturalibus causa vniuersalis, puta, Saturnus respectu rerum fixarum, determinat ad specialem effectum, puta, ossa a semine talis producentis animal habens ossa. Sicut enim producere tale animal sub Saturno, est determinare ipsum ad ossa producēda in illo: ita cōstituere legē sub Deo, est determinare Deū ad cōmunicādā vim obligatiuam in foro conscientiæ legi. & sicut ossa reducuntur in Saturnum, ve causam, ita vis illa obligatiua in legem æternam. Et per hoc patet responsio tam ad id quod dicitur, quòd Deus nihil hic agit immediate, non enim oportet hoc dicere, sed sufficit qđ dictū est, quàm ad id quod dr de volūtate principis. Patet enī, q̄ ex suppositione q̄ legē voluerit, obligatus remanet, & non minus liber quo ad velle & nolle, sed quo ad bene uel male, velle id quod lege positum est. Aduertendū tamē est hic, q̄ sunt leges duplices, quædā de cōmunibus toti multitudini, quædā de propriis aliquorum actibus, puta, de militibus. Cū dicitur q̄ princeps subiicitur legi, nō intelligitur de lege speciali, puta, militū, nisi ipse sit miles: sed intelligit de lege cōi. Rursus cū princeps subiicit legi, intelligitur subiici ꝓportionaliter, vt decet principē, & nō sicut alios subditos, vt ex dictis manifestū est. In calce eiusdē respōsionis ad tertiū, dubiū etiā difficile occurrit, quomodo stant ista simul, quòd princeps pōt legē tollere, mutare, & in ea dispēsare: & qđ ipse in foro cōsciētiæ subdatur legi, vt determinatū est. Si enim pōt legē tollere, tollet eā a se, & sic faciet qđ nō habeat vim legis respectu sui: ac p hoc absq; scrupulo cōsciētiæ nō seruabit eā, vtpote nō obligatus. Et cōfirmatur hoc, quia non deterioris cōditionis est ipse, q̄ aliquis subditus: sed princeps pōt eximere vnū subditū a lege cōi, qui apud Deū nō erit reus violatæ legis, de cætero nō seruās eā. ergo pōt eximere seipsum: & si hoc pōt, sua obligatio ad legē stat in volūtate sua sola, & non est ex lege æterna, vt ex vera causa, cuius oppositum conclusum est.

¶ Ad hoc dubium præmittenda sunt aliqua certa acceptata ab omnibus: deinde singuli modi dicendi. Certum & confessum ab omnibus est, quòd princeps potest secum dispensare sicut cū aliis, proprie loquendo de dispensatione: & quòd potest quādo, & quantum expediens fuerit eximere aliquem subditum, & seipsum a lege, & quòd potest legem mutare, siue aliam condendo loco eius, siue totaliter tollendo. Et nihil horum contradicit determinationi factæ, scilicet quòd princeps subiicitur legi in foro conscientiæ. Subiicitur nanque vt princeps potestatem habens præcepta faciendi: hæc sunt confessa communiter. Sed de mota dubitatione triplex est opinio. Prima est, quòd princeps licet subiiciatur legi humanæ, simpliciter & absolute habenti vim legis, non subditur tamen legi habenti vim legis cum exceptione suæ personæ. Et sicut princeps a principio constituendo legem, potuisset excipere principem: ita post legem conditam potest se excipere, sicut & aliquem alium subditum. & sic si princeps non tollit a se legem, obligatur: si autem tollit, non obligatur. Sed contra hanc opinionem est, quia si princeps potest se

¶ Super Quæstionis nonagesimæ sextæ Articulum quintum.

In artic. 5. eiusdem quæst. 96. nota, q̄ cum in litera dicitur, q̄ iusti non subsunt legi, vt coactiuæ, potest dupliciter intelligi. Primo, q̄ lex non habet vim coactiuam super iustos. Et hic sensus est falsus: quia super omnes subditos tam lex viua, quàm promulgata habet potestatem coactiuā: quāmuis in iustos non exerceat coactionem, quia non oportet. Secundo, q̄ iustus ex parte sua non subiicitur legi, vt coactus: & hic sensus & verus & intentus, quia iustus uoluntarie legi subiicitur.

¶ In eodem 5. artic. in responsione ad tertium, dubium occurrit, quomodo stāt hæc duo simul, q̄ princeps obligetur quo ad Deū, ita quòd peccat non seruando legem: & q̄ lex non habet vim coactiuam super eum. Si enim peccat humanam legem transgrediendo, obligatus est legi proculdubio obliganti eum, ac per hoc uim coactiuā in eum habenti, quāmuis non exercenti. & si eū nō pōt cogere, lex eū nō obligat: & si nō obligat lex principē, princeps nō obligatur: & si non obligatur, non peccat non seruando eam. Et confirmatur declarando: quia quantumcunque sapiens aliquis, vt Plato, vel Aristot. leges excogitet optimas pro bono communi, & diuulgentur, quia non habent uim coactiuam, sed ostensiuam tantum, constat quòd non obligant prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eximere a lege, obligatio sua ad legem est ridiculosa. posset namque eximendo se, dicenti, Patere legem quam ipse tuleris: & quare alligas onera grauia in humeros hominum, & digito tuo non moues ea? respondere cum bona conscientia: quia exemi meipsum, quod est ridiculum. Alia opinio est, quòd quandiu lex non est totaliter sublata, princeps obligatur. Et licet possit secum dispensare, & tollere eam totaliter, non potest eam tollere quo ad libitum. vnde si vult se absoluere a vinculo legis, tollat eam absolute, alioquin illi subiacet. Et fundatur hæc opinio super hoc: quia aliter obligatio principis ad obseruantiam legis esset ridiculosa. Contra hanc autem opinionem est, quia princeps potest etiam sine causa, quia sibi placet, eximere vnũ subditum a communi lege. ergo potest seipsum eximere, cũ non sit deterioris cõditionis, quàm suus subditus. Inter has autem extremas opiniones, media occurrit opinio, quæ sola vera est, scilicet, q̃ princeps potest ad libitum se, & subditum aliquem eximere a lege communi iam promulgata, sic quòd exemptus non sit reus violati præcepti legis nõ seruando illam, non tamen potest eximere sic, vt ipse eximens & exemptus ad libitum non sit reus violati iuris naturæ, quo quælibet pars consonare debet suo toti, & præcipue caput. Hæc opinio duo dicit, vt patet. Et in primo conuenit cum prima opinione, & discrepat a secunda. in secundo autem conuenit cum secunda aliqualiter, & discrepat a prima. Et si bene consideretur opinio hæc, apparebit quòd saluat vtrunque quod mentibus humanis impressum videtur, scilicet & quòd princeps male facit eximendo se, vel alium ad libitum a legis iugo: & quòd nihilominus exemptus, non est reus fractæ legis. Si enim Papa licentiet se, vel alium, quia placet, ad non dicendum horas canonicas, uel carnes comedendum in Quadragesima: licentiatus malefacit non dicendo horas, aut carnes comedendo, quia turpis est pars, quæ non consonat suo toti ex naturæ iure, quod violatur a subdito, & multo magis a capite, cui etiam a diuino iure improperatur, Dicis, & non facis: alligas onus graue &c Matthæi vigesimoterrio. & nihilominus licet peccet sic licentiatus, non tamen est reus violati præcepti de horis canonicis dicendis, aut de carnibus non comedendis. Fundatur hæc opinio quo ad primã partẽ, super potestate principis, qua potest tollere legem, & simpliciter, & quo ad aliquẽ, vt quotidiana experientia testatur in priuilegiis eximẽtibus hos, vel illos a solutione decimarũ, in quibus etiã si nulla causa exprimatur, sed solo motu principis fiant, robur non deest. Quo ad secundam vero partem super naturali iure, quo turpis est omnis pars, quæ non consonat suo toti: & quo in moralibus magis mouent exempla, quàm uerba: & princeps non solum vt præsit, sed prosit, creatur, & aliis huiusmodi, quæ naturalis ratio dictat. Et secundum hanc opinionem nihil est ridiculum, omnia consonant, omnes obiectiones soluuntur, obseruantiarum & repræsentationum ratio redditur. vnde vt sententia vera in medio posita amplectẽda est.

In decretali. li. 1. tit. 2. ca. Cũ omnes a medi.

Infr. q. 97. ar. 3. ad 1. Et 2. 2. q. 60. a. 5. ad 2. & 3. & q. 120. a. 1. & q. 147. ar. 4. cor. Et 3. dis. 33. q. 3. ar. 4. q. 5. cor. & ad 5. & di. 37. ar. 4. cor. fi. Et 4. di. 15. qõ. 3. ar. 2. q. 1. & 4. cor.

Ca. 31. mihi longe a fine tom. 1.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ sextæ Articulum sextum.*

IN artic. 6. eiusdẽ 96. quæst. nota q̃ quadrupliciter occurrere potest casus agendi contra legis uerba, pro seruanda eius intentione. Primo, ambiguus & impatiens moræ, & tũc seruanda sunt verba legis, vt dicitur in responsione ad secundum. Secundo, ambiguus & iustinens moram; & tunc consulẽdus est superior, qui propter huiusmodi casus habet authoritatem interpretandi legem: & hoc intendit littera in corpore articuli. Tertio, manifestus & impatiens morę, & tũc constat, q̃ debet nõ seruare uerba legis, sed intẽtioné. Quartus, manifestus, sed sustinens moram, & tunc duce gnome & epieicheia sine suprioris consultatione prętermittuntur verba legis, & seruatur intẽtio eius: quia in manifestis non est opus interpretatione, q̃ spectat ad superiorem, sed executione, vt in Secunda secundæ quæsti. de epieicheia author dicit. Quod ergo in littera dicitur, quòd extra subitum periculum, non pertinet ad quemlibet interpretari, in casu dubio est sermo. Interpretatione enim non est opus in manifestis.

Circa med. illic & lib. 12.

Q. 120. ar. 1.

In dig. ver. ueri. lib. 1. lege 32.

¶ Sed tunc insurgit quæstio, Quo pacto saluatur distinctio facta in corpore articuli, inter casum necessitatis habentis dispensationem annexam, & casum non necessitatis, quòd recurrendum est ad interpretationem superioris. Si nanque de ambiguis casibus est sermo, contradicit dictis ex responsione ad secundum, scilicet, quòd secundum uerba agendum est in necessitatis casu ambiguo. Si de manifestis, contradicit dictis ex Secunda secundæ, quòd in manifestis extra casum necessitatis, non est opus interpretatione, sed virtus epieicheia sufficit. Si in primo membro de ambiguis, & in secundo de manifestis est sermo, distinctio est inutilis & extra artem, tacens principale in differentia, scilicet esse manifestum, vel ambiguum. Verum quæstio hæc citius soluetur, si uiderimus, quòd in ambiguis datur latitudo. Nam quædam sic occurrunt ambigua, vt in sua ambiguitate remaneant. Quædam vero sic sunt ambigua, vt rationabile sit, quòd si legislator adesset, hanc proculdubio partem determinaret nunc, hic, seruandam. Sermo ergo literæ est de ambiguis, & de eis vniuersaliter docet, quòd interpretatio spectat ad superiores, quando potest ad eos recurri: quãdo vero nõ potest recuri, si sunt ambigua secũdo modo, necessitas habet dispensationem annexam. si vero sunt ambigua primo modo, tunc secundum verba legis agendũ est. Et q̃ mẽs auctoris sic ista, patet ex hoc q̃ dicit, scilicet quòd necessitas habet dispensationem annexam. constat. n. quòd dispensatio ex interpretatione legis procedit. Interpretatio autem locũ non habet in manifestis. de ambiguis igitur secũdo mõ intendit.

Q. 96. ar. 5.

¶ In responsione ad tertium collige causas, quare leges humanę fiunt secundũ id quod vt in pluribus agendum est, & non dearticulantur omnia in omni euentu. Prima est ex defectu humani ingenii: secũda est ex parte confusionis vitandæ: tertia, quæ in littera tacetur, ponitur tamẽ 5. Ethi. esse ex variabilitate rerum, de quibus fit lex humana: & hæc variabilitas materiæ inculpabilẽ reddit humanum intellectum in statuẽdo leges vt in pluribus.

ratio iuris, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro salute hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione cõtra ipsorum commodum perducamus ad seueritatem. Contingit autem multotiẽs, q̃ aliquid obseruari, cõmuni saluti est vtile vt in pluribus, quod tamẽ in aliquibus casibus est maxime nociuum. Quia igitur legislator non potest omnes singulares casus intueri, proponit legem secundum ea quæ in pluribus accidunt, ferens intentionem suam ad communem vtilitatem. vnde si emergat casus, in quo obseruatio talis legis sit damnosa communi saluti, non est obseruanda: sicut si in ciuitate obsessa statuatur lex, quòd portæ ciuitatis maneant clausæ, hoc est vtile communi saluti, vt in pluribus. Si tamen contingat casus, quòd hostes insequantur aliquos ciues, per quos ciuitas conseruatur, damnosissimum esset ciuitati, nisi eis portæ aperirentur: & ideo in tali casu essent portæ aperiendæ contra verba legis, vt seruaretur vtilitas communis, quam legislator intendit. Sed tamen hoc est considerandum, quòd si obseruatio legis secundum verba non habeat subitum periculum, cui oporteat statim occurri, non pertinet ad quemlibet vt interpretetur quid sit vtile ciuitati, & quid inutile ciuitati, sed hoc solum pertinet ad principes, qui propter huiusmodi casus habent authoritatem in legibus dispensandi. Si vero sit subitum periculum, non patiens tantam moram vt ad superiorem recurri possit, ipsa necessitas dispensationẽ habet annexam: quia necessitas non subditur legi.

Q. 96. ar. 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille qui in casu necessitatis agit præter verba legis, non iudicat de ipsa lege, sed iudicat de casu singulari, in quo videt verba legis obseruanda non esse.

AD 2^m^ dicendum, quòd ille qui sequitur intentionem legislatoris, non interpretatur legem simpliciter, sed in casu, in quo manifestum est per euidentiam documenti, legislatorem aliud intendisse. Si enim dubium sit, debet vel secundum verba legis agere, vel superiorem consulere.

AD 3^m^ dicendum, quòd nullius hominis sapientia tanta est, vt possit omnes singulares casus excogitare: & ideo non potest sufficienter per verba sua exprimere ea quæ conueniunt ad finem intentum. Et si posset legislator omnes casus considerare, non oporteret, vt omnes exprimeret propter confusionem vitandam: sed legem ferre deberet secundum ea quæ in pluribus accidunt.

QVÆSTIO XCVII.

De mutatione legum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de mutatione legum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum lex humana sit mutabilis.

¶ Secũdo, Vtrũ semp debeat mutari, quãdo aliqd meli⁹ occurrerit.

¶ Tertio, Vtrum per consuetudinem aboleatur: & vtrum consuetudo obtineat vim legis.

¶ Quarto, Vtrum vsus legis humanæ per dispensationẽ rectorum immutari debeat.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ septimæ Articulum primum & secundum.*

IN arti. primo & 2. nõ occurrit aliud scribẽdum, quàm q̃ optime notẽtur cause mutationis legũ, vt & quando oportet, mutentur: & q̃n nõ oportet, resistẽtia fiat mutationi. Necessitas, vel utilitas pensanda est non ad præsens tantum tempus, sed perpetuum, seu diuturnum, pro quo lex fit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex humana debeat mutari aliquo modo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ lex humana nullo modo debeat mutari. Lex enim humana deriuatur a lege naturali, vt supra dictum est: * sed lex naturalis immobilis permanet. ergo & lex humana debet immobilis permanere.

Supr. q. 96. ar. 5. ad 3. & ar. 6 per to. Et infra. q. 104. arti. 3. ad 2. * q. 95. ar. 2.

¶ 2 Præt. Sicut Philosophus dicit in 5. Ethic. † Mensura maxime debet esse permanens: sed lex humana est mensura humanorum actuum, vt supra dictũ est. * ergo debet immobiliter permanere.

Li. 5. Eth. c. 5 tom. 5. * q. 90. ar. 1. & 95. art. 4.

¶ 3 Præt. De ratione legis est, quòd sit iusta & recta, vt supra dictum est: † sed illud quod semel est rectũ, semper est rectum. ergo illud quod est semel lex, semper debet esse lex.

Q. 95. ar. 2.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 1. * de lib. arb. Lex temporalis quàmuis iusta sit, commutari tamen per tempora iuste potest.

Ca. 6. circa med. præcipue tom. 1.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut supra dictum est, * Lex humana est quoddã dictamen rationis, quo diriguntur humani actus, & secundum hoc duplex cã põt esse, q̃ lex humana iuste mutetur. Vna quidem ex parte rationis: alia vero ex parte hominũ, quorum actus lege regulantur. Ex parte quidem rationis: quia humanæ rationi naturale esse videtur, vt gradatim ab imperfecto ad perfectum perueniat. Vnde videmus in scientijs speculatiuis, quòd qui primo philosophati sunt, quædam imperfecta tradiderunt, quæ postmodum per posteriores sunt tradita magis perfecte: ita etiam & in operabilibus. Nam primi qui intenderunt inuenire aliquid vtile communitati hominum, non valentes omnia ex seipsis considerare, instituerunt quædã imperfecta in multis deficientia, quæ posteriores mutauerunt, instituentes aliqua quę in paucioribus deficere possunt a communi vtilitate. Ex parte vero hominum, quorũ actus lege regulãtur, lex recte mutari potest propter mutationem cõditionum hominum, quibus secundum diuersas eorum conditiones diuersa expediunt: sicut Aug. ponit exẽplũ in 1. de lib. arb. * Quòd si populus sit bene moderatus & grauis, cõmunisque vtilitatis diligentissimus custos, recte lex fertur, qua tali populo liceat creare sibi magistratus, per quos respublica administretur. Porro si paulatim idẽ populus depranatus habeat vendere suffragium, & regimen flagitiosis sceleratisque cõmittat, recte adimitur populo talis potestas dandi honoret

Ca. 6. paulo a princ. tom. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

honores, & ad paucorum bonorum redit arbitrium.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ naturalis lex est participatio quædã legis æternæ, vt supra dictum est: * & ideo immobilis perseuerat, qd habet ex immobilitate & perfectione diuinæ rationis instituentis naturam: sed ratio humana mutabilis est & imperfecta, & ideo eius lex mutabilis est. Et præterea lex naturalis continet quædã vniuersalia præcepta, quæ semper manẽt: lex vero posita ab homine cõtinet præcepta quædam particularia secundum diuersos casus qui emergunt.

Q.93.ar.3.

AD 2m dicendum, ꝙ mensura debet esse permanens quantum est possibile: sed in rebus mutabilibus non potest esse aliquid omnino immutabiliter permanens: & ideo lex humana non potest esse omnino immutabilis.

AD 3m dicendum, ꝙ rectum in rebus corporalibus dicitur absolute, & ideo semper quãtum est de se manet rectum: sed rectitudo legis dicitur in ordine ad vtilitatem communem, cui non semper proportionatur vna eademque res, sicut supra dictum est: * & ideo talis rectitudo mutatur.

In cor. art.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex humana semper sit mutanda, quando occurrit aliquid melius.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ semper lex humana, quando aliquid melius occurrit, sit mutanda. Leges enim humanæ sunt adinuentæ per rationem humanam, sicut etiam aliæ artes: sed in alijs artibus mutatur id quod prius tenebatur, si aliquid melius occurrat. ergo idem est etiam faciẽdum in legibus humanis.

¶ 2 Præt. Ex his quæ præterita sunt, prouidere possumus de futuris: sed nisi leges humanæ mutatę fuissent superuenientibus melioribus adinuentionibus, multa inconuenientia sequerentur, eo ꝙ leges antiquæ inueniuntur multas ruditates continere. ergo videtur, ꝙ leges sint mutandæ, quotiescunque aliquid melius occurrit statuendum.

¶ 3 Præt. Leges humanæ circa actus singulares hominum statuuntur: in singularibus autem perfectam cognitionem adipisci non possumus, nisi per experientiam, quæ tempore indiget, vt dicitur in 2. Eth. * ergo videtur, quòd per successionem temporis possit aliquid melius occurrere statuendum.

In princip. lib. tom. 5.

SED CONTRA est, quod dicitur in Decretis distin. 12. * Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi patiamur.

Cap. Rediculum est.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dictum est, * lex humana intãtum recte mutatur, inquãtum per eius mutationem cõmuni vtilitati prouidetur. Habet autem ipsa legis mutatio quantũ in se est, detrimentũ quoddã cõmunis salutis, quia ad obseruantiã legum plurimum ualet cõsuetudo, in tantum ꝙ ea quæ contra cõmunem cõsuetudinem fiunt, etiã si sint leuiora de se, grauiora videntur. vñ quando mutatur lex, diminuitur vis constrictiua legis, inquantum tollitur consuetudo: & ideo nunquã debet mutari lex humana, nisi ex aliqua parte tantum recompensetur cõmuni saluti, quantum ex ista parte derogatur. Quod quidem cõtingit vel ex hoc, ꝙ aliqua maxima & euidentissima vtilitas ex nouo statuto prouenit: vel ex eo quòd est maxima necessitas, ex eo ꝙ lex consueta aut manifestã iniquitatem continet, aut eius obseruatio est plurium nociua. vnde dicitur a Iurisperito, ꝙ in rebus nouis constituendis, euidens debet esse vtilitas, vt recte recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est.

Ar. præced.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ea quæ sunt artis, habent efficaciam ex sola ratione: & ideo ubicunque melioratio occurrit, est mutãdum qd prius tenebatur: sed leges habent maximam virtutem ex consuetudine, vt Philosophus dicit in 2. Polit. * & ideo non sunt de facili mutandæ.

C. 6. par. ante li. 9.

AD 2m dicendum, ꝙ ratio illa cõcludit, ꝙ leges sunt mutandæ, non tamen pro quacunque melioratione, sed pro magna vtilitate, vel necessitate, vt dictum est. * & similiter dicendum est ad 3m.

In cor. art.

ARTICVLVS III.

Vtrum consuetudo possit obtinere uim legis.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur ꝙ consuetudo non possit obtinere uim legis, nec legem amouere. Lex enim humana deriuatur a lege naturæ & a lege diuina, vt ex supradictis patet: * sed consuetudo hominum non potest mutare legem naturæ, nec legem diuinam. ergo etiam nec legem humanam immutare potest.

¶ 2 Præt. Ex multis malis non potest fieri vnum bonum: sed ille qui incipit primo contra legem agere, male facit. ergo multiplicatis similibus actibus non efficietur aliquod bonum: lex autem est quoddam bonum, cum sit regula humanorum actuum. ergo per consuetudinem non potest remoueri lex, vt ipsa consuetudo vim legis obtineat.

¶ 3 Præt. Ferre leges pertinet ad publicas personas, ad quas pertinet regere communitatem, vnde priuatæ personæ legem facere non possunt: sed consuetudo inualescit per actus priuatarum personarum. ergo consuetudo non potest obtinere uim legis, per quam lex remoueatur.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in epistola ad Casulanum: * Mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege sunt tenenda: & sicut præuaricatores legum diuinarum, ita & contemptores consuetudinũ ecclesiasticarum coercendi sunt.

Circa princ. illius & epistol. tom. 2.

RESPON. Dicendum, ꝙ omnis lex proficiscitur a rõne, & uoluntate legislatoris. Lex quidem diuina & naturalis a rationabili Dei uoluntate: lex autem humana a voluntate hominis ratione regulata. Sicut autem ratio & uoluntas hominis manifestatur verbo in rebus agendis, ita etiã manifestantur facto: hoc enim vnusquisque eligere videtur vt bonum, quod opere implet. Manifestum est autem, ꝙ verbo humano põr & mutari lex, & etiã exponi, inquantum manifestat interiorem motum & conceptum rationis humanæ: vnde etiã & per actus maxime multiplicatos, qui cõsuetudinem efficiunt, mutari potest lex, & exponi, & etiã aliquid causari, qd legis uirtutem obtineat, inquantum .s. per exteriores actus multiplicatos interior volũtatis motus, & rõnis cõceptus efficacissime declaratur. Cũ enim aliquid multoties fit, videtur ex deliberato rationis iudicio prouenire, & secũdũ hoc con-

consuetudo, & habet uim legis, & legem abolet, & est legum interpretatrix.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ lex naturalis & diuina procedit a uoluntate diuina, vt dictum est. * vñ non potest mutari per consuetudinem procedentẽ a uoluntate hominis, sed solũ per authoritatem diuinã mutari posset: & inde est ꝙ nulla consuetudo vim legis obtinere potest cõtra legẽ diuinam, vel legem naturalem. Dicit enim Isidor. in synonymis, Vsus authoritati cedat: prauum vsum lex & ratio uincat.

ar. art. 6.

AD 2m dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * leges humanæ in aliquibus casibus deficiunt: vnde possibile est quandoque præter legem agere, in casu scilicet in quo deficit lex, & tamen actus nõ erit malus: & cũ tales casus multiplicãtur pp aliquam mutationem hominum, tunc manifestatur per consuetudinem, ꝙ lex vlterius non est utilis, sicut etiam manifestaretur, si lex contraria uerbo promulgaretur. Si autem adhuc maneat ratio eadem, pp quam prima lex utilis erat, nõ consuetudo legem, sed lex cõsuetudinem uincit: nisi forte pp hoc solum inutilis lex uideatur, quia non est possibilis secundum consuetudinem patriæ, quæ erat vna de conditionibus legis. Difficile enim est consuetudinem multitudinis remouere.

AD 3m dicendum, ꝙ multitudo, in qua cõsuetudo introducitur, duplicis conditionis esse potest. Si. n. sit libera multitudo, quę possit sibi legem facere, plus est consensus totius multitudinis ad aliquid obseruandũ quod consuetudo manifestat, quàm authoritas principis, qui non habet potestatem condendi legem, nisi inquantum gerit personam multitudinis: vnde licet singulæ personæ non possint condere legem, tamẽ totus populus condere legem potest. Si uero multitudo non habeat liberam potestatem condendi sibi legem, vel legem a superiori potestate positam remouendi, tamen ipsa consuetudo in tali multitudine prævalẽs, obtinet vim legis, inquãtũ per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legẽ imponere: ex hoc enim ipso videntur approbare, quod consuetudo introduxit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum rectores multitudinis possint in legibus humanis dispensare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt ꝙ Rectores multitudinis non possunt in legibus humanis dispensare. Lex enim statuta est pro communi vtilitate, ut Isidorus dicit: * sed commune bonum non debet intermitti pro priuato commodo alicuius personæ: quia vt dicit Philosophus in 1. Ethic. † Bonum gentis diuinius est quàm bonum unius hominis. ergo uidetur quòd nõ debeat dispensari cum aliquo, ut contra legem communem agat.

¶ 2 Præt. Illis, qui super alios constituuntur, præcipitur Deuter. 1. Ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est: sed concedere alicui, quod communiter denegatur omnibus, videtur esse acceptio psonarũ. ergo hmõi dispẽsationes facere rectores multitudinis nõ possunt, cum hoc sit contra præceptum legis diuinæ.

¶ 3 Præt. Lex humana si sit recta, oportet quòd consonet legi naturali, & legi diuinæ: aliter enim nõ congrueret religioni, nec conueniret disciplinæ, quod requiritur ad legẽ, vt Isidorus dicit: * sed in lege naturali & diuina nullus homo potest dispensare. ergo nec etiam in lege humana.

Li. 5. ca. 3. in fine.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 9. Dispensatio mihi credita est.

RESPON. Dicendum, ꝙ dispensatio proprie importat commensurationem alicuius cõmunis ad singula. vnde etiam gubernator familiæ dicitur dispẽsator, inquantum uniçuique de familia cum põdere & mensura distribuit & operationes, & necessaria vitæ. Sic igitur & in quacunque multitudine ex eo dicitur aliquis dispensare, quia ordinat qualiter aliquod cõmune prçceptum sit a singulis adimplendum. Contingit autem quandoque, quòd aliquod præceptum, quod est ad commodum multitudinis ut in pluribus, non est conueniens huic personæ, vel in hoc casu: quia uel per hoc impediretur aliquid melius, uel etiã induceretur aliquod malum, sicut ex supradictis patet. * Periculosum autem esset, ut hoc iudicio cuiuslibet committeretur, nisi forte propter euidens & subitum periculum, ut supra dictum est. * Et ideo ille qui habet regere multitudinem, habet potestatem dispensandi in lege humana, quę suę authoritati innititur, ut scilicet in personis, uel in casibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuat ut præceptum legis non seruetur. Si autem absque hac ratione pro sola uoluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in dispensatione, aut erit imprudens: infidelis quidem, si non habet intentionem ad bonum commune: imprudens autem, si rationem dispensandi ignoret. propter quod Dominus dicit Luc. 12. Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem cõstituit Dominus super familiã suã?

Q.96.ar.6.

Q.96.ar.6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando cum aliquo dispensatur, ut legem communem non seruet, non debet fieri in prçiudicium boni communis, sed ea intentione, ut ad bonum commune proficiat.

AD 2m dicendum, quòd non

ius bonum, vel cedet in malum, & huiusmodi, tunc deficere dicitur lex in ea su illo: vñ ꝙ sola uoluntate nõ fit dispensatio, sed dissipatio. Secundo, quis rector in qua lege possit dispensare. In litera. n. nihil aliud exprimitur, nisi quòd rector multitudinis habet potestatem dispensandi in lege humana, quæ suæ authoritati innititur. Et in resp̃one ad tertiũ in lege humana publica non potest dispensare, nisi ille, a quo lex authoritatẽ habet, vel is, cui ipse commiserit.

¶ Videtur autẽ mihi, ꝙ secluſa consuetudine, quæ authoritatem dispẽsandi inferioribus rectoribꝰ cõmittit & adimit, ex hoc ipso ꝙ aliqs cõstitutus est rector multitudinis, cõmissa quoque est sibi authoritas dispensandi in lege superioris quo ad tria, scilicet quo ad leuia, quo ad frequentia, quo ad propria. Leue autẽ est quodcunque cæteris paribus nõ præcepto, pprie dicto, sed simplici statuto positum est. Non enim est rationi cõsonum, vt ad principẽ pro dispẽsatione in leui recurrendum sit. Frequenter quoque occurrẽtibus, graue nimis esset ad principẽ sæpe valde remotũ loco, vel cõmoditate recurrere, vbi lex ipsa vindicanda tandẽ esset, non seruanda, vt patet in lege ieiunii ecclesiastici, ꝙ crebro soluendũ accidit ex rationabili, secundum existimationem saltem, causa: nec est rationi cõsonum, vt semidebilis, aut volens quis equitare, aut pedes ire sine necessitate cogente, & putãs se non posse seruare ieiunium, debeat ad Papam recurrere: sed sat videtur, quòd arbitrio episcopi in aliud pium opus cõmutetur, saluo legis fine. Aequum etiam est, vt ea quæ sunt ita propria alicui multitudini, quòd non redundant in cõmunitatem totius

Universidad de Deusto
Biblioteca

regni, vel reipublicæ Christianæ illi⁹ multitudinis rectori, qui nostrum specialem eius habet, moderanda relicta sint: nisi forte adeo notabilis casus sit, vt merito superior consuli debeat. Vnde si lex superioris de ciuitate sit, cui ce ciue mun⁹ sit ita ꝓprium huic ciuitati, q̄ nihil ad alias spectet, potest rector dispensare in lege illa: secus autē est de communibus quæ scilicet licet hic fiant, redundant in alios: vt si lex superioris sit de doctoratu, aut de matrimonio, cum doctor & coniunx vbique, & non in ista tantum ciuitate munus suum exerceat, non spectat ad rectorem huius multitudinis, sed totius dispensare. In quib⁹ autem ecclesiæ legibus possit episcopus dispensare, non est præsentis negotii, vbi in communi est sermo de legibus & rectoribus.

est acceptio personarum, si non seruentur æqualia in personis inæqualibus. vnde quando conditio alicuius personæ requirit rationabiliter, vt in ea aliquid specialiter obseruetur, non est personarū acceptio, si ibi aliqua specialis gratia fiat.

AD 3^m dicendum, quòd lex naturalis inquantum continet præcepta communia, quæ nunquàm fallunt, dispensationem recipere non potest. In alijs vero præceptis, quæ sunt quasi conclusiones præceptorum communium, quandoque per hominem dispensatur, puta, quòd mutuum non reddatur proditori patriæ, vel aliquid huiusmodi. Ad legem autem diuinā ita se habet quilibet homo, sicut persona priuata ad legem publicā, cui subijcitur. Vnde sicut in lege humana publica nō potest dispensare, nisi ille a quo lex authoritatē habet, vel is cui ipse commiserit: ita in præceptis iuris diuini, quæ sunt a Deo, nullus potest dispensare nisi Deus, vel is cui ipse specialiter committeret.

QVAESTIO XCVIII.

De lege ueteri, in sex articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de lege veteri.

¶ Et primo de ipsa lege. Secundo, de præceptis eius.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum lex uetus sit bona.
¶ Secundo, Vtrum sit a Deo.
¶ Tertio, Vtrum sit a Deo mediantibus angelis.
¶ Quarto, Vtrum data sit omnibus.
¶ Quinto, Vtrum omnes obliget.
¶ Sexto, Vtrum congruo tempore fuerit data.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex uetus fuerit bona.

Inf.ar.2.ad 1.& 2. Et Ro.7.lec 2. & 3. Et Ga 3.3.lc.7.& 8.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ lex vetus non fuerit bona. Dicitur enim Ezech. 20. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: sed lex non dicitur bona, nisi propter bonitatem præceptorum quæ continet. ergo lex vetus non fuit bona.

¶ 2 Præt. Ad bonitatem legis pertinet, vt communi saluti proficiat, sicut Isidor. dicit: * sed lex vetus non fuit salutifera, sed magis mortifera & nocina. dicit. n. Apostolus Ro. 7. Sine lege pctm mortuum erat: ego autem viuebam sine lege aliquando, sed cum uenisset mandatum, peccatum reuixit. ego autem mortuus sum. & Rom. 5. Lex subintrauit, vt abundaret delictum. ergo lex vetus non fuit bona.

Li.5.ca.21. in fine.

¶ 3 Præt. Ad bonitatem legis pertinet, ꝙ sit possibilis ad obseruandum, & secundum naturam, & secundum humanam consuetudinem: sed hoc non habuit lex uetus. dicit enim Petrus Act. 15. Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? ergo videtur quòd lex vetus non fuerit bona.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 7. Itaque lex quidem sancta est, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.

RESPON. Dicendum, ꝙ absq; omni dubio lex vetus bona fuit. Sicut enim doctrina ostenditur esse vera ex hoc, ꝙ consonat rationi rectæ, ita etiā lex aliqua ostenditur esse bona ex hoc, ꝙ consonat rationi. Lex autem uetus rationi consonabat, quia concupiscentiā reprimebat, quæ rationi aduersatur, ut pater in illo mandato: Non cōcupisces rem proximi tui, qd ponitur Exod. 20. Ipsa etiā omnia peccata prohibebat, q̄ sunt cōtra rōnem: vnde manifestum est ꝙ bona erat. & hęc est ratio Apostoli Rom. 7. Condelector, inquit, legi Dei secundum interiorem hominem. & iterum: Consentio legi, qm̄ bona est. Sed notandum est, ꝙ bonum diuersos gradus habet, ut Dionysius dicit 4. capite de diu. no. parte 4.a medio. Est enim aliquod bonum perfectum, & aliquod bonum imperfectum. Perfecta quidem bonitas est in his quæ ad finem ordinātur, quando aliquid est tale, quod per se est sufficiens inducere ad finem. Imperfectum autem bonum est, quod operatur aliquid ad hoc, ꝙ perueniatur ad finem, nō tamen sufficit ad hoc ꝙ ad finem perducat. sicut medicina perfecte bona est, quę hominem sanat: imperfecta autem est, quæ hominem adiuuat, sed tamen sanare non potest. Est autem sciendum, ꝙ est alius finis legis humanæ, & alius legis diuinę. Legis enim humanæ finis, est temporalis tranquillitas ciuitatis, ad quem finē peruenit lex cohibendo exteriores actus, quantū ad illa mala quæ possunt perturbare pacificum statum ciuitatis. Finis aūt legis diuinæ est perducere hominem ad finem felicitatis æternæ, qui quidē finis impeditur p quodcunq; pctm̄, & nō solum pactus exteriores, sed etiam per interiores: & ideo illud qd sufficit ad perfectionem legis humanæ, vt. s. peccata prohibeat, & pnā apponat, nō sufficit ad perfectionem legis diuinæ, sed oportet qd hominem totaliter faciat idoneum ad participationem felicitatis æternæ, qd quidē fieri nō potest, nisi per gratiam Spiritus sancti, per quam diffunditur charitas in cordibus nostris: quæ legē adimplet. Gratia enim Dei vita æterna, ut dicitur Roma. 6. hanc autem gratiam lex vetus conferre non potuit, referebatur enim hoc Christo: quia vt dicitur Ioan. 1. Lex per Moysen data est: gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. & inde est, ꝙ lex uetus bona quidem est, sed * imperfecta, secundum illud Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. D.ar.1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dominus loquit ibi de præceptis cæremonialibus, quæ quidē dicūtur nō bona, quia gratiā nō conferebāt, per quā homines a peccato mundarētur, cum tm̄ per huiusmodi se peccatores ostenderent, vñ signanter dicitur: * Et iudicia in quibus nō uiuent, ideſt, per quæ uitā gratiæ obtinere nō possunt. & postea subditur: Et pollui eos in muneribus suis, ideſt, pollutos ostēdi, cum offerrent omne quod aperit vuluam propter delicta sua. Ezechie.

AD 2^m dicendum, ꝙ lex dicitur occidisse non quidem effectiue, sed occasionaliter ex sua imperfectione, inquantum scilicet gratiam non conferebat, per quam homines implere possent qd mandabat, vel uitare qd uetabat: & sic occasio ista non erat data, sed sumpta ab hominibus. vñ & Apostolus ibidem dicit, Occasione accepta pctm̄ per mandatum seduxit me, & per illud occidit. Ex hac etiam ratione dicitur, ꝙ lex

lex subintrauit vt abundaret delictū, vt ly, vt, teneatur cōsecutiue, nō causaliter, inquātum scilicet homines accipientes occasionē a lege, abundātius peccauerūt, tum quia grauius fuit peccatum post legis ꝓhibitionem: tum etiā quia cōcupiscentia creuit. Magis enim concupiscimus, quod nobis prohibetur.

AD 3^m dicendum, ꝙ iugum legis seruari non poterat sine gratia adiuuante, quā lex non dabat. dicitur enim Rom. 9. Non est volentis neque currentis, scilicet velle & currere in præceptis Dei, sed miserentis Dei. vnde in Psalm. 118. dicitur: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, scilicet per donum gratiæ & charitatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex uetus fuerit a Deo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ lex vetus nō fuerit a Deo. Dicitur enim Deut. 32. Dei perfecta sunt opera: sed lex fuit imperfecta, vt supra dictum est. * ergo lex vetus non fuit a Deo.

¶ 2 Præt. Eccles. 3. dicitur. Didici ꝙ omnia opera, quę fecit Deus, perseuerent in æternum: sed lex vetus non perseuerat in æternum. dicit enim Apostolus ad Hebr. 7. Reprobatio fit quidem præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. ergo lex vetus non fuit a Deo.

¶ 3 Præt. Ad sapientem legislatorem pertinet non solum mala auferre, sed etiā occasiones malorū: sed vetus lex fuit occasio peccati, vt supra dictum est. * ergo ad Deum, cui nullus est similis in regislatoribus, vt dicitur Iob. 36. non pertinebat legem talem dare.

¶ 4 Præt. Primæ ad Timoth. 2. dicitur, ꝙ Deus vult omnes homines saluos fieri: sed lex vetus non sufficiebat ad salutem hominum, vt supra dictum est. * ergo ad Deum non pertinebat talem legem dare. lex ergo vetus non est a Deo.

SED CONTRA est, quod dominus dicit Matt. 15. loquens Iudæis, quibus erat lex vetus data: Irritum feci is mādatum Dei propter traditiones vestras. & paulo ante præmittitur: Honora patrem tuum & matrē tuam, quod manifeste in lege veteri continetur. ergo lex vetus est a Deo.

RESPON. Dicendum, ꝙ lex vetus a bono Deo data est, qui est pater dñi nostri Iesu Christi. Lex enim vet⁹ homines ordinabat ad Christū dupliciter. Vno quidem mō testimonium Christo perhibendo: vnde ipse dicit Luc. vlt. Oportet impleri omnia, q̄ scripta sunt in lege & in Psalmis, & in Prophetis de me. & Ioā. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitā & mihi: de me enim ille scripsit. Alio modo per modum cuiusdā dispositionis, dum retrahens homines a cultu idolatriæ, cōcludebat eos sub cultu vnius Dei, a quo saluādum erat humanum genus per Christum. vnde Apostolus dicit ad Gal. 3. Priusquā veniret fides, sub lege custodiebamur cōclusi in eā fidem, quę reuelāda erat. Manifestum est autem, ꝙ eiusdem est disponere ad finē, & ad finem perducere. & dico, eiusdem per se, vel per suos subditos. Non. n. diabolus legem tulisset, p quā homines adducerentur ad Christum, per quem erat eijciendus, secundum illud Matt. 12. Si Satanas Satanam eijcit, diuisum est regnum eius: & ideo ab eodem Deo, a quo facta est salus hominum per gratiam Christi, lex vetus data est.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ nihil prohibet aliquid non esse perfectum simpliciter, quod tamen est perfectum fm tempus sicut dicitur aliquis puer perfectus non simpliciter, sed fm temporis cōditionem: ita etiā præcepta quæ pueris dantur, sunt quidem perfecta secundum conditionem eorum, quibus dantur, etsi non sint perfecta simpliciter: & talia fuerunt præcepta legis. vnde Apostolus dicit ad Gal. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo.

AD 2^m dicendum, ꝙ opera Dei perseuerant in æternum, quę sic Deus fecit, vt in æternum perseuerēt: & hæc sunt ea quæ sunt perfecta. Lex autē vetus reprobatur tempore perfectionis gratiæ, non tanquàm mala, sed tanquàm infirma & inutilis pro isto tempore: quia, vt subdit, Nihil ad perfectum adduxit lex, vnde ad Gal. 3. dicit Apostolus, Vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo.

AD 3^m dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * Deus aliquando permittit aliquos cadere in peccatum, vt exinde humilientur: ita etiā voluit talem legem dare, quam suis viribus homines implere non possent: vt sic dum homines præsumentes de se, peccatores se inuenirent, humiliati recurrerent ad auxilium gratiæ. Q.79.ar.4.

AD 4^m dicendum, ꝙ quàmuis lex vetus non sufficeret ad saluandum homines: tamen aderat aliud auxilium a Deo hominibus simul cum lege, per quod saluari potērant, scilicet fides Mediatoris, per quam iustificati sunt antiqui patres, sicut etiam nos iustificamur: & sic Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis salutis auxilia.

ARTICVLVS III.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ octauæ Articulum tertium.*

Vtrū lex uet⁹ data fuerit per angelos.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ lex vetus nō fuerit data per angelos, sed immediate a Deo. Angelus enim nuntius dicitur, & sic nomen angeli ministerium importat, non dominium, secundum illud Psal. 102. Benedicite domino omnes angeli eius, ministri eius: sed uetus lex a domino tradita esse perhibetur. dicitur enim Exod. 20. Locutusque est Dominus sermones hos. & postea subditur. Ego enim sum dominus Deus tuus. & idem modus loquēdi frequenter reperitur in Exod. & in libris consequentibus legem. ergo lex est immediate data a Deo.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur Ioan. 1. Lex per Moysen data est: sed Moyses immediate accepit a Deo. dicitur enim Exod. 33. Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet amicus ad amicum suum. ergo lex uetus immediate data est a Deo.

¶ 3 Præt. Ad solum principē pertinet legē ferre, ut supra dictū est: * sed solus Deus est princeps salutis animarum: angeli vero sunt administratorij spiritus, vt dicitur ad Heb. 1. ergo lex uetus per angelos dari non debuit, cum ordinaretur ad animarum salutem.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus ad Gal. 3. Lex data est per angelos in manu Mediatoris, &

IN quæstionis 98. primis trib⁹ articulis nihil aliud scribēdum occurrit, nisi vt caute intelligas dicta in responsione ad secundum tertii articuli, possunt siquidem dupliciter intelligi. Primo, vt negēt Moysen vidisse diuinam essentiam. Secundo, vt negent Moysen vidisse diuinam essentiam in illa visione, qua loquebatur facie ad faciem. Iste secundus sensus est intētus ab authore, & non primus, vt inferius in Secunda secundæ, q. 174. aperitur. Vbi ex hoc quòd Moyses palam, & non per ænigmata Deum vidisse dicitur, Numeri 12. cōcluditur, interueniente Augustino, ipsum vidisse Deum per essentiā: cū quo tamen stat, ꝙ legem per angelos acceperit in aliis visionibus, vt hic dr ex authoritate sacræ scripturæ. Infr.art. 6. arg. pro veri. Et Isa. 6. Et Gal. 3. lc. 7. Et col. 2. lec 4. Et Heb. 1. & 2. fin. & ca. 5. Q.90.art.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actum 7. dicit Stephanus: Accepistis legem in dispositione angelorum.

RESPON. Dicēdum, ꝙ lex data est a Deo per angelos. & præter rationem generalē, quā Dion. assignat in 4. cap. cæl. hier. * ꝙ diuina debent deferri ad homines mediantibus angelis, specialis ratio est, quare legem veterē per angelos dari oportuit. Dictum est. n. * ꝙ lex vetus imperfecta erat, sed disponebat ad salutē perfectam generis humani, quæ futura erat per Christum. Sic autem videtur in omnibus potestatibus & artibus ordinatis, ꝙ ille qui est superior, principalem & perfectum actum operatur per se ipsum: ea vero quæ disponunt ad perfectionem vltimam, operatur per suos ministros. Sicut nauifactor compaginat nauem per seipsum, sed præparat materiam per artifices subministrātes. & ideo cōueniens fuit, vt lex perfecta noui testamenti daretur immediate per ipsum Deum hominem factum: lex autē vetus per ministros Dei, scilicet per angelos daretur hominibus. Et per hunc modum Apostolus 1. ad Heb. probat eminentiam nouæ legis ad veterem: quia in nouo testamento locutus est nobis Deus in filio suo: in veteri autem testamento est sermo factus per angelos.

Ca. 4. ante medium.

Ar. 1. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Greg. dicit * in principio moralium, Angelus qui Moysi apparuit se describitur, modo angelus modo dñs memoratur, angelus videlicet pp hoc, ꝙ exterius loquendo seruiebat: dominus autem dicitur, quia interius præsidens loquendi efficaciam ministrabat. & inde est etiam ꝙ quasi ex persona domini angelus loquebatur.

In præfat. in Iob. ca. 2. ante med.

AD 2^m dicendū, ꝙ sicut Aug. dicit 12. super Gen. ad literam. In Exo. * dicitur: Locutus est dñs Moysi facie ad faciem. & paulo post subditur: Ostende mihi gloriā tuam. Sentiebat ergo quid videbat, & qđ non videbat, desiderabat. non ergo videbat * ipsam Dei essentiā, & ita nō immediate ab eo instruebatur. Quòd ergo dicitur, quòd loquebatur ei facie ad faciem, secundum opinionem populi loquitur Scriptura, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo, cum præsubiectam creaturā, ideſt, per angelum & nubē ei loqueretur & appareret. Vel per visionem faciei intelligitur quædam eminens contemplatio & familiaris infra essentiæ diuinæ visionem.

Ca. 27. paulo post prin. e p. tom. 3.

D. 10.

AD 3^m dicendum, ꝙ solius principis est sua authoritate legem instituere, sed quandoque legem institutam per alios promulgat: & ita Deus sua authoritate instituit legem, sed per angelos promulgauit.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæoctauæ Articulum quartū.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex vetus dari debuerit soli populo Iudæorum.

Infr. art. 5. cor. Et 3. di. 25. q. 2. art. 2. q. 2. ad 3.

IN artic. 4. eiſdem quæſt. in calce responsionis ad secundum, accipe rationē Augu. scilicet ꝙ ex peccato primi parentis prouenit, quoddā non doceri a Deo vt rationem particularem, scilicet post naturā lapsam, simpliciter nulla reddi alia ratio potest, nisi sicut reprobationis, de qua in prima parte diffuse tractatū est.

Art. præc.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd lex vetus non debuit dari soli populo Iudæorum. Lex enim vetus disponebat ad salutem, quæ futura erat p Christum, vt dictum est: * sed salus illa non erat futura solum in Iudæis, sed in omnibus gentibus, secundum illud Isai. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel cōuertendas: dedi te in lucem Gētium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. ergo lex vetus dari debuit omnibus gentibus, & non vni populo tantū.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur Act. 10. Non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente qui timet Deū, & facit iustitiam, acceptus est illi. nō ergo magis vni populo, quàm alijs viam salutis debuit aperire.

¶ 3 Præt. Lex data est per angelos, sicut iam dictū est: * sed ministeria angelorum Deus nō solum Iudæis, sed omnibus gētibus semper exhibuit. dicitur enim Eccl. 17. In vnāquamque gentem præposuit rectorem. omnibus etiam gentibus temporalia bona largitur, quæ minus sunt curæ Deo, quàm spiritualia bona. ergo et legem omnibus populis debuit dare.

Act. præc.

SED CONTRA est, quod dicitur Ro. 3. Quid ergo amplius Iudæo? multum quidem per omnē modum. primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. & in Psalm. 149. dicitur. Nō fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

RESPON. Dicendum, ꝙ posset vna ratio assignari, quare potius populo Iudæorum data sit lex, q̄ alijs populis: quia alijs populis ad idolatriā declinantibus, solus populus Iudæorū in cultu vnius Dei remansit, & iō alij populi indigni erant legē recipere, ne sanctum canibus daretur. Sed ista ratio cōueniens nō videtur: quia populus ille etiā post legem latā ad idolatriā declinauit, qđ grauius fuit, vt patet Exod. 33. & Amos 5. Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto 40. annis domus Israel, & portastis tabernaculum Moloch Dei vestri, & imaginem idolorū vestrorum, sydus Dei vestri, quæ feciſtis vobis? Expresse ēt dicitur Deut. 9. Scito, ꝙ non pp iustitias tuas dominus Deus tuus dedit tibi terā hanc in possessionem, cum durissimæ ceruicis sis populus. sed ratio ibi præmittitur, Vt cōpleret verbum suum Dominus, quod iuramento pollicitus est patribus tuis Abrahā, Isaac & Iacob. Quæ autem promissio eis sit facta, ostendit Apostol. ad Gal. 3. dicens. Abrahæ dictę sunt promissiones, & semini eius, non dicit seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno & semini tuo qui est Christus. Deus igitur & legē, & alia beneficia specialia illi populo exhibuit pp promissionem eorum patribus factā, vt ex eis Christus nasceretur. Decebat enim, vt ille populus, ex quo Christus nasciturus erat, quadam speciali sanctificatione polleret, ſm illud quod dicitur Leuit. 19. Sancti eritis: quia ego sanctus sum. Nec etiā fuit pp meritum ipsius Abrahæ, vt talis promissio ei fieret, vt scilicet Chris ex ei⁹ semine nasceretur; sed ex gratuita Dei electione & vocatione. vnde dicitur Isai. 14. Qui suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se. Sic ergo patet, ꝙ ex sola gratuita electione patres promissionem acceperunt, & populus ex eis progenitus legem accepit, ſm illud Deut. 4. Audistis verba illius de medio ignis, quia dilexit patres, & elegit semē eorum post illos. Si autem rursus quæratur, quare hunc populum elegit, vt ex eo Christus nasceretur, & non alium: conueniet responsio Aug., * quā dicit super Ioan. Quare hunc trahat, & illum nō trahat, noli uelle diiudicare, si non vis errare.

Trac. 26. in Ioan. paulo post primū tom. 9.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ quàmuis salus futura per Christum, esset omnib⁹ gentibus præparata: tamen oportebat ex vno populo Christum nasci, qui pp hoc præ alijs prærogatiuas habuit, ſm illud Rom. 9. Quorum, scilicet Iudæorum, est adoptio filiorum Dei, & testamentum, & legislatio, quorum patres, ex quibus Christus est secundum carnem.

AD 2^m dicendum, quòd acceptio personarum locum habet in his, quæ ex debito dantur. In his vero quæ ex gratuita voluntate cōferuntur, acceptio personarum locum non habet. Non enim est personarum acceptor qui ex liberalitate de suo dat vni, & non alteri: sed si esset dispensator bonorum communium, & non distribueret æqualiter secundum merita personarum, esset personarum acceptor. Salutaria autem beneficia Deus humano generi confert ex sua gratia: vnde non est personarum acceptor, si quibusdā præ alijs cōferat. vnde Aug. dicit in lib. de prædestinatione sanctorum: * Omnes quos Deus docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet. hoc enim venit ex damnatione humani generis pro peccato primi parentis.

Act. non habet an dicatur 7.

AD 3^m dicendum, ꝙ beneficia gratiæ subtrahuntur homini propter culpam: sed beneficia naturalia non subtrahuntur, inter quæ sunt ministeria angelorum, quę ipse naturarum ordo requirit, vt scilicet per media gubernentur infima: & etiam corporalia subsidia, quæ non solum hominibus, sed etiam iumentis Deus administrat, secundum illud Psal. 35. Homines & iumenta saluabis Domine.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæoctauæ Articulum quintum & sextum.*

ARTICVLVS V.

Vtrum omnes homines obligabantur seruare legem veterem.

Q. 87. a. 1. q. 1. a. 1. q. 2. a. 2. q. 3. Et 3. dist. 25. q. 2. art. 2. q. 1. ad 3.

IN ar. 5. & 6. eiusdem nota, quòd licet in 6. art. quæstio sit de tempore Moysi, & in corpore articuli non concludat determinate tēpus Moysi, nec rōne datorū & suptorū nec rōne bonorum, sed tēpus mediū inter legem naturæ & legem gratiæ: in responsionibus tamen argumentorum determinatur illud tēpus medium ad tempus Moysi, quando primo domus Israel fuit populus liber, vt patet in litera.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ omnes homines obligabantur ad obseruādam veterem legem. Quicunque enim subditur regi, oportet quòd subdatur legi ipsius: sed vetus lex est data a Deo, qui est rex omnis terræ, vt in psal. 46. dicitur. ergo omnes habitantes terram tenebantur ad obseruantiam legis.

¶ 2 Præt. Iudæi saluari non poterant, nisi legem veterem obseruarent: dicitur enim Deut. 27. Maledictus qui nō permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. si igitur alij homines sine obseruantia legis veteris potuissent saluari, peior fuisset conditio Iudæorum, quàm aliorum hominum.

¶ 3 Præt. Gentiles ad ritum Iudaicum, & ad obseruantias legis admittebantur. dicitur enim Exod. 12. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire colōniā, & facere Phasē dñi, circūcidet prius omne masculinum genus, & tunc rite celebrabit, eritq; simul sicut indigena terræ. Fruſtra autem ad obseruantias legales fuissent extranei admissi ex ordinatione diuina, si absq; legalibus obseruantijs saluari potuissent. ergo nullus saluari poterat, nisi legem obseruaret.

SED CONTRA est, ꝙ Dion. dicit 9. cap. cæl. hierar. * ꝙ multi Gētilium per angelos sunt reducti in Deum: sed constat, ꝙ Gentiles legem non obseruabant. ergo absque obseruantia legis potuerunt aliqui saluari.

RESPON. Dicendum, quòd lex vetus manifestabat præcepta legis naturę, & superaddebat quędam propria præcepta. Quantum igitur ad illa, quæ lex vetus continebat de lege naturæ, omnes tenebantur ad obseruantiam veteris legis, non quia erant de veteri lege, sed quia erant de lege naturæ: sed quantum ad illa quæ lex vetus superaddebat, nō tenebantur aliqui ad obseruantiam veteris legis, nisi solus populus Iudæorum. Cuius ratio est: quia lex vetus, sicut dictum est, * data est populo Iudæorum, vt quandam prærogatiuam sanctitatis obtineret propter reuerentiam Christi, qui ex illo populo nasciturus erat. Quæcunq; autem statuuntur ad specialem aliquorum sanctificationem, non obligant nisi illos: sicut ad quædam obligantur clerici, qui mancipantur diuino ministerio, ad quæ laici non obligantur. similiter & religiosi ad quædam perfectionis opera obligantur ex sua professione, ad quæ seculares non obligantur. & similiter ad quædam specialia obligabatur populus ille, ad quæ alij populi non obligabantur: vnde dicitur Deuter. 18. Perfectus eris, & absque macula coram domino Deo tuo: & propter hoc etiam quadā professione vtebantur, vt patet Deutero. 26. Profiteor hodie coram domino Deo tuo &c.

Ar. præced.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quicunque subduntur regi, obligantur ad legem eius obseruandam, quam omnibus communiter proponit: sed si instituat aliqua obseruanda a suis familiaribus ministris, ad hæc cæteri non obligantur.

AD 2^m dicendū, ꝙ homo quanto Deo magis coniungitur, tanto efficitur melioris cōditionis: & ideo quanto populus Iudæorum erat astrictus magis ad diuinum cultum, dignior alijs populis erat. vnde dicitur Deut. 4. Quæ est alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias, iustaq; iudicia, & vniuersam legem? & similiter etiam quantum ad hoc sunt melioris conditionis clerici, quàm laici: & religiosi, quàm seculares.

AD 3^m dicendum, ꝙ Gētiles perfectius & securius salutem cōsequebantur sub obseruantijs legis, q̄ sub sola lege naturali: & ideo ad eas admittebātur. Sicut etiam nunc laici transeunt ad clericatum, & seculares ad religionem, quamuis absque hoc possint saluari.

ARTICVLVS VI.

Vtrū lex vetus conuenienter data fuerit tempore Moysi.

3. q. 70. ar. 2. ad 2. Et 4. di. 1. q. 1. ar. 2. q. 4. cor. Et Gala. 3. le. 7.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ lex vetus nō conuenienter fuerit data tēpore Moysi. Lex. n. vetus disponebat ad salutem, quę erat futura per Christum, sicut dictum est: * sed statim homo post peccatum indiguit huiusmodi salutis remedio. ergo statim post peccatum lex vetus debuit dari.

*ar. 1. huius quæst.

¶ 2 Præt. Lex vetus data est propter sanctificationem eorum, ex quibus Christus nasciturus erat: sed Abrahæ incœpit fieri promissio de semine, quod est Christus, vt habetur Genes. 12. ergo statim tempore Abrahæ debuit lex dari.

¶ 3 Præt. Sicut Christus non est natus ex alijs descendentibus ex Noe, nisi ex Abraham, cui facta est promissio: ita etiam non est natus ex alijs filijs Abrahæ, nisi ex Dauid, cui est promissio renouata, secundum illud 2. Reg. 23. Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob. ergo lex vetus debuit dari post Dauid, sicut data est post Abraham.

Gloſ. ordinaria ibi.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Galat. 3. quòd lex propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris, ideſt, ordinabiliter data, vt gloſ. * dicit. ergo congruum fuit, vt lex vetus illo temporis ordine traderetur.

RESPON. Dicendum, ꝙ conuenientissime lex vetus data fuit tempore Moysi. Cuius ratio potest accipi ex duobus, secundum quod quælibet lex duobus generibus hominum imponitur. Imponitur. n. quibusdam duris & superbis, qui per legem compescun-

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur & damantur. Imponitur etiam bonis, qui per legem instructi adiuuantur ad implendum quod intendunt. Conueniens igitur fuit tali tempore legem veterem dari ad superbiam hominum cõuincendam. De duobus enim homo superbiebat. s. de scientia, & de potentia, de scientia quidem, quasi ratio naturalis ei posset sufficere ad salutem. Et ideo, vt de hoc eius superbia conuinceretur, permissus est homo regimini suæ rationis absq; adminiculo legis scriptæ: & experimento homo discere potuit, qd patiebatur rationis defectum per hoc, q homines vsque ad idolatriam, & turpissima vitia circa tempora Abrahæ sunt prolapsi. & ideo post hæc tempora fuit necessarium legẽ scriptam dari in remedium humanæ ignorãtiæ: quia per legem est cognitio peccati, vt dicitur Rom. 5. Sed postquàm homo est instructus per legem, cõuicta est eius superbia de infirmitate, dum implere non poterat, quod cognoscebat. & ideo sicut Apostolus concludit ad Rom. 8. Quod impossibile erat legi, in qua infirmabatur per carnem, misit Deus filium suum, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Ex parte vero bonorum lex data est in auxilium, quod quidem tũc maxime populo necessarium fuit, quando lex naturalis obscurari incipiebat propter exuperantiam peccatorum. Oportebat enim huiusmodi auxilium quodam ordine dari, vt per imperfecta ad perfectionem manuducerentur: & ideo inter legem naturæ, & legem gratiæ oportuit legem veterem dari.

Ad primvm ergo dicendum, quòd statim post peccatum primi hominis non competebat legem veterem dari, tum quia nondum homo recognoscebat se ea indigere de sua ratione confisus: tum quia adhuc dictamen legis naturæ nondum erat obtenebratum per consuetudinem peccandi.

Ad 2^m dicendum, quòd lex non debet dari nisi populo. est enim præceptum commune, vt dictum est: * & ideo tempore Abrahæ data sunt quædam familiaria præcepta, & quasi domestica Dei ad homines: sed postmodum multiplicatis eius posteris, intantum, quòd populus esset, & liberatis eis a seruitute, lex conuenienter potuit dari: nam serui nõ sunt pars populi, vel ciuitatis, cui legem dari competit, vt Philosophus dicit in 3. Politicæ. *

Ad 3^m dicendum, quòd quia legem oportebat alicui populo dari, nõ solum illi, ex quibus est Christus natus, legem acceperunt, sed totus populus consignatus signaculo circuncisionis, quę fuit signum promissionis Abrahæ factæ, & ab eo creditæ, vt dicit Apostolus Rom. 4. & ideo etiam ante Dauid oportuit legem dari tali populo iam collecto.

q. 90. art. 2. & 3. & q. 96 art. 1. ad 2.

Ca. 3. a medio, tom. 5.

QVAESTIO XCIX.

De præceptis ueteris legis, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de præceptis veteris legis.

Et primo, de distinctione ipsorum. Secundo, de singulis generibus distinctis.

Circa primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum legis veteris sint plura præcepta, vel vnum tantum.

¶ Secundo, Vtrum lex vetus contineat aliqua præcepta moralia.

¶ Tertio, Vtrũ præter moralia cõtineat cæremonialia.

¶ Quarto, Vtrum contineat præter hæc iudicialia.

¶ Quinto, Vtrũ præter ista tria contineat aliqua alia.

¶ Sexto, De modo quo lex inducebat ad obseruantiam prædictorum.

Articvlvs primvs.

Vtrum in lege ueteri contineatur solum unum præceptũ.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd in lege veteri non contineatur nisi vnum præceptum. Lex enim est nihil aliud, quàm præceptum, vt supra habitum est: * sed lex vetus est vna. ergo non continet nisi unum præceptum. q. 99. art. 2. & 3.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit Ro. 13. Si qd est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: sed istud mandatum est vnum. ergo lex vetus non continet nisi vnum mandatum.

¶ 3 Præt. Matth. 7. dicitur. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. hæc est enim lex & prophetæ: sed tota lex vetus continetur in lege, & prophetis. ergo lex vetus non habet nisi vnum præceptum.

Sed contra est, qd Apostolus dicit ad Ephe. 2. Legem mandatorum decretis euacuans: & loquitur de lege veteri, vt patet per glos. * ibidem, ergo lex vetus continet in se multa mandata. Est gl. Ambros. in hoc locum, tom. 9

Respon. Dicendum, q præceptum legis cum sit obligatorium, est de aliquo quod fieri debet: quòd autem aliquid debeat fieri, hoc prouenit ex necessitate alicuius finis. Vnde manifestum est, quòd de ratione præcepti est, quòd importet ordinem ad finem, inquantum scilicet illud præcipitur, quod est necessarium, vel expediens ad finem. Contingit autem ad vnum finem multa esse necessaria, vel expedientia: & secundum hoc possunt de diuersis rebus dari diuersa præcepta, inquantum ordinantur ad vnum finem. Vnde dicendum est, quòd omnia præcepta legis veteris sunt vnum secundum ordinem ad vnum finem: sunt tamen multa secundum diuersitatem eorum quæ ordinantur ad illum finem.

Ad primvm ergo dicendum, q lex vetus dicitur esse vna secundũ ordinem ad finem vnum: & tñ continet diuersa præcepta secundum distinctionem eorum, quæ ordinant ad finem. Sicut etiam ars ædificatiua est vna secundum unitatem finis, quia tendit ad ædificationem domus: tamen continet diuersa præcepta secundum diuersos actus ad hoc ordinatos.

Ad 2^m dicendum, q sicut Apostolus dicit 1. ad Timoth. 1. Finis præcepti, charitas est, adhoc enim omnis lex intendit, ut amicitiam constituat uel hominũ adinuicem, uel hominis ad Deum; & ideo tota lex impletur in hoc uno mãdato, Diliges proximum tuum sicut teipsum, sicut in quodam fine mandatorum omnium. In dilectione enim proximi, includitur etiam Dei dilectio, qñ proximus diligitur propter Deum. vnde Apostolus hoc unum præceptum posuit pro duobus, quæ sunt de dilectione Dei, & proximi, de quibus dicit Dominus Matth. 22. In his duobus mãdatis pendet omnis lex & prophetæ.

Ad 3^m dicendum, quòd sicut dicitur in 9. Ethic. Amicabilia quæ sunt ad alterum, uenerunt ex amicabilibus, quę sunt homini ad seipsum, dum scilicet homo ita se habet ad alterum sicut ad se: & ideo in hoc quod dicitur, Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, explicatur quædam regula dilectionis proximi, quæ etiam implicite continetur in hoc, quòd dicitur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: vnde est quædam explicatio istius mandati. Ca. 8. & 9. mot. 2. princip. tom. 3.

¶ *Super Quæstionis nonagesimanonæ Articulum secundum & tertium.*

In artic. 2. & 3. quæst. 99. omisso 1. art. dubium occurrit de differentia assignata inter legẽ humanam, & diuinã ratione huius, q diuina intendit principaliter amicitiam ad Deum, humana autem intendit principaliter amicitiam hoium inter se. videtur. n. quòd lex humana necessario sit peruersa ex tali fine. Nam lex humana de actu religionis, quo Deus colitur, disponit sicut de actibus aliarũ virtutum: & cũ omnia disponat in ordine ad principalem finẽ, quoniam reliqua sunt propter illum, sequitur quòd cultũ Dei, in quo consistit amicitia hominis ad Deum, ordinet ad amicitiam hominũ inter se, quæ est eius principalis finis: & hoc etiam in corpore tertii artic. in litera sonat, dicẽs. Leges humanæ non curauerunt aliquid instituere de cultu diuino, nisi in ordine ad bonum cõmune hominum.

¶ Ad euidentiã huius ambiguitatis duo oportet declarare. s. quòd amicitia hominũ inter se ponitur recte finis principalis humanæ legis. Et quòd diuinus cultus, vel amicitia hominis ad Deum ordinabilis sit ad amicitiã hominum inter se, & econtra. Scito ergo, quòd quemadmodum ars aliqua, puta, domificatiua habet pro principali fine opus suum, puta, domũ, nec aliud ad ipsam spectat, cum quo tamẽ stat, quòd artifex ipse, puta, domificator, vt moueatur a iustitia legali, ordinet opꝰ artis ad bonum commune: huiusmodi nanq; ordinatio non spectat ad artem secundum se, sed vt stat sub lege, cuius est ad bonũ commune ordinare: ita proportionaliter contingit in lege humana, quòd principalis finis intentus

Ca. 8. & 9. mot. 2. princip. tom. 3.

Cap. 14. to. 3.

Inf. ar. 4. & 5. co. & q. 101. ar. 1. 2. & 4. co. & q. 103. artic. 1. co. & ad 3. & q. 104. artic. 4. Et 2. 2. q. 122. ar. 1. ad 2. Et quol. 2 art. 8. co. & quol. 4. art. 13. co.

* q. 1. art. 3.

† li. 2. de inuent. in fol. 9. ante fin. lib.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd lex vetus non contineat præcepta moralia. Lex enim vetus distinguitur a lege naturæ, vt supra habitum est: * sed præcepta moralia pertinent ad legem naturæ. ergo non pertinent ad legem veterem.

¶ 2 Præt. Ibi subuenire debuit homini lex diuina, vbi deficit ratio humana, sicut patet in his quæ ad fidem pertinet, quæ sunt supra rationem: sed ad præcepta moralia ratio hominis sufficere videtur. ergo præcepta moralia non sunt de lege veteri, quæ est lex diuina.

¶ 3 Præt. Lex vetus dꝫ litera occidens, vt patet 2. ad Cor. 3, sed præcepta moralia nõ occidunt, sed vificant, secundum illud psal. 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis vificasti me. ergo præcepta moralia non pertinent ad veterem legem.

Sed contra est, quod dicitur Ecclesiast. 17. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit eos: disciplina autem pertinet ad mores. dicit. n. gl. * ad Heb. 12. super illud, Oĩs disciplina &c. disciplina est eruditio morum per difficilia. ergo lex a Deo data, præcepta moralia continebat.

Respon. Dicendum, quòd lex vetus cõtinebat præcepta quędã moralia, vt patet Exod. 20. Nõ occides, Nõ furtum facies: & hoc rationabiliter. nam sicut intentio principalis legis humanæ est, vt faciat amicitiam hominum adinuicem: ita intentio diuinæ legis est, vt constituat principaliter amicitiam hominis ad Deum. Cum autẽ similitudo sit ratio amoris, secundum illud Ecclesiast. Omne animal diligit simile sibi: impossibile est esse amicitiam hoĩs ad Deum qui est optimus, nisi homines efficiantur boni. vnde dicitur Leuit. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Bonitas autem hominis est virtus, quæ facit bonum habẽtem: & ideo oportuit præcepta legis veteris etiam de actibus virtutum dari, & hæc sunt moralia legis præcepta.

Ad primvm ergo dicendum, quòd lex vetus distinguitur a lege naturæ non tanquàm ab ea omnino aliena, sed tanquã ei aliquid superaddens. Sicut. n. gratia præsupponit naturã, ita oportet q lex diuina presupponat legẽ naturalẽ.

Ad 2^m dicendum, q legi diuinæ conueniens erat, vt non solum prouideret homini in his, ad quæ ratio non potest, sed etiam in his, circa quæ contingit rationem hominis impediri. Ratio autem hominis circa ꝑcepta moralia, quantum ad ipsa communissima præcepta legis naturę, non poterat errare in vniuersali: sed tamẽ propter consuetudinem peccãdi obscurabatur in particularibus agendis. Circa alia vero præcepta moralia, quæ sunt quasi cõclusiones deductæ ex communibus principijs legis naturæ, multorum ratio obnubebatur, ita vt quædam quæ sunt secundum se mala, ratio multorum licita iudicaret. vnde oportuit cõtra vtrũq; defectum homini subueniri per authoritatem legis diuinæ. Sicut etiam inter credenda, nobis proponuntur nõ solum ea ad quæ ratio attingere non potest, vt Deum esse trinum, sed etiam ea ad quæ ratio recta pertingere potest, vt Deum esse vnum, ad excludendum rationis humanæ errorem, qui accidebat in multis.

Ad 3^m dicendum, q sicut Aug. probat in lib. de spiritu & litera, * etiã litera legis, quantum ad præcepta moralia, occidere dicitur occasionaliter, inquantum. s. præcipit quod bonum est, non prębens auxilium gratiæ ad implendum.

Articvlvs iii.

Vtrum lex uetus contineat præcepta cæremonialia præter moralia.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd lex vetus non contineat præcepta cæremonialia præter moralia. Omnis enim lex quæ hominibus datur, est directiua humanorum actuum: actus autem humani, morales dicuntur, vt supra dictum est. * ergo videtur quòd in lege veteri hominibus data, non debeat contineri nisi præcepta moralia.

¶ 2 Præt. Præcepta, quæ dicuntur cæremonialia, videntur ad diuinũ cultum pertinere: sed diuinus cultus est actus virtutis. s. religionis, quæ ut Tullius dicit in sua Rhetoric. † diuinæ naturæ cultum cæremoniamq; affert. cum igitur præcepta moralia sint de actibus uir-

* q. 1. art. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ar. præced. elt, non destruit naturam, lex humana sic habet, p̃fine principali bonum commune hominum inter se, vt non repugnet illi subordinatio ad altiorem finẽ ex altiori principio, vt de arte dictũ est, & sic disponit de aliis ad finem, vt non excedat limites ordinabilium recte in illud.

† Lib. 2. c. 3. circa fin. & lib. 3. cap. 5. med. tom. 3

¶ In eisdem articulis aduerte diligentissime rector ecclesiastico: quia secundum diuinas leges principaliter regere teneris, & finis principalis diuinæ legis est amicitia hois ad Deum, vt ad animarum salutem principaliter respicias, studeas, & soliciteris: nec sat é tibi extrinseca tranquillitas ecclesiæ tibi commissa, q̃ sufficit rectori sæculari in suo populo. Oportet nanq; te arte artium vti in regimine animarum, & secundum eam vigilare super gregem tuum, & in singulis amicitiam ad Deum puocare, & in vniuersis, vt possit illi dici, Pulchra es amica mea.

tutum, vt dictum est, * videtur q̃ præcepta cæremonialia nõ sint distinguenda a moralibus.

§ 3 Præt. Præcepta cæremonialia esse videntur, quæ figuratiue aliquid significant: sed, sicut Aug. dicit in 2. de doctrina Christ. † Verba inter homines obtinuerunt principatum significandi. ergo nulla necessitas fuit, vt in lege continerentur præcepta cæremonialia de aliquibus actibus figuratiuis.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 4. Decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis, mihique mandauit in illo tempore, vt docerem vos cæremonias, & iudicia, quæ facere deberetis: sed decẽ præcepta legis sunt moralia. ergo præter præcepta moralia sunt etiã alia præcepta cæremonialia.

Ar. præced. RESPON. Dicẽdum, q̃ sicut dictum est, * Lex diuina principaliter instituitur ad ordinandũ homines ad Deum: lex autem humana principaliter ad ordinandũ homines adinuicẽ. & ideo leges humanæ non curauerunt aliquid instituere de cultu diuino, nisi in ordine ad bonum commune hominum. & propter hoc etiam multa cõsinxerũt circa res diuinas secundum quod videbatur eis expediẽs ad informãdos mores hominum, sicut patet in ritu Gentilium: sed lex diuina ecõuerso homines adinuicem ordinauit, secundum quod conueniebat ordini, qui est in Deum, quem principaliter intendebat. Ordinatur aũt hõ in Deum non solum per interiores actus mentis, qui sunt credere, sperare, & amare, sed etiam per quædam exteriora opera, quibus homo diuinam seruitutem profitetur. Et ista opera dicuntur ad cultum Dei pertinere, qui quidem cultus cæremonia vocat, quasi munia, idest, dona Cæteris, quæ dicebatur Dea frugum, eo quòd prima ex frugibus oblationes Deo offerebantur. Siue, vt Maximus Valerius refert, * nomen cæremoniæ introductum est ad significandum cultum diuinum apud Latinos a quodam oppido iuxta Romã, quod Cære vocabatur, eo quòd Roma capta a Gallis, illic sacra Romanorum oblata sunt, & reuerendissime habita. Sic igitur illa præcepta, quæ in lege pertinent ad cultum Dei, specialiter cæremonialia dicuntur.

1. 1. cap. 1. parũ a medio, in fin. de L. Furio Bibaculo.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ humani actus se extendunt etiam ad cultum diuinum: & ideo etiã de his continet præcepta lex vetus hominibus data.

q. 94. art. 4. AD 2^m dicendum, q̃ sicut supra dictum est, * præcepta legis naturæ cõia sunt, & indigent determinatione. Determinantur autem & per legem humanam, & per legem diuinã. Et sicut ipsæ determinationes, quæ sunt per legem humanam, non dicuntur esse de lege naturæ, sed de iure positiuo: ita ipsæ determinationes præceptorum legis naturæ, quę sunt per legem diuinam, distinguuntur a præceptis moralibus quæ pertinent ad legem naturæ. Colere ergo Deum, cum sit actus virtutis, pertinet ad præceptum morale: sed determinatio huius præcepti, vt scilicet colatur talibus hostijs, & talibus muneribus, hoc pertinet ad præcepta cæremonialia: & ideo præcepta cæremonialia distinguuntur a præceptis moralibus.

Cap. 1. post medium dict.

AD 3^m dicendum, q̃ sicut Diony. dicit 1. cap. cæl. hierar. * Diuina hominibus manifestari non possunt, nisi sub aliquibus similitudinibus sensibilibus: ipsę autem similitudines magis mouent animum, quando non solum verbo exprimuntur, sed etiam sensui offeruntur: & ideo diuina traduntur in scripturis nõ solum per similitudines verbo expressas, sicut patet in metaphoricis locutionibus, sed etiam per similitudines rerum, quæ visui proponuntur, quod pertinet ad præcepta cæremonialia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum præter præcepta moralia, & cæremonialia, sint etiam præcepta iudicialia.

¶ *Super Quæstionis nonagesimænonæ Articulum quartum & quintum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd præter præcepta moralia, & cæremonialia non sint aliqua præcepta iudicialia in veteri lege. Dicit enim August. * contra Faustum, quòd in lege veteri sunt præcepta vitę agendæ, & præcepta vitæ significandę; sed præcepta vitæ agendę sunt moralia, præcepta autem vitæ significandæ sunt cęremonialia. ergo præter hęc duo genera præceptorum non sunt ponenda in lege alia præcepta iudicialia.

Infra 21. 5. co. & quæst. artic. 2. Ca. & q. 103. artic. 1. con. & q. 104. ar. 2. Et 2. 2. q. 87. ar. 1. con. & q. 122. ar. 1. ad 3. Et 3 cõtra 1. 2. ad 2. Et quæst. 2. ar. 5. con. & quæst. 4. ar. 1. co. * Lib. 6. ca. 3. Et lib. 19. c. 18. Et lib. 32. cap. 2. circa.

¶ 2 Præt. Super illud psal. 118. A iudicijs tuis non declinaui, dicit glo. † Idest, ab his, quę constituisti regulam viuendi: sed regula viuẽdi pertinet ad præcepta moralia. ergo præcepta iudicialia non sunt distinguenda a moralibus.

† Est glo. Cassiod. in hunc locũ.

¶ 3 Præt. Iudicium videtur esse actus iustitię, secundum illud ps. 93. Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium: sed actus iustitię, sicut & actus cęterarum virtutum, pertinet ad præcepta moralia. ergo præcepta moralia includunt in se iudicialia, & sic nõ debent ab eis distingui.

SED CONTRA est, qđ dicitur Deut. 6. Hęc sunt præcepta, & cęremonię, atq; iudicia: præcepta autem antonomastice dicuntur moralia. ergo præter præcepta moralia & cæremonialia, sunt etiam iudicialia.

Art. 2. & 3.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut * dictum est, ad legem diuinam pertinet, vt ordinet homines adinuicem, & ad Deum. vtrunq; autem horum in cõmuni quidem pertinet ad dictamen legis naturæ, ad quod referuntur moralia præcepta: sed oportet quòd determinet vtrunq; per legem diuinam, vel humanã: quia principia naturaliter nota, sunt communia tam in speculatiuis, q̃ in actiuis. Sicut igitur determinatio communis præcepti de cultu diuino fit per præcepta cæremonialia, sic & determinatio cõmunis præcepti de iustitia obseruanda inter homines, determinatur per præcepta iudicialia; & secundum hoc oportet tria præce-

præcepta legis veteris ponere. s. moralia, quæ sunt de dictamine legis naturę: cæremonialia, quæ sunt determinationes cultus diuini: & iudicialia, q̃ sunt determinationes iustitiæ inter homines obseruandæ. vnde cum Apostolus Ro. 7. dixisset, q̃ lex est sancta, subiungit, q̃ mandatum est iustum, & bonum, & sanctũ: iustum quidem quantum ad iudicialia: sanctũ quãtum ad cæremonialia (nã sanctum dicitur quod est Deo dicatum) bonum, idest, honestum, quãtum ad moralia.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ tã præcepta moralia, q̃ ét iudicialia, pertinent ad directionẽ vitæ humanæ: & ideo vtraq; continentur sub vno membro illorum, quæ ponit Aug. s. sub præceptis vitæ agendæ.

AD 2^m dicendum, quòd iudicium significat executionem iustitiæ, quæ quidem est secundum applicationem rationis ad aliqua particularia determinate: vnde præcepta iudicialia communicãt in aliquo cum moralibus, inquantum scilicet a ratione deriuantur; et in aliquo cum cæremonialibus, inquantum scilicet sunt quædam determinationes communium præceptorum: & ideo quãdoq; sub iudiciis comprehenduntur præcepta iudicialia, & moralia, sicut dicitur Deut. 5. Audi Israel cæremonias atque iudicia: quandoque vero iudicialia, & cæremonialia, sicut dicitur Leuit. 18. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis. vbi præcepta ad moralia referuntur, iudicia vero ad iudicialia & cæremonialia.

AD 3^m dicendum, quòd actus iustitiæ in generali pertinet ad præcepta moralia: sed determinatio eius in speciali pertinet ad præcepta iudicialia.

¶ *Super Quæstionis nonagesimænonæ Articulum quintum & sextum.*

ARTICVLVS V.

Vtrũ aliqua alia præcepta contineantur in lege veteri præter moralia, iudicialia, & cæremonialia.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ aliqua alia præcepta contineantur in lege veteri præter moralia, iudicialia, & cæremonialia. Iudicialia enim præcepta pertinent ad actum iustitiæ, quę est hominis ad hominem, cæremonialia vero pertinent ad actũ religionis, qua Deus colitur: sed præter has sunt multæ aliæ virtutes. s. tẽperantia, fortitudo, liberalitas, & aliæ plures, vt supra dictũ est. ergo præter prædicta oportet plura alia in lege veteri contineri.

¶ 2 Præt. Deut. 11. dicitur, Ama dominum Deum tuum, & obserua eius præcepta, & cæremonias, & iudicia atq; mãdata: sed præcepta pertinent ad moralia, vt dictũ est. ergo præter moralia, iudicialia, & cæremonialia adhuc alia cõtinentur in lege, quæ dicuntur mãdata.

¶ 3 Præt. Deut. 6. dicitur, Custodi præcepta dñi Dei tui, & testimonia, & cæremonias, quas tibi præcepi. ergo præter oia præcepta adhuc in lege testimonia cõtinẽtur.

¶ 4 Præt. In psal. 118. dicitur, In æternum non obliuiscar iustificationes tuas. * glo. idest, legem. ergo præcepta legis veteris non solum sunt moralia, cæremonialia, & iudicialia, sed etiam iustificationes.

Glo. interlinearis ibid.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6. Hæc sunt præcepta, cæremoniæ, atq; iudicia, quæ mandauit dominus Deꝰ vobis: & hæc ponuntur in principio legis. ergo omnia præcepta legis sub his comprehenduntur.

RESPON. Dicendum, quòd in lege ponuntur aliqua tanquã præcepta, aliqua vero tanquã ad præceptorum impletionem ordinata. Præcepta quidem sunt de his quæ sunt agẽda, ad quorum impletionem ex duobus homo inducitur, s. ex authoritate præcipiẽtis, & ex vtilitate impletionis, quæ quidem est consecutio alicuius boni vtilis, delectabilis, vel honesti, aut fuga alicuius mali contrarij. Oportuit igitur in veteri lege proponi quædã, quæ authoritatem Dei præcipientis indicarent, sicut illud Deut. 6. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. & illud Genes. 1. In principio creauit Deus cælum & terram: & huiusmodi dicuntur testimonia. Oportuit ét q̃ in lege proponerentur quædam præmia obseruantium legem, & pœnæ trãsgredientium, vt patet Deut. 28. Si audieris vocem domini Dei tui, faciet te excelsiorem cunctis gentibus &c. & huiusmodi dicuntur iustificationes, secundum quod Deus aliquos iuste punit, vel præmiat. Ipsa autem agenda sub præcepto non cadunt, nisi inquantum habent talem quam debiti rationem. Est autem duplex debitum, vnum quidem secundum regulam rationis: aliud autem secundum regulã legis determinantis, sicut † Philosophus in 5. Eth. distinguit duplex iustum. s. morale, & legale. Debitũ autem morale est duplex: dictat enim ratio aliquid faciendum vel tanquam necessarium, sine quo non potest esse ordo virtutis, vel tanquam vtile ad hoc, q̃ ordo virtutis melius conseruetur: & secundum hoc quædã moralium præcise præcipiuntur, vel prohibentur in lege: sicut, Non occides, Non furtum facies: & hęc proprie dicuntur præcepta. Quædam vero præcipiuntur, vel prohibentur, non quasi præcise debita, sed propter melius, & ista possunt dici mandata: quia quandã inductionem habent, & persuasionem, sicut illud Exod. 22. Si pignus acceperis vestimentum a proximo tuo, ante solis occasum reddas ei, & aliqua similia: vnde * Hiero. dicit, quòd in præceptis est iustitia, in mandatis vero charitas. Debitum autem ex determinatione legis in rebus quidem humanis pertinet ad iudicialia: in rebus autem diuinis ad cæremonialia. quãuis etiam ex quæ pertinent ad pœnam, vel præmia, dici possint testimonia, inquãtum sunt protestationes quædam diuinæ iustitiæ. Omnia vero præcepta legis possũt dici iustificationes, inquantum sunt quædam executiones legalis iustitiæ. Possunt etiam aliter mandata a præceptis distingui, vt præcepta dicantur quæ Deus per seipsum iussit: mandata autem, quæ per alios mandauit, vt ipsum nomen sonare videtur. Ex quibus omnibus apparet, q̃ omnia legis præcepta continentur sub moralibus, cæremonialibus, & iudicialibus: alia vero nõ habent rationem præceptorum, sed ordinantur ad præceptorum obseruationem, vt * dictum est.

Cap. 7. to. 5

In præmio in Marcum a medio, re peries i gl. ordinaria.

In isto art.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ sola iustitia inter alias virtutes importat rationem debiti: & ideo moralia intantum sunt lege determinabilia, inquantum pertinent ad iustitiam, cuius etiam quædam pars est religio, vt Tullius dicit. vnde iustum legale nō potest esse aliquod præter cæremonialia, & iudicialia præcepta. Ad alia patet responsio per ea quæ dicta sunt.

Ll.2. de inuent. in fol. 4. ante fine lib.

Articvlvs VI.

Vtrum lex vetus debuerit inducere ad obseruationem præceptorum per temporales promissiones, & comminationes.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quòd lex vetus nō debuerit inducere ad obseruantiam præceptorum per temporales promissiones, & comminationes. Intentio enim legis diuinæ est, vt homines Deo subdat per timorem, & amorem. vnde dicitur Deut. 10. Et nūc Israel, quid dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum? sed cupiditas rerum temporalium abducit a Deo. dicit enim * Aug. in lib. 83. quæstionum, Quòd venenum charitatis est cupiditas. ergo promissiones, & comminationes temporales videntur contrariari intentioni legislatoris, quod facile legem reprobabilem facit, vt patet per † Philosophum in 7. Polit.

Supra q. 91 ar. 5. co. & infra q. 107 art. 1. ad 2. Et 3. dist. 4. ar. 1. cor. & ar 4. Et Ro. 8. lec. 3. & cap. 10. Et 2. Cor. 11. lec. 6.

*q. 36. non procul a princip. tom. 4.

† Cap. 2. 2 med. tom. 5

¶ 2 Præt. Lex diuina est excellentior quàm lex humana: videmus autem in scientijs, ꝙ quanto aliqua est altior, tanto per altiora media procedit. ergo cum lex humana procedat ad inducendum homines per temporales comminationes, & promissiones, lex diuina non debuit ex his procedere, sed per aliqua maiora. ¶ 3 Præt. Id non potest esse præmium iustitiæ, vel pœna culpæ, quod æqualiter euenit & bonis, & malis: sed sicut dicitur Eccles. 9. Vniuersa æque eueniunt iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia cōtemnenti. ergo temporalia bona, vel mala non conuenienter ponuntur vt pœna, vel præmia mandatorum legis diuinæ.

Sed contra est, quod dicitur Isaiæ primo, Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.

Respon. Dicendum, quòd sicut in scientijs speculatiuis inducuntur homines ad assentiendum conclusionibus per media syllogistica: ita etiam in quibuslibet legibus homines inducuntur ad obseruātias præceptorum per pœnas, & præmia. Videmus autem in scientijs speculatiuis, quòd media proponuntur auditori secundum eius conditionem. Vnde sicut oportet ordinate in scientijs procedere, vt ex notioribus disciplina incipiat: ita etiā oportet eum, qui vult inducere hominem ad obseruantiam præceptorum, vt ex illis eum mouere incipiat, quę sunt in eius affectu, sicut pueri prouocātur ad aliquid faciendum aliquibus puerilibus munusculis. Dictum est autem * supra, ꝙ lex vetus disponebat ad Christum, sicut imperfectum ad perfectum: vnde dabatur populo adhuc imperfecto in comparatione ad perfectiorem, quæ erat futura per Christum: & ideo populus ille comparatur puero sub pędagogo existenti, vt patet Galat. 3. Perfectio aūt hominis est, vt contemptis temporalibus, spiritualibus inhęreat, vt patet per illud qđ Apostolus dicit Phili. 3. Quæ quidē retro sunt obliuiscēs, ad ea quæ priora sunt me extendo: quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Imperfectorum autē est, quòd temporalia bona desiderent, in ordine tamē ad Deum: peruersorum autem est, ꝙ in temporalibus bonis finem constituant. Vnde legi veteri conueniebat, vt per temporalia, quæ erāt in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum.

q. 98. art. 1. & 2. ad 1. & art. 3.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ cupiditas, qua hō constituit finem in temporalibus bonis, est charitatis venenum: sed consecutio temporalium bonorū, quæ homo desiderat in ordine ad Deum, est quædam via inducens imperfectos ad Dei amorem, secundum illud psal. 48. Confitebitur tibi, cum benefeceris illi.

Ad 2^m dicendū, ꝙ lex humana inducit homines ex temporalibus præmijs, vel pœnis per homines inducendis: lex vero diuina ex præmijs, vel pœnis exhibendis per Deū, & in hoc procedit per media altiora.

Ad 3^m dicendū, ꝙ sicut patet historias veteris testamenti reuoluenti, cōis status populi semper sub lege in prosperitate fuit, quandiu legem obseruabant, & statim declinantes a præceptis legis diuinæ, in multas aduersitates incidebant. Sed aliquæ personæ particulares etiam iustitiam legis obseruātes, in aliquas aduersitates incidebāt, vel quia iam erant spirituales effecti, vt per hoc magis ab affectu temporalium abstraherētur, & eorum virtus probata redderetur: aut quia opera legis exterius implentes, cor eorum habebant in temporalibus defixum, & a Deo elongatum, secundum quod dicitur Isa. 29. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me.

QVAESTIO C.

De præceptis morālibus ueteris legis, in duodecim articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis centesimæ Articulum primum.*

In 1. ar. q. 100. no ta, ꝙ appellatione moralium in hoc lo eo intelliguntur nō solum ea, quę ex ratione naturali pura deriuantur, vt conclusiones ex principijs, sed etiam quæ eidem adiuncto illi lumine fidei consonāt. Et propterea cū in litera dicitur, qđ moralia sunt de illis, quæ secundum se ad bonos mores pertinent, ly, secundum se, non distinguit contra adiunctā fidem, sed contra institutionē. Ita quòd moralia sunt, quæ si nunquām essent lege aliqua fixuta, seruanda sunt ex naturali ratione, vel sola, vel fidei lumine adiuta. Cæremonialia autem, & iudicialia, quæ antequām lege ponerentur, indifferens erat sic, vel aliter poni, puta, quòd blasphemus lapidaretur magis quàm decapitaretur, & ꝙ offeratur agnus magis quàm hœdus, & huiusmodi.

Eiusdē confiderandum est de singulis generibus præceptorū veteris legis.

Et primo, de præceptis moralibus. Secundo, de cęremonialibus. Tertio, de iudicialibus.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis sint de lege naturæ.

¶ Secundo, Vtrum præcepta moralia veteris legis sint de actibus omnium virtutum.

¶ Tertio, Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decē præcepta decalogi.

¶ Quarto, De distinctione præceptorum decalogi.

¶ Quinto, De numero eorum.

¶ Sexto, De ordine.

¶ Septimo, De modo tradēdi ipsa.

¶ Octauo, Vtrū sint dispensabilia.

¶ Nono, Vtrū modus obseruandi virtutē cadat sub præcepto.

¶ Decimo, Vtrum modus charitatis cadat sub præcepto.

¶ Vndecimo, De distinctione aliorum præceptorum moralium.

¶ Duodecimo, Vtrum præcepta moralia veteris legis iustificent.

Articvlvs primvs.

Vtrum omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ.

1.2. q. 99. ad 2. co. & q. 1. Matt. 19. 11.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd non omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ. Dicitur enim Eccle. 17. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos: sed disciplina diuiditur contra legem naturæ, eo quòd lex naturalis non addiscitur, sed ex naturali instinctu habetur. ergo non omnia præcepta moralia sunt de lege naturæ.

¶ 2 Præt. Lex diuina perfectior est q̄ lex humana: sed lex humana superaddit aliqua ad bonos mores pertinentia his, quæ sunt de lege naturæ, qđ patet ex hoc, quòd lex naturæ est eadem apud omnes: huiusmodi autem morum instituta sunt diuersa apud diuersos. ergo multo fortius diuina lex aliqua ad bonos mores pertinentia debuit addere supra legem naturæ.

¶ 3 Præt. Sicut ratio naturalis indūcit ad aliquos bonos mores, ita & fides. vnde etiam dicitur ad Galat. 5. ꝙ fides per dilectionem operatur: sed fides non continetur sub lege naturæ, quia ea quæ sunt fidei, sunt supra rationem naturalem. ergo non omnia præcepta moralia legis diuinæ pertinent ad legem naturæ.

Sed contra est, quod dicit Apostol. Rom. 2. Quòd gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quę legis sunt, faciunt: quod oportet intelligi de his, quæ pertinent ad bonos mores. ergo omnia moralia præcepta legis sunt de lege naturæ.

Respon. Dicendum, ꝙ præcepta moralia a cæremonialibus, & iudicialibus sunt distincta. Moralia. n. sunt de illis quæ secundum se ad bonos mores pertinent. Cum autem humani mores dicantur in ordine ad rationem, quę est proprium principium humanorum actuū, illi mores dicuntur boni, qui rationi congruunt: mali autem, qui a ratione discordant. Sicut autem omne iudicium rationis speculatiuæ procedit a naturali cognitione primorum principiorū: ita ēt omne iudicium rationis practicæ procedit ex quibusdam principijs naturaliter cognitis, vt supra dictum est, ex quibus diuersimode procedi potest ad iudicandum de diuersis. Quædā. n. sunt in humanis actibus adeo explicita, ꝙ statim cum modica consideratione possunt approbari, vel reprobari per illa communia, & prima principia. Quædam vero sunt, ad quorum iudicium requiritur multa consideratio diuersarum circunstantiarum, quas considerare diligenter nō est cuiuslibet, sed sapientum: sicut considerare particulares conclusiones scientiarum, non pertinet ad omnes, sed ad solos philosophos. Quædam vero sunt, ad quę dijudicanda indiget homo adiuuari p instructionem diuinam, sicut est circa credēda. Sic igitur patet, ꝙ cum moralia præcepta sint de his quę pertinent ad bonos mores, hæc aūt sunt quæ rationi conueniunt: omne autem rationis humanæ iudicium aliqualiter a naturali ratione derivatur, necesse est, ꝙ omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ, sed diuersimode. Quædam. n. sunt, quæ statim per se ratio naturalis cuiuslibet hominis dijudicat esse facienda, vel nō facienda: sicut, Honora patrem tuum & matrem, &, Non occides, Nō furtum facies, & hmōi, sunt absolute de lege naturæ. Quædam vero sunt, quæ subtiliori cōsideratione rationis a sapientibus iudicantur esse obseruanda: & ista sic sunt de lege naturæ, vt tā indigeant disciplina, qua minores a sapiētioribus instruantur, sicut illud. Coram cano capite cōsurge: & Honora personam senis, & alia hmōi. Quædam vero sunt, ad quæ iudicanda ratio humana indiget instructione diuina, per quam erudimur de diuinis: sicut est illud, Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem: Non assumes nomen Dei tui in vanum.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articvlvs II.

Vtrum præcepta moralis legis sint de omnibus actibus uirtutum.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ precepta moralia legis nō sint de omnibus actibus virtutum. Obseruatio. n. præceptorum veteris legis iustificatio nominatur, secundum illud psal. 118. Iustificationes tuas custodiā: sed iustificatio est executio iustitiæ. ergo precepta moralia nō sunt nisi de actibus iustitiæ.

¶ 2 Præt. Id qđ cadit sub precepto, habet rationē debiti: sed rō debiti non pertinet ad alias virtutes, nisi ad solā iustitiam, cuius proprius actus est reddere vnicuiq; debitū. ergo præcepta legis moralia non sunt de actibus aliarū virtutum, sed solum de actibus iustitiæ.

¶ 3 Præt. Omnis lex ponitur propter bonum commune, vt dicit * Isidor. sed inter virtutes sola iustitia respicit bonum commune, vt * Philosophus dicit in 5. Ethic. ergo præcepta moralia sunt solum de actibus iustitiæ.

Sed contra est, qđ † Ambr. dicit, ꝙ peccatum est transgressio legis diuinæ, & cælestiū inobedientia mandatorum: sed peccata contrariantur omnibus actibus virtutum. ergo lex diuina habet ordinare de actibus omnium virtutum.

Respon. dicendum, ꝙ cum præcepta legis ordinentur ad bonum commune, sicut supra habitum est, necesse est ꝙ præcepta legis diuersificentur secundum diuersos modos cōmunitatum. Vnde * Philosophus in sua politica docet, ꝙ alias leges oportet statuere in ciuitate, quæ regit rege, & alias in ea, quæ regitur per populum, vel p aliquos potētes de ciuitate. Est autem alius modus communitatis, ad quam ordinatur lex humana, & ad quā ordinatur lex diuina. Lex enim humana ordinatur ad cōmunitatem ciuilem, quæ est hominū adinuicem. Homines autem ordinantur adinuicē per exteriores actus, quibus homines sibiinuicem cōmunicāt: huiusmodi autem cōmunicatio pertinet ad

¶ *Super Quæstionis centesimæ Articulum secundum.*

In art. 2. eiusdem quæstionis not. differentias duas in litera inter legem humanam & diuinam, quo ad disponēdum de omnium virtutū actibus ex subiuncti eorum diuersitate illatas. Prima. est, quia lex humana disponit de sola iustitia formaliter: de aliis autem virtutibus, vt induunt rationem iustitiæ. lex autem diuina disponit de omnibus virtutibus absolute. Et ratio huius est: quia illa attendit rationē debiti respectu communis boni: ista autem attendit rationem cōiunctionis ad Deū. Cōiunctio autem ad Deum omni virtute absolute sūpra est: quia bene disponitur mēs secundum suam tornam la titudinem. Secunda est, quòd, quia inficiari nō potest, quin omnis ad aliquā debiti rationem non se vertat (quia nisi debitum esset, aut fieret lege positum, sub lege nō caderet) lex humana rationē debiti proprie dicti respicit: lex aūt diuina rationē debiti metaphorice, vel debiti obedientiæ.

Lib. 5. Etymo. cap. 21

*ea. 1. & 2. & 21. to. 5.

† In lib. de parad. ca. 8. ante med. tom. 4.

¶ Quod si non penetras, scito, quòd ista triplex debiti ratio ita se habet, ꝙ debitum obedientiæ est commune omni legi, & consurgit ex ratione principantis, & subditi. Et de tali debito non est sermo, cū quæritur sub qua ratione actus virtutum cedant sub lege: quia debitū obedientiæ non ponit in actibus rationē, qua ordinatur in finem legis, sed obligationem ad exequendum lege posita. Debitum autem inferiorum

q. 90. art. 2.

Lib. 3. cap. 5. 6. & 9. to mo 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ad superius in eodē homine, quod metaphorice debitū dicitur, iustitia proprie dicta non sundat, vt ex 5. Eth. habetur. Debitum demū proprie dictum vnius hominis ad alterum, & ad commune bonum ad iustitiam proprie dictā, spectat. Et propterea lex humana, q debiti proprie dicti tōnē dirigit, nullius virtutis actus, nisi sub ratione iustitiæ imperat. lex autem diuina quæ totum hominem sanat secūdum seipsum, quia secundum seipsum iungitur Deo, omniū virtutum actus ordinat absolute sub ratione debiti metaphorice, & concurrente commūnissimo debito obedientiæ, vt obligante ad parendum: & propterea in litera vtriusque author meminit in responsionib* argumētorū.

¶ Et scito, q in eisdem responsionibus, nomine, Rōnis, author intendit supremum in homine: nomine vero, Virtutū inferiorum, reliqua quæ sunt hominis, vt responsio ad primum iuncta responsioni ad secundū aperit. oportet enim supremæ regulæ consonare reliqua.

¶ *Super Quæstionis centesimæ Articulum tertium.*

ARticulum tertiū eiusdem q. 100. si non plene discernis, vide articulū vndecimum eiusdē, & intelliges differentiā inter prima principia moralia, & præcepta decalogi, quæ sunt prima legis elementa. Illa enim statim notis terminis ex natura, vel fide infusa cognoscimus: ista autem statim ex primis prædictis cognoscimus. & ppterea illa Deū p naturā, vel fidem dicitur indidisse, vel infudisse: ista aūt per nosipsos, tanquam a Deo proposita mediantibus illis cognoscere: reliqua aūt p instructionem humanā diligenti inuestigatione, aut disciplina.

Cap. 1. circa med. & deinceps to mo 5.

Cap. vlt. to mo 5.

Inf. a. 11. Et 2. 2. q. 122. a. 6. & 9. ad 2. Et 3. dist. 37. art. 2. q. 1. cor. & 3. per totū. Et mal. q. 14. ar. 2. ad 14. Et quol. 7. ar. 17. ad 8.

rationem iustitiæ, quæ est proprie directiua cōmunitatis humanæ. & ideo lex humana non proponit præcepta nisi de actibus iustitiæ: & si præcipiat actus aliarum virtutum, hoc non est nisi inquantum assumunt rationem iustitiæ, vt patet per* Philosophum in 5. Eth. Sed cōitas, ad quam ordinat lex diuina, est hominum ad Deū vel in præsenti, vel in futura vita: & ideo lex diuina præcepta proponit de oibus illis, per quæ homines bene ordinentur ad cōiactionem cum Deo. Homo autem Deo cōiungitur ratione, siue mente, in qua est Dei imago: & ideo lex diuina præcepta proponit de omnibus illis, per quæ ratio hominis bene ordinata est: hoc autem contingit per actus omnium virtutum. Nam virtutes intellectuales ordinant bene actus rationis in seipsis: virtutes autē morales ordinant bene actus rationis circa interiores passiones, & exteriores operationes. Et ideo manifestum est, q lex diuina conuenienter proponit præcepta de actibus omniū virtutum: ita tñ q quædam, sine quibus ordo virtutis, qui est ordo rationis, obseruari nō pōt, cadunt sub obligatione præcepti: quædā vero, quę pertinent ad bene esse virtutis perfectę, cadūt sub admonitione cōsilij.

AD PRIMVM ergo dicendum, q adimpletio mandatorum legis ēt quæ sunt de actibus aliarum virtutū, habet rationem iustificationis, inquantum iustum est vt homo obediat Deo, vel etiā inquantum iustum est, q omnia quę sunt hominis, rationi subdantur.

AD 2^m dicendū, q iustitia proprie dicta attendit debitum vnius hominis ad aliū: sed in omnibus alijs virtutibus attenditur debitū inferiorum virtutū ad rationem: & secundum rationem huius debiti *Philosophus assignat in 5. Ethic. quandam iustitiam metaphoricā.

AD 3^m patet respōsio p ea quæ dicta sunt de diuersitate cōitatis.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur q non omnia præcepta moralia veteris legis reducā tur ad decem præcepta decalogi. Prima. n. & principalia legis præceptа sunt. Diliges Dominum Deū tuum: & diliges proximum tuū, vt habetur Matth. 22. sed ista duo non continentur in præceptis decalogi. ergo non omnia præcepta moralia continentur in præceptis decalogi.

¶ 2 Præt. Præcepta moralia non reducuntur ad præcepta cæremonialia, sed potius econuerso: sed inter præcepta decalogi est vnum cæremoniale. s. Memento, vt diem Sabbathi sanctifices. ergo præcepta moralia non reducuntur ad omnia præcepta decalogi.

¶ 3 Præt. Præcepta moralia sunt de omnibus actibus virtutum: sed inter præcepta decalogi ponuntur sola præcepta pertinentia ad actus iustitiæ, vt patet discurrenti per singula. ergo præcepta decalogi non continent omnia præcepta moralia.

SED CONTRA est, qđ Matt. 5. sup illud, Beati estis cū maledixerint &c. dicit* gl. q Moyses decē præcepta proponens, postea p partes explicat. ergo omnia præcepta legis sunt quædā partes præceptorum decalogi.

Glo. ordi. in hoc loco.

RESPON. Dicendum, q præcepta decalogi ab alijs præceptis legis differunt in hoc, q præcepta decalogi per seipsum Deus dicitur populo proposuisse: alia vero præcepta proposuit populo per Mosen. Illa ergo præcepta ad decalogum pertinent, quorum notitiam homo habet per seipsum a Deo: hmōi vero sunt illa, quę statim ex principijs communibus primis cognosci possunt modica cōsideratione, & iterum illa, quæ statim ex fide diuinitus infusa innotescunt. Inter præcepta ergo decalogi non cōputantur duo genera præceptorum, illa. s. quæ sunt prima & communia, quorum non oportet aliquam editionem esse, nisi q sunt scripta in ratione naturali quasi per se nota, sicut q homo nulli debet malefacere, & alia huiusmodi: & iterum illa, quæ per diligentem inquisitionem sapientum inueniuntur rationi conuenire: hæc enim prouenerunt a Deo ad populum mediante disciplina sapientum. Vtraque tamen horum præceptorum continentur in præceptis decalogi, sed diuersimode. nam illa quæ sunt prima, & communia, continentur in eis sicut principia in conclusionibus proximis: illa vero quæ per sapientes cognoscuntur, continentur in eis econuerso, sicut conclusiones in principijs.

AD PRIMVM ergo dicendum, q illa duo præcepta sunt prima & cōia præcepta legis naturę, quę sunt per se nota rationi humanæ vel per naturam, vel per fidem: & ideo omnia præcepta decalogi ad illa duo referuntur, sicut conclusiones ad principia communia.

AD 2^m dicēdum, q præceptū de obseruatione Sabbathi, est secundum aliquid morale, inquātum .s. per hoc præcipitur, q homo aliquo tempore vacet rebus diuinis, secundum illud ps. 45. Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: & secundum hoc inter præcepta decalogi computatur, non autem quantum ad ratationem temporis, quia secundū hoc est cæremoniale.

AD 3^m dicendum, quòd ratio debiti in alijs virtutibus est magis latens, quàm in iustitia: & ideo præcepta de actibus aliarum virtutum non sunt ita nota populo, sicut præcepta de actibus iustitiæ. & propter hoc actus iustitię specialiter cadunt sub præceptis decalogi, quæ sunt prima legis elementa.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum præcepta decalogi conuenienter distinguantur.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur q incōuenienter præcepta decalogi distinguant. excludit fidei, & charitatis actus a præceptis decalogi: quoniam uult ea pertinere ad principia p̄ceptorum decalogi, sicut per principia naturaliter nota. Et de charitate quidem patet ex eo, quod finis præcepti est charitas. 1. ad Tim. 1. de fide autem ad Heb. 11. Accedentem ad Deum &c. P, quia literæ, est alia promulgatione, sed ex ipsa natura, uel infusione adsunt.

¶ Secundo, quòd licet præcepta nō sint distinguenda secundum distinctionem fidei a latria, aut eōtra: sunt tamen distinguenda penes diuersa pertinētia ad latriam, seu religionē: quia ista est pars iustitiæ, & spectat ad ipsum decalogū, unde tria prima p̄cepta decalogi de actibus religiosis sunt: & propterea author hoc dixit in litera.

Infra 22. Et 3. dist. 37. in ex. p. lit. pen.

IN art. 4. eiusdem quæstionis in resp̄one ad primum nota duo.

¶ Primo, q author

¶ *Super Quæstionis centesimæ Articulum quartum.*

Latria enim est alia virtus a fide: sed præcepta dantur de actibus virtutū. & hoc quod dicitur in principio decalogi, Nō habebis Deos alienos coram me, pertinet ad fidem. quod autem subditur, Non facies sculptile &c. pertinpta, & triam. ergo sunt duo iustinus dicit. non vnū, sicuepta affirmatiua in ¶ 2 Prāguuntur a negatiuis, sicut, Honora patrem & matrē: &, Non occides: sed hoc quod dicitur, Ego sum Dominus Deus tuus, est affirmatiuum: quod autē subditur, Non habebis Deos alienos coram me, est negatiuum. ergo sunt duo præcepta, & non continentur sub vno, vt* Aug. ponit.

¶ 3 Præt. Apostolus ad Rom. 7. dicit. Concupiscētiam nesciebat, nisi lex diceret, Non concupisces. & sic videtur q hoc p̄ceptū, Non concupisces, sit vnū præceptum. non ergo debuit distingui in duo.

SED CONTRA est auctoritas *Augustini. in glos. super Exod. vbi ponit tria præcepta pertinentia ad Deum, & septem ad proximum.

RESPON. dicendum, quòd præcepta decalogi diuersimode a diuersis distinguuntur.* Esitius enim Leuit. 26. super illud, Decem mulieres in vno clibano coquunt panes, dicit præceptum de obseruatione sabbathi non esse de decem præceptis: quia non est obseruandum secūdum literam secundum omne tempus. Distinguit tamen quatuor præcepta pertinētia ad Deū vt primum sit: Ego sum Dominus Deus tuus. secundum sit: Nō habebis Deos alienos cora me. & sic etiam distinguit hæc duo* Hieron. Osee. 10. sup illud, Propter duas iniquitates tuas. Tertium vero præceptum esse dicit, Non facies tibi sculptile. Quartū vero, Non assumes nomen Dei tui in vanum. Pertinentia vero ad proximum dicit esse sex, vt primum sit, Honora patrem & matrem tuam. Secundum, Non occides. Tertiū, Non mœchaberis. Quartum, Non furtum facies. Quintū, Nō falsum testimoniū dices. Sextū, Non concupisces.

¶ Sed primo hoc videtur inconueniens, quòd præceptum de obseruatione sabbathi præceptis decalogi interponatur, si nullo modo ad decalogum pertineat. Secundo, quia cum scriptum sit Matth. 7. Nemo potest duobus dominis seruire: eiusdem rationis esse videtur, & sub eodem præcepto cadere, Ego sum Dominus Deus tuus: &, Non habebis Deos alienos. Vnde* Origenes distinguens etiam quatuor præcepta ordinātia ad Deum, ponit ista duo pro vno præcepto. Secundum vero ponit, Non facies sculptile, Tertium vero, Non assumes nomen Dei tui in vanum Quartum, Memento vt diem sabbathi sanctifices. Alia vero sex ponit sicut* Esitius. Sed quia facere sculptile, vel similitudinem non est prohibitum, nisi secundum hoc vt non colantur pro diis, nam in tabernaculo Deus præcepit fieri imaginem Seraphim, vt dicitur Exod. 25. conuenientius* Augustinus ponit sub vno præcepto, Non habebis Deos alienos: &, Non facies sculptile. Similiter etiam concupiscentia vxoris alienæ ad commistionem, pertinet ad concupiscentiam carnis. Concupiscentię autem aliarum rerum, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum ad possidendum, pertinet ad cōcupiscentiam alienam, & vxorem alienā: ponit duo præcepta de rum. Vnde etiam* Augustinus non cōcupiscendum alienam, & vxorem alienā: non cōcupiscendo ponit duo præcepta in ordine ad Deum, & septē in ordine ad proximum. & hoc melius est.

q. 71. ī Exo. tom. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd latria non est nisi quædam protestatio fidei: vnde non sunt alia p̄cepta danda de latria, & alia de fide. potius tamen sunt aliqua præcepta danda de latria quàm de fide: quia præceptum fidei præsupponitur ad præcepta decalogi, sicut præceptum dilectionis. Sicut enim prima p̄cepta communia legis naturæ sunt per se nota habenti rationem naturalem, & promulgatione non indigent: ita etiam & hoc, quod est credere in Deum, est primum & per se notum ei qui habet fidem. Accedētem enim ad Deum oportet credere, quia est, vt dicitur ad Hebr. 11. & ideo non indiget alia promulgatione, nisi infusione fidei.

AD 2^m dicendū, quòd præcepta affirmatiua distinguuntur a negatiuis, quando unum non comprehenditur in alio: sicut in honoratione parentum non includitur, quòd nullus homo occidatur, nec econuerso: & propter hoc dantur diuersa præcepta super hoc. Sed quando affirmatiuum comprehenditur sub negatiuo, uel econuerso, non dātur super hoc diuersa præcepta, sicut non datur aliud præceptum de hoc quod est, Non furtum facies: & de hoc, quod est conseruare rem alienam, uel restituere eam. & eadem ratione nō sunt diuersa præcepta de credendo in Deū, & de hoc, quòd non credatur in alienos Deos.

AD 3^m dicendum, quòd omnis cōcupiscentia cōuenit in una cōmuni rōne: & ideo Apostolus singulariter de mādato cōcupiscendi loquit. Quia tñ in speciali diuersæ sunt rōnes cōcupiscēdi, ideo* Aug. distinguit diuersa p̄cepta de non cōcupiscēdo: differūt enim specie concupiscentiæ fm diuersitatem actionum, vel concupiscibilium, ut* Philoso. dicit in 10. Ethic.

q. 71. ī Exo. tom. 4. Ca. 3. a me. & cap. 5.

ARTICVLVS V.

Vtrum præcepta decalogi conuenienter enumerentur.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur q inconuenienter præcepta decalogi enumerētur. Peccatum enim, ut* Amb. dicit, est transgressio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandatorum: sed peccata distinguūtur per hoc, q homo peccat uel in Deum, uel in proximum, uel in seipsum. cum igitur in præceptis decalogi nō ponātur aliqua præcepta ordinantia hominem ad seipsum, sed solū ordinantia ipsum ad Deum & proximum, uidetur q insufficiens sit enumeratio præceptorū decalogi.

¶ 2 Præt. Sicut ad cultum Dei pertinebat obseruatio sabbathi, ita etiam obseruatio aliarum solemnitatum, & immolatio sacrificiorū: sed inter præcepta decalogi est unū pertinens ad obseruantiā sabbathi. ergo etiam debēt esse aliqua

¶ *Super Quæstionis centesimæ Articuli quintum.*

IN arti. 5. eiusdem quæs. noca, q illa uerba literæ, In sabbathi sanctificatione, fm quod est morale præceptum, p̄cipitur quies cordis in Deum: intelligūtur quo ad finē præcepti, non autē quo ad rem præceptam. Quies enim cordis in Deū per gratiā, & uocationem interiorem ad Deū, est finis illius præcepti, ut est morale: quoniam ad hoc ratio dictat tempus aliquod eximendū ab aliis operibus impedītibus. Et qđ hæc sit mēs authoris, nō solum ex q. 122. ar. 4. 22. sed ex dictis i hac quæst. patet. s. q̄ charitas est finis p̄ceptorū decalogi, & non spectat ad ea.

3. di. 37. ar. 2. q. 2. Et 3. contra cap. 120. fine, & 124. * Ambr. in lib. de para. cap. 8. ante med, to. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

…hinc habes, q̄ contingit peccatorum mortalium, quæ non contrariantur, non est in præcepto sanctificationis sabbathi, ut morale ē, nisi vt finis p̄cepti.

pertinentia ad alias solemnitates, & ad ritum sacrificiorum.

¶ 3 Præt. Sicut contra Deum peccat … sphemiæ, … contingit periurādo, ita etiā blasphemiam diuinam, … vel alias contra doctrinam … tur unum præcep… …iendo: sed p… …hibēs periurium, cum dicitur. Non assumes nomen Dei tui in vanum. ergo peccatum blasphemiæ, & falsæ doctrinæ debent aliquo præcepto decalogi prohiberi.

¶ 4 Præt. Sicut homo naturalem dilectionem habet ad parentes, ita etiam ad filios. mandatum etiam charitatis ad omnes proximos extenditur: sed præcepta decalogi ordinantur ad charitatem, secundum illud 1. Timo. 1. Finis præcepti charitas est. ergo sicut ponitur quoddam præceptum pertinens ad parentes, ita etiam debuērunt poni aliqua præcepta pertinentia ad filios, & alios proximos.

¶ 5 Præt. In quolibet genere peccati contingit peccare corde & opere: sed in quibusdam generibus peccatorum, scilicet in furto, & adulterio seorsum prohibetur peccatum operis, cum dicitur: Non mœchaberis, Non furtum facies & seorsum peccatum cordis, cū dicitur: Non cōcupisces rem proximi tui: &, Nō concupisces uxorem proximi tui. ergo etiam idem debuit poni in peccato homicidii, & falsi testimonii.

¶ 6 Præt. Sicut contingit peccatum prouenire ex inordinatione concupiscibilis, ita etiam ex inordinatione irascibilis: sed quibusdam p̄ceptis prohibetur inordinata concupiscentia, cum dicitur: Non cōcupisces. ergo etiam aliqua præcepta in decalogo debuerunt poni, per quæ prohiberetur inordinatio irascibilis. non ergo uidetur, quòd conuenienter decem p̄cepta decalogi enumerentur.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 4. Ostendit vobis pactum suum, quod p̄cepit vt faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

ar. 2. hui' q. RESPON. Dicendum, q̄ sicut* supra dictum est, sicut p̄cepta legis humanę ordināt hoīem ad quandam cōitatē humanā, ita p̄cepta legis diuinę ordināt hoīem ad quandā cōitatem, seu rēpublicam hoīum sub Deo. Ad hoc aūt quòd aliquis in aliqua communitate bene conuersetur, duo requiruntur, quorū primum est, ut bene se habeat ad eum, qui præest cōmunitati. Aliud autem est, ut homo bene se habeat ad alios cōmunitatis cōsocios, & comparticipes. Oportet igitur, quòd in lege diuina primo ferantur quædam præcepta ordinantia hominem ad Deum, & inde alia quędam præcepta ordinantia hominem ad alios proximos simul conuenientes sub Deo. Principi autem communitatis tria debet homo, primo fidelitatem, secundo reuerentiam, tertio famulatum. Fidelitas quidem ad dominum in hoc consistit, ut honorem principatus ad aliū non deferat. & quantum ad hoc accipitur primū p̄ceptum cum dicitur: Non habebis Deos alienos. Reuerentia autem ad dominum requiritur, ut nihil iniuriosum in eum committatur. & quantum ad hoc accipitur secundum præceptum, quod est: Non assumes nomen Domini Dei tui in uanum. Famulatus autem debetur domino in recompēsationem beneficiorum, quę ab ipso percipiunt subditi. Et ad hoc pertinet tertium præceptum de sanctificatione sabbathi in memoriam creationis rerum. Ad proximos autem aliquis bene se habet & specialiter, & generaliter. Specialiter quidem quantum ad illos, quorum est debitor, ut eis debitum reddat. & quantum ad hoc accipitur præceptum de honoratione parentum. Generaliter autem quantum ad omnes, ut nulli nocumentum inferatur neque opere, neque ore, neque corde. Opere quidem infertur nocumentum proximo, quandoque quidem in propriam personam, quantum ad cōsistentiā personę. & hoc prohibetur per hoc quod coniungitur: Non occides. Quandoque autem in personā hoc prohibetur tantum ad propagationem prolis. & doque autē in rem p̄cipitur: Non mœchaberis. Quandoque, & quantum ad hoc dicitur, quæ ordinatur ad utrum Nocumentum autem oris prohibetur furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsū. dicitur: nium. Nocumentum autem cordis prohibetur, cum dicitur: Non concupisces. Et secundum hanc etiā differentiam possent distingui tria præcepta ordinantia in Deum, quorum primum pertinet ad opus. unde ibi dicitur: Non facies sculptile. Secundum ad os. unde dicitur: Non assumes nomen Dei tui in uanū. Tertium pertinet ad cor, quia in sanctificatione sabbathi, fm quod est morale præceptum, præcipitur quies cordis in Deum. Vel fm* Aug. per primum præceptum reueremur unitatem primi principii, per secundum ueritatem diuinam, per tertium eius bonitatem qua sanctificamur, & in qua quiescimus sicut in fine.

In 3. phil. 31. comment. 1. parum ante med. & 2. 2. q. 58. in Exod. p. 71. 20. 4.

AD PRIMVM ergo potest responderi dupliciter. Primo quidem, quia p̄cepta decalogi referuntur ad p̄cepta dilectionis. Fuit autem dandum præceptum homini de dilectione Dei & proximi: quia quantum ad hoc, lex naturalis obscurata erat propter peccatū, non autem quantum ad dilectionem suiipsius: quia quātum ad hoc, lex naturalis uigebat: uel quia etiam dilectio suiipsius includitur in dilectione Dei & proximi. In hoc enim homo uere se diligit, quòd se ordinat in Deum: & ideo in præceptis decalogi ponuntur solum præcepta pertinentia ad proximum, & ad Deū. Aliter potest dici, q̄ præcepta decalogi sunt illa, quæ immediate populus recipit a Deo, unde dicitur Deut. 10. Scripsit in tabulis iuxta id quod prius scripserat, uerba decem, quæ locutus est ad uos Dominus. unde oportet præcepta decalogi talia esse, quæ statim in mente populi cadere possunt: præceptum autem habet rationem debiti. Quòd aūt homo ex necessitate debeat aliquid Deo, uel proximo, hoc de facili cadit in conceptione hominis, & præcipue fidelis: sed q̄ aliquid ex necessitate sit debitum homini de his quæ pertinent ad seipsum, & non ad alium, hoc non ita in promptu apparet. Videtur enim primo aspectu, q̄ quilibet ut liber in his quæ ad ipsum pertinent: & ideo p̄cepta, quibus prohibentur inordinationes hoīs ad seipsum, perueniunt ad populum mediante instructione sapiētum, unde non pertinent ad decalogum.

AD 2^m dicendum, quòd omnes solemnitates legis ueteris sunt institutæ in commemorationem alicuius diuini beneficii uel præteriti commemorati, uel futuri præfigurati: & similiter propter hoc omnia sacrificia offerebantur. inter omnia autem beneficia Dei commemoranda, primum & p̄cipuum erat beneficium creationis, quod commemoratur in sanctificatione sabbathi. Vnde Exod. 20. pro ratione huius præcepti ponitur. Sex enim diebus fecit Deus cælum & terram &c. Inter omnia autem futura beneficia, quę erant p̄figuranda, p̄cipuum & finale erat quies mentis in Deo, uel in præsenti per gratiam, uel in futuro per gloriam, quæ etiam figurabatur per obseruantiā sabbathi. Vnde dicitur Isa. 58. Si auerteris a sab-

A sabbatho pedem tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto meo, & uocaueris sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum. Hæc enim beneficia primo & principaliter sunt in mente hominum, maxime fidelium: aliæ uero solemnitates celebrantur propter aliqua particularia beneficia tēporaliter transeuntia, sicut celebratio Phase propter beneficium præteritæ liberationis ex Aegypto, & propter futuram passionem Christi quæ temporaliter transiuit, inducens nos in quietem sabbathi spiritualis. & ideo prætermissis omnibus aliis solemnitatibus & sacrificiis, de solo sabbatho fiebat mentio inter præcepta decalogi.

AD 3^m dicendum, quòd sicut Apostolus dicit ad Heb. 6. Homines per maiorem se iurant, & omnis cōtrouersię eorum finis ad confirmationem est iuramentum: & ideo quia iuramentum est omnibus commune, propter hoc prohibitio inordinationis circa iuramentum, specialiter præcepto decalogi prohibetur. Pēm uero falsæ doctrinæ nō pertinet nisi ad paucos: unde non oportebat, ut de hoc fieret mentio inter præcepta decalogi. quàmuis etiam quantum ad aliquem intellectum, in hoc quod dicitur, Non assumes nomē Dei tui in uanum, prohiberetur falsitas doctrinæ. una enim glossa exponit, Non dices Christū esse creaturā.

AD 4^m dicendum, quòd statim ratio naturalis homini dictat, quòd nulli iniuriam faciat: & ideo præcepta decalogi prohibentia nocumentum extendunt se ad omnes. Sed ratio naturalis non statim dictat, quòd aliquid sit pro alio faciēdum, nisi cui homo aliquid debet. Debitū autem filii ad patrem adeo est manifestū, quòd nulla tergiuersatione potest negari, eo quòd pater est principium generationis & esse, & insuper educationis & doctrinę: & ideo non ponitur sub præcepto decalogi, ut aliquod beneficium, uel obsequium alicui impendatur, nisi parentibus: parentes autē non uidentur esse debitores filiis propter aliqua beneficia susceptā, sed potius econuerso. Filiusetiam est aliquid patris, & patres amant filios vt aliquid ipsorum, sicut dicit* Philosophus in. 8. Eth. Vnde eisdem rationibus non ponuntur aliqua præcepta decalogi pertinentia ad amorem filiorum, sicut neque etiam aliqua ordinantia hominem ad seipsum.

AD 5^m dicendum, quòd delectatio adulterii, & vtilitas diuitiarum sunt propter seipsa appetibilia, inquātum habent rationem boni delectabilis, uel vtilis: & propter hoc oportuit in eis prohiberi nō solum opus, sed etiam concupiscētiam. Sed homicidium & falsitas sunt secundum seipsa horribilia, quia proximus & ueritas naturaliter amantur, & nō desiderantur nisi propter aliud: & ideo non oportuit circa peccatum homicidii, & falsi testimonii, prohibere peccatum cordis, sed solum operis.

AD 6^m dicendum, quòd sicut* supra dictum est, omnes passiones irascibilis deriuantur a passionibus cōcupiscibilis: & ideo in præceptis decalogi, quæ sunt quasi prima elementa legis, non erat mentio facienda de passionibus irascibilis, sed solum de passionibus concupiscibilis.

¶ *Super Quæstionis octauæ Articuli quarti & septimi.*

IN art 4 & 7. uide uigesimum cap. Exodi, ut perspicias quid author allegat, aut supponit: quoniam ibi omnia

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter ordinentur decem præcepta decalogi.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur quòd inconuenienter ordinentur decē præcepta decalogi. Dilectio enim proximi uidetur esse prærupta ad dilectionem Dei, quia proximus est nobis magis notus quàm Deus, fm illud. 1. Io. 3. Qui fratrem suum quem uidet, nō diligit, Deum quem non uidet, quomodo potest diligere? sed tria prima præcepta pertinent ad dilectionē Dei, septem uero alia ad dilectionē proximi. ergo inconuenienter præcepta decalogi ordinantur.

¶ 2 Præt. Per præcepta affirmatiua imperantur actus uirtutum, per præcepta uero negatiua prohibentur actus uitiorum: sed fm Boetium in commento Prædicamētorum, prius sunt extirpanda uitia, quàm inserantur uirtutes. ergo inter p̄cepta pertinentia ad proximū, primo ponenda fuerunt præcepta negatiua, quàm affirmatiua.

¶ 3 Præt. Præcepta legis dātur de actibus hominū: sed prior est actus cordis, quàm oris, uel exterioris operis. ergo inconuenienti ordine præcepta de non concupiscendo, quæ pertinent ad cor, ultimo ponuntur.

SED CONTRA est, quod Apostol. dicit Rom. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt: sed præcepta decalogi sunt immediate data a Deo, ut* dictum est. ergo conuenientem ordinem habent. ar. 3. hui' q.

RESPON. Dicendum, quòd sicut* dictum est, præcepta decalogi dantur de his, quæ statim in promptu mens hominis suscipit. Manifestum est autem, q̄ tanto aliquid magis a ratione suscipitur, quanto contrarium est grauius, & magis repugnās rationi. Manifestum est autem, q̄ cum rationis ordo a fine incipiat, maxime est contra rationem, ut homo inordinate habeat se circa finem. Finis autem humanæ uitæ & societatis, est Deus: & ideo primo oportuit p̄ præcepta decalogi hominem ordinare ad Deum, cum eius contrarium sit grauissimum: sicut etiam in exercitu, qui ordinatur ad ducem, sicut ad finem, primum est quòd miles subdatur duci, & huius cōtrarium est grauissimū: secūdum uero, ut aliis coordinetur. Inter ipsa autem, per quæ ordinamur in Deum, primum occurrit quòd homo fideliter ei subdatur, nullam participationem cum inimicis habens. Secundum autem est, quòd ei reuerentiam exhibeat. Tertium autem est, q̄ etiam famulatum impendat: maiusque peccatum est in exercitu, si miles infideliter agens, cum hoste pactum habeat, quàm si aliquam irreuerentiam faciat duci: & hoc est etiam grauius, quàm si in aliquo obsequio ducis deficiens inueniatur. In præceptis autem ordinantibus ad proximum, manifestum est quòd magis repugnat rationi, & grauius peccatum est, si homo non seruet ordinem debitum ad personas, quibus est magis debitor: & ideo inter præcepta ordinantia ad proximum primo ponitur præceptum pertinens ad parentes. Inter alia uero præcepta etiam apparet ordo secundum ordinem grauitatis peccatorum. Grauius est enim & magis rationi repugnans peccare opere, quàm ore, & ore quàm corde: & inter peccata operis grauius est homicidium, per quod tollitur uita hominis iam existentis, quàm adulterium, per quod impeditur certitudo prolis nascituræ: & adulterium grauius est quàm furtū, quod pertinet ad bona exteriora.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quàmuis secundum uiam sensus proximus sit magis notus quàm Deus, tamen dilectio Dei est ratio dilectionis proximi, ut infra patebit: & ideo præcepta ordinantia ad Deum, fuerunt prędordinanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD 2^m dicendum, q̃ sicut Deus est uniuersale prin cipium essendi omnibus, ita & pater est principium quoddam essendi filio: & ideo conuenienter post præcepta pertinentia ad Deum, ponitur præceptum pertinens ad parentes. Ratio autem procedit, quãdo affirmatiua, & negatiua pertinent ad idem genus operis, quamuis etiam & in hoc non habeat omnimodam efficaciam. Etsi enim in executione operis prius extirpanda sint vitia, quàm inferendæ virtutes, secundum illud Psal. 33. Declina a malo, & fac bonum. & Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite bene facere: tamen in cognitione prior est uirtus quàm peccatum, quia per rectum cognoscitur obliquum, ut dicitur in primo de Anima. Per legem autem cognitio peccati habetur, ut Rom. 5. dicitur. & sm hoc, præceptum affirmatiuum debuisset primo poni. Sed nõ est ista ratio ordinis, sed quę* supra posita est: quia in p̃ceptis ptinẽtib^9 ad Deũ, q̃ sunt primæ tabulę, ultimo ponitur p̃ceptum affirmatiuũ, quia eius transgressio minorem reatum inducit. In corp. ar.

AD 3^m dicendum, quòd etsi peccatum cordis sit prius in executione, tamen eius prohibitio posterius cadit in ratione.

ARTICVLVS VII.

Vtrum præcepta decalogi conuenienter tradantur.

3.di.27.ar. 2.q.1.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̃ præcepta decalogi incõuenienter tradãtur. Præcepta enim affirmatiua ordinant ad actus uirtutum, præcepta autem negatiua abstrahunt ab actibus uitiorum: sed circa quamlibet materiam opponuntur sibi uirtutes & uitia. ergo in qualibet materia, de qua ordinat præceptum decalogi, debuit poni præceptum affirmatiuum & negatiuum. inconuenienter igitur ponuntur quædam affirmatiua, & quædam negatiua.

¶ 2 Præt. Isidorus dicit, quòd omnis lex ratione constat: sed omnia præcepta decalogi pertinent ad legem diuinam. ergo in omnibus debuit ratio assignari, & non solum in primo, & tertio præcepto.

¶ 3 Præt. Per obseruantiam præceptorum meretur aliquis præmia a Deo: sed diuinæ promissiones sunt de præmiis præceptorum. ergo promissio debuit poni in omnibus præceptis, & nõ solum in primo, & quarto.

¶ 4 Præt. Lex uetus dicitur lex timoris, inquantum per comminationes pœnarum inducebat ad obseruationes præceptorum: sed omnia præcepta decalogi pertinent ad legem ueterem. ergo in omnibus debuit poni comminatio pœnę, & non solum in primo, & secũdo.

¶ 5 Præt. Omnia præcepta Dei sunt in memoria retinenda. dicitur enim Prouerb. 3. Describe ea in tabulis cordis tui. incõuenienter ergo in solo tertio præcepto fit mentio de memoria, & ita uidentur præcepta decalogi inconuenienter tradita esse.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 11. quòd Deus omnia fecit in numero, pondere, & mensura. multo magis ergo in præceptis suæ legis congruũ modum tradendi seruauit.

RESPON. Dicendum, quòd in præceptis diuinæ legis maxima sapientia cõtinetur. unde dicitur Deut. 4. Hæc est uestra sapientia, & intellectus coram populis. Sapientis autem est omnia debito modo, & ordine disponere: & ideo manifestũ esse debet, quòd præcepta legis conuenienti modo sunt tradita.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd semper ad affirmationẽ sequitur negatio oppositi, non autẽ semper ad negationem unius oppositi sequitur affirmatio alterius. Sequitur enim, si est album, non est nigrum: nõ tamen sequitur, si non est nigrũ, ergo est album: quia ad plura sese extendit negatio, quàm affirmatio. Et inde est etiam, quòd non esse faciendum iniuriam, quod pertinet ad præcepta negatiua, ad plures personas se extendit secundum primum dictamen rationis, quàm esse debitum ut alteri obsequium, uel beneficium impendatur. Inest autem primo dictamen rationis, quòd homo debitor est beneficii, uel obsequii exhibendi illis, a quibus beneficia accepit, si nondum recompensauit. Duo sunt autem, quorum beneficiis sufficienter nullus recompensare potest. s. Deus, & pater, ut dicitur in 8.* Eth. & ideo sola duo præcepta affirmatiua ponuntur, unũ de honoratione parentũ, aliud de celebratiõe sabbathi in cõmemorationẽ diuini beneficii. Cap. ultimo medio.

AD 2^m dicendum, q̃ illa præcepta, quæ sunt pure moralia, habent manifestam rationem. unde non oportuit quòd in eis aliqua ratio adderetur: sed quibusdam præceptis additur cæremoniale determinatiuum præcepti moralis communis, sicut in primo præcepto, Non facies sculptile. & in tertio præcepto determinatur dies sabbathi: & ideo utrobique oportuit rationem assignari.

AD 3^m dicendum, q̃ homines ut plurimum actus suos ad aliquam utilitatem ordinant, & ideo in illis præceptis necesse fuit promissionem præmii apponere, ex quibus uidebatur nulla utilitas sequi, uel aliqua utilitas impediri. Quia uero parentes sunt iam in tecendo, ab eis non expectatur utilitas: & ideo præcepto de honore parentum additur promissio. Similiter etiam in præcepto de prohibitione idolatriæ: quia per hoc uidebatur impediri apparens utilitas, quam homines credunt se posse consequi per pactum cum dæmonibus initum.

AD 4^m Dicẽdum, quòd pœnę præcipue necessariæ sunt contra illos, qui sunt proni ad malum, ut dicitur in 10.* Ethi. & ideo illis solis præceptis legis additur comminatio pœnarum, in quibus erat pronitas ad malum: erant autem homines proni ad idolatriam propter generalem consuetudinem gentium. Et similiter sunt etiam homines proni ad periurium propter frequẽtiam iuramenti: & ideo primis duobus præceptis adiungitur comminatio. ca.ultimo.

AD 5^m dicendum, quòd præceptum de sabbatho ponitur ut commemorationis beneficii præteriti: & ideo specialiter in eo fit mentio de memoria. Vel quia præceptum de sabbatho habet determinationem adiunctam, quæ non est de lege naturæ: & ideo hoc præceptum speciali admonitione indiguit.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum præcepta decalogi sint dispensabilia.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̃ præcepta decalogi sint dispensabilia. Præcepta enim decalogi sunt de iure naturali: sed ius naturale in aliquib^9 deficit, & mutabile est, sicut & natura humana, ut* Philosophus dicit in 5. Eth. defectus autem legis in aliquibus particularibus casibus est ratio dispensandi, ut† supra dictum est. ergo in præceptis decalogi potest fieri dispensatio.

¶ *Super Quæstionem centesimæ Articulum octauum.*

IN art. 8. dubium occurrit ex Sco. 1 37 di. 3. sen. tenente q̃ præcepta secũdæ tabulæ non sunt de iure naturæ, siue ut principia, siue ut cõclusiões necessariæ, sed solum ut nullæ cõsona iuri naturę. Probat autem hæc præcepta non esse de iure naturæ, ut conclusiones necessarias a principiis naturæ. primo, quia sequeretur, q̃ essent omnino Supr. q.96. art.5.ad 2. 2.q.57.art.3. Et 1.di.47. art.4.ad 2. 3.di.37.ar.4 Et 4.di.17. q.3.ar.1. q.1.ad 1. 17.& q.21. art.1.ad 4. *Ca.7.10.& 19.98.20.& q.97.ar. tic.4.

omnino indispensabilia, cuius oppositũ apparet in opera Abrahæ. Probat sequelam, quia conclusiones tales prius sunt secundum se uerę, quàm relatæ ad quemcunque intellectum, uel uoluntatem ac per hoc uoluntas diuina non potest esse recta respectu earũ, uolendo oppositа: & consequenter non põt dispensare.

¶ Secundo, quia sequeretur, quòd uoluntas diuina determinaretur necessario simpliciter circa aliqua uolibilia alia a se. Tenet sequela, quia ad hæc præceptа necessario bona, & oppositа mala determinata esset, sicut intellectas ad intelligendum ipsa necessario uera.

¶ Tertio, quia in his quæ præcipiuntur, non est bonitas necessaria ad bonitatem ultimi finis conuertens ad ultimum finem. & similiter in his quæ prohibentur, nõ est malitia necessario auertens a fine ultimo, quin si bonũ illud non esset præceptũ, posset finis ultimus amari, & attingi: & si illud malum non esset prohibitũ, staret cum eo acquisitio finis ultimi. ergo non sunt conclusiones necessario deductæ ex primis principiis naturalibus. Hæc sunt ea quib^9 Sco. mouetur cõtra sententiam ueritatis. s. quòd præcepta omnia decalogi sũt conclusiones necessariæ, & necessario deductæ ex principiis naturalibus ita quòd ideo sunt præcepta, quia bona, & prohibita, quia mala, & non econuerso.

¶ Ad primam autẽ eius rationem, scilicet quia sequeretur, quòd essent indispensabilia etiam a Deo, dicitur, quòd præcepta decalogi, ut in littera dicitur, possunt dupliciter considerari. Primo, secundum ordinẽ iustitiæ, quem continent, & sic conceditur, quòd sunt indispensabilia etiam a Deo, ut in responsione ad secundum author probat. Secundo, secundum applicationem ad aliquem singularem actum, & sic dicitur, quòd præcepta secundæ tabulæ, de quibus est quæstio, sunt dispensabilia a Deo: sed talis dispensatio non est relaxatio præcepti, aut declaratio illius in hoc casu, seu actu, ut Scotus arguit, sed est facere, quòd iste actus non est homicidium, qui sine hac authoritate esset homicidium: & simile est de aliis, ut in littera dicitur in responsione ad tertium.

¶ Nec fallaris, intelligens per ordinem iustitiæ in præceptis istis contentum, rationẽm debiti, uel indebiti in communi. hoc enim non constituerent præcepta in speciali, sed duo communia præcepta, Nulli faciẽdum est indebitum: &, Cuilibet faciendã est debitum. Sed intellige specialem rationem debiti, uel indebiti inxta materiam subiectam. Verbi gratia. Non occidetis ordo iustitiæ in hoc præcepto est, quòd non occidas hominem innocentem cum cæteris conditionibus requisitis: sic enim continet ordinem iustitiæ, quem Deus negare non potest. Nec unquam in ordine isto sit dispensatio. impossibile quippe est, ut actus iste succidere ex deliberatione, non se uel alium defendendo priuata authoritate hominem innocentem, dispensationem recipiat. Sed cum Deus dispensare dicitur, ut quando præcepit Abrahæ immolationem Isaac, non relaxauit, aut declarauit hoc præceptum, Non occides: sed fecit ut actus ille immolationis non esset homicidium, quia erat occisio imperata a suprema potestate, quia sine tali authoritate fuisset homicidium.

¶ Et ut plenius intelligas, scito, quòd sicut hæc enunciatio, Mortui non possunt resurgere, est necessaria, & ex principiis primis naturaliter notis demonstratiue cõcludi potest, & in sensu in quo fit, & concluditur, scilicet, quòd ly, potest, dicit potẽtiam naturalem, im possibile est, quòd aliter fit, & quãdo Deus refusciret aliquem, non falsificat illam propositionem, aut excipit ab illa: sed operatur non contra, sed supra naturam. Ita in ꝓposito hæc conclusio, Non est occidendum, in sensu in quo fit, scilicet priuata authoritate cum cæteris conditionibus, est conclusio necessaria, & necessario cõsequens ex primis principiis practicis per se notis: ita q̃ est impossibile aliter se habere, nec Deus unquam eam falsificat, aut ab ea excipit: sed cum iubet fieri actum, qui sine iussu suo esset homicidium, adulterium, uel furtum, operari iubet non præter, aut contra præceptũ, sed quasi supra illud, dum a superiori potestate actum imperatum exerceri iubet. Omnia siquidem præcepta hæc subintellectam habent hãc clausulã generalẽ, scilicet, quòd ex naturali mensura actus isti fiant, uel non fiant: sic enim ordinem iustitiæ insolubilem continent. Ita quòd sensus est, non esse naturali ratione committendum actum subsitatum rationi homicidii, adulterii, furti &c. hoc enim est idem quod dicere, non esse occidendum, adulterandum, furandum: quoniam actus illi subsitati relati ad naturalem rationem, & mensuram a qua discordant, homicidii, adulterii, furti &c. rationem induunt. Hoc autem omnino indispensabile esse constat, ut scilicet actus illi naturali ratione exerciti, homicidia, adulteria &c. non sint: quamuis fieri possit, ut actus illi diuina ratione exerciti nõ sint homicidia, adulteria &c. & per hoc nec peccata. Sicut enim fieri nequit, ut mortuus naturali potentia resurgat, ita fieri nequit, ut homo naturali ratione occidat licite: quamuis diuina potentia mortuus resurgat, & diuina ratione homo occidat licite: sed hęc non esse contraria, liquido constat. unde patet, quòd ista duo stant simul: Præcepta decalogi sunt conclusiones necessariæ ex iure naturæ strictissime: & ipsa sunt a Deo dispensabilia quodammodo. uerius tamen dicuntur indispensabilia omnino, & pie exponantur authoritates dicentes Deum in præceptis secundæ tabulæ dispensare, ut dictum est. q.96.art.6. & q̃. 97. art.4. D.809.

¶ Ad secundã rationẽ dicitur, q̃ uoluntatẽ diuinã determinari ad aliquid, potest intelligi dupliciter. Primo, ut determinetur ad uolendum aliquid ex se esse, uel non esse: & sic est impossibile, quòd determinetur nisi a seipsa libere. & hoc determinatur in libro sententiarum, & gratis conceditur. Alio modo, ut determinetur ad rectitudinem, uel obliquitatem alicuius: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne respectu complexorum non inconuenit voluntatem diuinam esse determinatam: & hoc oportet etiam ipsum Scotum, & omnes dicere, dicentes dari aliqua præcepta per se bona, & prohibita per se mala, ve prima præcepta iuris naturæ, & prima præcepta decalogi, ad hæc quippe non quòd sint, vel non sint, sed ad eorum rectitudinem & obliquitatē voluntas diuina est determinata sic, vt a rectis non possit distornare, nec obliquis possit concordari. Si tamen cum debita reuerentia loquendum, & altiori veritate vtendū est, dicere debemus, q̄ sicut diuinus intellect⁹ naturaliter determinatus est ad Deum ipsum tantū intelligendum, & in se omnia naturaliter relucentia: ita diuina voluntas ad
D. 518. Deum ipsum tantū volendum, & in se ipsa omnia naturaliter recta, qualia sunt huiusmodi, q̄ nō nisi in Deo sunt, antequā ab ipso communicarentur.

¶ Ad tertiam rationem dicitur, quòd argumentum manifestè peccat a bonitate & malitia præceptorum in seipsis, ad bonitatē vel malitiam nobis necessariā quamuis etiā
D.1049. sic non concludat in tentum. Ad quorū
D.302. euidentiam scito, q̄ quemadmodum in speculatiuis primū principium & conclusiones necessariæ sic se habent, quòd principii veritas nō eget veritate conclusionis, sed econuerso, nec secūdum se, nec quo ad cognitionem nostram: quia veritas principij est causa veritatis conclusionis, & notitia principii per se noti est causa notitiæ cōclusionis nocæ ex illo: ad contradictoria autem conclusio nū necessariarū ita se habet principiū primum, quòd cum ipsis non stat nec secundum se, nec quo ad nos, si nota est
Ca.4. to.1. connexio ad inuicem, ut patet: ita in practicis moralibus finis ultimus, & ea quæ sunt simpliciter necessaria ex illo, sic se habent, quòd finis bonitas non dependet a bonitate aliorum, nec in esse, nec in amari, sed econuerso. Ad oppositā autem mala se habet ultimus finis sic, quòd tam bonitas, quām amor eius ab illis necessario discordat. Cum ergo dicit arguens, quòd in istis non est necessaria bonitas ad ultimum finem &c. tripliciter intelligi potest. Primo, quòd in istis non est bonitas necessaria connexionem habens cum ultimo fine, & similiter malitia necessariam auersionem habens ab eodem: & sic ne-

F gatur assumptum: quoniam sicut in conclusionibus necessariis est necessaria veritas necessario connexa primo principio, ita in istis est bonitas necessaria necessario connexa ultimo fini. Et ad probationem, si ista non essent præcepta, posset amari & attingi ultimus finis in esse, & amari ab istis, dicitur quòd non probat contingentem connexionem. ex hoc enim quòd principia prima sunt vera, & scita absque conclusionibus necessariis, nō probatur quòd conclusiones non sunt necessario connexæ principiis, & in se necessariæ: sed quòd nec veritas, nec notitia principiorum pendet ex eis: sic autem est in proposito. unde in dicto sensu nihil probatur, quoniam antecedēs est falsum, & probatio non concludit illud. Secundo, potest intelligi q̄ in istis non est bonitas necessaria ad esse, vel amorem ultimi finis, & huiusmodi sensus est verus: quoniam ultimus finis nec in esse, nec in amari dependet ab istorum bonitate, sed econuerso. Sed ex hoc sensu non valet sequela, ergo nō sunt conclusiones necessariæ, ut patet in speculatiuis conclusionibus respectu principiorum primorū. Tertio, potest intelligi, quòd in istis nō est bonitas necessario connertens ad ultimum finem, nec malitia necessario auertens ab illo. & in hoc sensu assumptum est falsum: quoniam sicut in cōclusionibus necessariis est veritas necessario ducens a posteriori i prima principia: ita in istis est bonitas necessario ducens in ultimum finem eis proportionatum. quod dico, ne igrediamur quæstionem de Deo, ut sit naturali, vel supernaturali, & quomodo sit istis Deus proportionatus finis. Et ad probationem, quia si non esset hæc præcepta, vel prohibita, nihilominus ultimus finis posset amari, & attingi: dicitur q̄ hic est sophisma cōsequētis, quoniam licet ista sint necessario connertentia, vel auertentia, conuersio tamen, vel auersio non dependet ab his solis, sed aliunde esse potest: hæc enim, ut dictum est, a posteriori conuertuntur, vel auertunt, ut conclusiones respectu principiorum: & tamen cum his teneas, q̄ hęc sunt adeo necessario connexa fini ultimo, ut salutē in præparatione animi conuersio ad hæc bona, & auersio ab his malis, inseparabilis sit ab amore finis ultimi.

¶ Super

tatis obsesse posset cum aliquibus dispensari propter aliquam maiorem utilitatem. Præcepta autem decalogi continent ipsam intentionē legislatoris, scilicet Dei: nam præcepta primæ tabulæ, quę ordinant ad Deum, continent ipsum ordinē ad bonum commune, & finale, qd G Deus est. Præcepta autem secundę tabulę continent ordinem iustitiæ inter homines obseruandæ, ut scilicet nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur debitum. secundum hanc enim rationem sunt intelligēda præcepta decalogi: & ideo præcepta decalogi sunt⁹ omnino indispensabilia.

Ad primvm ergo dicendū, quòd Philosophus non loquitur de iusto naturali, quod continet ipsum ordinem iustitiæ: hoc enim H nunquàm deficit, scilicet, iustitiam esse seruandam: sed loquitur quantū ad determinatos modos obseruationis iustitię, qui in aliquibus fallunt.

Ad 2^um dicendum, quòd sicut Apostolus dicit 2. ad Timo. 2. De⁹ fidelis permanet, negare seipsum ⁹non potest. Negaret autē seipsum, si ordinem suę iustitię auferret, cū ipse sit ipsa sua iustitia. & ideo in hoc Deus dispensare non potest, ut homini liceat non ordinate se habere ad Deum, vel non subdi ordini iustitię eius, etiam in his, secun I dum quæ homines adinuicem ordinantur.

Ad 3^um dicendum, quòd occisio hominis prohibetur in decalogo, secundum quod habet rationem indebiti: sic enim præceptum continet ipsam rationem iustitię. Lex autem humana hoc concedere non potest, quòd licite homo indebite occidatur: sed malefactores occidi, vel hostes reipublicæ, hoc non est indebitum, K unde hoc non contrariatur præcepto decalogi, nec talis occisio est homicidium, quod præcepto decalogi prohibetur, ut⁹ Augustinus dicit in 1. de lib. ar. Et similiter si ali-

cui auferatur quod suum erat, si debitum est quòd ipsum amittat, hoc non est furtum, vel rapina, quæ præcepto decalogi prohibentur. Et ideo quando filii Israel præcepto Dei tulerunt Aegyptiorum spolia, non fuit furtum, quia hoc eis debebatur ex sententia Dei. Similiter & Abraham cum consensit occidere filium, non consensit in homicidium, quia debitum erat eum occidi per mandatum Dei, qui est dominus uitæ & mortis. Ipse enim est qui pœnam mortis infligit omnibus hominibus iustis, & iniustis pro peccato primi parentis: cuius sententiæ si homo sit executor auctoritate diuina, non erit homicida, sicut nec Deus. Et similiter etiam Osee accedens ad uxorem fornicatiam, vel mulierem adulteram, non est mœchatus, nec fornicatus: quia accessit ad eam, quæ sua erat secundum mandatum diuinum, qui est actor institutionis matrimonij. Sic igitur præcepta ipsa decalogi quantum ad rationem iustitiæ quam cōtinent, immutabilia sunt: sed quantum ad aliquam determinationem per applicationem ad singulares actus, ut scilicet hoc, vel illud sit homicidium, furtum, vel adulterium, aut non, hoc qui I dem est mutabile quandoque sola auctoritate diuina in his scilicet, quę a solo Deo sunt instituta, sicut in matrimonio, & in aliis huiusmodi: quandoque etiā auctoritate humana, sicut in his quę sunt commissa hominum iurisdictioni. quantum enim ad hoc, homines gerunt uicem Dei, non autem quantum ad omnia.

Ad 4^um dicendum, quòd illa excogitatio magis fuit interpretatio præcepti, quàm dispensatio. Non enim intelligitur violare Sabbathum, qui facit opus, quod est necessarium ad salutem humanam, sicut Dominus probat Matth. 12.

¶ Super Quæstionis centesimæ Articulum nonum.

In art. 9. eiusdem centesimæ quæstionis nota, quòd actus interiores dupliciter sumi possunt. Primo puri, & sic non subiacent humanis legibus, & iudiciis. Secundo iuncti actibus exterioribus, & sic subiacent humanis legibus, & iudiciis. Et utrunq; in litera insinuatur. Primum, cum dicitur quòd uolentem occidere, & non occidentem, lex humana non punit. Secūdum, cum dicitur, quòd aliter se habet lex ad faciendū aliquid ex ignorantia, & ad faciente sciēter. & simile est de faciente ex mera, vel spōte, deliberate, vel subito.

¶ In eodem 9. articulo dubiū occurrit, quia author male probare uidet, quòd modus ille uirtutis, scilicet uolens, & eligens, non cadat sub humana lege. Manifeste enim digreditur a uoluntate, & electione, ut sunt modi actus uirtuosi ad uoluntatem & electionem absoluendum debet probare, quòd hæc ut modus, non subsunt legi humanę, & probat quòd hęc absolute non subsunt legi humanæ, dum affert pro ratione, q̄ lex humana nō punit uolentem occidere, & non occidentem.

¶ Et confirmatur, quia aut author intendit de istis modis, ut modi sunt ab solute, aut utroque modo. Si de istis ab solute, aut utroque modo, dicendū erat de primo modo s. q̄ sciens non cadit sub lege humana absolute, quia est actus interior. Non enim lex humana punit ignorantem legem, si nihil operetur cōtra eam. Si ut modi sunt, qua ratione aliter iudicatur ad pœnam, uel ad ueniam a lege humana ignoranter faciens, pari ratione male libenter faciens, & non ex intentione deliberata, ut patet in lege de ciuitatibus refugii.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia doctrinā oportet esse formalem, & quæstio est de modo uirtutis,

Articvlvs IX.

Vtrum modus uirtutis cadat sub præcepto legis.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur quòd modus uirtutis cadat sub præcepto legis. Est. n. modus uirtutis, ut aliquis iuste operetur iusta, & fortiter fortia, & similiter de aliis virtutibus: sed Deute. 16. præcipitur, Iuste quod iustum est, exequeris. ergo modus virtutis cadit sub præcepto.

¶ 2 Præt. Illud maxime cadit sub præcepto, quod est de intentione legislatoris: sed intentio legislatoris ad hoc fertur principaliter, vt homines faciat virtuosos, sicut dicitur in. 2. ⁹Eth. Virtuosi autem est virtuose agere. ergo modus virtutis cadit sub præcepto.

¶ 3 Præt. Modus virtutis proprie C esse videtur, vt aliquis voluntarie & delectabiliter operetur: sed hoc cadit sub præcepto legis diuinæ dicitur enim in Psal. 7. Seruite domino in lætitia. & 2. ad Corinth. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit De⁹. vbi ¶gloss. dicit, Quidquid boni facis, cum hilaritate fac, & tunc bene facis: si autē cum tristitia facis, sic directe nō tu facis. ergo mod⁹. virtutis cadit sub præcepto legis. D

Sed contra. Nullus potest operari eo modo quo operatur virtuosus, nisi habeat habitum virtutis, vt patet per⁹ Philosophū in. 2. &. 5. Ethi. Quicunque autem transgreditur præceptum legis, meretur pœnam. sequeretur ergo, q̄ ille qui non habet habitum virtutis, quicquid faceret, mereret pœnam. Hoc autem est contra intentionem legis, quæ intendit hominem assuefaciendo ad bona opera inducere ad virtutem. non ergo modus virtutis cadit sub p̄cepto. E

Respon. Dicendum, quòd sicut⁹ supradictum est, præceptum legis habet vim coactiuam. Illud ergo directe cadit sub præcepto legis, ad quod lex cogit: coactio autē legis est per metum pœnæ, vt dicitur. 10.⁹Eth. Nam illud proprie cadit sub præcepto legis, pro quo pœna legis infligitur. Ad institutēdam autem pœnam aliter se habet lex diuina, & aliter lex humana. Non enim pœna legis infligitur, nisi pro illis, de quibus legislator habet iu-

A sermo litera est de istis, ut sunt modi, & non absolute. Et quoniā legi humanæ subsunt actus uirtutum sub ratione iustitiæ, ut supradictum est, & ad actus iustitiæ non refert quo ad exterius totum, qua quis uoluntate, aut intentione faciat, dummodo debitum reddat, ut patet in actibus iustitiæ commutatiuæ & distributiuæ. nihil enim refert quo ad iustitiam, si mala intentione reddas mihi debitam pecuniam, vel honorem, & huiusmodi: ideo mod⁹ iste, scilicet uoluntarie ex intentione finis illi⁹ uirtutis operari, non cadit sub lege humana, quę actus omnes præcipit sub ratione debiti. Vnde lex humana non punit militem in bello occidentem hostem, si ex odio, vel ob auaritiam pugnet, vel occidat. & simile est in aliis. D. 1047.

¶ Ad primam autē obiectionem dicitur, quòd uelle occidere, potest sumi dupliciter. Primo, ut est actus uoluntatis habens pro obiecto occisionem intellectam: & sic sumitur absolute, & non est ad propositum. Secundo, ut est modus occisionis ulterius exercendę, quasi inchoans ipsam: & sic est ad propositum. & intendit litera, quòd quia occisio i rali modo, scilicet uoluntarie, & ex intentione existēs, nō cadit sub præcepto homicidii, inquantū est a lege humana: consequēs est, quòd modus iste non cadat sub lege humana. unde nulla est digressio. Ca. 4. to. 5.

¶ Ad secundam autem obiectionem dicitur, negādo quòd lex humana inquātum est coactiua, aliter sē habeat ad operantem uoluntarie, & ex intentione: aliter ad operantē non uoluntarie, vel non ex intentione. quia, ut dictum est, ad debiti rationem respicit, ad quod non est impertinens sciēter, vel ignoranter, sicut uolendo, & intendendo, ut declaratum est. q. 8. & 12.

¶ Instantię autem quę afferūtur de homicida ex occurrente ira, & operanti⁹ mens, vel subito, non sunt ad propositum: quia in his nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

attenditur differentia secundum velle & non velle, intendere & non intendere in omnibus enim saluatur & velle, & intendere. Sed differentia est in causa uolutarii, uel in modo, uel aliquo huiusmodi.

¶ In responsione ad secundum in eodem artic. nota has regulas, quibus totiēs uti oportet, scilicet non esse idem finem præcepti, & id de quo præceptum datur: quia illud finis, hoc ad finem, qui finis præcepti non cadit sub præcepto, ut id quod præcipitur, sed ut intentum a legislatore: quoniam ex his habes solutionem multarū quæstionum pro minus eruditis & bonis mētibus timentibus culpam, ubi non est.

Cap. 3. in princi. to. 5.

¶ *Super Quæstionis centesimæ Articulū decimum.*

2.2.q6.44. arti.1. ad 1. Et 3.dist.27 q.3.ar.4. Et di.37.ar.6. Et uerit. q. 25.ar.7. ad 8. & q. 24. artic.12 ad 16. Et mal. q.2.ar 5.ad 7. Et opus. 27. cap.6.

IN art. 10. eiusdem centesimæ quæst. nota duo. Primo, quia author tendit ad demonstrandum, quòd modus charitatis nō cadit sub aliis præceptis, ideo sepa rationem temporum obligantium ad diuersa præcepta docet in responsione ad secundum: cum hac tamen separatione, quę ut plurimū accidit, cōtingere potest simultas temporis, quo scilicet simul teneatur ad præceptum charitatis, & aliud: & tunc seruando illud aliud, & non præceptum charitatis, reus est omissionis istius, ut in corpore art. dicitur. Secūdo, quia sub præcepto charitatis cadit dilectio Dei ex toto corde quod cōprehendit dilectionē omnium ad Deum, ac per hoc modificationē omnium præceptorum a charitate, consequens est, quòd pro quocūque tempore obligat præceptum charitatis, pro eodē modus charitatis in aliis obseruādis præceptis obliget, non ex ui aliorū præceptorum, sed ex ui præcepti charitatis, ad quam non solum spectat propriè actus secundum se, sed ut modus cæterorum. Et quoniam sub charitatis præcepto non clauditur ordinare peccata in Deū, sed ota referibilia i Deum, qualia sunt quæcūque i nostra sunt potestate, & non sunt mala culpæ: & quilibet habēs charitatem ex hoc ipso, quòd est in charitate, diligit proculdubio Deum ex toto corde, habēs ipsum pro ultimo fine, ac per hoc suiipsius, & consequenter suorū omnium finē, alioquin in charitate non esset: idcirco nō oportet pias mētes scrupulo agitari, quomodo præceptum impleant, ut omnia in gloriam Dei faciant. Hoc tractandum esset promissum dubium in q. 21. de indifferentia actus existentis in charitate, nisi inferius in Secunda secundæ quæst. 44. ar. 4. ex proposito differendum esset id, unde pendet tota uis, an scilicet sub præcepto charitatis claudatur totalitas referibilium: propter quod illuc usque differetur.

Ad 2^m dicendū, q̄ sub præcepto charitatis continetur, ut diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet ut omnia referantur in Deū: & ideo præceptum charitatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum. Sic ergo qui honorat parentes, tenetur

Ad qđ ult Deū ca. 38. tom. 6.

est uirtus. Aliud autem est de quo intendit præceptum ferre: & hoc est quod ducit, vel disponit ad virtutem, scilicet actus virtutis. Non enim idem est finis præcepti, & id de quo præceptum datur: sicut neque in aliis rebus idem est finis, & quod est ad finem.

Ad 3^m dicendū, quòd operati sine tristitia opus virtutis, cadit sub præcepto legis diuinę, quia quicunque cum tristitia operatur, non volēs operari: sed delectabiliter opari, siue cum letitia, vel hilaritate quodammodo cadit sub præcepto, scilicet secundum quod sequitur delectatio ex dilectione Dei & ꝓximi, quæ cadit sub præcepto, cum amoris sit causa delectationis, & quodāmodo non, secundum quod delectatio cōsequitur habitū. Delectatio enim operis est signum habitus generati, vt dicitur in 2. Ethic.* Potest enim aliquis actus esse delectabilis vel propter finem, vel propter conuenientiam habitus.

ARTICVLVS X.

Vtrum modus charitatis cadat sub præcepto diuinæ legis.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur q̄ modus charitatis cadat sub præcepto diuinæ legis. Dicitur enim Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. ex quo videtur quòd obseruatio mandatorum sufficiat ad introducendum ad vitam: sed opera bona non sufficiunt ad introducendū in vitam, nisi ex charitate fiant. dicitur enim primæ ad Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, etsi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. ergo modus charitatis est in præcepto.

¶ 2 Præt. Ad modū charitatis proprie pertinet, vt omnia fiant propter Deum: sed istud cadit sub præcepto. dicit enim Apostolus primæ ad Corint. 10. Omnia in gloriā Dei facite. ergo modus charitatis capit sub præcepto.

¶ 3 Præt. Si modus charitatis non cadit sub præcepto, ergo aliquis potest implere præcepta legis non habens charitatem: sed quod potest fieri sine charitate, potest fieri sine gratia, quę semper adiuncta est charitati. ergo aliquis potest implere p̄cepta legis sine gratia: hoc est autē Pelagiani erroris, vt patet per Aug.* in lib. de hæresibus. ergo modus charitatis est in præcepto.

SED CONTRA est, quia quicūque non seruat præceptum, peccat mortaliter: si igitur modus charitatis cadat sub præcepto, sequitur quòd quicunque operatur aliquid & non ex charitate, peccet mortaliter: sed quicunque non habet charitatem, operatur non ex charitate. ergo sequitur, quòd quicunque nō habet charitatem, peccet mortaliter in omni opere quod facit, quantumcunque sit de genere bonorum: quod est inconueniens.

RESPON. Dicendū, quòd circa hoc fuerunt contrariæ opiniones. Quidā enim dixerunt absolute modum charitatis esse sub præcepto, nec est impossibile obseruare hoc præceptum charitatem non habenti: quia potest se disponere ad hoc, quòd charitas ei infundat a Deo. Nec quandocunque aliquis non habens charitatem, facit aliquid de genere bonorum, peccat mortaliter: quia hoc est præceptū affirmatiuum, ut ex charitate operetur, & non obligat ad semper, sed pro tempore illo, quo aliquis habet charitatem. Alii uero dixerunt, quòd omnino modus charitatis nō cadit sub præcepto. Vtrique autem quātum ad aliquid, uerum dixerunt. Actus enim charitatis dupliciter considerari potest. Vno modo, secundum qđ est quidam actus per se, & hoc modo cadit sub præcepto legis, quod de hoc specialiter datur, scilicet, Diliges dominum Deum tuū, & diliges proximum tuum: & quantum ad hoc, primi uerum dixerunt. Non enim est impossibile hoc præceptum obseruare, quod est de actu charitatis, quia homo potest se disponere ad charitatem habendam: & quando habuerit eam, potest ea uti. Alio modo, potest considerari actus charitatis, secundum quod est modus actuum aliarum uirtutum, hoc est, secundum quod actus aliarum uirtutum ordinantur ad charitatem, quæ est finis præcepti, ut dicitur 1. ad Tim. 1. Q. 12. ar. 4 Dictū est. n. supra,* q̄ intentio finis est quidā modus formalis superioris ordinis actus ordinati in finem. Et hoc mō uerū est, quod secundi dixerūt, q̄ modus charitatis non cadit sub præcepto: hoc est dictu, quòd in hoc præcepto, Honora patrem, non includitur, q̄ honoretur pater ex charitate, sed solum quòd honoretur pater. unde qui honorat patrē, licet nō habeat charitatem, nō efficitur transgressor huius præcepti, etsi sit transgressor præcepti, quod est de actu charitatis, propter quam transgressionem meretur pœnam.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Dominus non dixit, Si uis ad uitam ingredi, serua unum mandatum, sed serua omnia mandata: inter quæ etiam continetur mandatum de dilectione Dei, & proximi.

netur ex charitate honorare, nō ex ui huius præcepti, quod est, Honora parentes: sed ex ui huius præcepti, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et cum ista sint duo præcepta affirmatiua non obligantia ad semper, possunt pro diuersis temporibus obligare: & ita potest contingere, quòd aliquis implens præceptum de honoratione parentum, non tunc transgredia tur præceptum de omissione modi charitatis.

Ad 3^m dicendum, quòd obseruare omnia præcepta legis homo non potest, nisi impleat præceptum charitatis, quod non fit sine gratia. & ideo impossibile est q̄ Pelagius dixit, hominem implere legem sine gratia.

¶ *Super Quæstionis centesimæ Articulum undecimum.*

ar. 3. & ibidē. Caietā.

IN articulo undecimo dubium occurrit ex eo, quòd superius in artic. 6. huius quæstionis dictum est, quòd ordo præceptorum diuinæ legis attenditur sm maiorem, & minorem grauitatem: quia quāto aliquod malum contrarium est grauius, tanto magis repugnat rationi, & oppositum bonū magis a rōne suscipitur, ut consonans. nunc uero minora mala locantur sub p̄ceptis decalogi, & grauiora sub præceptis adiunctis, ut patet de blasphemo respectu periurii, & de peccato contra naturam, & bestialitatis respectu adulterii, & de rapina respectu furti. debebant siquidem grauiora hæc, utpote magis diffona, & cō sequenter magis susceptibilia a ratione in præceptis decalogi poni, & minus grauia ad hæc reduci, si secundum grauitatem præceptorum ordo est, ut author docuit.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ad rationem præceptorum decalogi, quia sunt prima elementa legis communia omnib^9 de populo, exigitur communitas, idest, quòd sint de illis, quæ cōmunius, singulis conueniunt: ita quòd principaliter cōmunia præcepta decalogi constituere uidētur, & inter ipsa prima ac communia quanto grauius, tanto pri^9. Et propterea licet rapina, bestialitas, & blasphemia sint

A tur differre, utrum sic, uel aliter fieret: sed præcepta moralia ex ipso dictamine naturalis rationis efficaciam habent, etiam si nunquàm in lege statuantur. Horum autem triplex est gradus, Nā quædam sunt communissima, & adeo manifesta, q̄ editione nō indigent, sicut mandata de dilectione Dei & proximi, & alia huiusmodi, ut* supra dictū est, quæ sunt quasi fines præceptorum: unde in eis nullus potest errare secundum iudicium rationis. Quædam uero sunt magis determinata, quorum rationē statim quilibet etiam popularis potest de facili uidere: & tamen quia in paucioribus circa huiusmodi contingit iudicium humanum peruerti, hmōi editione indigent: & hæc sunt præcepta decalogi. Quædam uero sunt, quorum ratio nō est adeo cuilibet manifesta, sed solum sapientibus: & ista sunt præcepta moralia superaddita decalogo, tradita a Deo populo per Moysen, & Aaron. Sed quia ea quæ sunt manifesta, sunt principia cognoscendi eorū, quæ nō sunt manifesta, alia p̄cepta moralia superaddita decalogo reducuntur ad præcepta decalogi per modum cuiusdam additionis ad ipsa. Nam in primo præcepto decalogi prohibetur cultus alienorum deorū, cui superadduntur alia præcepta prohibitiua eorum, quæ ordinantur in cultum idolorum, sicut habetur Deut. 18. Non immoletur in te qui lustret filium suū, aut filiam suam, ducens per ignem: nec sit maleficus, atque incantator, nec Phytones consulat, neque diuinos, & quærat a mortuis ueritatem. Secundum autē præceptum prohibet periurium: superadditur autē ei prohibitio blasphemiæ, Leuit. 14. & prohibitio falsæ doctrinę, Deute. 13. Tertio uero præcepto superadduntur omnia cæremonialia. Quarto autem præcepto de honore parentum superadditur præceptum de honoratione senum, secundum illud Leuitic. 19. Coram cano capite consurge. & Honora personam senis. & uniuersaliter omnia præcepta inducentia ad reuerentiam exhibendam maioribus, uel ad beneficia exhibēda uel æqualibus, uel minoribus. Quinto autem præcepto, quod est de prohibitione homicidij, additur p̄hibitio odii, & cuiuslibet uiolationis contra proximum, sicut illud Leuit. 19. Non stabis contra sanguinem proximi tui: & etiam prohibitio odii fratris, secundum illud: Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Præcepto autem sexto, quod est de prohibitione adulterii, superadditur præceptum de prohibitione mere tricij, secundum illud Deut. 24. Non erit meretrix de filiabus Israel, neque fornicator de filiis Israel. Et iterum prohibitio uitii contra naturam, secundum illud Leuitic. 18. Cum masculo non commisceberis, cum omni pecore non coibis. Septimo autem præcepto de prohibitione furti adiungitur præceptum de prohibitione usuræ, secundum illud Deuter. 18. Non fœneraberis fratri tuo ad usuram: & prohibitio fraudis, secundum illud Deut. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera. & uniuersaliter omnia, quæ ad p̄hibitionem calumnię, & rapinæ pertinent. Octauo uero præcepto, quod est de prohibitione falsi testimonii, additur prohibitio falsi iudicii, secundum illud Exod. 23. Nec in iudicio, plurimorum acquiescès sententiæ, ut a ueritate deuies: & prohibitio mendacii, sicut ibi

ARTICVLVS XI.

Vtrum conuenienter distinguātur alia moralia præcepta legis præter decalogum.

AD VNDECIMVM sic ꝓceditur. Videtur quòd incōuenienter distinguantur alia moralia præcepta legis præter decalogū. Quia, ut Dominus dicit Matth. 22. In duobus præceptis charitatis pēdet omnis lex, & prophetę: sed hęc duo præcepta explicantur per decē præcepta decalogi. ergo non oportet alia præcepta moralia tradere.

¶ 2 Præt. Præcepta moralia a iudicialibus, & cæremonialibus distinguuntur, ut* dictum est: sed determinationes communium præceptorum moralium pertinēt ad iudicialia, & cęremonialia præcepta: communia autem præcepta moralia sub decalogo continentur, uel etiam decalogo præsupponuntur, ut* dictum est. ergo inconuenienter traduntur alia præcepta moralia præter decalogum.

¶ 3 Præt. Præcepta moralia sunt de actibus omnium uirtutum, ut* supra dictum est. Sicut igitur in lege ponūtur præcepta moralia præter decalogum pertinentia ad latriam, liberalitatem, & misericordiam, & castitatem: ita etiam deberent poni aliqua præcepta pertinentia ad alias uirtutes, puta, ad fortitudinē, sobrietatem, & alia huiusmodi, qđ tamen non inuenitur. non ergo cō uenienter distinguūtur in lege alia præcepta moralia præter decalogū.

SED CONTRA est, quod in Psal. 18. dicitur, Lex Domini immaculata, conuertens animas: sed per alia etiam moralia, quæ decalogo superadduntur, homo conseruatur absq; macula peccati, & anima eius ad Deum conuertitur. ergo ad legem pertinebat etiam alia præcepta moralia tradere.

RESPON. Dicēdum, quòd sicut ex* dictis patet, præcepta iudicialia & cæremonialia ex sola institutione uim habent: quia antequàm instituerentur, non uidebasubditur,

grauiora quàm sunt tum, adulterium, & periurium: quia tamen hæc grauiora non ita facile communiter accidunt, sicut illa minus grauia, ideo illa utpote communiora, primū locū i elemētis legis obtinuerunt, & hæc ad illa non ut grauiora, sed ut priora secundū extentionem reducuntur in hoc articulo, & illa inter se secūdum grauitatem ordinata sunt in ar. 6. nihil ergo contrarietatis interuenit.

arti. 1. & 3. & q. 94. artic. 4.

subditur: Mendacium fugies, & prohibitio detractionis, secundum illud Leuit. 19. Non eris criminator, & susurro in populis. Alijs autem duobus præceptis nulla alia adiunguntur, quia per ea uniuersaliter omnis mala concupiscentia prohibetur.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ad dilectionē Dei & proximi ordinantur quædam præcepta decalogi secundum manifestam rationem debiti: alia uero secundum rationem magis occultam.

AD 2^um^ dicendum, q̄ præcepta cæremonialia, & iudicialia sunt determinatiua præceptorum decalogi ex ui institutionis, non autem ex ui naturalis instinctꝰ, sicut præcepta moralia superaddita.

q. 90. ar. 2. AD 3^um^ dicendum, q̄ præcepta legis ordinantur ad bonum commune, vtᵃ supra dictum est. Et quia uirtutes ordinantes ad aliud, directe pertinent ad bonum commune, & similiter uirtus castitatis, inquātū actus generationis deseruit bono communi speciei: ideo de istis uirtutibus directe dantur præcepta decalogi, & superaddita. De actu autem fortitudinis datur præceptum proponendum per duces exhortantes in bello, quod pro bono cōmuni suscipitur, ut patet Deute. 20. ubi mandatur sacerdoti: Nolite metuere, nolite cedere. Similiter etiam actus gulæ prohibendus committitur monitioni paternæ, quia cōtrariatur bono domestico. unde dicitur Deut. 21. ex persona parentum: Monita nostra audire contemnit, comessationibus uacat, & luxuriæ, atque conuiuijs.

¶ *Super Quæstionis centesimæ Articulū duodecimum.*

ARTICVLVS XII.

Vtrum præcepta moralia ueteris legis iustificarent.

Supr. q. 98. ar. 1. & inf. q. 103. ar 2. Et 3. di. 40. ar. 3. IN art 12. ciusdem centesimæ quæst. aduerte quòd omnes, quos uidi codices scripti, & impressi, falsi sunt. habent enim in corpore articuli hæc uerba: Si uerò accipiatur iustitia pro executione iustitiæ, sic præcepta moralia iustificabant, inquātum continebāt id quod est secundum se iustum: sed sacramenta illa ueteris legis gratiam non conferebant, licut conferunt sacramenta nouæ legis, quæ propter hoc iustificare dicuntur. & statim subditur: Si uero accipiatur iustitia, p̄ executione iustitiæ &c. Vbi pater, quòd aut ora illa superflua sunt: aut cum dixisset, quòd moralia iustificare nō poterāt iustitiam causando, addebat, quòd nec cæremonialia hoc poterant: propter quod codices inquire ueros.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd præcepta moralia ueteris legis iustificarent. Dicit Apostolus Roma. 2. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur: sed factores legis dicuntur, qui implent præcepta legis. ergo præcepta legis adimplenta iustificabant.

¶ 2 Præt. Leuit. 18. dicitur. Custodite leges meas, atque iudicia, quę faciens homo uiuet in eis: sed uita spiritualis hominis est per iustitiam. ergo præcepta legis adimplenta iustificabant.

¶ 3 Præt. Lex diuina efficacior est, quàm lex humana: sed lex humana iustificat. est enim quædam iustitia in hoc, quòd præcepta legis adimplentur. ergo præcepta legis iustificabant.

SED CONTRA est, q̄ Apostolᵘ dicit 2. ad Cor. 3. Litera occidit. qđ secundumᵘ Aug. in lib. de spiritu & litera, intelligitur etiam de præceptis moralibus. ergo præcepta moralia non iustificabant.

Ca. 4. & 14. tom. 3.

RESPON. Dicēdum, quòd sicut sanum proprie & primo dicitur, quod habet sanitatem, per posterius autem, quod significat sanitatē, uel quod conseruat sanitatem: ita iustificatio primo & proprie dicitur ipsa factio iustitiæ: secūdario uero, & quasi improprie potest dici iustificatio significatio iustitiæ, uel dispositio ad iustitiā. quibus duobus modis manifestum est, quòd præcepta legis iustificabant, inquantū. s. disponebāt hoīes ad gratiam Christi iustificantem, quam etiam significabant: quia sicut dicitᵘ Aug. contra Faustum. Etiam uita illius populi prophetica erat, & Christi figurativa. Sed si loquamur de iustificatione proprie dicta, sic considerandum est, q̄ iustitia potest accipi prout est in habitu, uel prout est in actu: & secundum hoc iustificatioᵈ dupliciter dicitur. Vno quidem modo, secundum quod homo fit iustus adipiscens habitum iustitiæ. Alio uero modo, secundū quod opera iustitiæ operatur: ut secundum hoc iustificatio nihil aliud sit, quàm iustitiæ executio. Iustitia autem, sicut & aliæ uirtutes, potest accipi & acquisita, & infusa, ut exᵗ supradictis patet. Acquisita quidem causatur ex operibus: sed infusa causatur ab ipso Deo per eius gratiam. & hæc est uera iustitia, de qua nunc loquimur, secundum quam aliquis dicitur iustus apud Deum, secundum illud Rom. 4. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Hæc igitur iustitia causari non poterat per præcepta moralia, quæ sunt de actibus humanis: & secundum hoc præcepta moralia iustificare non poterant, iustitiam causando. Si uero accipiatur iustificatio pro executione iustitiæ, sic præcepta moralia iustificabāt, inquantum continebant id, quod est secundum se iustū: sed sacramenta illa ueteris legis gratiam nō conferebant, sicut conferunt sacramenta nouę legis, quæ p̄pter hoc iustificare dicuntur. Si uero accipiatur iustificatio pro executione iustitiæ, sic omnia præcepta legis iustificabant, aliter tamen, & aliter. Nam præcepta cæremonialia continebant quidem iustitiam secundū se in generali, prout scilicet exhibebātur in cultu Dei: in speciali uero nō continebant secundum se iustitiā, nisi ex sola determinatione legis diuinæ. Et ideo de huiusmodi præceptis dicitur, q̄ non iustificabant nisi ex deuotione, & obedientia facientium. Præcepta uero moralia, & iudicialia continebant id quod erat secundum se iustum uel in generali, uel etiā in speciali: sed moralia præcepta continebant id quod est secundum se iustum ſm iustitiam generalem, quæ est omnis uirtus, ut dicitur in 5. Ethi. Præcepta uero iudicialia pertinebant ad iustitiam specialem, quæ consistit circa contractus humanæ uitæ, qui sunt inter hoīes adinuicē.

Li. 22. c. 24 i prin. to. 8.

D 8.4

Cap. 1. n. 5

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Apostolus accipit ibi iustificationem pro executione iustitię.

AD 2^um^ dicendum, quòd homo faciens præcepta legis, dicitur uiuere in eis, quia non incurrebat pœnam mortis, quam lex transgressoribus infligebat: in quo sensu inducit hoc Apostolus, Gal 3.

AD 3^um^ dicendum, quòd præcepta legis humanæ iustificant iustitia acquisita, de qua non quęritur ad præsens, sed solum de iustitia quæ est apud Deum.

QVAESTIO CI.

De præceptis cæremonialibus secundum se, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis 101. & 102.*

IN q. 101. & 102. multa scribenda essent pro textu ferpturę, quę Biblicis relinquo, q̄ hic colligere posset summarie ota cæremonialia, & aditū ad scripturæ intelligentiā habēt non solū literalē, sed figuralem.

ONSEQVENTER cōsiderandum est de præceptis cæremonialibus.

¶ Et primo, de ipsis secundum se. Secundo, de causa eorum. Tertio, de duratione ipsorum.

Circa primum, quæruntur quatuor.

¶ Primo, Quæ sit ratio præceptorū cæremonialium.
¶ Secūdo, Vtrum sint figuralia.
¶ Tertio, Vtrum debuerint esse multa.
¶ Quarto, De distinctione ipsorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ratio præceptorum cæremonialium in hoc consistat, quòd pertinent ad cultum Dei.

q. 99. & inf. q. 1. ar. 1. q. 102. Et q. 103. ad 2. & 3. & cap. & q. 104. ar.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ratio præceptorum cæremonialium non in hoc consistat, quòd pertinent ad cultum Dei. In lege enim ueteri dantur Iudęis quædam præcepta de abstinentia ciborum, ut patet Leuit. 11. & etiam de abstinendo ab aliquibus uestimentis, secundum illud Leui. 19. Vestē, quæ ex duobus texta est, nō indueris. & iterum quod præcipitur Num. 15. Vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum: sed huiusmodi non sunt præcepta moralia, quia non manent in noua lege: nec etiam iudicialia, quia non pertinent ad iudicium faciendum inter homines. ergo sunt cæremonialia: sed in nullo pertinere uidentur ad cultum Dei. ergo non est cęremonialiū præceptorū ratio, q̄ pertineant ad cultum Dei.

¶ 2 Præt. Dicunt quidam, quòd præcepta cæremonialia dicuntur illa, quæ pertinent ad solemnitates, quasi dicerentur a cereis, qui in solennitatibus accendūtur: sed multa alia sunt pertinentia ad cultū Dei præter solemnitates. ergo uidetur q̄ legis p̄cepta cæremonialia nō ea ratione dicantur, quia pertinent ad cultum Dei.

¶ 3 Præt. Secundum quosdam, præcepta cæremonialia dicuntur quasi normæ, ideſt, regulæ salutis. Nam chere in greco idem est quod salue: sed omnia præcepta legis sunt regulæ salutis, & non solum illa quæ pertinēt ad Dei cultum. ergo non solum illa præcepta dicūtur cæremonialia, quæ pertinent ad cultum Dei.

¶ 4 Præt. Rabbi Moyses dicit, q̄ præcepta cæremonialia dicuntur, quorum ratio non est manifesta: sed multa pertinentia ad cultum Dei habent rationem manifestā, sicut Sabbathi obseruatio, & celebratio Phase, sce- D nopegiæ, & multorū aliorum, quorum ratio assignatur in lege. ergo cæremonialia non sunt, quæ pertinēt ad cultum Dei.

SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 18. Esto populo in his quæ ad Deum pertinent, ostendasque populo cæremonias, & ritum colendi.

ar. 4.

RESPON. Dicendum, quòd sicut* supra dictum est, cæremonialia præcepta determinant p̄cepta moralia in ordine ad Deum: sicut iudicialia determinant præcepta moralia in ordine ad proximū. Homo autē ordinatur ad Deum per debitum cultum, & ideo cæremonialia proprie dicuntur, quæ ad cultum Dei pertinēt. Ratio autem huius nominis posita est* supra, ubi E præcepta cæremonialia ab aliis sunt distincta.

ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad cultum Dei pertinent non solum sacrificia, & alia huiusmodi, quæ immediate ad Deum ordinari uidentur, sed etiam debita p̄paratio colentium Deum ad cultum ipsius: sicut etiam in aliis, quæcunque sunt p̄paratoria ad finem, cadunt sub scientia, q̄ est de fine. Huiusmodi autem præcepta, q̄ dantur in lege de uestibus, & cibis colentium Deum, & aliis huiusmodi, pertinent ad quandam p̄parationem ipsorum ministrantiū, ut sint idonei ad cultū Dei: sicut etiam specialibus obseruantiis aliqui utuntur, qui sunt in ministerio regis. unde etiam sub præ- A ceptis cæremonialibus continentur.

AD 2^um^ dicendum, quòd illa expositio nominis nō uidetur esse multum conueniens, præsertim cum non multum inueniatur in lege, q̄ in solēnitatibus cerei accenderentur: sed in ipso etiam candelabro lucernę cū olio oliuarum præparabātur, ut patet Leui. 24. Nihilominus tamen potest dici, quòd in solemnitatibus omnia alia, quæ pertinebant ad cultum Dei, diligentius obseruabantur, & secundum hoc in obseruatione solemnitatum omnia cæremonialia includuntur.

AD 3^um^ dicendum, quòd nec illa expositio nominis uidetur esse multum conueniens: nomen enim cæremoniæ non est græcum, sed latinum. Potest dici tamē, quòd cum salus hominis sit a Deo, præcipue illa præcepta uidentur esse salutis regulæ, quæ hominem ordinant ad Deum, & sic cæremonialia dicuntur, quæ ad cultum Dei pertinent.

AD 4^um^ dicendum, quòd illa ratio cæremonialium est quodammodo probabilis, non quia ex eo dicantur cæremonialia, quia eorum ratio non est manifesta, sed hoc est quoddam consequens: quia enim præcepta ad cultum Dei pertinentia oportet esse figuralia, utᵃ infra dicetur, inde est q̄ eorum ratio nō est adeo manifesta. art. sequen.

ARTICVLVS II.

Vtrum præcepta cæremonialia sint figuralia.

Infr. q. 103. ar. 1. cor. & q. 104. ar. 2. & locis ibidem citatis

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ præcepta cæremonialia non sint figūralia. Pertinet enim ad officium cuiuslibet doctoris, ut sic pronunciet, ut de facili intelligi possit, sicutᵒ Aug. dicit in 4. de doctrina christiana: & hoc maxime uidetur esse necessarium in legis latione, quia præcepta legis populo proponuntur: unde lex debet esse manifesta, ut† Isidoᵒ dicit. si igitur præcepta cæremonialia data sint in alicuius rei figuram, uidetur inconuenienter tradidisse hmōi p̄cepta Moyses, non exponens quid figurarent.

*Cap. 4. & c. 10. tom. 3. †li. 5. c. 21.

¶ 2 Præt. Ea quæ in cultum Dei aguntur, maxime debent honestatem habere: sed facere aliqua facta ad aliqua repræsentanda, uidetur esse theatricum, siue poeticum. In theatris enim repræsentabantur olim per aliqua quæ ibi gerebantur, quædam aliorum facta. ergo uidetur quòd huiusmodi non debeant fieri ad cultum Dei: sed cæremonialia ordinantur ad cultum Dei, utᵒ dictū est. ergo cæremonialia non debent esse figuralia. ar. præced.

¶ 3 Præt. Augustᵘ dicit in Ench. q̄ Deus maxime colitur fide, spe, & charitate: sed præcepta quæ dantur de fide, spe, & charitate, non sunt figuralia. ergo præcepta cæremonialia non debent esse figuralia. Cap. 3. in princ. to. 3.

¶ 4 Præt. Dominus dicit Ioan. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eū, in spiritu & ueritate adorare oportet: sed figura non est ipsa ueritas, immo contra seinuicem diuiduntur. ergo cæremonialia quæ pertinent ad B cultum Dei, non debent esse figuralia.

SED CONTRA est, quod Apostolᵘ dicit ad Col. 2. Nemo iudicet uos in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbathorum, quæ sunt umbra futurorum.

art. præced.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut iam dictū est,* præcepta cæremonialia dicuntur, quæ ordinantur ad cultum Dei. Est autem duplex cultus Dei, interior, & exterior. Cum enim homo sit compositus ex anima & corpore, utrunque debet applicari ad colendum Deum, ut scilicet anima colat interiori cultu, & corpus exteriori. unde dicitur in Psal. 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. & sicut corpus ordinatur

tur in Deum per animam: ita cultus exterior ordinatur ad interiorem cultum. Consistit autem interior cultus in hoc, quòd anima coniungatur Deo per intellectum & affectum: & ideo secundum quod diuersimode intellectus & affectus colentis Deum, Deo recte coniungitur, secundum hoc diuersimode exteriores actus hominis ad cultum Dei applicantur. In statu enim futuræ beatitudinis intellectus humanus ipsam diuinam veritatem in seipsa intuebitur: & ideo exterior cultus non consistet in aliqua figura, sed solum in laude Dei, quę procedit ex interiori cognitione & affectione, secundum illud Isa. 51. Gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarũ actio & vox laudis. In statu autem præsentis vitæ non possumus diuinam veritatem in seipsa intueri, sed oportet quòd radius diuinę veritatis nobis illucescat sub aliquibus sensibilibus figuris, sicut* Dio. dicit. 1. cap. cæl. hierar. diuersimode tamen secundum diuersum statum cognitionis humanę. In veteri enim lege neque ipsa diuina veritas in se ipsa manifesta erat, neque etiã adhuc propalata erat uia ad hoc perueniendi, sicut Apostolus dicit ad Heb. 7. Et ideo oportebat exteriorem cultum ueteris legis non solum esse figuratiuum futuræ ueritatis manifestandę in patria, sed etiam esse figuratiuum Christi, qui est uia ducens ad illam patrię ueritatem. Sed in statu nouæ legis hæc uia iam est reuelata: unde hanc præfigurari non oportet sicut futuram, sed commemorari oportet per modum pręteriti, uel præsentis: sed solũ oportet præfigurari futuram ueritatem glorię nondũ reuelatã. & hoc est quod Apostolus dicit ad Heb. 10. Vmbram habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Vmbra enim minus est quàm imago, tanquàm imago pertineat ad nouam legem, umbra uero ad ueterem.

Ca. 1. circa medium.

Ad primvm ergo dicendum, quòd diuina nõ sunt reuelanda hominibus, nisi secundum eorum capacitatem: alioquin daretur eis præcipitii materia, dũ contemnerent quę capere non possent. Et ideo utilius fuit, ut sub quodam figurarum uelamine diuina mysteria rudi populo traderentur, ut sic saltem ea implicite cognoscerent, dum illis figuris deseruirent ad honorem Dei.

Ad 2m dicendum, quòd sicut poetica non capiuntur a ratione humana propter defectum ueritatis, [qui est in eis: ita etiam ratio humana perfecte capere non potest diuina propter excedentem ipsorum ueritatẽ: & ideo utrobique opus est repræsentatione per sensibiles figuras.

Ad 3m dicendum, q̃ Aug. ibi loquitur de cultu interiore, ad quem tamen ordinari oportet exteriorem cultum, ut* dictum est.

In cor. art.

Et similiter dicendũ est ad quartũ, quia per Christũ hoies plenius ad spirituale Dei cultũ sunt introducti.

Articvlvs III.

Vtrum debuerint esse multa cæremonialia præcepta.

4. dist. 1. q. 1. art. 5. qo. 2. ad 2. Et Roma. 5. le. 6. cap. 3.

*ar. 1. & 2.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd non debuerint esse multa cæremonialia præcepta. Ea enim quæ sunt ad finem, debent esse fini proportionata: sed cæremonialia præcepta, sicut* dictum est, ordinantur ad cultum Dei, & in figuram Christi. Est autẽ unus Deus, a quo omnia: & unus Dominus Iesus Christus, per quẽ omnia, ut dicitur 1. ad Corint. 8. ergo cæremonialia non debuerunt multiplicari.

¶ 2 Præt. Multitudo cæremonialium p̃ceptorum transgressionis erat occasio, sm illud q̃ dicit Petrus act. 15. Quid tentatis Deũ imponere iugum super cernicem discipulorũ, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? sed transgressio diuinorum præceptorum contrariatur humanæ saluti. cum igitur lex oĩs debeat saluti congruere hominum, ut* Isid. dicit, uidetur q̃ non debuerint multa præcepta cæremonialia dari.

Lib. 5. Etym. c. 3. & 21.

¶ 3 Præt. Præcepta cæremonialia pertinebant ad cultũ Dei exteriorem, & corporalem, ut* dictum est: sed huiusmodi cultum corporalem lex debebat diminuere, quia ordinabat ad Christũ, qui docuit homines Deũ colere in spiritu & ueritate, ut habetur Iohan. 4. non ergo debuerunt multa præcepta cæremonialia dari.

ant. præced.

Sed contra est, quod dicitur Osee 8. Scribam eis multiplices leges intus. & Iob. 11. Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, quòd multiplex sit lex eius.

Respon. Dicendũ q̃ sicut* supra dictum est, Oĩs lex alicui populo datur. In populo autem duo genera hominum continentur, quidam proni ad malum, qui sunt per præcepta legis coercendi, ut* supra dictũ est: quidam habentes inclinationem ad bonum uel ex natura, uel ex consuetudine, uel etiam ex gratia: & tales sunt per legis præceptum instruendi, & in melius promouẽdi. Quantum igitur ad utrunque genus hoĩum, expediebat præcepta cæremonialia in ueteri lege multiplicari. Erant. n. in illo populo aliqui ad idolatriam proni, & ideo necesse erat, ut ab idolatriæ cultu per pcepta cæremonialia reuocarentur ad cultum Dei. Et quia multipliciter homines idolatriæ deseruiebant, oportebat econtrario multa institui ad singula reprimenda: & iterum multa talibus imponi, ut quasi onerati ex his, quæ ad cultum Dei impenderent, non uacaret idolatriæ deseruire. Ex parte uero eorum qui erant proni ad bonum, etiam necessaria fuit multiplicatio cęremonialium p̃ceptorum, tũ quia per hoc diuersimode mens eorum referebatur in Deum, & magis assidue: tum etiam quia mysterium Christi, quod per huiusmodi cæremonialia figurabatur, multiplices utilitates attulit mundo, & multa circa ipsum consideranda erat, q̃ oportuit p diuersa cæremonialia figurari.

7. 90. art. 2. & 3. & qo. 96. artic. 1.

*q. 95. ar. 1.

Ad primvm ergo dicẽdum, q̃ quando id quod ordinatur ad finẽ, est sufficiens ad ducendum in finẽ, tũc sufficit unũ ad unum finem: sicut una medicina si sit efficax, sufficit quãdoque ad sanitatem inducendã, & tunc non oportet multiplicari medicinam: sed propter debilitatem, & imperfectionem eius, quod est ad finem, oportet eam multiplicari, sicut multa adhibentur remedia infirmo, quando unum non sufficit ad sanandum. cæremoniæ autem ueteris legis inualidæ, & imperfectę erant ad repręsentandum Christi mysteriũ, quod est superexcellens, & ad subiugandum mentes hominum Deo. Vnde Apost. dicit ad Heb. 7. Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem. & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex, & ideo oportuit huiusmodi cæremonias multiplicari.

Ad 2m dicendũ, q̃ sapientis legislatoris est minores transgressiones permittere, ut maiores caueantur. & ideo ut caueretur transgressio idolatrię, & superbiæ, quæ in Iudęorum cordibus nasceretur, si omnia p̃cepta legis implerẽt, non propter hoc ptermisit De* multa cęremonialia p̃cepta tradere, quia de facili sumebant ex hoc transgrediendi occasionem.

Ad 3m dicendũ, quòd uetus lex in multis diminuit corporalem cultum: propter quod statuit, q̃ non in omni loco sacrificia offerrentur, neque a quibuslibet: & multa huiusmodi statuit ad diminutionem exteriorís

terioris cultus, sicut etiam Rabbi Moyses Aegyptius dicit.* Oportebat tamẽ non ita attenuare corporalem cultũ Dei, ut hoĩes ad cultum dæmonum declinarent.

Lib. Dux neutrum.

Articvlvs IIII.

Vtrum cæremoniæ ueteris legis conuenienter diuidantur in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantias.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur q̃ cæremonię ueteris legis inconuenienter diuidantur in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantias. Cæremonię. n. ueteris legis figurabant Christum: sed hoc solũ fiebat p sacrificia, per quæ figurabatur sacrificiũ, quo Christus se obtulit oblationẽ, & hostiã Deo, ut dicitur ad Eph. 5. ergo sola sacrificia erãt cæremonialia.

¶ 2 Præt. Vetus lex ordinabatur ad nouam: sed in noua lege ipsum sacrificium est sacramentum altaris. ergo in ueteri lege non debuerunt distingui sacramenta contra sacrificia.

¶ 3 Præt. Sacrum dicitur, quod est Deo dicatum, secundum quem modum tabernaculum, & uasa eius sacrificari dicebantur: sed omnia cæremonialia erant ordinata ad cultum Dei, ut* dictum est. ergo cæremonialia omnia sacra erant, non ergo una pars cæremonialium debet sacra nominari.

dict. 9.

¶ 4 Præt. Obseruantiæ ab obseruando dicuntur: sed omnia præcepta legis obseruari debent. dicitur enim Deut. 8. Obserua, & caue ne quãdo obliuiscaris domini Dei tui, & negligas mandata eius, atq; iudicia, & cæremonias. non ergo obseruantiæ debẽt poni una pars cęremonialium.

¶ 5 Præt. Solemnitates inter cæremonialia computantur, cum sint in umbram futuri, ut patet ad Col. 2. similiter etiam oblationes, & munera, ut patet per Apostolum ad Heb. 9. quæ tamen sub nullo horum contineri uidentur. ergo inconueniens est prędicta distinctio cæremonialium.

Sed contra est, q̃ in ueteri lege singula prædicta cæremonię uocantur: sacrificia enim dicuntur cæremoniæ, Num. 15. Offerat vitulum, & sacrificia eius ad libamenta, ut cæremoniæ eius postulant. De sacramento etiam ordinis dicitur Leuit. 7. Hæc est unctio Aaron, & filiorum eius in cæremoniis. De sacris etiam dicitur Exo. 38. Hęc sunt instrumenta tabernaculi testimonii in cæremoniis Leuitarum. De obseruantiis etiã dicitur 3. Reg. 9. Si auersi fueritis non sequentes me, nec obseruantes cæremonias, quas proposui uobis.

8. 2. præc.

Respon. Dicendum, quòd sicut* supra dictũ est, cæremonialia præcepta ordinantur ad cultum Dei: in quo quidem cultu considerari possunt & ipse cultus, & colentes, & instrumenta colendi. Ipse autem cultus specialiter consistit in sacrificiis, quæ in Dei reuerentiam offeruntur. Instrumenta autem colendi pertinẽt ad sacra, sicut est tabernaculum, & uasa, & alia huiusmodi. Ex parte autem colentium duo possunt considerari, scilicet eorum institutio ad cultum diuinum, quod fit per quandam consecrationem uel populi, uel ministrorum, & ad hoc pertinent sacramenta: & iterũ eorum singularis conuersatio, per quam distinguuntur ab his, qui Deum non colunt, & ad hoc pertinent obseruantiæ, puta, in cibis, & uestimentis, & aliis hmõi.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd sacrificia offerri oportebat & in aliquibus locis, & per aliquos homines: & totum hoc ad cultum Dei pertinet. Vnde sicut per sacrificia significatur Christus immolatus, ita etiam per sacramenta, & sacra illorum figurabantur sacramenta & sacra nouæ legis, & per eorum obseruantias figurabatur conuersatio populi nouæ legis, quæ omnia ad Christum pertinent.

Ad 2m dicendum, quòd sacrificium nouæ legis, id est, Eucharistia, continet ipsum Christum, qui est sanctificationis actor. Sanctificauit enim per suum sanguinem populum, ut dicitur ad Heb. vlti. & ideo hoc sacrificium etiam sacramentum est: sed sacrificia ueteris legis non continebant Christum, sed ipsum figurabant, & ideo non dicuntur sacramenta, sed ad hoc designandũ seorsum erant q̃dã sacramenta in ueteri lege, q̃ erãt figurę futuræ cõsecrationis æquãuis etiã quibusdã consecrationibus quædã sacrificia adiungerẽtur.

Ad 3m dicendum, q̃ sacra, aut sacrificia, & sacramenta erant, sed quædã erant q̃ erant sacra, utpote ad cultũ Dei dicata, nec tamẽ erant sacrificia, nec sacramẽta, & ideo retinebant sibi commune nomen sacrorũ.

Ad 4m dicendum, quòd ea quæ pertinebant ad cõuersationem populi Deum colentis, retinebant sibi commune nomen obseruantiarum, inquantum a præmissis deficiebant. Non enim dicebantur sacra, quia non habebant immediatum respectum ad cultũ Dei, sicut tabernaculum, & uasa eius: sed per quãdam consequentiam erant cęremonialia, inquantum pertinebant ad quandam idoneitatem populi colentis Deũ.

Ad 5m dicendum, quòd sicut sacrificia offerebantur in determinato loco, ita etiam offerebantur in determinatis temporibus: unde etiam solẽnitates inter sacra computari uidentur. Oblationes autem & munera computantur cum sacrificiis, quia Deo offerebantur: unde Apostolus dicit ad Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.

QVAESTIO CII.

De cæremonialium præceptorum causis, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de causis cæremonialium præceptorum.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum præcepta cæremonialia habeant causam.
¶ Secũdo, Vtrum habeant causam literalem, uel solum figuralem.
¶ Tertio, de causis sacrificiorum.
¶ Quarto, de causis sacramentorum.
¶ Quinto, de causis sacrorum.
¶ Sexto, de causis obseruantiarum.

Articvlvs primvs.

Vtrum cæremonialia præcepta habeant causam.

Ro. 4. le. 1.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd cęremonialia præcepta non habeant causam. Quia sup illud Eph. 2. Legẽ mandatorum decretis euacuans, dicit* Glos. idest, euacuans legem ueterẽ quantũ ad carnales obseruantias, decretis. i. præceptis euangelicis, quæ ex ratione sunt: sed si obseruantiæ ueteris legis ex ratione erant, frustra euacuarentur per rationabilia decreta nouæ legis. nõ ergo cæremoniales obseruantiæ ueteris legis habebant aliquam rationem.

*glos. inter linearis ibi.

¶ 2 Præt. Vetus lex succesit legi naturę: sed in lege naturę fuit aliquod præceptum quod nullam rationem habebat,

habebat, nisi ut hominis obedientia probaretur, sicut
Lib.8.ca.6. & c.12.to.3 *Aug. dicit 8. super Gen. ad literam de prohibitione ligni mæ. ergo etiam in ueteri lege aliqua præcepta dāda erant, in quibus hominis obedientia probaretur, quæ de se nullam rationem haberent.

¶ 3 Præt. Opera hominis dicuntur moralia secundū quod sunt a ratione: si igitur cæremonialium præceptorum sit aliqua ratio, non differrent a moralibus præceptis. Videtur ergo quòd cæremonialia præcepta non habeant aliquam causam: ratio enim præcepti ex aliqua causa sumitur.

SED CONTRÆ est, quod dicitur in Psal. 17. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos: sed cæremonialia sunt præcepta Dei. ergo sunt lucida, quod non esset, nisi haberent rationabilem causam.

Li.1.Meta. ca.2.com.3. RESPON. Dicendū, ꝙ cum sapientis sit ordinare secūdum* Philosophum in 1. Meta. Ea quæ ex diuina sapientia procedunt, oportet esse ordinata, ut Apost. dicit ad Rom. 13. ad hoc autem ꝙ aliqua sint ordinata, duo requiruntur. Primo quidem, quòd aliqua ordinentur ad debitum finem, qui est principium totius ordinis in rebus agendis: ea enim quæ casu eueniunt præter intentionem finis, uel quæ non serio fiunt, sed ludo, dicimus esse inordinata. Secundo, oportet quòd id, quod est ad finem, sit proportionatū fini: & ex hoc sequitur, quòd ratio eorum quę sunt ad finem, sumitur ex fine: sicut ratio dispositionis serrę sumitur ex sectione, quæ est finis eius, ut dicitur in secundo* Phys.
Li.2.Phy. tex.88.to.2 Manifestum est autem, quòd præcepta cęremonialia, sicut & omnia alia præcepta legis, sunt ex diuina sapiētia instituta. unde dicitur Deut. 4. Hęc est sapientia uestra, & intellectus coram populis. Vnde necesse est dicere, quòd præcepta cæremonialia sint ordinata ad aliquem finem, ex quo eorum rationabiles causæ assignari possint.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obseruantię ueteris legis possunt dici sine ratione quantum ad hoc, quòd ipsa facta in sui natura rationem non habebant, puta, ꝙ uestis non conficeretur ex lana, & lino. I Poterant tamen habere rationem ex ordine ad aliud, inquantū scilicet uel aliquid per hoc figurabatur, uel aliquid excludebatur: sed decreta nouæ legis, quæ præcipue consistunt in fide & dilectione Dei, ex ipsa natura actus rationabilia sunt.

AD 2^m dicendum, quòd prohibitio ligni scientiæ boni & mali, non fuit propter hoc, quòd illud lignum esset naturaliter malum, sed tamen ipsa prohibitio habuit aliquam rationem ex ordine ad aliud, inquātum scilicet per hoc aliquid figurabatur: & sic etiam cæremonialia præcepta ueteris legis habent rationem in ordine ad aliud.

AD 3^m dicendum, quòd præcepta moralia Fm K suam naturam habent rationabiles causas, sicut, Non occides, Non furtum facies: sed præcepta cæremonialia habent rationales causas ex ordine ad aliud,
In cor. art. ut* dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum præcepta cæremonialia habeant causam literalem, uel figuralem tantum.

Ro.4.lc.2. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ præcepta cæremonialia non habeant causam literalem, sed figuralem tantum. Inter præcepta enim cęremonialia præcipua erant circuncisio, & immolatio agni paschalis: sed utrūque istorum non habebat nisi F causam figuralem, quia utrunque istorum datum est in signū. dicit. n. Gen. 17. Circūcidetis carnē ꝑputii uestri, ut sit in signū fœderis inter me & uos. & de celebratione Phase dē Exod. 13. Erit quasi signū in manu tua, & quasi monumētū ante oculos tuos. ergo multo magis alia cęremonialia nō habēt nisi causā figuralē.

¶ 2 Præt. Effectus proportionatur suæ causæ: sed omnia cæremonialia sunt figuralia, ut* supra dictum est. q.præ.ar.6. Heb.4. Pſal. 39.Heb. 10.1. ergo non habent nisi causam figuralem.

¶ 3 Præt. Illud quod de se est indifferens utrum sic, uel non sic fiat, non uidetur habere aliquam literalem causam: sed quædam sunt in præceptis cæremonialibus, quæ non uidentur differre utrum sic, uel sic fiant, sicut est de numero animalium offerendorum, & aliis G huiusmodi particularibus circunstantiis. ergo præcepta ueteris legis non habent rationem literalem.

SED CONTRA. Sicut præcepta cęremonialia figurabant Christum, ita etiam historię ueteris testamenti. Dicitur enim. 1. ad Cor. 10. ꝙ omnia in figuram contingebant illis: sed in historiis ueteris testamenti prēter intellectum mysticum, seu figuralem, est etiam intellectus literalis. ergo etiam præcepta cæremonialia præter causas figurales, habebant etiā causas literales.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est,* ar. præced. Ratio eorum quæ sunt ad finem, oportet quòd a fine sumatur: finis autem præceptorū cæremonialium est duplex. Ordinabantur. n. ad cultum Dei pro tempore H illo, & ad figurandum Christum: sicut etiā uerba Prophetārum hc respiciebāt præsens tempus, ꝙ etiam in figurā futuri dicebātur, ut Hierony. dicit super Osee. Sic igitur rationes præceptorum cæremonialium ueteris legis dupliciter accipi possunt. Vno modo ex rōne cultus diuini, qui erat pro tempore illo obseruandus: & rōnes illæ sunt literales, siue pertineāt ad uitandū idolatriæ cultum, siue ad rememoranda aliqua Dei beneficia, siue ad insinuandam excellentiam diuinā, uel etiam ad designandam dispositionem mentis, quæ tūc requirebatur in colentibus Deū. Alio modo possunt eorum rationes assignari, secundum quod ordinātur ad figurandum Christum: & sic habent rationes figurales, & mysticas, siue accipiantur ex ipso Christo & Ecclesia, quod pertinet ad allegoriam: siue ad mores populi Christiani, quod pertinet ad moralitatem: siue ad statum futuræ gloriæ, prout in eam introducimur per Christum, quod pertinet ad anagogiam.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ sicut intellectus metaphoricę locutionis in scripturis est literalis, quia uerba ad hoc proferuntur ut hoc significent: ita etiā significationes cæremoniarum legis, quæ sunt commemoratiuæ beneficiorum Dei, propter quæ institutæ sunt, uel aliorum huiusmodi, quę ad illum statum pertinebant, non transcendunt ordinem literalium causarum. vnde oportet ꝙ assignetur causa celebrationis Phase, quod est signum liberationis ex Aegypto: & ꝙ circuncisio est signum pacti, quod Deus habuit cum Abraham, quòd pertinet ad causam literalem.

AD 2^m dicendum, quòd ratio illa procederet, si cæremonialia præcepta essent data solum ad figurandum futurum, non autē ad præsentialiter Deū colendum.

AD 3^m dicendum, quòd sicut in legibus humanis q.96.art.1. dictum est*, quòd in vniuersali habent rationem, nō autem quantum ad particulares conditiones, sed hæc sunt ex arbitrio instituentium: ita etiam multæ particulares determinationes i cęremoniis ueteris legis nō habent aliquam causam literalem, sed solam figuralē in communi uero habent etiam causam literalem.

ARTICVLVS III.

Vtrum possit assignari conueniens ratio cæremoniarum, quæ ad sacrificia pertinent.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non possit conueniens ratio assignari cæremoniarum, quæ ad sacrificia pertinent. Ea enim quæ in sacrificium offerebantur, sunt illa quæ sunt necessaria ad sustentandam humanam uitā, sicut animalia quædam, & panes quidam: sed Deus tali sustentamēto nō indiget, Fm illud Psal. 49. Nunquid māducabo carnes tautorum, aut sanguinem hircorum potabo? ergo inconuenienter huiusmodi sacrificia Deo offerebātur.

¶ 2 Præt. In sacrificium diuinum non offerebatur nisi de tribus generibus animalium quadrupedum, scilicet de genere bouum, ouium, & caprārū: & de auib* communiter quidem turtur & columba. Specialiter autem in emundatione leprosi fiebat sacrificiū de passeribus: multa autem animalia alia sunt eis nobiliora. Cum igitur omne quod est optimum, Deo sit exhibendum, uidetur quòd non solum de istis rebus fuerint sacrificia offerenda.

¶ 3 Præt. Sicut homo a Deo habet dominium volatilium & bestiarū... ra etiam piscium. inconuenienter igitur pisces a diuino sacrificio excludebantur.

¶ 4 Præt. Indifferenter offerri mandabantur turtures, C & columbæ. Sicut igitur mandabātur offerri pulli columbarum, ita & pulli turturum.

¶ 5 Præt. Deus est actor uitæ non solum hominū, sed etiam animalium, ut patet per id quod dicitur Gen. 1. Mors aūt opponitur uitæ. non ergo debuerunt Deo offerri animalia occisa, sed magis animalia uiuentia: præcipue quia etiam Apostol. monet Roma. 12. Vt exhibeamus nostra corpora hostiam uiuētem, sanctam, Deo placentem.

¶ 6 Præt. Si animalia Deo in sacrificiū non offerebant, nisi occisa, nulla uidetur esse differentia qualiter occidantur. inconuenienter igitur determinatur modus immolationis, præcipue in auibus, ut patet Leuit. 1.

¶ 7 Præt. Ois defectus animalis uia est ad corruptionē, & mortem. si igitur animalia occisa Deo offerebātur, inconueniens fuit prohibere oblationem animalis imperfecti, puta, claudi, aut cæci, aut aliter maculosi.

¶ 8 Præt. Illi qui offerunt hostias Deo, debent de his participare, Fm illud Apost. 1. Cor. 10. Nonne qui edūt hostias, participes sunt altaris? Inconuenienter igitur quædam partes hostiarū offerentibus subtrahebātur, scilicet sanguis & adeps, pectusculū & armus dexter.

¶ 9 Præt. Sicut holocausta offerebantur in honorē Dei, ita etiam hostiæ pacificę, & hostiæ pro peccato: sed nullum animal feminini sexus offerebatur Deo in holocaustum, fiebant tamen holocausta tam de quadrupe- E dibus, quàm de auibus. ergo incōuenienter in hostiis pacificis, & pro peccato offerebantur animalia feminini sexus, & tamen in hostiis pacificis non offerebantur aues.

¶ 10 Præt. Omnes hostiæ pacificæ unius generis esse uidentur. non ergo debuit poni ista differentia, quòd quorundam pacificorum carnes non possent uesci in crastino, quorundam autem possent, ut mandatur Leuit. 7.

¶ 11 Præt. Omnia peccata in hoc conueniunt, quòd a Deo auertunt. ergo pro omnibus peccatis in Dei reconciliationem, unum genus sacrificii debuit offerri.

¶ 12 Præt. Omnia animalia quæ offerebantur in sacrificium, uno modo offerebantur, scilicet occisa. non uidetur ergo conueniens, quòd de terræ nascentibus diuersimode fiebat oblatio: nunc enim offerebantur spicæ, nunc simila, nunc panis, quandoque quidem coctus in clibano, quandoque in sartagine, quandoque in craticula.

¶ 13 Præt. Omnia quæ in usum nostrum ueniunt, a Deo recognoscere debemus. inconuenienter ergo præter animalia, solum hæc Deo offerebantur, panis, uinum, oleum, tus, sal.

¶ 14 Præt. Sacrificia corporalia exprimunt interius sacrificium cordis quo homo spiritum suū offert Deo: sed in interiori sacrificio plus est de dulcedine, quam repræsentat mel, quàm de mordacitate, quam repræ- B sentat sal. dicit. n. Eccles. 24. Spiritus meus super mel dulcis. ergo inconuenienter prohibebatur in sacrificio apponi mel, & fermentum, quod etiam facit panē sapidū, & præcipiebatur ibi apponi sal, quod est mordicatiuum, & tus, quod habet saporem amarum. uidetur ergo, quòd ea quę pertinent ad cæremonias sacrificiorum, non habeant rationabilem causam.

SED CONTRA est, quòd dicitur Leuitic. 1. Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & odorem suauissimum Domino: sed sicut dicitur Sap. 7. Neminem diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabitat: ex quo potest accipi, quòd quicquid est Deo acceptum, est cum sapientia. ergo ille cæremoniæ sacrificiorum cum sapientia erant, uelut habentes rationabiles causas.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est † art. præce. cæremoniæ ueteris legis duplicem causam habebant, unam scilicet literalem, secundum quod ordinabantur ad cultum Dei: aliam uero figuralem, siue mysticā, secundum quod ordinabantur ad figurandum Christum. Et ex vtraque parte potest conuenienter assignari causa cæremoniarum, quę ad sacrificia pertinebant. Secundum enim quod sacrificia ordinabantur ad cultum Dei, causa sacrificiorum dupliciter accipi potest. Vno modo, secundum quod per sacrificia repræsentabatur ordinatio mentis in Deum, ad quam excitabatur sacrificium offerēs. Ad rectam autem ordinationē mentis in Deum pertinet, quòd omnia quæ homo habet, recognoscat a Deo tanquàm a primo principio, & ordinet in Deum tanquàm in ultimum finem: & hoc repræsentabatur in oblationibus & sacrificiis, Fm qđ homo ex rebus suis quasi in recognitionem quòd haberet ea a Deo, in honorem Dei ea offerebat, secundū quod dixit Dauid 1. Paral. 29. Tua sunt omnia, & qđ de manu tua accepimus, dedimus tibi. & ideo in oblatione sacrificiorum protestabatur homo, ꝙ Deus esset primum principium creationis rerum, & ultimus finis, ad quem essent omnia referenda. Et quia pertinet ad rectam ordinationem mentis in Deum, ut mens humana non recognoscat aliud primum actorem rerum, nisi solum Deum, nequę in aliquo alio finem suū constituat: propter hoc prohibebatur in lege offerri sacrificium alicui alteri, nisi Deo, secundū illud Exod. 22. Qui immolat diis, occidetur, præter Domino soli. & ideo de causa cæremoniarum circa sacrificia potest assignari ratio. Alio modo ex hoc, ꝙ per huiusmodi homines retrahebantur a sacrificiis idolorum: unde etiam præcepta de sacrificiis non fuerunt data populo Indæorum, nisi postquàm declinauit ad idolatriam adorando uitulum conflatilem: quasi huiusmodi sacrificia sint instituta, ut populus ad sacrificandum D optus, huiusmodi sacrificia magis Deo, quàm idolis offerret

Universidad de Deusto
Biblioteca

offerret. unde dicitur Iere. 7. Non sum locutus cum patribus uestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustomatum & victimarum. Inter omnia autem dona, quæ Deus humano generi iam per peccatum lapso dedit, præcipuum est, quòd dedit filium suum, unde dicitur Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam: & ideo potissimum sacrificiū est, quo ipse Christus seipsum obtulit Deo in odorem suauitatis, ut dicitur ad Ephe. 5. Et propter hoc omnia alia sacrificia offerebantur in ueteri lege, ut hoc unum singulare & præcipuum sacrificium figuraretur, tanquā perfectū per imperfecta. unde Apost. dicit ad Heb. 10. G quòd sacerdos ueteris legis eaſdem sæpe offerebat hostias, quæ nunquàm possunt auferre peccata: Christus autem pro peccatis obtulit vnam in sempiternum. Et quia ex figurato sumitur ratio figuræ: ideo rationes sacrificiorum figuralium ueteris legis sunt sumendæ ex vero sacrificio Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus non uolebat huiusmodi sacrificia sibi offerri propter ipsas res quæ offerebantur, quasi eis indigeret. unde dicitur Isa. 1. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & hircorum, & agnorum nolui: sed
ar. præced. volebat ea sibi offerri, vt* supra dictum est, tum ad excludendam idolatriam, tum ad significandum debitum ordinem mentis humanæ in Deum, tum etiam ad significandum mysterium redemptionis humanæ per Christum.

AD 2^m dicendum, quòd quantum ad omnia prædicta ratio conueniens fuit quare ista animalia offerebantur Deo in sacrificium, & non alia. Primo quidem ad excludendum idolatriam: quia omnia alia animalia offerebant idolatræ diis suis, vel eis ad maleficia vtebantur. Ista autem animalia apud Aegyptios, cum quibus cōuersati erant, abominabilia erant ad occidendum, vnde ea non offerebant in sacrificium diis suis. vnde dicitur Exod. 8. Abominationes Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? Oues I. enim colebant, hircos venerabantur: quia in eorum figura dæmones apparebant. Bobus etiam vtebantur ad agriculturam, quam inter res sacras habebant. Secūdo, hoc conueniens erat ad prædictā ordinationem mētis in Deum: & hoc dupliciter. Primo quidem, quia huiusmodi animalia maxime sunt, per quæ subsistenta tur humana vita: & cum hoc mundissima sunt, & mūdissimum habent nutrimentum. Alia vero animalia vel sunt siluestria, & non sunt communiter hominum vsui deputata, vel si sunt domestica, immundū habent nutrimentum, vt porcus, & gallina: solum autem id quod est purum, Deo est attribuendum. Huiusmodi autem aues specialiter offerebantur, quia habentur in K copia in terra promissionis. Secundo, quia per immolationem huiusmodi animalium puritas mentis desi-
gloss. ordi. parū a prin. comment. ad. 1. c. Leu. gnatur: quia, vt* dicitur in gl. Leu. 1. Vitulum offerimus, cum carnis superbiam vincimus: agnum, cum irrationales modus corrigimus: hœdum, cum lasciuiā superamus: turturem, dum castitatem seruamus: panes azymos, cum in azymis syncerit atis epulamur. In columba vero manifestum est, quòd significatur castitas & simplicitas mentis. Tertio vero conueniens fuit hæc animalia offerri in figuram Christi: quia vt in eadem glos. dicitur, Christus in vitulo offertur propter virtutem crucis, in agno propter innocentiam, in ariete propter principatum, in hirco propter similitudinē F carnis peccati. In turture & columba, duarum naturarum coniunctio monstrabatur: vel in turture castitas, in columba, charitas significabat, in similagine, aspersio credentium per aquam baptismi figurabatur.

AD 3^m dicendum, quòd pisces, qui in aqua viuunt, magis sunt alieni ab homine quàm cętera animalia, quæ viuunt in aere, sicut & homo: & iterum pisces ex aqua extracti, statim moriuntur: vnde nō poterant in templo offerri, sicut alia animalia.

AD 4^m dicendū, quòd in turturibus meliores sunt maiores quàm pulli, in columbis autem econuerso: & ideo ut Rabbi Moyses dicit, mandantur offerri turtures & pulli columbarum: quia omne quod est optimum, Deo est attribuendum.

AD 5^m dicendum, q animalia in sacrificium oblata occidebantur, quia ueniunt in usum hominis occisa, secundum quod a Deo dantur homini ad esum, & ideo etiam igni cremabantur: quia per ignem decocta fiunt apta humano usui. Similiter etiam per occisionē animalium significatur destructio peccatorū, & quòd homines erant digni occisione pro peccatis suis, ac si illa animalia loco eorum occiderentur, ad significandum expiationem peccatorum. Per occisionem eorum huiusmodi animalium significabatur occisio Christi.

AD 6^m dicendum, quòd specialis modus occidendi animalia immolata determinabatur in lege ad excludendum alios modos, quibus idolatræ animalia idolis immolabant. Vel etiam, ut Rabbi Moyses dicit, lex elegit genus occisionis, quo animalia minus affligebantur occisa, per qd etiam excludebatur & immitericordia offerentiū, & deterioratio aāliū occisorū.

AD 7^m dicendum, q quia animalia maculosa solēt haberi contemptui etiam apud homines, ideo prohibitum est, ne Deo in sacrificium offerrentur: propter qd et prohibitum erat, ne mercedem postibuli, aut pretium carnis in domum Dei offerrēt. Et eadem etiā ratione non offerebant animalia ante septimum diē: quia talia animalia erant quasi abortiua, nondum plene consistentia propter teneritudinem.

AD 8^m dicendum, quòd triplex erat sacrificiorum genus: quoddam erat, quod totum comburebatur, & hoc dicebatur holocaustum, quasi totum incensum. Huiusmodi enim sacrificiū offerebatur Deo specialiter ad reuerentiam maiestatis ipsius, & amorem bonitatis eius, & conueniebat perfectionis statui in impletione consiliorum, & ideo totum comburebatur: ut sicut totum animal resolutum in uaporem, sursum ascēdebat, ita etiam significaretur totum hominē, & omnia quæ ipsius sunt, Dei dominio esse subiecta, & ei esse offerenda. Aliud autem erat sacrificium pro peccato, quod offerebatur Deo ex necessitate remissionis peccati: & conueniebat statui pœnitentium in satisfactione peccatorum, quod diuidebatur in duas partes. Nam una pars eius comburebatur: alia uero cedebat in usum sacerdotum, ad significandum quòd expiatio peccatorum fit a Deo per ministerium sacerdotum, nisi quando offerebatur sacrificium pro peccato totius populi, uel specialiter pro peccato sacerdotis: tunc enim totum comburebatur. Non enim debebant in usum sacerdotum uenire ea, quæ pro peccato eorum offerebantur, ut nihil peccati in eis remaneret: & quia hoc non esset satisfactio pro peccato. Si enim cederet in usum eorum, pro quorū peccatis offerebatur, idem esse uideretur ac si non offerretur. Tertiū sacrificiū uocabatur hostia pacifica, quę offerebatur Deo uel pro gratiarum actione, uel pro salute & prosperitate

prosperitate offerentium ex debito beneficij uel acci- A
piendi, vel accepti: & cōuenit statui proficientium in impletione mādatorum. Et ista diuidebantur in tres partes, nam vna pars incēdebatur ad honorem Dei: alia pars cedebat in vsum sacerdotū: tertia vero pars in vsum offerentium, ad significandum q salus hominis procedit a Deo dirigentibus ministris Dei, & cooperantibus ipsis hominibus qui saluantur. Hoc autem generaliter obseruabatur, quòd sanguis & adeps non veniebant neque in vsum sacerdotum, neq; in vsum offerentium: sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris in honorem Dei, adeps vero adurebatur in igne, cuius ratio vna quidem fuit ad excludendam
B idolatriam. Idolatræ enim bibebant de sanguine victimarum, & comedebant adipes, secundum illud Deuteron. 32. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Secunda ratio est ad informationem humanæ vitæ. Prohibebatur enim eis vsus sanguinis ad hoc, quod horrerent humani sanguinis effusionem: vnde dicitur Genes. 9. Carnem cum sanguine non comedetis: sanguinem. n. animarum vestrarum requiram. Esus vero adipum prohibebatur eis ad vitandam lasciuiam: vnde dicitur Ezech. 34. Quod crassum erat occidebatis. Tertia vero ratio est propter reuerentiam diuinam: quia sanguis est maxime necessarius ad vitam, ratione cuius
C dicitur anima esse in sanguine, adeps autem abundantiam nutrimenti demonstrat: & ideo vt ostenderetur, quòd a Deo nobis est & vita, & omnis bonorum sufficientia ad honorem Dei effundebatur sanguis, & adurebatur adeps. Quarta ratio est: quia per hoc figurabatur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis eius, per quam se obtulit Deo pro nobis. De hostijs autem pacificis in vsum sacerdotis capiebat pectusculum, & armus dexter, ad excludendum quandam diuinationis speciem, quæ vocatur spatulamantia: quia scilicet in spatulis animalium immolatorū diuinabant, & similiter in osse pectoris: & ideo ista offerentibus subtrahebantur. Per hoc etiam signifi-
D cabatur, quòd sacerdoti erat necessaria sapientia cordis ad instruendum populum, quod significabatur per pectus, quod est tegumentum cordis: & etiam fortitudo ad sustentandum defectus, quæ significatur per armum dextrum.

AD 9^m dicendum, q quia holocaustum erat perfectissimum inter sacrificia, ideo non offerebatur in holocaustum nisi masculus: nam fœmina est animal imperfectum. Oblatio autem turturum, & columbarum erat propter paupertatem offerentium: quia maiora animalia offerre non poterant, & quia hostiæ pacificæ gratis offerebantur, & nullus eas offerre cogebatur, nisi spontaneus: ideo huiusmodi aues non
E offerebātur inter hostias pacificas, sed inter holocausta, & hostias pro peccato, quas quandoq; oportebat offerre. Aues etiā huiusmodi propter altitudinem volatus cōgruunt perfectioni holocaustorum, & etiam hostijs pro peccato, quia habēt gemitum pro cantu.

AD 10^m dicendum, q inter omnia sacrificia holocaustum erat præcipuum: quia totum comburebatur in honorem Dei, & nihil ex eo comedebatur. Secundum vero locum in sanctitate tenebat hostia pro peccato, quæ comedebatur solum in atrio a sacerdotibus in ipsa die sacrificij. Tertium vero gradum tenebant hostiæ pacificæ pro gratiarum actione, quæ comedebantur ipso die, sed vbique in Hierusalem. Quartum vero locum tenebant hostię pacificę ex voto, quarum carnes poterant etiam in crastino comedi. Et est ratio huius ordinis, quia maxime obligatur homo Deo propter eius maiestatem: secundo propter offensam commissam: tertio propter beneficia iam suscepta: quarto propter beneficia sperata.

AD 11^m dicendum, quòd peccata aggrauantur ex statu peccantis, vt supra dictum est:* & ideo alia hostia mādabatur offerri pro peccato sacerdotis, & principis, vel alterius priuatæ personæ. Est autem attendendum, vt Rabbi Moyses dicit, quòd quāto grauius erat peccatum, tanto vilior species animalis offereba tur pro eo. Vnde capra quòd est vilissimum animal, offerebatur pro idolatria, quod est grauissimum peccatum: pro ignorantia vero sacerdotis, offerebatur vitulus: pro negligentia autem principijs, hircus. q. 73. ar. 10 In lib. Dux errantium D. 703. 716

AD 12^m dicendum, q lex in sacrificijs prouidere voluit paupertati offerentium, vt qui non posset habere animal quadrupes, saltem offerret auem, quam qui habere non posset, saltē offerret panem, & si hunc habere nō posset, saltem offerret farinam, vel spicas. Causa vero figuralis est, quia panis significat Christū, qui est panis viuus, vt dicitur Io. 6. Qui quidem erat sic ut in spica pro statu legis naturæ in fide patrum: erat autem sicut similia in doctrina legis prophetarū: erat autem sicut panis formatus post humanitatem assumptam, coctus igne, ideſt, formatus Spiritusancto in clibano vteri Virginalis, qui etiā fuit coctus in sartagine per labores quos in mundo sustinebat, in cruce vero quasi in craticula adustus.

AD 13^m dicendum, quòd ea quæ in vsum hominis veniunt de terræ nascentibus vel sunt in cibum, & de eis offerebatur panis: vel sunt in potum, & de his offerebatur vinum: vel sunt in condimentum, & de his offerebatur oleum & sal: vel sunt in medicamentum, & de his offerebatur tus, quod est aromaticum & consolidativum. Per panem autem figuratur caro Christi: per uinum autem sanguis eius, per quem redempti sumus: oleum figurat gratiam Christi, sal scientiam, tus orationem.

AD 14^m dicendum, quòd mel non offerebatur in sacrificijs Dei, tum quia consueuerat offerri in sacrificijs idolorum: tum etiam ad excludendam omnem carnalem dulcedinem, & uoluptatē ab his qui Deo sacrificare intendunt. Fermentum uero non offerebatur ad excludendam corruptionem, & forte etiam in sacrificijs idolorum solitum erat offerri. Sal autem offerebatur, quia impedit corruptionem putredinis: sacrificia autem Dei debent esse incorrupta, & etiam quia in sale significatur discretio sapientiæ, uel etiam mortificatio carnis. Tus autem offerebatur Deo, ad designandam deuotionem mentis, quæ est necessaria offerentibus, & etiam ad designandum odorem bonæ famæ: nam tus & pingue est, & odoriferum. Et quia sacrificium zelotipiæ non procedebat ex deuotione, sed magis ex suspicione, ideo in eo non offerebatur tus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum assignari possit certa ratio cæremoniarum, quæ ad sacra pertinent.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd cæremoniarū ueteris legis, quæ ad sacra pertinent, sufficiens ratio assignari non possit. Dicit enim Paulus Act. 17. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cum sit dominus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non in manufactis templis habitat. inconuenienter igitur ad cultum Dei tabernaculum, vel templum in lege veteri est institutum.

¶ 2 Præt. Status veteris legis non fuit immutatus nisi per Christum: sed tabernaculum designabat statum veteris legis. non ergo debuit mutari per ædificationem alicuius templi.

¶ 3 Præt. Diuina lex præcipue debet homines inducere ad diuinum cultum: sed ad augmentum diuini cultus pertinet, quòd fiant multa altaria, & multa tẽpla, sicut patet in noua lege. ergo videtur quòd etiam in veteri lege non debuit esse solum vnum templum, aut vnum tabernaculum, sed multa.

¶ 4 Præt. Tabernaculum, seu templum ad cultũ Dei ordinabatur: sed in Deo præcipue oportet venerari vnitatem & simplicitatem. non videtur igitur fuisse conueniens vt tabernaculum, seu templum per quædam vela distingueretur.

¶ 5 Præt. Virtus primi mouentis, quæ est Deus, primo apparet in parte Orientis, a qua parte incipit primus motus: sed tabernaculum fuit institutum ad Dei adorationem. ergo debebat esse dispositum magis versus Orientem, quàm versus Occidentem.

¶ 6 Præt. Exod. 20. Dominus præcepit, vt non facerent sculptile, neque aliquam similitudinem. inconuenienter igitur in tabernaculo, vel in templo fuerunt sculptæ imagines Cherubim. similiter etiam & arca, & propitiatorium, & candelabrum, & mensa, & duplex altare sine rationabili causa ibi fuisse videntur.

¶ 7 Præt. Dominus præcepit Exod. 20. Altare de terra facietis mihi. & iterũ: Non ascendes ad altare meũ per gradus. inconuenienter igitur mandatur postmodum altare fieri de lignis auro, vel ære contextis, & tantæ altitudinis, vt ad illud nisi per gradus ascendi non possit. Dicitur enim Exod. 27. Facies altare de lignis sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & tres cubitos in altitudine, & operies illud ære. & Exod. 30. dicitur: Facies altare ad adolendũ thymiamata de lignis sethim, vestiesque illud auro purissimo.

¶ 8 Præt. In operibus Dei nihil debet esse superfluũ, quia nec in operibus naturæ aliquid superfluũ inuenitur: sed vni tabernaculo, vel domui sufficit vnum operimentũ. inconuenienter igitur tabernaculo fuerunt appolita multa tegumenta. s. cortinæ, saga cilicina, pelles arietum rubricatæ, & pelles hyacinthinæ.

¶ 9 Præt. Consecratio exterior interiorem sanctitatem significat, cuius subiectum est anima. inconuenienter igitur tabernaculum, & eius vasa consecrabantur, cum essent quædam corpora inanimata.

¶ 10 Præt. In ps. 33. dicitur. Benedicã dñm in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo: sed solemnitates instituuntur ad laudandum Deum. non ergo fuit cõueniens, vt aliqui certi dies statuerentur ad solemnitates peragendas: sic igitur videtur quòd cæremoniæ sactorum conuenientes causas non haberent.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Heb. 8. qđ illi qui offerunt secundum legem munera, exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium, sicut respõsum est Moysi * cum consummaret tabernaculum. Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est: sed valde rationabile est, qđ imaginem cælestium repræsentat. ergo cæremoniæ sacrorum rationabilem causam habebant. *Exod. 25. in fi.

RESPONDEO dicendum, q̃ totus exterior cultus Dei ad hoc præcipue ordinatur, vt homines Deũ in reuerentia habeant. Habet aũt hoc humanus affectus, vt ea quæ cõia sunt, & non distincta ab alijs, minus reuereatur: ea vero quæ habent aliquam excellentiæ discretionem ab alijs, magis admiretur & reuereatur. Et inde etiam hominum consuetudo inoleuit, vt reges & principes, quos oportet in reuerentia haberi a subditis, & pretiosioribus vestibus ornentur, & ẽt ampliores, & pulchriores habitationes possideãt. Et pp hoc oportuit, vt aliqua specialia tẽpora, & speciale tabernaculũ, & specialia vasa, & speciales ministri ad cultum Dei ordinarentur, vt per hoc animi hominum ad maiorem Dei reuerentiam adducerentur. Similiter etiam status veteris legis, sicut dictum est, * Ar. 2. huius quæst. institutus erat ad figurandum mysteriũ Christi. Oportet autem esse aliquid determinatum id, per quod aliquid figurari debet, vt scilicet eius aliquam similitudinem repræsentet: & ideo oportuit aliqua specialia obseruari in his, quæ pertinent ad cultum Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ cultus Dei duo respicit. s. Deum qui colitur, & homines colentes. Ipse igitur Deus qui colitur, nullo corporali loco claditur: vnde propter ipsum non oportuit speciale tabernaculum fieri, aut templum. Sed homines ipsum colentes corporales sunt, & propter eos oportuit speciale tabernaculum, vel templum instrui ad cultum Dei propter duo. Primo quidem, vt ad huiusmodi locum conuenientes cum hac cogitatione, q̃ deputaretur ad colendum Deũ, cum maiori reuerentia accederent. Secundo, vt per dispositionem talis templi, vel tabernaculi, significarentur aliqua pertinentia ad excellentiam diuinitatis, vel humanitatis Christi. Et hoc est quod Salomon dicit 3. Reg. 8. Si cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui tibi? & postea subdit: Sint oculi tui aperti super domũ hanc, de qua dixisti. Erit nomen meum ibi, vt exaudias deprecationem serui tui, & populi tui Israel. Ex quo patet, q̃ domus sanctuarij non est instituta ad hoc quòd Deum capiat, quasi localiter inhabitantem, sed ad hoc, quòd nomẽ Dei inhabitet ibi, idest, vt notitia Dei ibi manifestetur per aliqua, quæ ibi fiebant, vel dicebantur, & quòd propter reuerentiam loci orationes fierent ibi magis exaudibiles ex deuotione orantium. Templi & tabernaculum.

AD 2ᵐ dicendum, q̃ status veteris legis non fuit immutatus ante Christum quãtum ad impletionem legis, quę facta est solum per Christum: est tamen immutatus quantum ad conditionem populi qui erat sub lege. Nam primo populus fuit in deserto non habens certam mansionem, postmodum autem habuerunt varia bella cũ finitimis gentibus. Vltimo autem tempore Dauid regis & Salomonis populus ille habuit quietissimum statum: & tunc primo ædificatum fuit templũ in loco, quem designauerat Abraham ex diuina demonstratione ad immolandum. Dicitur. n. Gen. 22. quòd Dominus mandauit Abrahæ, vt offerret filium suum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi: & postea dicit, q̃ appellauit nomen illius loci, Dominus videt, quasi secundum Dei præuisionem esset locus ille electus ad cultum diuinum: propter quod dicitur Deut. 12. Ad locum quem elegerit dominus Deus vester, venietis, & offeretis holocausta, & victimas vestras. Locus autem ille designari non debuit per ędificationem templi ante tempus prædictum propter tres rationes, quas Rabbi Moyses assignat. Prima est, ne Gentes appropriarent sibi locum illum. Secunda est, ne Gentes In lib. Dux errantium.

tes ipsum destruerent. Tertia vero ratio est, ne quælibet tribus vellet habere locum illum in sorte sua, & propter hoc orirentur lites & iurgia: & ideo nõ fuit ædificatũ templum, donec haberẽt regem, per quem posset huiusmodi iurgium compesci. Antea vero ad cultum Dei erat ordinatum tabernaculum portatile per diuersa loca, quasi nondum existente determinato loco diuini cultus. Et hæc est ratio literalis diuersitatis tabernaculi & templi. Ratio autẽ figuralis esse potest, quia p hæc duo significatur duplex status. Per tabernaculum. n. quod est mutabile, significatur status præsentis vitæ mutabilis. Per templũ vero, quod erat fixum & stans, significatur status futuræ vitę, quę omnino immutabilis est: & propter hoc in ædificatione templi dicitur, qđ non est auditus sonitus mallei, vel securis, ad significandum quòd omnis perturbationis tumultus longe erit a statu futuro. Vel per tabernaculũ significatur status veteris legis: per templum autem a Salomone constructum, status nouæ legis. vnde ad constructionem tabernaculi soli Iudæi sunt operati: ad ædificationem vero templi cooperati sunt etiam Gentiles. s. Tyrij & Sidonij.

AD 3ᵐ dicendum, quòd ratio vnitatis templi, vel tabernaculi potest esse & literalis, & figuralis: literalis quidem est ratio ad exclusionem idolatriæ, quia Gentiles diuersis dijs diuersa templa constituebant. & ideo vt firmaretur in animis hominum fides vnitatis diuinæ, voluit Deus vt in vno loco tantum sibi sacrificium offerretur: & iterum vt per hoc ostenderet, quòd corporalis cultus non propter se erat ei acceptus: & ideo compescebantur ne passim, & vbique sacrificia offerrent. Sed cultus nouæ legis, in cuius sacrificio spiritualis gratia cõtinetur, est secundum se Deo acceptus: & ideo multiplicatio altarium & templorum acceptatur in noua lege. Quantum vero ad ea quę pertinebant ad spiritualem cultum Dei, qui consistit in doctrina legis, & prophetarum, erant etiam in veteri lege diuersa loca deputata, in quibus conueniebant ad laudem Dei, quæ dicebantur synagogæ: sicut & nunc dicuntur ecclesiæ, in quibus populus Christianus ad laudem Dei congregatur. & sic Ecclesia nostra succedit in locum, & templi, & synagogæ: quia ipsum sacrificium Ecclesiæ spirituale est: vnde non distinguitur apud nos locus sacrificij a loco doctrinæ. Ratio autem figuralis esse potest, quia per hoc significabatur vnitas ecclesiæ vel militantis, vel triumphantis.

AD 4ᵐ dicendum, quòd sicut in vnitate templi, vel tabernaculi repræsentabatur vnitas Dei, vel vnitas ecclesiæ: ita etiam in distinctione tabernaculi, vel templi repræsentabatur distinctio eorum, quæ Deo sunt subiecta, ex quibus in Dei venerationem consurgimus. Distinguebatur autem tabernaculum in duas partes, in vnam quæ vocabatur Sancta sanctorum, quæ erat Occidentalis: & aliam quæ vocabatur sancta, quæ erat ad Orientem. & iterum ante tabernaculum erat atrium. Hæc igitur distinctio duplicem habet rationem, vnam quidem secundum quod tabernaculum ordinatur ad cultum Dei. sic. n. diuersæ partes mundi in distinctione tabernaculi figurantur: nam pars illa quæ Sancta sanctorum dicitur, figurabat sæculum altius, quod est spiritualium substantiarum. Pars vero illa quæ dicitur sancta, exprimebat mundum corporalem: & ideo sancta a Sanctis sanctorum distinguebatur quodam velo, quod quatuor coloribus erat distinctum, per quos quatuor elementa designantur, scilicet, bysso, per quod designatur terra, quia byssus, idest, linum de terra nascitur: purpura, per quam significatur aqua. fiebat enim purpureus color ex quibusdam cõchis, quæ inueniuntur in mari: hyacintho, per quem significatur aer, quia habet aereum colorem: & cocco bis tincto, per quem designatur ignis. Et ideo quia materia quatuor elementorum est impedimentum, per quod velantur nobis incorporales substantiæ, in interius tabernaculum, idest, Sancta sanctorum solus summus Sacerdos, & semel in anno introibat, vt designaretur, quòd hæc est finalis perfectio hominis, vt ad illud sęculum introducatur. In tabernaculum vero exterius, idest, in Sancta, introibãt sacerdotes quotidie, non autem populus, qui solum ad atrium accedebat: quia ipsa corporalia populus percipere potest, ad interiores autem eorũ rationes soli sapientes* per consideration attingere possunt: secundũ vero rationem figuralem, per exterius tabernaculum, quod dicitur Sancta, significatur status veteris legis, vt Apostol. dicit ad Heb. 9. quia ad illud tabernaculũ semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. Per interius vero tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum, significatur vel cælestis gloria, vel etiam status spiritualis nouæ legis, qui est quædã inchoatio futuræ gloriæ, in quem statum nos Christus introduxit, quod figurabatur per hoc, q̃ summus Sacerdos semel in anno solus in Sancta sanctorũ introibat: velum autem figurabat spiritualium occultationem sacrificiorum in veteribus sactificijs, quod velum quatuor coloribus erat ornatum, bysso quidem, ad designandam carnis puritatem: purpura autem, ad figurandum passiones, quas sancti sustinuerũt pro Deo: cocco bis tincto, ad significandũ charitatem geminam Dei & proximi: hyacintho autem significabatur cælestis meditatio. Ad statum autem veteris legis aliter se habebat populus, & aliter sacerdotes: nam populus ipsa corporalia sacrificia considerabat, quæ in atrio offerebantur: sacerdotes vero rationem sacrificiorum considerabant, habentes fidem magis explicitã de mysterijs Christi: & ideo intrabant in exterius tabernaculum, qđ ẽt quodã velo distinguebatur ab atrio: quia quædam erant velata populo circa mysterium Christi, quæ sacerdotibus erant nota, non tamen erant eis plene reuelata, sicut postea in nouo testamento, vt habetur Eph. 3. * Alias sacerdotes.

AD 5ᵐ dicendum, quòd adoratio ad Occidentem fuit introducta in lege ad excludendam idolatriam. nam omnes Gentiles in reuerentiam Solis adorabant ad Orientem: vnde dicitur Ezech. 8. quòd quidam habebant dorsa contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis: vnde ad hoc excludendum tabernaculum habebat Sancta sanctorum ad Occidentem, vt versus Occidentem adorarent. Ratio etiam figuralis esse potest: quia totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad significandum mortem Christi, quæ figuratur per occasum, secundum illud psalm. 67. Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. De loco adorationis.

AD 6ᵐ dicendum, quòd eorum quæ in tabernaculo continebantur, ratio reddi potest & literalis, & figuralis. Literalis quidem per relationem ad cultum diuinum. Et quia dictum est,* quòd per tabernaculũ interius, quod dicebatur Sancta sanctorum, significabatur sęculum altius spirituallium substantiarum, ideo in illo tabernaculo tria continebantur. s. arca testa- De his quæ erant in tabernaculo. In solut. 4. arg. precedentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

menti in quâ erat vrna aurea, habens manna, & virga F
Aaron, quę fronduerat, & tabulę, in quibus erant scripta decem præcepta legis. Hęc autem arca sita erat inter duos cherubim, qui se mutuis vultibus respiciebant: & super arcam erat quædã tabula lapidea, quæ dicebatur propitiatoriũ super alas cherubim: quasi ab ipsis cherubim portaretur, acsi imaginaretur, q illa tabula esset sedes Dei: vnde & propitiatorium dicebatur, quasi exinde populo propitiaretur ad preces summi sacerdotis: & ideo quasi portabatur a cherubim, quasi Deo obsequentibus: arca vero testamenti erat tanquam scabellum sedentis supra propitiatorium. Per hæc autem tria, designantur tria, quæ sunt in illo altiori sæculo, scilicet, Deus qui super omnia G
est, & incomprehensibilis omni creaturæ, & propter hoc nulla similitudo eius ponebatur ad representandam eius inuisibilitatem: sed ponebatur quædam figura sedis eius, quia scilicet, creatura comprehensibilis est, quæ est subiecta Deo, sicut sedes sedenti. Sũt etiam in illo altiori sæculo spirituales substantiæ, quę angeli dicuntur, & hi significantur per duos cherubim, mutuo se respicientes, ad designandam concordiam eorum adinuicem, secundum illud Iob 25. Qui facit cõcordiam in sublimibus. Et propter hoc etiam non fuit vnus tantũ cherubim, vt designaretur multitudo cælestium spirituum, & excluderetur cultus eorum ab his, quibus præceptum erat, vt solũ vnum H
Deum colerent. Sunt etiam in illo intelligibili sæculo rationes omnium eorum, quæ in hoc sæculo perficiuntur quodammodo clausæ: sicut rationes effectuum claudũtur in suis causis, & rationes artificiatorum in artifice, & hoc significabatur per arcam, in qua representabantur per tria ibi cõtenta tria, quæ sunt potissima in rebus humanis, scilicet, sapientia, quæ representabatur per tabulas testamenti, potestas regiminis, quæ representabatur per virgam Aaron: vita, quæ representabatur per mãna, quod fuit sustentamentum vitæ. Vel per hæc tria, significabantur tria Dei attributa, scilicet, sapientia in tabulis, potentia in virga, bonitas in mãna: tum propter dulcedinem: I
tum quia ex Dei misericordia est populo suo datum: & ideo in memoriam diuinę misericordiæ conseruabatur: & hęc tria etiam figurata sunt in visione Isaiæ. Vidit enim Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & Seraphim assistentes, & domum impleri a gloria Dei: vnde & Seraphim dicebant, Plena est omnis terra gloria eius: & sic similitudines Seraphim non ponebantur ad cultum, quod prohibebatur primo legis præcepto, sed in signum ministerij, vt dictum est.* In exteriori vero tabernaculo, quod
In ista solut. huius arg. significabat præsens sæculum, continebantur etiam tria .s. altare thymiamatis, quod directe erat contra arcam: mensa autem propositionis, super quam 12. K
panes apponebantur, erat posita ex parte Aquilonari, candelabrum vero ex parte Australi. Quæ tria videntur respondere tribus, quæ erant in arca clausa: sed magis manifeste eadem representabant: oportet enim rationes rerum ad manifestiorem demõstrationem perduci, quàm sint in mente diuina, & angelorum ad hoc, quòd homines sapientes eas cognoscere possint, qui significantur per sacerdotes ingredientes tabernaculum. In candelabro igitur designabatur sicut in signo sensibili sapientia, quæ intelligibilibus verbis exprimebatur in tabulis. Per altare vero thymiamatis, significabatur officium sacerdotum, quorum erat populum ad Deum reducere: & hoc etiam significabatur per virgam: nam in illo altari incendebatur thymiama boni odoris, per quod significabatur sanctitas populi acceptabilis Deo. Dicitur enim Apocal. 7. quòd per fumum aromatum, significantur iustificationes sanctorum. Conuenienter autem sacerdotalis dignitas in arca significabatur per virgam, in exteriori vero tabernaculo per altare thymiamatis: quia sacerdos mediator est inter Deum, & populum, reges populum per potestatem diuinam, quam virga significat, & fructum sui regiminis, scilicet sanctitatem populi acceptam Deo offerre, quasi in altari thymiamatis. Per mensam autem significatur temporale nutrimentum vitæ, sicut & per manna: sed hoc est conuenientius, & grossius nutrimentum: illud autem suauius, & subtilius. Conuenienter autem candelabrum ponebatur ex parte Australi: mensa autem ex parte Aquilonari: quia Australis pars est dextera pars mundi: Aquilonaris autem sinistra, vt dicitur in 2. de cæl. & mun.* sapientia autem pertinet ad dextrã, sicut & cætera spiritualia bona: temporale autem nutrimentum ad sinistram, secundum illud Prouerb. 3. In sinistra illius diuitiæ & gloria. Potestas autem sacerdotalis media est inter temporalẽ, & spiritualem sapientiam, quia per eam, & spiritualis sapientia, & temporalia dispensantur. Potest autem & horum alia ratio assignari magis literalis. In arca enim continebantur tabulæ legis, ad tollendam legis obliuionem: vnde dicitur Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israel. Virga vero Aaron ponebatur ibi ad comprimendã dissensionem populi de sacerdotio Aaron: vnde dicitur Num. 17. Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt reseruetur in signũ rebellium filiorum Israel. Manna autem conseruabatur in arca ad commemorandum beneficium, quod Dominus præstitit filijs Israel in deserto: vnde dicitur Exod. 16. Implegomor ex eo, & custodiatur in futuras retro generationes, vt norint panes, quibus alui vos in solitudine. Candelabrum vero erat institutum ad honorificentiam tabernaculi: pertinet enim ad magnificentiam domus, quòd sit bene luminosa. Habebat autem candelabrum septem calamos, vt Iosephus dicit,* ad significandum septem planetas quibus totus mundus illuminatur: & ideo ponebatur candelabrũ ex parte Australi, quia ex illa parte est nobis planetarum cursus. Altare vero thymiamatis erat institutum, vt iugiter in tabernaculo esset fumus boni odoris: tum propter venerationem tabernaculi, tum etiã in remedium fœtoris, quem oportebat accidere ex effusione sanguinis, & occisione animalium. Ea enim quæ sunt fœtida, despiciuntur quasi vilia, quæ vero sunt boni odoris, homines magis appretiantur. Mensa autem apponebatur ad significandum, quòd sacerdotes templo seruientes, in templo victum habere debebant: vnde duodecim panes superpositos mensæ, in memoriam duodecim tribuum, solis sacerdotibus edere licitum erat, vt habetur Matth. 12. Mensa autem non ponebatur directe, in medio ante propitiatorium, ad excludendum ritum idolatriæ: nam Gentiles in sacris Lunæ proponebant mensam coram idolo Lunæ: vnde dicitur Hierem. 7. Mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli. In atrio vero extra tabernaculũ, continebatur altare holocaustorum, in quo offerebantur Deo sacrificia de his, quæ erant a populo possessa: & ideo in atrio poterat esse populus, qui huiusmodi Deo offerebat per manus

Lib. 3. de cœlo. text. 10. tom. 2.

Lib. 3. antiq. quitatũ ca. 7. & 10.

manus sacerdotum: sed ad interius altare, in quo ipsa deuotio & sanctitas populi offerebatur, non poterant accedere nisi Sacerdotes, quorum erat Deo offerre populum. Est autem hoc altare extra tabernaculum in atrio constitutum ad remouendum cultũ idolatriæ: nam Gentiles infra templa altaria constituebant ad immolandum idolis. Figuralis vero ratio omnium horum assignari potest ex relatione tabernaculi ad Christum, qui figurabatur. Est autem considerandum, quòd ad designandum imperfectionem legalium figurarum diuersæ figuræ fuerunt institutæ in templo ad significandum Christum. Ipse enim significatur per propitiatorium, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris, vt dicitur primæ Ioannis secundo. Et conuenienter hoc propitiatorium a cherubim portatur: quia de eo scriptum est, Adorent eũ omnes angeli Dei, vt habetur Hebr. 1. Ipse etiam significatur per arcam: quia sicut arca erat constructa de lignis sethim, ita corpus Christi de membris purissimis constabat. Erat autem deaurata: quia Christus fuit plenus sapientia, & charitate, quæ per aurum significatur. Intra arcam autem erat vrna aurea, idest, sancta anima, habens manna, idest, omnem plenitudinem sanctitatis, & diuinitatis. Erat etiam in arca virga, idest, potestas sacerdotalis: quia ipse est factus sacerdos in æternum. Erant etiam ibi tabulæ testamenti ad designandum, quòd ipse Christus est legis dator. Ipse etiam Christus significatur per candelabrum: quia ipse dicit, Ego sum lux mundi. Per septem lucernas, septẽ dona sancti Spiritus. Ipse etiã significatur per mensam: quia ipse est spiritualis cibus, secundum illud Ioannis 6. Ego sum panis viuus. Duodecim enim panes significabant duodecim Apostolos, vel doctrinam eorum. Siue per candelabrum & mensam potest significari doctrina, & fides Ecclesiæ, quæ etiam illuminat, & spiritualiter reficit. Ipse etiam Christus significatur per duplex altare, scilicet holocaustorũ, & thymiamatis: quia per ipsum oportet nos Deo offerre omnia virtutum opera, siue illa, quibus carnem affligimus, quæ offeruntur quasi in altari holocaustorum: siue illa, quæ maiore mentis perfectione per spiritualia perfectorũ desideria Deo offeruntur in Christo quasi in altari thymiamatis, secundum illud ad Hebr. vlti. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo.

A 1 B
A 2 B
A 3 B
A 4 B
A 5 B
A 6 B
A 7 B
A 8 B
A 9 B
A 10 B

Ad 7^m dicendum, quòd Dominus præcepit altare construi ad sacrificia, & munera offerenda in honorem Dei, & sustentationem ministrorum, qui tabernaculo deseruiebant. De constructione autem altaris datur a Domino duplex præceptum. Vnum quidem in principio legis Exod. 20. vbi Dominus mandauit, quòd facerent altare de terra, vel saltem de lapidibus non sectis, & iterum quòd non facerent altare excelsum, ad quod oporteret per gradus ascendere, & hoc ad detestandum idolatriæ cultũ. Gentiles enim idolis construebant altaria ornata & sublimia, in quibus credebant aliquid sanctitatis, & numinis esse: propter quod etiam Dominus mandauit Deuteron. 16. Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare domini Dei tui. Idolatræ. n. consueuerunt sub arboribus sacrificare, propter amœnitatem, & vmbrositatem. Quorum etiam præceptorum ratio figuralis fuit: quia in Christo, qui est nostrum altare, debemus confiteri veram carnis naturam quantum ad humanitatem, quod est altare de terra facere: & quantum ad diuinitatem debemus in ea confiteri Patris æqualitatem, quod est non ascendere per gradus ad altare. Nec etiam iuxta Christum debemus admittere doctrinam Gentilium ad lasciuiam prouocantem. Sed facto tabernaculo ad honorem Dei, non erant timendæ huiusmodi occasiones idolatriæ: & ideo Dominus mandauit, quòd fieret altare holocaustorum de ære, quod esset omni populo conspicuum, & altare thymiamatis de auro, quod soli Sacerdotes videbant. Nec erat tanta pretiositas æris, vt per huius copiam populus ad aliquã idolatriam prouocaretur. Sed quia Exod. 20. ponitur pro ratione huius præcepti. Non ascendes per gradus ad altare meum, id quod subditur: Ne reueletur turpitudo tua, considerandum est, quòd hoc etiam fuit institutum ad excludendam idolatriam. Nam in sacris Priapi sua pudẽda Gentiles populo denudabant: postmodum autem indictus est sacerdotibus feminalium vsus ad tegmen pudendorum: & ideo sine periculo institui poterat tanta altaris altitudo, vt per aliquos gradus ligneos non stantes, sed portatiles in hora sacrificij sacerdotes ad altare ascenderent sacrificia offerentes.

De operimẽtis tabernaculi.

Ad 8^m dicendum, quòd corpus tabernaculi constabat ex quibusdam tabulis in lõgitudinem erectis, quæ quidem interius tegebantur quibusdam cortinis ex quatuor coloribus variatis, scilicet, de byssо retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto: sed huiusmodi cortinæ tegebant solum latera tabernaculi. In tecto autem tabernaculi erat operimentum vnũ de pellibus hyacinthinis, & super hoc aliud de pellibus arietum rubricatis, & desuper tertium de quibusdam sagis cilicinis, quæ nõ tantum operiebant tectum tabernaculi, sed etiam descendebant vsque ad terram, & tegebant tabulas tabernaculi exterius. Horum autem operimentorum ratio literalis in communi erat ornatus, & protectio tabernaculi, vt in reuerẽtia haberetur. In speciali vero secundum quosdam, per cortinas designabatur cælũ syderum, quod est diuersis stellis variatum: per saga aquæ, quæ sunt supra firmamentum: per pelles rubricatas cælum empyreum, in quo sunt angeli: per hyacinthinas cælum sanctæ Trinitatis. Figuralis autem ratio horum est, quia per tabulas, ex quibus construebatur tabernaculum, significãtur Christi fideles, ex quibus construitur Ecclesia. Tegebantur autem interius tabulæ cortinis quatuor coloribus: quia fideles interius ornantur quatuor virtutibus. nam in byssо retorta, vt glossa dicit,* significatur caro castitate renitens: in hyacintho, mens superna cupiens: in purpura, caro passionibus subiacens: in cocco bis tincto, mens inter passiones Dei, & proximi dilectione præfulgẽs. Per operimenta vero tecti designantur prælati & doctores, in quibus debet renitere cælestis conuersatio, quòd significatur per pelles hyacinthinas: promptitudo ad martyrium, quod significant pelles rubricatæ: austeritas vitæ, & toleranda aduersorum, quæ significantur per saga cilicina, quæ erant exposita ventis & pluuijs, vt gloss. dicit.*

Glo. ordin. exod. 26. & dicitur esse Bedæ.

Ad 9^m dicendũ, q sanctificatio tabernaculi, & vasorum eius habebat causam literalem, vt in maiori reuerentia haberetur, quasi per hmõi consecrationem diuino cultui deputatum. Figuralis autem ratio est, quia per huiusmodi sanctificationem significatur spiritualis sanctificatio viuentis tabernaculi, scilicet, fidelium, ex quibus construitur ecclesia Christi.

Glo. ordin. loco nũc dicto.

De festiuitatib* & solẽnitatibus variis.

Ad 10^m dicendum, q in veteri lege erant septem

solemnitates temporales. & vna continua, vt potest colligi Num. 28. & 29. Erat enim quasi continuum festum, quia quotidie mane & vespere immolabatur agnus, & per illud continuum festum iugis sacrificij representabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis. Festorum autem temporalium primum erat, quod iterabatur qualibet septimana: & hæc erat solēnitas sabbathi, quod celebrabatur in memoriam creationis rerum, vt supra dictum est. * Alia aūt solēnitas iterabatur quolibet mense. s. festum Neomeniæ, quod celebrabatur ad commemorandum opus diuinæ gubernationis. Nam hæc inferiora præcipue variantur secundum motum Lunæ: & ideo celebrabatur hoc festum in nouitate Lunæ, non autem in eius plenitudine, ad euitandū idolatrarum cultum, qui in tali tempore Lunæ sacrificabant. Hæc duo beneficia sunt cōmunia toti humano generi, & ideo frequentius iterabantur: alia vero quinq; festa celebrabantur semel in anno, & recolebantur in eis beneficia specialiter illi populo exhibita. Celebrabatur enim festum Phase primo mense ad commemorandum liberationis beneficium ex Aegypto. Celebrabatur autem festū Pentecostes post quinquaginta dies, ad recolendum beneficium legis datæ: alia vero tria festa celebrabantur in mense septimo, qui quasi totus apud eos erat solemnis, sicut & septimus dies. In prima enim die mensis septimi erat festum tubarum, in memoriam liberationis Isaac, quando Abraham inuenit arietem hærētem cornibus, quem repræsentabāt per cornua, quibus buccinabant. Erat autem festum tubarum, quasi quædam inuitatio, vt præpararēt se ad sequens festum, quod celebrabatur decimo die: & hoc erat festum expiationis in memoriam illius beneficij, quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moysi. Post hoc autem celebrabatur festum scenopegiæ, ideſt, tabernaculorū septem diebus, ad commemorandum beneficium diuinæ protectionis, & deductionis per desertum, vbi in tabernaculis habitauerunt: vnde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrimæ, ideſt, citrum & I lignum densarum frōdium, ideſt, myrthum, quę sunt odorifera, & spatulas palmarum, & salices de torrente, quæ diu retinent suum virorem: & hæc inueniuntur in terra promissionis, ad significandum, quòd per aridam terram deferri eos duxerat Deus ad terram deliciosam. Octauo autem die celebrabatur aliud festum. s. cœtus atque collectæ, in quo colligebantur a populo ea quæ erant necessaria ad expensas cultus diuini, & significabatur adunatio populi, & pax præstita in terra promissionis. Figuralis autem ratio horum festorum est, quia per iuge sacrificium agni figuratur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei, secūdum illud Heb. vlt. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula. Per sabbathū autem designatur spiritualis requies nobis data per Christum, vt habetur ad Heb. 4. Per Neomeniam autem, quę est intensio nouæ Lunę, significatur illuminatio primitiuæ ecclesiæ per Christum eo prædicante, & miracula faciente. Per festum autem Pentecostes significatur descēsus Spiritus sancti in Apostolos. Per festum autem tubarum significatur prædicatio Apostolorum. Per festum autem expiationis significatur emundatio a peccatis populi Christiani. Per festum autem tabernaculorum peregrinatio eorum in hoc mundo, in quo ambulant in virtutibus proficiendo. Per festum autem cœtus atque collectæ significatur congregatio fide- F lium in regno cælorū: & ideo istud festum dicebatur sanctissimum esse. Et hæc tria festa erant continua adinuicem: quia oportet expiatos a vitijs proficere in virtute, quousque perueniant ad Dei visionem, vt dicitur in Psalm. 83.

* Leuit. 23.

Articvlvs V.

Vtrum sacramentorum veteris legis conueniens causa esse possit.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur q G sacramentorum veteris legis conueniens causa esse non possit. Ea enim quæ ad cultum diuinum fiunt, non debent esse similia his, quæ idolatræ obseruabant: vnde dicitur Deuter. 22. Non facies similiter Domino Deo tuo: omnes enim abominationes quibus aduersatur Dominus, fecerunt dijs suis: sed cultores idolorum in cultu eorum cultris se incidebant vsque ad effusionem sanguinis. Dicitur enim 3. Reg. 18. quòd incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine: propter quod Dñs mandauit Deut. 14. Non vos incidetis, nec facietis caluitiū super mortuo. qm̄ populus sanctus es dño Deo tuo, & te elegit, vt sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus, qui sunt &c. Inconuenienter igitur circumcisio erat instituta in lege. H

¶ 2 Præt. Ea quæ in cultum diuinum fiunt, debent honestatem & grauitatem habere, secundū illud psal. 34. In populo graui laudabo te: sed ad leuitatē quandam pertinere videtur, vt homines festinanter comedant. inconuenienter igitur præceptum est Exod. 12. vt comederent festinanter agnum paschalem: & alia etiam circa eius comestionem sunt instituta, quæ videntur omnino irrationabilia esse.

¶ 3 Præt. Sacramenta veteris legis figuræ fuerunt sacramentorum nouæ legis: sed per agnum paschalem significatur sacramentum Eucharistiæ, secundum illud 1. ad Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. ergo etiam debuerunt esse aliqua sacramenta in lege, quæ præfigurarent alia sacramenta nouæ legis, sicut confirmationem, & extremam vnctionem, & matrimonium, & alia sacramenta.

¶ 4 Præt. Purificatio non potest conuenienter fieri, nisi ab aliquibus immunditijs: sed quantum ad Deū nullum corporale reputatur immundū, quia omne corpus creatura Dei est, & omnis creatura Dei bona, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur, vt dicitur 1. ad Timot. 4. inconuenienter igitur purificabantur propter contactum hominis mortui, vel pp alicuius huiusmodi corporalis infectionis. K

¶ 5 Præt. Eccles. 34. dicitur, Ab immundo quid mundabitur: sed cinis vitulæ rufæ, quæ comburebatur, immundus erat, quia immundum reddebat. Dicitur enim Num. 19. quòd sacerdos qui immolabat eam, commaculatus erat, vsque ad vesperum. Similiter & ille qui eam comburebat, & etiam ille qui eius cineres colligebat. ergo inconuenienter præceptum ibi fuit, vt per huiusmodi cinerem ibi aspersum immundi purificarentur.

¶ 6 Præt. Peccata non sunt aliquid corporale, qđ possit deferri de loco ad locum, neq; etiā per aliquid immundum potest homo a peccato mundari. inconuenienter igitur ad expiationem peccatorum populi, sacerdos super vnū hircorum cōfitebatur peccata filiorum Israel, vt portaret ea in desertum: per alium aūt quo

quo vtebantur ad purificationes, simul cū vitulo cōburentes extra castra, immūdi reddebantur, ita quòd oportebat eos lauare vestimenta, & carnem aqua. A

¶ 7 Præt. Illud quod iam est mundatum, non oportet iterum mundari. inconuenienter igitur mundata lepra hominis, vel etiam eius domus, alia purificatio adhibebatur, vt habetur Leuit. 14.

¶ 8 Præt. Spiritualis immunditia non potest per corporalem aquam, vel pilorum rasuram emundari. Irrationabile igitur videtur, quòd Dominus præcepit Exod. 30. vt fieret labium æneum cum basi sua ad lauandum manus & pedes sacerdotum, qui ingrediturī erant tabernaculum. & quod præcipitur Num. 8. q Leuitæ abstergerentur aqua lustrationis, & raderent B omnes pilos carnis suæ.

¶ 9 Præt. Quod maius est, non potest sanctificari per illud qđ minus est. inconuenienter igitur per quandam vnctionem corporalem, & corporalia sacrificia, & oblationes corporales, fiebat in lege consecratio maiorum & minorum sacerdotum, vt habetur Leuit. 8. & Leuitarum, vt habetur Num. 8.

¶ 10 Præt. Sicut dicitur 1. Reg. 16. Homines vident ea quæ patent, Deus autem intuetur cor: sed ea quæ exterius patent in homine, est corporalis dispositio, & indumenta. inconuenienter igitur sacerdotibus maioribus & minoribus q̄dā specialia vestimenta deputabantur, de quibus habetur Exod. 28. & sine ratione videtur quòd prohiberetur aliquis, a sacerdotio propter corporales defectus, secundum quod dicitur Leuit. 21. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo si cæcus fuerit, vel claudus &c. sic igitur videtur quod sacramenta veteris legis irrationabilia fuerint.

Sed contra est, quod dicitur Leuit. 20. Ego sum Dominus qui sanctifico vos: sed a Deo nihil fit sine ratione. dicitur enim in psalm. 103. Omnia in sapientia fecisti. ergo in sacramentis veteris legis, quæ ordinabantur ad hominum sanctificationem, nihil erat sine rationabili causa.

Respon. Dicendum, q sicut supra dictum est, * Sacramēta proprie dicuntur illa, quæ adhibebātur Dei cultoribus ad quandam consecrationem, per quam. s. deputabantur quodammodo ad cultum Dei. Cœtus autem Dei generali quidem modo pertinebat ad totū populum: sed speciali modo pertinebat ad Sacerdotes & Leuitas, qui erāt ministri cultus diuini. Et ideo in istis sacramentis veteris legis quædam pertinebāt communiter ad totum populum: quædā autem specialiter ad ministros, & circa vtrosque tria erant necessaria. Quorū primum est, institutio in statu colendi Deum: & hæc quidem institutio cōmuniter quantū ad omnes fiebat per circumcisionem, sine qua nullus admittebatur ad aliquid legalium: quantum vero E ad sacerdotes, per sacerdotum consecrationem. Secundo, requirebatur vsus eorum, quę pertinent ad diuinum cultum: & sic quantum ad populum erat esus paschalis cōuiuij, ad quem nullus incircumcisus admittebatur, vt patet Exod. 12. & quantum ad sacerdotes oblatio victimarum, & esus panū propositionis, & aliorum, quæ erant sacerdotum vsibus deputata. Tertio, requirebatur remotio eorum, per quæ aliqui impediebantur a cultu diuino. s. immunditiarum: & sic quantum ad populum erant instituę quædam purificationes a quibusdam exterioribus immunditijs, & etiam expiationes a peccatis. Quantum vero ad Sacerdotes & Leuitas erat instituta ablutio manuū, & D

* Exod. 4.

pedum, & rasio pilorum. Et hæc omnia habebant rationabiles causas, & literales, secundum quod ordinabantur ad cultum Dei pro tempore illo: & figurales, secundum qđ ordinabantur ad figurandum Christum, vt patebit per singula discurrenti.

Ad primvm ergo dicendum, q literalis ratio circumcisionis principalis quidem fuit ad protestationē fidei vnius Dei. Et quia Abraham fuit primus, qui se ab infidelibus separauit exiens de domo sua, & de cognatione sua, ideo ipse primus circumcisionem accepit: & hanc causam assignat Apostolus ad Rom. 4. Signum accepit circūcisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio: quia. s. in hoc legitur Abrahæ fides reputata ad iustitiam, q contra spem in spem credidit. s. contra spem naturæ in spem gratiæ, vt fieret pater multarum gentiū, cum ipse esset senex, & vxor sua esset anus & sterilis. Et vt hæc protestatio, & imitatio fidei Abrahæ firmaretur in cordibus Iudæorū, acceperunt signum in carne sua, cuius obliuisci non possent: vnde dicitur Genes. 17. Erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Ideo autem fiebat octaua die, quia antea puer est valde tenellus, & posset ex hoc grauiter lædi, & reputat adhuc quasi quiddam non solidatum: vnde etiam nec animalia offerebantur ante octauum diem. Ideo vero non magis tardabatur, ne propter dolorem aliqui signum circunci C sionis refugerent, & ne parētes etiam, quorum amor increscit ad filios, post frequentem conuersationem, & eorum augmentum, eos circumcisioni subtraherent. Secunda ratio esse potuit ad debilitationem concupiscentiæ in membro illo. Tertia ratio est, in fugillationem sacrorum Veneris & Priapi, in quibus illa pars corporis honorabatur. Dominus aūt non prohibuit nisi incisionem quæ in cultum idolorum fiebat, cui non erat similis prædicta circumcisio. Figuralis vero ratio circumcisionis erat, quia figurabatur ablatio corruptionis fienda per Christum, quæ perfecte complebitur in octaua ætate, quæ est ætas resurgentium. Et quia omnis corruptio culpæ & pœnæ prouenit in nos per carnalem originem ex peccato primi parentis, ideo talis circumcisio fiebat in membro generationis: vnde Apostolus dicit ad Col. 2. Circumcisi estis in Christo circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Domini nostri Iesu Christi. Circūcisionis ratio.

Ad 2m dicendum, quòd literalis ratio conuiuij paschalis fuit in commemorationē beneficij quo Deus eduxit eos de Aegypto: vnde per huiusmodi conuiuij celebrationem profitebātur se ad illum populum pertinere, quem Deus sibi assumpserat ex Aegypto. Quando. n. fuerunt ex Aegypto liberati, præceptum est eis, vt sanguine agni linirent superliminaria domorum, quasi protestantes se recedere a ritibus Aegyptiorum, qui arietem colebant: vnde & liberati sunt per sanguinis agni aspersionem, vel linitionem in postibus domorum, a periculo exterminij quod imminebat Aegyptijs. In illo autem exitu eorum de Aegypto duo fuerunt, scilicet, festinantia ad egrediendum, impellebant enim eos Aegyptij, vt exirent velociter, vt habetur Exod. 12. Imminebatque periculum ei, qui non festinaret exire cum multitudine, ne remanens occideretur ab Aegyptijs. Festinantia autem designabatur dupliciter. Vno quidem modo per ea quæ comedebant: præceptum enim eis erat, quòd comederent panes azymos in huius signum, quòd non poterant fermentari cogentibus exire Aegy- De esu, & comestione agni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptijs, & ꝙ comederent assum igni, sic enim velocius F
præparabatur: & ꝙ os nō comminuerent ex eo, quia
in festinantia nō vacat ossa frangere. Alio modo quan
tum ad modum comedendi, dicitur enim: Renes ve-
stros accingeris, calceamenta habebitis in pedibus, te
nentes baculos in manibus, & comedetis festinãter:
quod manifeste designat homines existentes in prom
ptu itineris. Ad idem etiam pertinet, quod eis præci-
pitur: In vna domo comedetis, neque feretis de car-
nibus eius foras: quia. s. propter festinantiam non va
cabat inuicem mittere xenia. Amaritudo autem, quã
passi fuerant in Aegypto, significabatur per lactucas
agrestes. Figuralis autem ratio patet, quia per im-
molationem agni paschalis significabatur immolatio G
Christi, secundum illud 1. ad Cor. 5. Pascha nostrum
immolatus est Christus. Sanguis vero agni liberans
ab exterminatore, linitis superliminaribus domorũ,
significat fidem passionis Christi in corde & ore fide-
lium, per quam liberamur a peccato & a morte, secũ
dum illud 1. Pet. 1. Redempti estis pretioso sanguine
agni immaculati. Comedebãtur autem carnes ille ad
significandum esum corporis Christi in sacramento.
Erant autem assæ igni, ad significandum passionem,
vel charitatem Christi. Comedebantur autem cum
azymis panibus, ad significandam puram conuersa-
tionem fidelium sumentium corpus Christi, secun-
dum illud 1. ad Corint. 5. Epulemur in azymis synce- H
ritatis & veritatis. Lactucæ autem agrestes addeban-
tur in signum pœnitentiæ peccatorum, quæ necessa-
ria est sumentibus corpus Christi. Renes autem ac-
cingendi sunt cingulo castitatis: calceamenta autem
pedum sunt exempla mortuorum patrum: baculi au
tem habendi in manibus, significant pastoralem cu-
stodiam. Præcipitur autem, quòd in vna domo agnus
paschalis comedatur, idest, in ecclesia catholicorum,
non in conuenticulis hæreticorum.

AD 3^m dicendum, ꝙ quædam sacramenta nouæ le
gis habuerunt in veteri lege sacramenta figuralia sibi
correspondenia. Nam circũcisioni respondet baptis-
mus, qui est fidei sacramentum: vnde dicitur ad Col. I
2. Circuncisi estis in circuncisione Domini nostri Ie-
su Christi, consepulti ei in baptismo. Conuiuio vero
Agni paschalis respondet in noua lege sacramentum
Eucharistiæ. Omnibus autem purificationibus vete-
ris legis respondet in noua lege sacramentum pœni-
tentiæ. Consecrationi autem pontificis, & sacerdo-
tum respondet sacramentum ordinis. Sacramento
autem confirmationis, quod est sacramentum pleni-
tudinis gratiæ, non potest respondere in veteri lege
aliquod sacramentum: quia nondum aduenerat tem
pus plenitudinis, eo quòd neminem ad perfectũ ad-
duxit lex. Similiter autem & sacramento extremæ vn
ctionis, quod est quædam immediata præparatio ad
introitum gloriæ, cuius aditus nondum patebat in
veteri lege, pretio nondum soluto. Matrimonium au
tem fuit quidem in veteri lege, prout erat in officium
naturæ: non autem prout est sacramentum coniun-
ctionis Christi, & ecclesiæ, quæ nondum erat facta.
vnde & in veteri lege dabatur libellus repudij, quod
est contra sacramenti rationem.

De variis immũditiis & earũ rõnabili purificatione.

AD 4^m dicendum, ꝙ sicut dictum est, * purifica-
tiones veteris legis ordinabantur ad remouendũ im-
pedimenta cultus diuini: qui quidem est duplex. s.
spiritualis, qui consistit in deuotione mentis ad Deũ:
& corporalis, qui consistit in sacrificijs & oblationi-
bus, & alijs huiusmodi. A cultu autem spirituali im-
pediũtur homines per peccata, quibus homines pol-
lui dicebantur, sicut per idololatriam & homicidiũ,
per adulteria & incestus. Et ab istis pollutionibus pu
rificabantur homines per aliqua sacrificia vel cõmu-
niter oblata pro tota multitudine, vel etiam pro pec-
catis singulorum. Non quòd sacrificia illa carnalia ha
berent ex seipsis virtutem expiandi peccatũ, sed quia
significabant expiationem peccatorum futuram per
Christum, cuius participes erant etiam antiqui, pro-
testãtes fidem Redemptoris in figuris sacrificiorum.
A cultu vero exteriori impediebantur homines per
quasdam immunditias corporales, quæ quidem pri-
mo considerabantur in hominibus, & consequenter
etiam in alijs animalibus, & in vestimentis, & domi-
bus, & vasis. In hominibus quidem immunditia re-
putabatur partim quidẽ ex ipsis hominibus, partim
autem ex contactu rerum immundarum. Ex ipsis au-
tem hominibus immũdum reputabatur omne illud,
quod corruptionem aliquam iam habebat, vel erat
corruptioni expositum: & ideo quia mors est corru-
ptio quædam, cadauer hominis reputabatur immun
dum. Similiter etiã quia lepra ex corruptione humo-
rum contingit, qui etiam exterius erumpunt, & alios
inficiunt, leprosi etiam reputabantur immundi. Simi
liter etiam mulieres patientes sanguinis fluxum si-
ue per infirmitatem, siue etiam per naturam, vel
temporibus menstruis, vel etiam tempore conce-
ptionis: & eadem ratione viri reputabantur immun-
di, fluxum seminis patientes vel per infirmitatem,
vel per pollutionem nocturnã, vel etiam per coitum.
Nam omnis humiditas prædictis modis ab homine
egrediens, quandam immundam infectionem habet.
Inerat etiam hominibus immunditia quędam ex con
tactu quarumcunq; rerum immundarum. Istarum
autem immunditiarum erat ratio & literalis, & fi-
guralis. Literalis quidem propter reuerentiã eorum,
quæ ad diuinum cultum pertinent, tum quia homi-
nes pretiosas res contingere non solent, cum fuerint
immundi: tum etiam vt ex raro accessu ad sacra, ea
magis veneratentur. Cum. n. omnes huiusmodi im-
munditias raro aliquis cauere possit, contingebat, ꝙ
raro poterant homines accedere ad attingendum ea,
quæ pertinebant ad diuinum cultum: & sic quando
accedebant, cũ maiori reuerentia & humilitate men-
tis accedebant. Erat autem in quibusdam horum ra-
tio literalis, vt homines non reformidarent accedere
ad diuinum cultum, quasi refugientes consortium le
prosorum, & similium infirmorũ, quorum morbus
abominabilis erat & contagiosus. In quibusdã etiam
ratio erat ad vitandum idolatriæ cultum: quia Gen-
tiles in ritu suorum sacrificiorum vtebantur quan-
doque & humano sanguine, & semine. Omnes au- K
tem huiusmodi immunditiæ corporales purificaban
tur, vel per solam aspersionem aquæ: vel quæ maio-
res erant, per aliquod sacrificium ad expiandum pec-
catum, ex quo tales infirmitates contingebant. Ra-
tio autem figuralis harum immunditiarum fuit, quia
per huiusmodi exteriores immunditias figurabantur
diuersa peccata. Nam immunditia cadaueris cuius-
cunque significat immunditiam peccati, qd est mors
animæ. Immunditia autem lepræ significat immun-
ditiam hæreticæ doctrinæ, tum quia hæretica doctri-
na contagiosa est, sicut & lepra; tum quia nulla etiam
falsa doctrina est, quæ vera falsis non admisceat: sicut
etiam in superficie corporis leprosi apparet quædam
distinctio quarundam macularum ab alia carne inte-
gra.

gra. Per immunditiam autem mulieris sanguifluæ, A
designatur immunditia idolatriæ, propter immola-
titium cruorem. Per immunditiam vero viri semini-
fluj, designatur immũditia vanæ locutionis, eo quòd
semen est verbum Dei. Per immunditiam vero coi-
tus, & mulieris parientis, designatur immunditia pec
cati originalis. Per immunditiam vero mulieris mẽ-
struatæ, designatur immunditia mentis per volupta-
tes emollitæ. Vniuersaliter vero per immunditiam
contactus rei immundæ, designatur immunditia con
sensus in peccatum alterius, secundum illud 2. ad
Corinth. 6. Exite de medio eorum, & separamini, &
immundum ne tetigeritis. Huiusmodi autẽ immun- B
ditia contactus deriuabatur etiam ad res inanimatas:
quicquid enim quocunque modo tangebat immun-
dus, immundum erat. In quo lex attenuauit super-
stitionem Gentilium, qui non solum per contactum
immundi dicebant immunditiam contrahi, sed etiã
per collocutionem, aut per aspectum, vt rabbi Moy-
ses dicit de muliere mẽstruata. Per hoc autem mysti-
ce significabatur id, quod dicitur Sapient. 14. Simili-
ter odio sunt Deo impius, & impietas eius. Erat au-
tem & immunditia quædã ipsarũ rerum inanimatarũ
secundum se, sicut erat immunditia lepræ in domo,
& in vestimentis. Sicut enim morbus lepræ accidit
in hominibus ex humore corrupto putrefaciente car C
nem & corrumpente, ita etiam propter aliquam cor-
ruptionem & excessum humiditatis, vel siccitatis sit
quandoque aliqua corrosio in lapidibus domus, vel
etiam in vestimentis. Et ideo hanc corruptionem
vocabat lex lepram, ex qua domus, vel vestis im-
munda iudicaretur, tum quia omnis corruptio ad
immunditiam pertinebat, vt dictum est: *tum etiam
quia circa huiusmodi corruptionem Gentiles deos
penates colebant. & ideo lex præcepit huiusmodi do
mus, in quibus fuerit talis corruptio perseuerãs, de-
strui, & vestes comburi, ad tollendam idolatriæ oc-
casionem. Erat etiam & quædam immunditia vaso-
rum, de qua dicitur Numeri 19. Vas, quod non ha- D
buit cooperculum, & ligaturam desuper, immundũ
erit, cuius immunditiæ causa est: quia in talia vasa
de facili poterat aliquid immundũ cadere, vnde po-
terant immundari: erat etiam hoc præceptum ad de
clinandam idolatriam. Credebant enim idolatræ,
quòd si mures, aut lacertę, vel aliquid huiusmodi, ꝙ
immolabant idolis, caderent in vasa, vel in aquas,
quòd essent dijs gratiosa. Adhuc etiam aliquæ mu-
lierculæ vasa dimittunt discooperta in obsequiũ no-
cturnorum numinum, quæ Lamas vocant. Harum
autem immunditiarum ratio est figuralis, quia per
lepram domus, significatur immunditia cõgregatio-
nis hæreticorum: Per lepram vero in veste linea, si- E
gnificatur peruersitas morum ex amaritudine mẽtis:
Per lepram vero vestis lanea, significatur peruersitas
adulatorum: Per lepram in stamine, significantur vi-
tia animæ: Per lepram vero in subtegmine, significã-
tur peccata carnalia. sicut enim stamen est in subteg-
mine, ita anima in corpore. Per vas autem, quod
non habet cooperculum nec ligaturam, significatur
homo qui non habet aliquod velamẽ taciturnitatis,
& qui non constringitur aliqua censura disciplinæ.

A 5^m dicendum, quòd sicut dictum est, * duplex
erat immunditia in lege, Vna quidem per aliquam
corruptionem mentis, vel corporis: & hæc etiam im
munditia maior erat. Alia vero erat immunditia ex
solo contactu rei immundæ: & hæc minor erat, &
faciliori ritu expiabatur. Nam immunditia prima ex-
piabatur per sacrificia pro peccato, quia omnis cor-
ruptio procedit ex peccato, & peccatum significat:
sed secunda immunditia expiabatur per solam aspe-
sionem aquæ cuiusdam, de qua quidem aqua expia-
tionis habetur Numer. 19. Mandatur enim ibi a Do-
mino, quòd accipiant vaccam rufam in memoriam
peccati, quod commiserunt in adoratione vituli. Et
dicitur vacca magis quàm vitulus, quia sic Domi-
nus synagogam uocare consueuit, secundum illud
Oseæ 5. Sicut uacca lasciuiens declinauit Israel. Et
hoc forte ideo, quia uaccas in morem Aegyptij co-
luerunt, secundum illud Oseæ 10. Vaccas Bethauen
coluerunt. Et in detestationem peccati idolatriæ
immolabatur extra castra: & vbicunque sacrificium
fiebat pro expiatione multitudinis peccatorum, cre-
mabatur extra castra totum. Et vt significaretur per
hoc sacrificium emundari populus ab vniuersitate
peccatorũ, intingebat sacerdos digitum in sanguine
eius, & aspergebat contra fores Sanctuarij septem
uicibus, quia septenarius numerus uniuersitatem si-
gnificat. Et ipsa etiam aspersio sanguinis pertinebat
ad detestationem idolatriæ, inqua sanguis immola-
titius non effundebatur, sed congregabatur, & circa
ipsum homines comedebant in honorem idolorum.
Comburebatur autem in igne, uel quia Deus Moysi
in igne apparuit, & in igne data est lex: uel quia per
hoc significabatur, quòd idolatria totaliter erat ex-
tirpanda, & omne quod ad idolatriam pertinebat,
sicut uacca, cremabatur cum pelle & carnibus, san-
guine & fimo flammæ traditis. Adiungebatur etiam
in combustione lignum cedrinum, hyssopus, coccus-
que bis tinctus, ad significandum, quòd sicut ligna
cedrina non de facili putrescunt, & coccus bis tin-
ctus non amittit colorem, & hyssopus retinet etiam
odorem postquàm fuerit deficcatus: ita etiam hoc
sacrificium erat in conseruationem ipsius populi, &
honestatis, & deuotionis ipsius. Vnde dicitur de ci-
neribus uaccæ, vt sint multitudini filiorum Israel in
custodiam. Vel secundum Iosephum *, quatuor ele- Lib. 3. Anti
menta significata sunt. Igni enim apponebatur ce- quitatum,
drus, significans terram propter sui terrestreitatem: cap. 7.
hyssopus significans aerem propter odorem: coccus
significans aquã eadem ratione qua etiam purpura,
propter tincturas, quæ ex aquis sumuntur, ut per
hoc exprimeretur, quòd illud sacrificium offerebatur
Creatori quatuor elementorum. Et quia huiusmo-
di sacrificium offerebatur pro peccato idolatriæ, in
eius detestationem & comburens, & cineres col-
ligens, & ille qui aspergit aquas, in quibus cinis po-
nebatur, immundi reputabantur: vt per hoc osten-
deretur, quòd quicquid quocunque modo ad idola-
triam pertinet, quasi immundum est abijciendum.
Ab hac autem immunditia purificabantur per solam
uestimentorum ablutionem. Nec indigebant aqua
aspergi propter huiusmodi immunditiam: quia sic
esset processus in infinitum. Ille enim qui asperge-
bat aquam, immundus fiebat: & sic si ipse seipsum
aspergeret, immundus remaneret: si autem alius
eum aspergeret, ille immundus esset: & similiter ille
qui illum aspergeret, & sic in infinitum. Figuralis
autem ratio huius sacrificij est, quia per uacci rufam
significatur Christus secundum infirmitatem assum-
ptam, quam femininus sexus designat: sanguinem
autem passionis eius designat uaccæ color. Erat autẽ
uacca rufa ætatis integræ: quia omnis operatio Chri-
sti est

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti est perfecta, in qua nulla erat macula, nec portauit iugum peccati. Præcipitur autem adduci ad Moysen: quia imputabant ei transgressionem Mosaicæ legis in violatione Sabbathi. Præcipitur autē tradi Eleazaro sacerdoti, quia Christus occidendus in manus sacerdotum traditus est. Immolatur autem extra castra, quia extram portam Christus passus est. Intingit autem sacerdos digitum in sanguine eius, quia per discretionem, quam digitus significat, mysterium passionis Christi est considerandum, & imitandum. Aspergitur autem contra tabernaculum, per quod synagoga designatur vel ad condemnationem Iudæorum non credentium, vel ad purificationem credentium. Et hoc septem vicibus, vel propter septem dona Spiritus sancti: vel propter septem dies, in quibus omne tempus intelligitur. Sunt autem omnia quæ ad Christi incarnationem pertinent, igne cremanda, ideſt, spiritualiter intelligenda: nam per pellem & carnem, exterior Christi operatio significatur: per sanguinem, subtilis & interna virtus exteriora facta verificans: per simum, lassitudo, sitis, & omnia huiusmodi ad infirmitatem pertinentia. Adduntur autem tria, scilicet cedrus, quod significat altitudinem spei, vel contemplationis: hyssopus, quod significat humilitatem vel fidem: coccus bis tinctus, quod significat geminam charitatem. per hæc enim debemus Christo passo adhærere. Iste autem cinis cōbustionis colligitur a viro mundo, quia reliquiæ passionis peruenerunt ad Gentiles, qui non fuerunt culpabiles in Christi morte. Apponuntur autem cineres in aqua ad expiandum, quia ex passione Christi baptismus fortitur virtutē emundandi peccata. Sacerdos aūt qui immolabat & comburebat vaccam, & ille qui comburebat, & qui colligebat cineres, immūdus erat & etiam qui aspergebat aquam: vel quia Iudæi sunt facti immundi ex occisione Christi, per quam nostra peccata expiantur. & hoc vsque ad vesperum, ideſt, vsque ad finem mundi, quando reliquiæ Israel conuertentur: vel quia illi qui tractant sancta, intendentes ad emundationem aliorum, ipsi etiam aliquas immunditias contrahunt, vt Greg. dicit in pastorali, & hoc vsque ad vesperum, ideſt, vsque ad finem præsentis vitæ.

De vituli & arietis & hirci sacrificiis. *ad 4. argu. huius art.

Ad 6^m dicendum, quòd sicut dictum est,* immūditia quæ ex corruptione proueniebat vel mentis, vel corporis, expiabatur per sacrificia pro peccato. Offerebātur autem specialia sacrificia pro peccatis singulorum: sed quia aliqui negligentes erant circa expiationem huiusmodi peccatorum & immunditiarum, vel etiam propter ignorantiam ab expiatione huiusmodi desistebant, institutum fuit vt semel in anno decima die septimi mensis fieret sacrificium expiationis pro toto populo. Et quia sicut Apostolus dicit ad Hebr. 7. Lex constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes, oportebat quòd sacerdos prius offerret pro seipso vitulum pro peccato in commemorationem peccati, quod Aaron fecerat in conflatione vituli aurei: & arietem in holocaustum, per quod significabatur, quod sacerdotis prælatio, quā aries designat, qui est dux gregis, erat ordinanda ad honorem Dei. Deinde autem offerebat pro populo duos hircos: quorum vnus immolabatur ad expiandum peccatum multitudinis. Hircus enim animal fœtidum est, & de pillis eius fiunt vestimenta pungentia, vt per hoc significaretur fœtor & immunditia culei peccatorū. Huius autem hirci immolati sanguis inferebatur simul etiam cum sanguine vituli in Sancta sanctorum, & aspergebatur ex eo totum Sanctuarium, ad significandum quòd tabernaculū emūdabatur ab immunditijs filiorum Israel. Corpus vero hirci & vituli, quæ immolata sunt pro peccato, oportebat comburi, ad ostendendum consummationem peccatorum. Non autem in altari, quia ibi nō comburebantur totaliter nisi holocausta: vnde mandatum erat, vt comburerentur extra castra in detestationem peccati. hoc enim fiebat, quandocunque immolabatur sacrificium pro aliquo graui peccato, vel pro multitudine peccatorū. Alter vero hircus emittebatur in desertum, non quidem vt offerretur Dæmonibus, quos colebant Gentiles in desertis, quia eis nihil licebat immolari, sed ad significandum effectum illius sacrificij immolati: & ideo sacerdos imponebat manum super caput eius confitens peccata filiorum Israel, ac si ille hircus deportaret ea in desertum, vbi a bestijs comederetur, quasi portans pœnam pro peccatis populi. Dicebatur aūt portare peccata populi vel quia in eius emissione significabatur remissio peccatorum populi: vel quia colligabatur super caput eius aliqua schedula, vbi erant scripta peccata. Ratio autem figuralis horum erat, quia Christus significatur & per vitulum propter virtutē; & per arietem, quia ipse est dux fidelium, & per hircum propter similitudinem carnis peccati, & ipse Christus est immolatus pro peccatis, & sacerdotum, & populi: quia per eius passionem & maiores, & minores a peccato mundantur. Sanguis autem vituli & hirci infertur in Sancta per Pontificem: quia per sanguinem passionis Christi patet nobis introitus in regnum cælorum. Comburuntur autem eorum corpora extra castra, quia extra portam Christus passus est, vt Apost. dicit ad Hebr. vlt. Per hircum autem qui emittebatur, potest significari vel ipsa diuinitas Christi, quæ in solitudinem abijt, homine Christo patiente, non quidem locum mutans, sed virtutem cohibens: vel significatur concupiscentia mala, quā debemus a nobis abijcere, virtuosos autem motus Domino immolare. De immunditia uero eorū qui huiusmodi sacrificia comburebant, eadem ratio est, quæ in sacrificio vitulæ rufæ dicta est.*

Ad 5. argu. patet ex dictis. De leprosorum emundatione.

Ad 7^m dicendum, quòd per ritum legis leprosus non emundabatur a macula lepræ, sed emundatus ostendebatur. Et hoc significatur Leuit. 14. cum dicitur de Sacerdote. Cum inuenerit lepram esse emūdata m, præcipiet ei qui purificatur. Iam ergo lepra mundata erat: sed purificari dicebatur, inquantum, iudicio sacerdotis restituebatur consortio hominum, & cultui diuino. Contingebat tamen quandoque, vt diuino miraculo perritum legis corporalis mundare tur lepra, quando sacerdos decipiebatur in iudicio. Huiusmodi autē purificatio leprosi dupliciter fiebat: nam primo iudicabatur esse mundus: secundo autem restituebatur tanquàm mundus consortio hominum & cultui diuino, scilicet post septem dies. In prima aūt purificatione offerebat, ꝑse leprosus mundandus duos passeres viuos, & lignum cedrinum, & uermiculum, & hyssopum, hoc modo vt filo coccineo ligarentur passer & hyssopus simul cum ligno cedrino: ita scilicet quòd lignum cedrinum esset quasi manubrium aspersorij: hyssopus vero & passer erant id quod de aspersorio tingebatur in sanguine alterius passeris immolati in aquis uiuis. Hæc autē quatuor offerebat contra quatuor defectus lepræ: nam contra

contra putredinem offerrebatur cedrus, quæ est arbor imputribilis: contra fœtorem, hyssopus quæ est herba odorifera: contra insensibilitatē, passer viuus; contra turpitudinem coloris, vermiculus qui habet viuum* colorem. Passer vero viuus aduolare admittebatur in agrum: quia leprosus restituebatur pristinæ libertati. In octauo vero die admittebatur ad cultum diuinum, & restituebatur consortio hominum. Primo tamen rasis pilis totius corporis & vestimentis, eo quòd lepra pilos corrodit, & vestimenta coinquinat, & fœtida reddit. Et postmodum sacrificiū offerebatur pro delicto eius: quia lepra plerunque inducitur pro peccato. De sanguine aūt sacrificij tingebatur extremum auriculæ eius qui erat mundādus & pollices manus dextræ & pedis: quia in istis partibus primū lepra dignoscit & sentit. Adhibebātur ēt huic ritui tres liquores. ſ. sanguis contra sanguinis corruptionem: oleum ad designandam sanationem morbi: aqua viua ad emundandum spurcitiam. Figuralis autem ratio erat, quia per duos passeres significantur diuinitas, & humanitas Christi, quorū vnus scilicet humanitas, immolatur in vase fictili super aquas viuentes: quia per passionem Christi aquæ baptismi consecrantur. Alius autem, scilicet impassibilis diuinitas, viuus remanebat: quia diuinitas mori non potest, vnde & euolabat, quia passione astringi non poterat. Hic autem passer viuus simul cum ligno cedrino & cocco, vermiculo & hyssopo, ideſt, fide, spe, & charitate, vt supra dictum est* mittitur in aquam ad aspergendum: quia in fide Dei & hominis baptizamur. Lauat autem homo per aquam baptismi & lacrymarum vestimenta sua, ideſt, opera, & omnes pilos, ideſt cogitationes. Tingitur autem extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur de sanguine & de oleo, vt eius auditum muniat contra corrumpentia verba. Pollices autem manus dextræ & pedis tinguntur, vt sit eius actio sancta. Alia vero quæ ad hanc purificationem pertinent, vel etiam aliarum immunditiarum, non habent aliquid speciale præter alia sacrificia pro peccatis, vel pro delictis.

Ad 8^m & 9^m dicendum, quòd sicut populus instituebatur ad cultum Dei per circuncisionem, ita minister per aliquam specialem purificationem, vel consecrationem: vnde & separari ab alijs præcipiuntur, quasi specialiter ad ministeriū cultus diuini præ alijs deputati. Et totum quod circa eos fiebat in eorum consecratione, vel institutione, ad hoc pertinebat, vt ostenderetur eos habere quandam prærogatiuam puritatis, & veritatis, & dignitatis. Et ideo in institutione ministrorum tria fiebant. primo enim purificabantur: secundo ordinabantur & consecrabantur: tertio applicabantur ad vsum ministerij. Purificabātur quidem communiter omnes per ablutionē aquæ, & per quædam sacrificia. specialiter autem Leuitæ tadebant omnes pilos carnis suæ, vt habetur Leuitic. 8. Consecratio uero circa Pontifices & Sacerdotes hoc ordine fiebat. primo enim postquàm abluti erāt, induebantur quibusdam vestimētis specialibus pertinentibus ad designandum dignitatem ipsorum Specialiter autem Pontifex oleo vnctionis in capite vngebatur, vt designaretur, quòd ab ipso diffundebatur potestas consecrandi ad alios, sicut oleum a capite deriuatur ad inferiora, vt habetur in Psalm. 132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā, barbam Aaron. Leuitæ vero non habebant aliam cōsecrationem, nisi quòd offerebantur Domino a filijs Israel per manus Pontificis, qui orabat pro eis. Minorum vero sacerdotum solæ manus consecrabantur, quæ erant applicādæ ad sacrificia. Et de sanguine animalis immolatitij tingebatur extremū auriculæ dextræ ipsorum, & pollices pedis aut manus dextræ, vt scilicet essent obedientes legi Dei in oblatione sacrificiorū, qđ significat in intinctione auris dextræ: & ꝙ essent soliciti & prompti in executiōe sacrificiorū, qđ significatur in intinctione pedis & manus dextræ. Aspergebantur etiam ipsi & vestimenta eorum sanguine animalis immolati in memoriam sanguinis agni, per quem fuerunt liberati in Aegypto. Offerebātur autem in eorum consecratione huiusmodi sacrificia, Vitulus pro peccato, in memoriam remissionis peccati Aaron circa conflationem vituli. Aries in holocaustum, in memoriam oblationis Abrahæ, cuius obedientiam Pontifex imitari debebat. Aries etiam consecrationis, qui erat quasi hostia pacifica, in memoriam liberationis de Aegypto p sanguinem agni. Canistrum autem panum, in memoriam mannæ præstiti populo. Pertinebat autē ad applicationem ministerij, quod imponebātur super manus eorum, adeps arietis, & torta panis vnius, & armus dexter, vt ostenderetur, quòd accipiebant potestatem huiusmodi offerendi Domino. Leuitæ vero applicabantur ad ministerium per hoc, ꝙ intromittebantur in tabernaculū fœderis, quasi ad ministrandum circa vasa sanctuarij. Figuralis vero horū ratio erat, quia illi qui sunt consecrādi ad spūale ministeriū Christi, debent primo purificari per aquā baptismi. & lacrymarū in fide passionis Chri, quod est expiatiuū & purgatiuum sacrificiū. Et debent radere oēs pilos carnis, ideſt, oēs prauas cogitationes. debent etiam ornari virtutibus, & cōsecrari oleo Spūs sancti, & aspersione sanguinis Chri. & sic debent esse intēti ad exequēda spiritualia ministeria.

* De ornamentis variis ministrorū Dei. In solut. 2. & art. 4. huius quæstio.

Ad 10^m dicendum, ꝙ sicut iam dictum est.* intentio legis erat inducere ad reuerentiā diuini cultus. & hoc dupliciter. Vno modo excludēdo a cultu diuino oē id quod poterat esse contemptibile: alio mō apponendo ad cultum diuinum oē illud quod videbatur ad honorificētiam pertinere. Et si hoc quidem obseruabatur in tabernaculo & vasis ei* & animalibus immolandis, multo magis hoc obseruandū erat in ipsis ministris. Et ideo ad remouendū contemptum ministrorum, præceptum fuit vt nō haberent maculā, vel defectum corporalē: quia hmōi homines solent apud alios in contemptu haberi. Propter quod etiam institutum fuit, vt non sparsim ex quolibet genere ad Dei ministerium applicarentur, sed ex certa prosapia fm generis successionē, vt ex hoc clariores & nobiliores haberentur. Ad hoc aūt ꝙ in reuerētia haberent, adhibebatur eis specialis ornatus, vestium, & specialis cōsecratio. Et hæc est in cōmuni causa ornatus vestium. In speciali autem sciendum est, quòd Pontifex habebat octo ornamenta. Primo enim habebat vestem lineam. Secundo habebāt tunicam hyacinthinam, in cuius extremitate versus pedes ponebantur per circuitum tintinabula quædam, & mala punica facta ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto. Tertio habebat superhumerale, quod tegebat humeros, & anteriorem partem vsque ad cingulum: quod erat ex auro & hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & byſſo retorta: & superhumeros habebat duos onychinos, in quibus erant sculpta nomina filiorum Israel. Quartum erat rationale, ex eadem materia factum, quod erat quadratum, & ponebatur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in pectore, & coniungebatur superhumerali. Et in hoc rationali erant duodecim lapides pretiosi distincti per quatuor ordines: in quibus etiam sculpta erãt noia filiorum Israel, quasi ad designandũ, quòd ferret onus totũ populi per hoc, q̃ habebat nomina eorum in humeris, & q̃ iugiter debebat de eorum salute cogitare per hoc, q̃ portabat eos in pectore, quasi in corde habes. In quo etiam rationali mandauit Dominus poni doctrinam & veritatem; quia quædam pertinentia ad veritatem iustitiæ & doctrinæ scribebantur in illo rationali. Iudæi tñ fabulantur, q̃ in rationali erat lapis, qui secũdum diuersos colores mutabatur secundum diuersa, quæ debebãt accidere filijs Israel: & hoc vocant veritatem & doctrinam. Quintum erat balxheus. i. cingulus quidam factus ex prædictis quatuor coloribus. Sextum erat tiara. i. mitra quædam de byſſo. Septimum aũt erat lamina aurea, pendens in frõte eius: in qua erat scriptum nomen Domini. Octauum autem erant femoralia linea, vt operirent carnem turpitudinis suę quando accederent ad Sanctuarium, vel ad altare. Ex istis autem octo ornamentis minores sacerdotes habebant quatuor, scilicet, tunicã lineam, femoralia, baltheum, & tiaram. Horum ornamentorum quidam rationem literalem assignant, dicentes, q̃ in istis ornamẽtis designabatur dispositio orbis terrarum, quasi Pontifex protestaretur se esse ministrum Creatoris mundi. vnde etiam Sap. 18. dicitur, q̃ in veste Aaron erat descriptus orbis terrarum. Nam femoralia linea figurabant terram, ex qua linum nascitur: balthei circunuolutio significabat Oceanum, qui circũcingit terram. Tunica hyacinthina suo colore significabat aerem, per cuius tintinabula significabantur tonitrua, per malũ granata coruscationes. Superhumerale vero significabat suã varietate cælum sydereum: duo onychini duo hemisphęria, vel Solem & Lunã. Duodecim gemmæ in pectore, duodecim signa in Zodiaco, quæ dicebantur posita in rationali: quia in cęlestibus sunt rationes terrenorum, secundum illud Iob. 38. Nunquid nosti ordinem cęli, & ponis rõnem eius in terra? Cidaris aũt vel tiara significabat cælum empyreum: lamina aurea Deum omnibus præsidentem. Figuralis vero ratio manifesta est. Nam maculæ, vel defectus corporales, a quibus debebant sacerdotes esse immunes, significant diuersa vitia & peccata, quibus debent carere. Prohibetur. n. esse cæcus. i. ne sit ignorans: ne sit claudus. i. instabilis, & ad diuersa se inclinans: ne sit paruo, vel grandi, vel torto naso. i. ne per defectum discretionis, vel in plus, vel in minus excedat, aut etiam aliqua praua exerceat. per nasum. n. discretio designatur, quia est discretiuus odoris. Ne sit fracto pede vel manu. i. ne amittat virtutem bene operandi, vel procedendi in virtutem. Repudiatur etiam si habebat gibbum vel ante, vel retro: per quẽ significatur superfluus amor terrenorũ. Si est lippus, idest, per carnalem affectum eius ingenium obscuratur: cõtingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiatur etiam si habeat albuginem in oculo idest, præsumptionem candoris iustitiæ in sua cogitatione. Repudiatur etiam si habeat iugem scabiem, idest, petulantiam carnis. Et si habuerit impetiginẽ, quę sine dolore corpus occupat, & membrorum decorem fædat, per quã auaritia designatur. Et etiam si sit hernios⁹, vel pondero⁹, qui scilicet gestat pondus turpitudinis in corde, licet non exerceat in opere. Per ornamenta vero designantur virtutes ministrorum Dei. Sunt autem quatuor, quæ sunt necessariæ omnibus ministris, scilicet, castitas, quæ significatur per femoralia. Puritas vero vitæ, quæ significatur per lineam tunicam. Moderatio discretionis, quæ significatur per cingulum. Et rectitudo intentionis, quæ significatur per tiaram protegentem caput. Sed præ his Pontifices debent quatuor habere. Primo quidem ingem Dei memoriam in cõtemplatione: & hoc significat lamina aurea habens nomen Dei in fronte. Secundo, quòd supportent infirmitates populi: quod significat superhumerale. Tertio, quòd habeant populum in corde & in viceribus per solicitudinem charitatis: quod significatur per rationale. Quarto, quòd habeant conuersationem cęlestem per opera perfectionis: quod significatur per tunicam hyacinthinam. Vnde & tunicæ hyacinthinæ adiunguntur in extremitate tintinabula aurea, per quæ significatur doctrina diuinorum, quæ debet conjũgi cęlesti conuersationi Pontificis. Adiunguntur ét mala punica, per quæ significatur unitas fidei & cõcordia in bonis moribus: quia sic coniuncta debet esse eius doctrina, ut p eam fidei & pacis unitas non rumpat.

Articvlvs VI.

Vtrum fuerit aliqua rationabilis causa obseruantiarum cæremonialium.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur q̃ obseruantiarum cæremonialium nulla fuerit rationabilis causa. Quia ut Apostolus dicit 1. ad Timoth. 4. Omnis creatura Dei est bona, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Inconuenienter igitur prohibiti sunt ab esu quorundam ciborum tanquàm immundorum, ut patet Leuit. 11.

¶ 2 Præt. Sicut animalia dantur in cibum hominis, ita etiam & herbæ. unde dicitur Gen. 9. Quasi olera virentia dedi uobis omnem carnem: sed in herbis lex non distinxit aliquas immundas, cum tamen aliquæ illarum sint maxime nociuæ, utputa uenenosæ. ergo uidetur q̃ nec de animalibus aliqua debuerint prohiberi tanquàm immunda.

¶ 3 Præt. Si materia est immunda, ex qua aliquid generatur, pari ratione videtur q̃ id quod generatur ex ea, sit immundum: sed ex sanguine generatur caro. cum igitur non oẽs carnes prohiberẽtur tanquàm immundæ, pari ratione nec sanguis debuit prohiberi quasi immundus, aut adeps, qui ex sanguine generatur.

¶ 4 Præt. Dñs dicit Matt. 10. eos non esse timẽdos qui occidunt corpus, quia post mortem non habent quid faciant: qd non esset verum, ſi in nocumentum homini cederet quid ex eo fieret. multò igitur minus perti net ad aĩal iã occisum qualiter eius carnes decoquantur. irrationabile igitur uidetur esse qd dicitur Exod. 23. Non coques hœdum in lacte matris suæ.

¶ 5 Præt. Ea quæ sunt primitiua in hominibus & animalibus, tanquàm perfectiora præcipiuntur Dño offerri. Incõuenienter igitur præcipit Leuit. 19. Quãdo ingressi fueritis terram, & plãtaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum, idest, prima germina, & immunda erunt vobis, nec edetis ex eis.

¶ 6 Præt. Vestimentũ extra corpus hoĩs est: non igitur debuerunt quædã specialia vestimenta Iudæis interdici, puta, qd dr Leuit. 19. Vestem, quæ ex duobus texta est, non indueris. & Deut. 22. Nõ induetur mulier veste virili, & vir non induet veste feminea. & infra: Nõ indueris vestimento, qd ex lana linoque contextũ est.

¶ 7 Præt. Memoria mandatorum Dei non pertinet ad corpus, sed ad cor. inconuenienter igitur præcipitur Deuteron. 6. quòd ligarent præcepta Dei quasi signum in manu sua, & q̃ scriberentur in limine ostiorum, & quòd per angulos palliorum facerent fimbrias, in quibus ponerent vittas hyacinthinas, in memoriam mandatorum Dei, vt habetur Num. 15.

¶ 8 Præt. Aposto. dicit 1. ad Cor. 6. quòd non est cura Deo de bobus, & per consequens neq; de alijs animalibus irrationalibus. incõuenienter igitur præcipitur Deut. 22. Si ambulauerit⁹ p viam, & inueneris nidum auis, nõ tenebis matrem cum filijs. Deut. 25. Non alligabis os bouis triturantis. & Leuit. 19. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.

¶ 9 Præt. Inter plantas non fiebat discretio mundorũ ab immũdis. ergo multo minus circa culturam plantarum debuit aliqua discretio adhiberi. ergo inconuenienter præcipitur Leuitic. 29. Agrum non seres diuerso semine. & Deuter. 22. Non seres nineam tuam altero semine, & non arabis in boue simul & asino.

¶ 10 Præt. Ea quæ sunt in amata, maxime videnť hominum potestati esse subiecta. inconuenienter igitur arcetur homo ab argento & auro, ex quibus fabricata sunt idola, & ab alijs quæ in idolorum domibus inueniuntur, præcepto legis, quod habetur Deuteronom. 7. Ridiculum etiam videtur esse præceptum quod habetur Deuteronom. 23. Vt egestiones humo operirent fodientes in terra.

¶ 11 Præt. Pietas maxime in sacerdotibus requiritur: sed ad pietatem pertinere videtur, quòd aliquis funeribus amicorum interſit. vnde etiam de hoc Tobias laudatur, vt habetur Tob. 1. Similiter etiam quandoque ad pietatem pertinet, quòd aliquis in vxorem accipiat meretricem: quia per hoc eam a peccato & infamia liberat. ergo videtur quòd hæc inconuenienter prohibeantur sacerdotibus. Leuitic. 21.

Sed contra est, q̃ dicitur Deut. 18. Tu autẽ a Domino Deo tuo aliter institutus es. ex quo potest accipi, quòd huiusmodi obseruantiæ sunt institutæ a Deo ad quandam specialem illius populi prærogatiuam. non ergo sunt irrationabiles, aut sine causa.

Respon. Dicendum, q̃ populus Iudęorum vt supra dictum est, † specialiter erat deputatus ad cultũ diuinum, & inter eos specialiter sacerdotes. & sicut aliæ res quæ applicãtur ad cultum diuinum, aliquam specialitatem debẽt habere, quod pertineat ad honorificentiam diuini cultus: ita etiam & in conuersatione illius populi, & præcipue sacerdotum, debuerunt esse aliqua specialia congruentia ad cultum diuinum vel spiritualem, vel corporalem. Cultus autem legis figurabat mysterium Christi. vnde omnia eorum gesta figurabant ea quæ ad Christum pertinent: secundum illud 1. Cor. 10. Omnia in figuram contingebant illis. & ideo rationes harum obseruantiarum dupliciter assignari possunt. Vno modo secundum congruentiam ad diuinum cultum. Alio modo secundum quod figurant aliquid circa Christianorum vitam.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ sicut supra dictũ est, * duplex pollutio, vel immunditia obseruabatur lege. Vna quidem culpæ, per quam polluebatur anima: alia autem corruptionis cuiusdam, p quam quodammodo inquinatur corpus. Loquẽdo igitur de prima immunditia, nulla genera ciborum immũda sunt, vel hominem inquinare possunt, secundum suam naturam. vnde dicitur Matth. 15. Nõ quod intrat in os, coinquinat hoiem: sed quæ procedũt de ore, hæc coinquinant hoiem. & exponit hoc de peccatis. Possunt tamen aliqui cibi p accidens inq uinare aĩam, inquantum. s. contra obedientiam, vel votum, vel ex nimia concupiscentia comeduntur: vel inquantum præbent fomentũ luxuriæ, pp quod aliqui a vino & carnibus abstinent. Secundum aũt corporalem immunditiam, quæ est corruptionis cuiusdam, aliquę animalium carnes immunditiam habent vel quia ex rebus immũdis nutriuntur, sicut porcus, aut immundæ cõuersantur, sicut quædã animalia sub terra habitantia, sicut talpæ, & mures, & alia huiusmodi. vnde etiam quẽdam fœtorem contrahunt: vel quia eorum carnes pp superfluam humiditatem, vel siccitatem corruptos humores in corporibus humanis generant: & iõ prohibitæ sunt eis carnes animalium habentium soleas. i. vngulam continuam, non fissam, pp eorum terrestreitatem. & similiter sunt eis prohibitæ carnes animalium habentium multas fissuras in pedibus, quia sunt nimis cholerica & adusta, sicut carnes leonis & hmõi. & eadem ratione prohibitæ sunt eis aues quædã rapaces, quæ sunt nimiæ siccitatis, & quædam aues aquaticæ pp excessum humiditatis. Similiter etiam quidã pisces non habentes pẽnulas & squãmas, vt anguillæ, & huiusmodi pp excessum humiditatis. Sunt autẽ eis concessa ad esum animalia ruminantia, & findentia vngulam: quia habent humores bene digestos, & sunt mediæ complexionis: quia nec sunt nimis humida, qd significãt vngulæ: neq; sunt nimis terrestria, cũ non habeant vngulam continuã, sed fissam. In piscibus ẽt cõcessi sunt eis pisces sicciores, quod significatur p hoc, q̃ habẽt squãmas & pennulas: per hoc. n. efficitur tẽperata complexio humida piscium. In auibus ẽt sunt eis concessæ magis temperatæ, sicut gallinæ, perdices, & aliæ hmõi. Alia ratio fuit in detestationem idolatriæ. nam Gentiles & præcipue Aegyptij, inter quos erant nutriti, hmõi animalia prohibita idolis immolabant, vel eis ad maleficia vtebãtur. Animalia vero quę Iudæis sunt concessa ad esum, non comedebãt: sed ea tanquam Deos colebant: vel pp aliam causam ab eis abstinebãt, vt supra dictum est.* Tertia ratio est ad tollendam nimiam diligentiam circa cibaria, & ideo concedũtur illa animalia quæ de facili & in promptu haberi possunt. Generaliter tñ prohibitus est eis esus oĩs sanguinis & adipis cuiuslibet animalis: sanguinis quidem tum ad vitandam crudelitatem, vt detestarentur humanum sanguinem effundere, sicut supra dictum est:* tum etiam ad vitandũ idolatriæ ritum: quia eorum consuetudo erat, vt circa sanguinem congregatum adunarentur ad comedẽdum in honorem idolorum, quibus reputabãt sanguinem acceptissimũ esse. & ideo Dominus mandauit, q̃ sanguis effunderetur, & q̃ puluere operiretur. Et pp hoc etiam prohibitum est eis comedere aĩalia suffocata, vel strangulata: quia sanguis eorum non separatur a carne, vel quia in tali morte animalia multũ afflĩguntur: & Dñs voluit eos a crudelitate prohibere etiam circa animalia bruta, vt per hoc magis recederent a crudelitate hoĩs, habẽtes exercitium pietatis etiam circa bestias. Adipis etiam esus prohibitus est eis, tum quia idololatræ comedebant illum in honorem Deorum suorum: tum etiam quia cremabatur in honorem Dei: tum etiam quia sanguis & adeps non generant bonum nutrimentum, quod pro causa inducit Rabbi * Moyses. Causa aũt prohibitionis esus neruorũ exprimit Gen. 32. vbi dicitur, q̃ non comedunt filij Israel neruum, eo q̃ tetigerit neruum femoris Iacob, & obstupuerit. Figuralis autem ratio horum est: quia per omnia huiusmodi ani-

* Ar. 3. ad 2

* Arti. 3. ad 8. argum.

* In li. Dux errantium.

Universidad de Sevilla
Biblioteca

di animalia prohibita designantur aliqua peccata, in quorum figuram illa animalia prohibebantur. vñ dicit Aug. in lib. contra Faustum. * Si de porco & agno requiratur, vtrunq; natura mundum est: quia omnis creatura Dei bona est. quadã vero significatione agn⁹ mundus, porcus immundus est, tanquã si stultum, & sapientem diceres, utrunq; hoc verbum natura vocis & literarum & syllabarum ex quibus constat, mundũ est: significatione autem vnum est mundum, & aliud immundum. Animal enim qd ruminat, & vngulã findit, mũdum est significatione: quia fissio vngulæ significat distinctionem duorũ testamentorum, vel patris & filij, vel duarum naturarum in Christo, vel discretionem boni & mali. Ruminatio aũt significat meditationem scripturarum, & sanũ intellectum earũ. Cuicũque aũt horum alterum deest, spiritualiter immũdus est. Similiter etiam in piscibus, illi qui habẽt squãmas & pennulas, significatione mundi sunt: quia per pennulas significatur vita sublimis, vel cõtemplatio: per squãmas aũt significatur aspera vita, quorum vtrunq; necessarium est ad munditiam spũalem. In auibus aũt specialia quædam genera prohibẽtur. In Aquila enim quæ alte volat, prohibetur superbia. In Gryphe autẽ, qui equis & boibus infestus est, crudelitas potentum prohibetur. In Halyeto aũt, qui pascitur minutis auibus, significantur illi qui sunt pauperibus molesti. In Miluo autem, qui maxime insidijs vtitur, designantur fraudulenti. In Vulture autẽ, qui sequitur exercitum, expectans comedere cadauera mortuorum, significantur illi qui mortes & seditiones hominum affectant, vt inde lucrentur. Per animalia coruini generis, significantur illi, qui sunt voluptatibus denigrati, vel qui sunt expertes bonę affectiõis: qa Coruus semel emissus ab arca, nõ est reuersus. Per Struthionem, qui cum sit auis, volare non pũt: sed semper est circa terram, significãtur Deo militantes, & se negotijs secularibus implicantes. Nycticorax, quæ nocte acuti est visus, in die aũt non videt, significat eos qui in temporalibus sunt astuti, in spiritualibus hebetes. Larus autem, qui & volat in aere, & natat in aqua, significat eos, qui & circuncisionem & baptismum venerantur: vel significat eos, qui per cõtemplationem volare volunt, & tñ viuunt in aquis voluptatum. Accipiter vero, qui detruit boibus ad prædam, significat eos qui ministrãt potentibus ad deprædandum pauperes. Per Bubonẽ, qui in nocte victum quærit, de die aũt latet, significantur luxuriosi, qui occultari quærunt nocturnis operibus quę agunt. Mergulus aũt, cuius natura est, vt sub vndis diutius immoretur, significat gulosos, qui in aquis deliciarum se immergunt. Ibis vero auis est in Aphrica habens longum rostrum, quę serpentibus pascitur, & forte est ide qd ciconia, & significat inuidos, qui de malis aliorũ, quasi de serpentibus reficiuntur. Cygnus autem est coloris candidi, & longum collum habet, q ex profunditate terræ, vel aquæ cibũ trahit, & pũt significare boies, qui per exteriorẽ iustitiæ candorem lucra terrena quærũt. Onocrotalus aũt auis est in partibus Orientis lungo rostro, quę in faucibus habet quoddã folliculos, in quibus primo cibum reponit, & post horam in ventrem mittit: & significat auaros, qui immoderata solicitudine necessaria vitæ congregat. Porphyrio aũt præter modum aliarum auium habet vnum pedem latum ad natandum, alium fissum ad ambulandum: quia & in aqua natat vt anates, & in terra ambulat vt perdices, solo morsu bibit, omnẽ cibum aqua tingens, & significat eos qui nihil ad alterius arbitriũ facere volunt, sed solum quòd fuerit tinctum aqua propriæ voluntatis. Per Herodionem, qui vulgariter Falco dr, significãtur illi, quorũ pedes sunt veloces ad effundendum sanguinẽ. Charadrion autẽ, quæ est auis garrula, significat loquaces. Vpupa autẽ, quæ nidificat in stercoribus, & fœtenti pascitur simo, & gemitum in cantu simulat, significat tristitiam sęculi, quæ in hominibus immũdis mortem operatur. Per vespertilionem autem quæ circa terram volitat, significantur illi qui sęculari scientia præditi, sola terrena sapiunt. Circa volatilia autem & quadrupedia, illa sola conceduntur eis, quæ posteriora crura habent longiora, vt salire possint: alia vero quæ terræ magis adhærent, prohibentur: quia illi qui abutuntur doctrina quatuor Euangelistarum, vt per eam in altum non subleuentur, immundi reputantur. In sanguine vero & adipe, & neruo intelligitur prohiberi crudelitas, & voluptas, & fortitudo ad peccandum.

* Lib. 6. ca. 7. circa princip. tom. 6.

Ad 2^m dicendum, q̃ esus plantarum, & aliorum terræ nascentium fuit apud homines etiam ante diluuium: sed esus carnium videtur esse post diluuium introductus. Dicitur enim Genesis octauo. Quasi olera virentia dedi vobis omnem carnem. & hoc ideo, quia esus terrę nascentium magis pertinet ad quãdam simplicitatem vitæ: esus autem carnium ad quasdam delicias, & curiositatem uiuendi. Sponte enim terra herbam germinat, vel cum modico studio huiusmodi terræ nascentia in magna copia procurantur. Oportet autem cum magno studio animalia nutrire, vel etiam capere: & ideo volens Dominus populum suum reducere ad simpliciorem victum, multa in genere animalium eis prohibuit, non autem in genere terrę nascentium: vel etiam quia animalia immolabantur idolis, non autem terræ nascentia.

Ad 3^m patet responsio ex dictis.

Ad 4^m dicendum, q̃ etsi hœdus occisus nõ sentiat, qualiter carnes eius coquantur: tamen in animo decoquentis ad quandam crudelitatem pertinere videtur, si lac matris quod datum est ei pro nutrimento, adhibeatur ad cõsumptionem carnium ipsius. Vel potest dici, quod Gentiles in solemnitatibus idolorum taliter carnes hœdi decoquebant ad immolãdum, vel ad comedendum. & ideo Exod. 23. postquãm prædictum fuerat de solemnitatibus celebrandis in lege, subditur, Non coques hœdum in lacte matris suæ. Figuralis autem ratio huius prohibitiõnis est, quia præfigurabatur quòd Christus qui est hœdus propter similitudinem carnis peccati, non erat a Iudæis coquendus, ideſt, occidendus in lacte matris, ideſt, in tempore infantiæ: vel significatur q̃ hœdus. i peccator nõ coquendus in lacte matris. i. nõ est blãditijs deliniẽdus.

Ad 5^m dicendum, q̃ Gentiles, fructus primitiuos, quos fortunatos æstimabant, dijs suis offerebant, vel etiam comburebant eos ad quædam magica faciẽda. & ideo præceptum est eis, vt fruct⁹ trium primorum annorum immundos reputarent. In tribus enim annis fere omnes arbores terræ illius fructum producunt, quæ scilicet vel seminando, vel inserendo, vel plantando coluntur. Raro autem contingit, quòd ista fructuum arboris, vel semina latentia seminentur, hæc enim tardius facerẽt fructum: sed lex respexit ad id quod frequentius fit. Poma autem quarti anni, tanquam primitiæ mundorum fructuum, Deo offerebantur: quinto autem anno & deinceps comedebantur. Figuralis autem ratio est, quia per hoc præfiguratur, quod post tres status legis, quorum vnus est ab Abraham usque ad Dauid, secundus usque ad transmigrationem Babylonis, tertius vsque ad Christum, erat Christus Deo offerẽdus, qui est fructus legis: vel quia primordia nostrorum operum debent esse nobis suspecta propter imperfectionem.

Ad 6^m dicendũ, quòd sicut dicitur Eccle. 19. Amictus corporis enuntiat de homine. Et ideo voluit Dominus vt populus eius distingueretur ab alijs populis non solo signo circuncisionis, quod erat in carne, sed etiam certa habitus distinctione: & ideo prohibitum fuit eis, ne indueretur vestimento ex lana & lino cõtexto, & ne mulier indueretur veste virili, aut econuerso, propter duo. Primo quidem ad vitandum idolatrię cultum. Hmõi enim varijs vestibus ex diuersis contextis Gentiles in cultu suorum deorum vtebantur, & etiam in cultu Martis mulieres vtebãtur armis virorum: in cultu aũt Veneris econuerso viri vtebant vestibus mulierum. Alia ratio est ad declinandã luxuriam, nam per commistiones varias in vestimẽtis, oĩs inordinata cõmistio coitus excluditur. Quòd aũt mulier induatur veste virili, aut econuerso, incentiuum est concupiscentiæ, & occasionem libidini præstat. Figuralis autem ratio est, quia in vestimento contexto ex lana & lino interdicitur cõiunctio simplicitatis & innocentiæ, quæ figurat⁹ per lanã, & subtilitatis & malitiæ, quæ figuratur p linum: prohibetur etiam, quòd mulier non usurpet sibi doctrinam, vel alia virorum officia, vel ne vir declinet ad mollities mulierum.

Ad 7^m dicendũ, q̃ sicut Hiero. dicit super Matth. * Dñs iussit, vt in quatuor angulis palliorũ hyacinthinas fimbrias facerent ad populum Israel dignoscendũ ab alijs populis, vnde p hoc se esse Iudæos profitebantur: & ideo per aspectum huius signi inducebãtur in memoriã suę legis. Quod aũt dicitur, Ligabis ea in manu tua, & erũt semper ante oculos tuos, Pharisei male interpretabantur, scribentes in membranis decalogum Moysi, & ligabant in frõte quasi coronam, vt ante oculos moueretur: cum tamen intentio Dñi mandãtis fuerit, vt signarẽtur in manu, ideſt, in operatione, & essent ante oculos, ideſt, in meditatione. In hyacinthinis autem vittis, quæ pallijs inserebantur, significatur cælestis intentio, quæ omnibus operibus nostris debet adiungi. Potest tamen dici, q̃ quia populus ille carnalis erat, & durę ceruicis, oportuit etiam p huiusmodi sensibilia eos ad legis obseruantiam excitari.

Ad 8^m dicẽdũ, q̃ affectus hominis est duplex. Vnus quidem secundum rationem: alius vero secũdum passionem. Secundum igitur affectum rationis non refert quid hõ circa bruta animalia agat: quia omnia sunt subiecta eius potestati a Deo, secundum illud Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. & secundum hoc Apost. dicit, q̃ non est cura Deo de bobus: quia Deus non requirit ab homine quid circa boues agat, vel circa alia animalia. Quãtum vero ad affectum passionis, mouetur affectus hominis etiam circa alia animalia: quia enim passio misericordiæ cõsurgit ex afflictionibus aliorum, contingit autem etiã bruta animalia pœnas sentire, potest in homine cõsurgere misericordiæ affectus etiam circa afflictiones animalium. Proximũ autẽ est, vt qui exercetur in affectu misericordiæ circa animalia, magis ex hoc disponatur ad affectum misericordię circa homines. vnde dicitur Prouer. 12. Nouit iustus animas iumẽtorum suorum: viscera autem impiorum crudelia. Et ideo vt Dominus populũ Iudaicum ad crudelitatẽ pronum, ad misericordiam reuocaret, voluit eos exercere ad misericordiam etiam circa bruta animalia, prohibens quædam circa animalia fieri, quæ ad crudelitatem quandam pertinere videntur: & ideo prohibuit ne coqueretur hœdus in lacte matris, & quòd non alligaretur os boui triturãti, & quòd nõ occideretur mater cum filijs. Quãmuis ẽt dici possit, quòd hæc prohibita sunt eis in detestationem idolatriæ: nam Aegyptij nefarium reputabant, vt boues triturantes, de frugibus comederent. Aliqui etiam malefici vtebantur matre auis incubãte, & pullis eius simul captis ad fœcũditatem, & fortunam circa nutritionem filiorum: & quia etiam in augurijs reputabatur hoc esse fortunatũ, quod inueniretur mater incubans filijs. Circa commistionem vero animalium diuersę speciei, ratio literalis potuit esse triplex. Vna quidem ad detestationem idolatriæ Aegyptiorum, qui diuersis commistionibus vtebantur in seruitium planetarum, qui secundum diuersas coniunctiones habent diuersos effectus, vt super diuersas species rerum. Alia ratio est ad excludendum cõcubitus contra naturam. Tertia ratio est ad tollendam vniuersaliter occasionem concupiscentiæ. Animalia enim diuersarum specierum non commiscentur de facili adinuicem, nisi hoc per homines procuretur: & in aspectu coitus animalium excitatur homini concupiscentiæ motus. vnde & in traditionibus Iudæorum præceptum inuenitur, vt Rabbi Moyses dicit, vt homines auertant oculos ab animalibus coeuntibus. Figuralis autem horum ratio est: quia boui trituranti, ideſt, prędicatori deferenti segetes doctrinæ, non sunt necessaria victus subtrahenda, vt Apostolus dicit primæ ad Corinth. 9. Matrem etiam non simul debemus tenere cum filijs, quia in quibusdam retinendi sunt spirituales sensus quasi filij, & dimittenda est literalis obseruantia quasi mater, sicut in omnibus cæremonijs legis. Prohibetur etiam, quòd iumenta, ideſt, populares homines non faciamus coire, ideſt, coniunctionem habere cum alterius generis animantibus, ideſt, cum Gentibus, uel Iudæis.

Lib. qui dicitur doctor dubiorum. Et 1 li. Dux errantium.

Ad 9^m dicendum, quòd omnes ille commistiones in agricultura sunt prohibitæ ad literam, in detestationem idolatriæ: quia Aegyptij in venerationem stellarum diuersas commistiones faciebãt & in seminibus, & in animalibus, & in vestibus repræsentantes diuersas coniunctiones stellarum. Vel omnes huiusmodi commistiones variæ prohibentur ad detestationem coitus contra naturam. Habẽt tamen figuralem rationem: quia quod dicitur, Non seres vineam tuam altero semine, est spiritualiter intelligendum, quòd in Ecclesia, quæ est spiritualis vinea, non est seminanda alienа doctrina: & similiter ager, ideſt, Ecclesia, non est seminandus diuerso semine, ideſt, catholica doctrina, & hæretica. Non est etiam simul arandum in boue & asino: quia fatuus sapienti in prædicatione nõ est sociandus, quia vnus impedit alium.

Deest solutio. 10. arg.

Ad 11^m dicendum, q̃ malefici & sacerdotes idolorum vtebãtur in suis ritibus ossibus, vel carnibus hominum motuorum: & ideo ad extirpandum idolatriæ cultum præcepit Dominus, vt sacerdotes minores, qui per tempora certa ministrabãt in Sanctuario, non inquinarẽtur in mortibus, nisi valde propinquorum, scilicet patris & matris, & huiusmodi cõiunctarum personarũ. Pontifex aũt semper debebat esse paratus ad ministerium Sanctuarij: & ideo totaliter prohibitus erat ei accessus ad mortuos quantuncunq; propinquos. Præceptum etiam est eis ne ducerẽt vxorem meretricem ac repudiatam, sed virginem, tũ propter reueren-

Universidad de Deusto
Biblioteca

generentiam sacerdotum, quorum dignitas quodam modo ex tali coniugio diminui videretur: tum etiam propter filios, quibus esset ad ignominiam turpitudo matris, qd maxime tunc erat vitandum, quando sacerdotij dignitas secundum successionem generis conferebatur. Præceptum etiam erat eis, vt non raderent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facerent incisuram, ad remouendum idolatriæ ritum. Nam sacerdotes Gentilium radebant caput & barbã. vnde dicitur Baruch. 6. Sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam. Et etiam in cultu idolorũ incidebant se cultris & lanceolis, vt dicitur 3. Regum 18, vnde contraria præcepta sunt sacerdotibus veteris legis. Spiritualis autem ratio horum est, quia sacerdotes omnino debent esse immunes ab operibus mortuis, quę sunt opera peccati: & etiam non debent radere caput, idest, deponere sapientiam, neque deponere barbam, idest, sapientiæ perfectionem, neque etiam scindere vestimenta, aut incidere carnes, vt scilicet vitium schismatis non incurrant.

¶ *Super Quæstionis centesimæ tertiæ Articulum primũ.*

IN artic. 1. q. 103. nota duo. Primũ in responsione ad 3. q̃ sacerdotium ante legem nõ diuina, sed humana determinatione, dignitas erat primogenitti, vt hinc habeas quam sacrũ fuerit. Secundum in responsione ad quartum, quod author non dicit, quòd nihil fuerit ante legẽ immundum iudicatum a Deo quãtum ad esum: sed dicit q̃ nõ fuit distinctio aliũ immundorum a mũdis tunc a Deo: hoc enim est verũ. Primum autem falsum: quia ad Noe dictũ est Gen. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quòd carnem cum sanguine nõ comedetis, & cœpit hæc obseruantia ante legẽ, sicut circũcisio.

Heb. 7.

QVAESTIO CIII.

De duratione præceptorum cæremonialium, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de duratione cæremonialium præceptorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum præcepta cæremonialia fuerint ante legem.

¶ Secũdo, Vtrum in lege aliquã virtutem habuerint iustificãdi.

¶ Tertio, Vtrũ cessauerint Christo veniente.

¶ Quarto, Vtrũ sit peccatũ mortale obseruare ea post Christũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum cæremoniæ legis fuerint ante legem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd cæremoniæ legis fuerint ante legem. Sacrificia enim & holocausta pertinent ad cæremonias veteris legis, vt supra dictum est: * sed sacrificia & holocausta fuerunt ante legem. dicitur enim Genes. 4. quod Cain obtulit de fructibus terræ munera Domino: Abel autem obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipib⁹ eorum. Noe etiam obtulit holocausta Domino, vt dicitur Genes. 8. & Abraham similiter, vt dicitur Genes. 22. ergo cæremoniæ veteris legis fuerunt ante legem.

* q. 102. artic. 3.

¶ 2 Præt. Ad cæremonias sacramentorũ pertinet constructio altaris & eius inunctio: sed ista fuerunt ante legem. legitur enim Genes. 13. quòd Abraham ædificauit altare Domino. & de Iacob dicitur Gen. 28. qd tulit lapidem & erexit in titulum, fundens oleum desuper. ergo cæremoniæ legales fuerunt ante legem.

¶ 3 Præt. Inter sacramẽta legalia, primum dicitur fuisse circuncisio: sed circũcisio fuit ante legem, vt patet Gen. 17. similr ẽt sacerdotiũ fuit ante legẽ. dr. n. Gen. 14. quòd Melchisedec erat sacerdos Dei summi. ergo cæremoniæ sacramentorum fuerunt ante legem.

¶ 4 Præt. Discretio mũdorum animalium ab immundis pertinet ad cæremonias obseruantiarum, vt supra dictum est: * sed talis distinctio fuit ante legem. dicitur. n. Gen. 7. Ex omnibus mũdis animalibus tolle septena & septena: de animantibus vero immũdis duo & duo. ergo cæremoniæ legales fuerunt ante legem.

* q. 101. art. 4. & 10. ad 2. q. 102. art. 6. ad 3.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 5. Hæc sunt præcepta & cæremoniæ, quæ mãdauit Dominus Deus noster, vt docerem vos: nõ autem indiguissent, super his doceri, si pr⁹ prædictæ cæremoniæ fuissent. ergo cæremoniæ legis non fuerunt ante legem.

* q. 101. art. 2.

RESPON. Dicendũ, q̃ sicut ex dictis patet, * Cæremoniæ legis ad duo ordinabantur. s. ad cultum Dei, & ad figurandum Chrm. Quicunque aũt colit Deum, oportet q̃ per aliqua determinata eum colat, quæ ad exteriorem cultũ pertinent. Determinatio aũt diuini cult⁹ pertinet ad cæremonias, sicut etiã determinatio eorũ, per quæ ordinamur ad proximũ, pertinet ad præcepta iudicialia, vt supra dictũ est. * & ideo sicut inter hoies cõiter erant aliqua iudicialia, non tñ ex authoritate legis diuinæ instituta, sed ratione hoium ordinata: ita ẽt erant quædã cæremoniæ, nõ quidem ex authoritate alicuius legis determinatę, sed solum frm voluntatem, & deuotionem hoium Deum colẽtium. Sed quia etiam ante legem fuerũt quidam viri præcipui prophetico spiritu pollentes, credẽdum est, q̃ ex instinctu diuino, quasi ex quadam priuata lege, inducerentur ad aliquem certum modum colendi Deum, qui & conueniens esset interiori cultui, & etiam congrueret ad significãdum Christi mysteria, quæ figurabantur etiã per alia eorũ gesta, frm illud 1. ad Cor. 10. Oĩa in figuram contingebant illis. Fuerunt igitur ante legem quædam cæremoniæ, nõ tamen cæremoniæ legis: quia non erant per aliquam legislationẽ institutę.

* q. 99. art. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ hmõi oblationes & sacrificia, & holocausta offerebant antiqui ante legem ex quadam deuotione propriæ volũtatis, frm qd eis videbatur conueniens, vt in rebus quas a Deo acceperãt, quas in reuerentiã diuinã offerrent, protestarentur se colere Deũ, qui est oium principiũ & finis.

AD 2^m dicendũ, q̃ etiam sacra quædam instituerũt: quia videbat eis cõueniẽs, vt i reuerẽtiã diuinã essent aliqua loca ab alijs distincta diuino cultui mãcipata.

AD 3^m dicendum, quòd sacramentum circuncisionis præcepto diuino fuit statutum ante legem. vnde non potest dici sacramentum legis quasi in lege institutum, sed solum quasi in lege obseruatũ. Et hoc est quod Dñs dicit Io. 7. Circuncisio nõ ex Moyse est, sed ex patribus eius. Sacerdotium etiam erat ante legem apud colentes Deum frm humanam determinationẽ, qui hanc dignitatem primogenitis attribuebant.

AD 4^m dicendũ, quòd distinctio mundorum animalium, & immundorum non fuit ante legem quantum ad esum, cum dictum sit Gen. 9. Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, sed solum quantũ ad sacrificiorum oblationem: quia de quibusdã determinatis animalibus sacrificia offerebant. Si tñ quantũ ad esum erat aliqua aĩalium discretio, hoc nõ erat quia eius illorum reputaretur illicitus, cũ nulla lege esset prohibit⁹, sed pp abominationem, vel cõsuetudinẽ: sicut & nunc videmus, q̃ aliqua cibaria sunt in aliquibus terris abominabilia, quæ in alijs comedũtur.

ARTI-

¶ *Super Quæstionis centesimæ tertiæ Articulum secundum.*

IN artic 2. eiusdem q. difficultas de cõtinentia gratiæ in sacramentis nouæ legis relinquatur discutienda inferius in tertia parte, vbi de sacramentis tractabit⁹, & de circuncisione.

q. 98. a. 6. q. 96. a. 12. q. 70. a. 4. & 10. q. 40. a. 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum cæremoniæ veteris legis habebant virtutem iustificandi tempore legis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd cæremoniæ veteris legis habebant virtutem iustificandi tempore legis. Expiatio enim a peccato, & consecratio hominis, ad iustificationẽ pertinent: sed Exod. 29. dicitur, quòd per aspersionem sanguinis, & inunctionem olei consecrabantur sacerdotes, & vestes eorum. & Leuit. 16. dicitur, quòd sacerdos per aspersionem sanguinis vituli expiabat Sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & a præuaricationibus eorum atque peccatis. ergo cæremoniæ veteris legis habebant virtutem iustificandi.

¶ 2 Præt. Id per quod homo placet Deo, ad iustitiam pertinet, secundum illud Psal. 10. Iustus Dominus, & iustitias dilexit: sed per cæremonias aliqui Deo placebant, secundum illud Leuit. 10. Quomodo potui placere Domino in cæremonijs mente lugubri? ergo cæremoniæ veteris legis habebant virtutẽ iustificandi.

¶ 3 Præt. Ea quæ sunt diuini cultus magis pertinent ad animam quàm ad corpus, secundum illud Psal. 18. Lex Domini immaculata, conuertens animas: sed per cæremonias veteris legis mundabatur leprosus, vt dicitur Leuit. 14. ergo multo magis cæremoniæ veteris legis poterant mundare animam iustificando.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Galat. 2. Si data esset lex quæ posset iustificare, Christus gratis mortuus esset, idest, sine causa: sed hoc est inconueniens. ergo cæremoniæ veteris legis non iustificabãt.

Q. 102. a. 6. ad 4. arg.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut supra dictum est, * in veteri lege duplex immũditia obseruabatur. Vna quidem spiritualis, quæ est immunditia culpæ: alia vero corporalis, quæ tollebat idoneitatem ad cultum diuinum. sicut leprosus dicebatur immundus, vel ille qui tangebat aliquod morticinium: & sic immunditia nihil aliud erat, quàm irregularitas quædam. Ab hac igitur immũditia cæremoniæ veteris legis habebant virtutem emundandi: quia huiusmodi cæremoniæ erant quædam remedia adhibita ex ordinatione legis ad tollendas prædictas immunditias ex statuto legis inductas. & ideo Apostolus dicit ad Hebr. 9. qd sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Et sicut ista immunditia, quę per huiusmodi cæremonias emundabatur, erat magis carnis quàm mentis: ita ẽt ipsæ cæremoniæ, iustitiæ carnis dicuntur ab ipso Apostolo parum supra. Iustitijs, inquit, carnis vsq; ad tempus correctionis impositis. Ab immunditia vero mentis, quæ est immunditia culpæ, non habebant virtutem expiandi: & hoc ideo, quia expiatio a peccatis nunquã heri potuit, nisi per Christũ, qui tollit peccata mundi, vt dr Io. 1. Et quia mysterium incarnationis & passionis Christi nondũ erat realiter peractum, veteris legis cæremoniæ non poterant in se continere realiter virtutem profluentem a Christo incarnato & passo, sicut continent sacramenta nouæ legis, & iõ non poterant a peccato mundare, sicut Apost. dicit ad Heb. 10. q̃ impossibile est sanguine taurorum, aut hircorũ auferri peccatã. Et hoc est quòd Gal. 4. Apost. vocat ea egena, & infirma elementa. infirma quidẽ, quia non pũt a peccato mundare: sed hęc infirmitas prouenit ex eo q̃ sunt egena, idest, eo q̃ non continent in se gratiã. Porerat aũt mens fidelium tempore legis per fidem coniungi Christo incarnato & passo, & ita ex fide Christi iustificabantur, cuius fidei quædã protestatio erat hmõi cæremoniarum obseruatio, inquantum erãt figura Christi: & iõ pro peccatis offerebant sacrificia quædã in veteri lege, non quia ipsa sacrificia a peccato emundarent, sed quia erant quædam protestationes fidei, quæ a pctõ mundabãt. & hoc etiam ipsa lex innuit ex mõ loquẽdi. Dr. n. Leu. 4. & 5. q̃ in oblatione hostiarũ pro pctõ orabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei, quasi peccatum dimittat nõ ex vi sacrificiorũ, sed ex fide & deuotione offerentiũ. Sciendum est tñ, q̃ hoc ipsum q̃ veteris legis cæremoniæ a corporalibus immũditijs expiabãt, erat in figura expiationis a pctis quæ fit p Christũ. Sic igitur patet, q̃ cæremoniæ in statu veteris legis non habebant virtutem iustificandi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa sanctificatio sacerdotũ, & filiorum eius & vestium ipsorum, vel quorumcunq; aliorum per aspersionem sanguinis, nihil aliud erat, quàm deputatio ad diuinum cultũ, & remotio impedimentorũ ad emundationem carnis: & Apost. dicit in prefiguratione illius sanctificationis, qua Iesus p suum sanguinem sanctificauit populum. Hæc ergo expiatio ad remotionem huiusmodi corporalium immunditiarum referenda est, nõ ad remotionem culpæ: vnde etiam Sanctuarium expiari dicitur, quod culpæ subiectum esse non poterat.

AD 2^m dicendum, q̃ sacerdotes placebãt Deo in cæremonijs pp obediẽtiam, & deuotionem, & fidem rei prefiguratæ, non autẽ pp ipsas res frm se consideratas.

AD 3^m dicendum, q̃ cæremonię illę, quæ erant instituta in emundatione leprosi, non ordinabãtur ad tollendam immunditiam infirmitatis leprę, quod patet ex hoc, quòd non adhibebantur huiusmodi cæremoniæ nisi iam emundato. Vnde dicitur Leuit. 14. quòd sacerdos egressus de castris cum inuenerit lepram esse mũdatam, præcipiet ei qui purificatur, vt offerat &c. Ex quo patet, qd sacerdos constituebatur iudex leprę mundatæ, non autem emundandæ. Adhibebantur autem huiusmodi cæremoniæ ad tollendam immunditiam irregularitatis. Dicunt tñ q̃ quandoq;, si contingeret sacerdotem errare in iudicando, miraculose leprosus mũdabatur a Deo virtute diuina, non autõ virtute sacrificiorum: sicut etiam miraculose mulieris adulteræ computrescebat femur bibitis aquis, in quibus sacerdos maledicta congesserat, vt habetur Nu. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum cæremoniæ veteris legis cessauerint in aduentu Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd cæremoniæ veteris legis nõ cessauerint in Christi aduentu. Dicitur enim Baruch. 5. Hic est liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum: sed ad legem pertinebant legis cæremoaiæ. ergo legis cæremoniæ in æternum duraturæ erant.

2. 2. qõ. 86. art. 4. ad 1. Et 2. di. 44. q. 2. ar. 1. ad 3. Et 4. di. 1. q. 2. arti. 5. qõ. 1. & 2. Et di. 2. q. 1 arti. 4. q. 3. co. Et quol. 2. ar. 8. co. Et Ro. 14.

¶ 2 Præt. Oblatio mundati leprosi ad legis cæremonias pertinebat: sed etiam in Euãgelio præcipitur leproso emũdato, vt huiusmodi oblationes offerat. ergo cæremoniæ veteris legis non cessauerunt Christo veniẽte.

¶ 3 Præt. Manente causa, manet effectus: sed cæremoniæ veteris legis habebant quasdam rationabiles causas, inquantum ordinabantur ad diuinum cul-

tum etiam præter hoc, ꝙ ordinabantur in figurã Chri. ergo cæremonię veteris legis cessare non debuerunt.

¶ 4 Præt. Circũcisio erat instituta in signũ fidei Abrahæ: obseruatio autem sabbathi ad recolẽdum beneficium creationis, & aliæ solemnitates legis ad recolendum alia beneficia Dei, vt supra dictũ est: * sed fides Abrahæ est semper imitanda etiam a nobis, & beneficium creationis, & alia Dei beneficia semper sunt recolenda. ergo ad minus circumcisio & solemnitates legis cessare non debuerunt.

q. prece. ar. 4. ad 10.

SED CONTRA est, quod Aposto. dicit ad Col. 2. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbathorum, quæ sunt vmbra futurorum. & ad Heb. 8. dicitur, quòd dicẽdo nouum testamẽtum, veteravit prius: quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

RESPON. Dicendum, ꝙ omnia præcepta cæremonialia veteris legis ad cultum Dei sunt ordinata, vt supra dictum est. *Exterior autem cultus proportionari debet interiori cultui, qui consistit in fide, spe, & charitate: vnde secundum diuersitatem interioris cultus debuit diuersificari exterior cultus. Potest aũt triplex status distingui interioris cultus. Vnus quidem, secundum quẽ habetur fides, & spes & de bonis cælestibus, & de his per quæ in cælestia introducimur: de vtrisq; quidem sicut de quibusdã futuris, & talis fuit status fidei, & spei in veteri lege. Alius autem est stat* H interioris cultus, in quo habetur fides & spes de cælestib* bonis, sicut de quibusdã futuris, scilicet de his per quæ introducimur in cælestia, sicut de præsentib*, vel præteritis, & iste est status nouæ legis. Tertius aũt status est, in quo vtraq; habentur vt præsentia, & nihil creditur vt absens, neque speratur vt futurum, & iste est status beatorum. In illo ergo statu beatorum nihil erit figurale ad diuinum cultum pertinens, sed solum gratiarum actio, & vox laudis. & ideo dr Apoca. 21. de Ciuitate beatorum. Templum non vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agn*. Pari igitur ratione cæremoniæ primi status, per quas figurabatur & secundus, & tertius, veniente secundo statu cessare debuerũt, & aliæ cæremoniæ induci, quæ conuenirent statui cultus diuini pro tempore illo, in quo bona cælestia sunt futura: beneficia aũt Dei, per quæ ad cęlestia introducimur, sunt præsentia.

q. 10. ar. 5 & 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lex vetus dicitur esse in æternum, secundum moralia quidẽ simpliciter & absolute, secundũ cærimonialia vero quantum ad veritatem per ea figuratam.

AD 2^um^ dicendum, ꝙ mysterium redemptionis humani generis completum fuit in passione Christi. vñ tunc Dominus dixit: Consummatum est, vt habetur Ioan. 19. & ideo tunc totaliter debuerunt cessare legalia, quasi iam veritate eorum consummata, in cuius signum in passione Christi velum tẽpli legitur esse scissum, Matth. 27. & ideo ante passionẽ Christi Christo prædicante, & miracula faciente, currebant simul Lex & Euangelium: quia iam mysteriũ Christi erat inchoatum, sed nondum consummatum. & propter hoc mãdauit Christus Dominus ante passionem leproso, vt legales cæremonias obseruaret.

AD 3^um^ dicendum, quòd rationes literales cæremoniarum supra assignatæ referuntur ad diuinum cultũ, qui quidem cultus erat in fide vẽturi: & ideo iam veniente eo qui venturus erat, & cultus ille cessat, & omnes rationes ad hunc cultum ordinatæ.

AD 4^um^ dicendum, ꝙ fides Abrahæ fuit commendata in hoc, quòd credidit diuinæ promissioni de futuro semine, in quo benedicerentur omnes gentes: & ideo quandiu hoc erat futurum, oportebat protestari fidem Abrahæ in circumcisione. sed postquã iam hoc est perfectum, oportet idem alio signo declarari. s. baptismo, qui in hoc circumcisioni succedit, ſm illud Aposto. ad Col. 2. Circumcisi estis circumcisione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione dñi nostri Iesu Christi, consepulti ei in baptismo. Sabbathum aũt, quod significabat primã creationem, mutatur in diem Dominicũ, in quo cõmemoratur noua creatura inchoata in resurrectione Christi. Et similiter alijs solemnitatibus veteris legis nouæ solemnitates succedunt: quia beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis concessa p Chrm. Vnde festo Phase succedit festum Passiõis Chri, & Resurrectionis. Festo Pẽtecostes, in quo fuit data lex vetus, succedit festũ Pentecostes, in quo fuit data lex spũs vitę. Festo Neomeniæ succedit festũ btę Virginis, in qua primo apparuit illuminatio Solis. i. Christi p copiam gratiæ. Festo Tubarum succedunt festa Apostolorũ. Festo Expiationis succedunt festa Martyrum & Cõfessorum. Festo Tabernaculorum succedit festum cõsecrationis Ecclesiæ. Festo Cœtus atq; collectæ succedit festum Angelorũ, vel etiam festum oĩum Sanctorum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum post passionem Christi legalia possint seruari sine peccato mortali.

¶ *Super Quæstionis centesimæ tertiæ Articulum quartum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd post passionem Christi legalia possint sine peccato mortali obseruari. Nõ est enim credendum, ꝙ Apostoli post acceptum Spiritum sanctum mortaliter peccauerint. eius enim plenitudine sunt induti virtute ex alto, vt dicitur Lucæ vltimo: sed Apostoli post aduentum Spiritus sancti legalia obseruauerunt. dicitur enim Act. 16. quòd Paulus circuncidit Timotheum. & Actuum 21. dicitur, quòd Paulus secũdum consilium Iacobi, assumptis viris purificat* cum eis intrauit in templum annuntiãs expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoq; eorum oblatio. ergo sine peccato mortali pñt post Chri passionem legalia obseruari.

¶ 2 Præt. Vitare consortia Gentilium ad cæremonias legis pertinebat: sed hoc obseruauit primus Pastor Ecclesiæ. dicit enim ad Gala. 2. quòd cum uenissent quidã Antiochiam, subtrahebat & segregabat se Petrus a Gentilibus. ergo absq; peccato post passionem Christi legis cæremoniæ obseruari possunt.

¶ 3 Præt. Præcepta Apostolorum non induxerunt homines ad peccatum: sed ex decreto Apostolorum statutum fuit, ꝙ Gentiles quædam de cęremonijs legis obseruarent. dicitur enim Act. 15. Visum

quod

ꝙd deduximus non admittitur, quia cõtradicit tribus temporibus in respõsione ad primũ ab Augusti. positis, sequitur ꝙ ratio efficax non sit ad cõcludendum, quòd legalia seruari non possent absque peccato mortali, qd tamen in corpore articu. concluditur. nõ magis nãq; ẽ menda eiũ dicere nũc Chrm nasciturũ, passurum, resurrecturũ, ascẽsurũ, & Spũs sancti legem datutum, quam post Pẽtecosten tempore Apostolorum. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia non solum ex Augusti. & authoris, sed Ecclesiæ authoritate distinctionem trium temporum, & rationem in litera allatam, & conclusionem, vt in concilio Florentino sub Euge. 4. patet, habem*: ideo verunq; saluare oportet. Dicendum est ergo, quòd ratio illa de mẽdacio, verbo, vel facto efficax est, & cõcludit quòd cęremonialia absolute & simpliciter non potuerunt post Christum immediate obseruari absque mendacio pernicioso, & propterea hodie seruari nõ possunt, nec nunc seruari potuerunt absolute: quoniam absolute seruata seruantur vt viua & necessaria ad salutem ex lege veteri, ꝙ post Christum nunquam licuit. Quare autem quodam tempore tantum, scilicet vsque ad diuulgationem Euãgelii, licuit seruare eadem vt mortua, est quia vsq; ad tumulum tantũ mortua persona, vt mortua tamen custoditur. Vnde Spiritus sancti authoritate, vt in litera dicitur, quasi dispẽsatiue cõcessum est tẽpus non mẽtiendi facto, quia non est cõcessum vt vterẽtur eis vt viuis, sic enim profitentur Christũ nasciturũ, passurum &c. sed de ferendi mortuam synagogã matrem cũ honore ad tumulũ. tunc quippe tumulata est, quando Euangelium est diuulgatum. Propter ꝙ nũc nec vt viua propter est spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere onerisvobis, q̃ hęc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. ergo absque peccato cæremoniæ legales possunt post Christi passionem obseruari.

SED CONTRA est, qd Aposto. dicit ad Gala. 5. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit: sed nihil excludit fructum Christi, nisi peccatum mortale. ergo circũcidi, & alias cæremonias obseruare post passionem Christi, est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, ꝙ omnes cæremoniæ sunt quædam protestationes fidei, in qua consistit interior Dei cultus. sic autem fidem interiorem potest homo protestari factis, sicut & verbis, & in vtraque protestatione si aliquid homo falsum protestatur, peccat mortaliter. Quãmuis autem sit eadem fides quam habemus de Christo, & quam antiqui patres habuerũt, tamen quia ipti præcesserunt Christum, nos autem sequimur, eadem fides diuersis verbis significatur a nobis, & ab eis. nam ab eis dicebatur: Ecce virgo concipiet & pariet filium, quæ sunt verba futuri temporis. Nos autem idem repræsentamus per verba præteriti temporis dicẽtes, ꝙ concepit & peperit. Et similiter cæremoniæ veteris legis significabãt Christum vt nascẽturum & passurum, nostra autem sacramenta significãt ipsum vt natum & passum. Sicut igitur peccaret mortaliter, qui nunc suam fidẽ protestando, diceret Christum nasciturum, quod antiqui pie & veraciter dicebant: ita etiam peccaret mortaliter, siquis nunc cęremonias obseruaret, quas antiqui pie & fideliter obseruabãt. Et hoc est quod* Augustinus dicit contra Faustum, Iam non promittitur nascitur*, passurus, resurrecturus, qd illa sacramenta quodammodo personabant: sed annuntiatur quòd natus sit, passus sit, resurrexit, qd hæc sacramenta, quæ a Christianis aguntur, iam personant.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd circa hoc diuersimode sensisse videntur Hierony. & Augustin. * Hieronymus enim distinxit duo tempora, vnum tempus ante passionem Christi, in quo legalia non erant mortua, quasi non habentia vim obligatoriam, aut expiatiuam pro suo modo, nec etiam mortifera, quia non peccabant ea obseruãtes. Statim autem post passionem Christi inceperunt esse non solum mortua, idest, non habentia virtutem & obligationem: sed etiã mortifera, ita scilicet, quòd peccabant mortaliter quicunque ea obseruabant. vnde dicebat, quòd Apostoli nunquã legalia obseruauerũt post passionem secundũ veritatem, sed solum quadam pia simulatione, ne scilicet, scandalizarent Iudæos, & eorum conuersionem impedirẽt: quæ quidem simulatio sic intelligenda est, non quidẽ ita quòd illos actus secũdum rei veritatem non facerent, sed quia non faciebant tanquàm legis cęremonias obseruantes: sicut si quis pelliculam virilis membri abscinderet propter sunitatem, nõ causa legalis circuncisionis obseruandæ. Sed quia indecens videtur, quòd Apostoli ea occultarent propter scãdalum, quæ pertinent ad veritatem vitæ & doctrinæ, & quòd simulatione vterentur in his quæ pertinent ad salutem fidelium: ideo conuenientius * Augusti. distinxit tria tempora. Vnum quidem ante Christi passionem, in quo legalia neque erant mortifera, neque mortua. Aliud autem post tempus Euangelij diuulgari, in quo legalia sunt mortua & mortifera. Tertium autem est tempus medium, scilicet a passione Christi vsque ad diuulgationem Euangelij, in quo legalia quidem fuerunt mortua, quia neque vim aliquam habebant, neque aliquis ea obseruare tenebatur. non tamen fuerũt mortifera, quia illi qui conuersi erant ad Christum ex Iudæis, poterant illa legalia licite obseruare, dummodo non sic ponerent spem in eis, ꝙ ea reputarent sibi necessaria ad salutẽ, quasi sine legalibus fides Christi iustificare non posset. His autem qui conuertebantur ex gentilitate ad Christũ, non inerat causa vt ea obseruarent. & ideo Paulus circũcidit Timotheum, qui ex matre Iudæa genitus erat: Titum autem, qui ex Gentilibus natus erat, circuncidere noluit. Ideo autem no luit Spiritus sanctus, vt statim inhiberetur his, qui ex Iudæis conuertebantur, obseruatio legalium, sicut inhibebatur his, qui ex Gentilibus cõuertebantur, gentilitatis ritus, vt quædam differentia inter hos ritus ostenderetur. Nam gẽtilitatis ritus repudiabatur tanquàm omnino illicitus, & a Deo semper prohibitus. Ritus aũt legis cessabat tãquàm impletus per Christi passionem, vtpote a Deo in figurã Christi institutus.

AD 2^um^ dicendum, quòd secũdum * Hieron. Petrus simulatorie se a Gentilibus subtrahebat, vt vitaret Iudęorum scandalum, quorum erat Apostolus. vnde in hoc nullo modo peccauit: sed Paulus eum similiter simulatorie reprehendit, vt vitaret scandalum Gentilium, quorum erat Apostolus. Sed * Augusti. hoc improbat, quia Paulus in canonica scriptura, scilicet Gal. 2. in qua nefas est credere aliquid falsum esse, dicit quòd Petrus reprehensibilis erat. vnde verũ est quòd Petrus peccauit, & Paulus vere eum non simulatorie reprehendit. Non autẽ peccauit Petrus in hoc, quòd ad tempus legalia obseruabat, quia hoc sibi licebat tanquàm ex Iudæis conuerso: sed peccabat in hoc, ꝙ circa legalium obseruantiam nimiam diligentiã adhibebat, ne scandalizaret Iudæos, ita quòd ex hoc sequebatur Gentilium scandalum.

AD 3^um^ dicendum, quòd quidam dixerunt quòd illa prohibitio Apostolorum non est intelligenda ad literam, sed secundũ spiritualem intellectum, vt scilicet

Infr. q. 104. ar. 3. co. Et 2. 2. q. 87. ar. 1. co. post med. & q. 93. ar. 1. & q. 94. ar. 3. ad 5. Et 4. dist. 1. q. 2. ar. 5. q. 3. & 4. Et Rom. 14. Et Gal. 2. 3. & 5.

gu. ad Hieron. Epistola 19.

Epist. 19. tom. 2.

Loco citato ad 1. argm.

In Epist. 19 tom. 2.

in prohibitione sanguinis intelligatur prohibitio homicidij, in prohibitione suffocati intelligatur prohibitio voluptuę & rapinæ, in prohibitione immolatorum intelligunt prohibitio idolatriæ: fornicatio aũt prohibetur tanquam ꝑse malum, & hanc opinionẽ accipiũt ex quibusdã glosis, quæ hmõi præcepta mystice exponũt. Sed quia homicidium & rapina etiam apud Gentiles reputabant illicita, non oportuisset sup hoc speciale mandatum dari his, qui erant ex gentilitate conuersi ad Christum. Vnde alij dicũt, ꝙ ad literam illa comestibilia fuerunt prohibita, non pp obseruantiam legalium, sed pp gulam comprimẽdam. Vnde dicit Hieron. * super illud Ezech. 44. Oẽ morticiniũ &c. Condemnat sacerdotes, qui in cibis, & cæteris hmõi, hæc cupiditate gulæ non custodiunt. Sed quia sunt quædã cibaria magis delicata ad gulam prouocantia, non vī ratio quare fuerunt hæc magis q̃ alia prohibita. Et iõ dicendum secundum tertiam opinionem, quòd ad literam ista sunt prohibita non ad obseruandum cęremonias legis, sed ad hoc, ꝙ posset coalescere vnio Gentilium & Iudæorum insimul habitantium. Iudæis. n. propter antiquam consuetudinem, sanguis & suffocatum erãt abominabilia. Comestio autem immolatorum simulacris poterat in Iudæis aggenerare circa Gẽtiles suspicionem reditus ad idolatriam: & ideo ista fuerunt prohibita pro tpe illo, in quo de nouo oportebat conuenire in vnũ Gentiles & Iudæos. Procedẽte aũt tẽpore, cessante causa cessat effectus, manifestata Euangelicæ doctrinæ veritate, in qua Dñs docet, ꝙ nihil quod per os intrat, coinquinat hominem, vt dicitur Matth. 15. Et ꝙ nihil est reiciẽdum, quod cum gratiarum actione percipit, vt 1. ad Timoth. 4. dicitur. Fornicatio autẽ prohibetur specialiter, quia Gentiles non reputabant eam esse peccatum.

* Circa fin. commentarii ad c. 44. tom. 5.

¶ *Super Quæstionem centesimã quartam.*

IN q. 104. nihil scribendum occurrit, nisi ꝙ duo specialiter aduertas. Primũ est, quare ora illius populi erant figuralia. Assignatur nãq; in 2. art. ad 5ecũdum pro causa, quia Christus ex populo illo erat nasciturus, idest, quia status illius populi erat pp Christum venturũ ex eo, consequẽs est vt verbis & factis prænuntiarent Christum, & pertinẽtia ad ipsum: & hoc ex diuina institutione, cuius solius est facere, ꝙ facta totius populi sint in figurã. Secundum est, ꝙ differentia inter cæremonialia, & iudicialia in figurãdo, non consistit in hoc, ꝙ cęremonialia sint per se primo instituta ad figurandũ, & iudicialia sint instituta ad figurandũ per se secundo. hoc enim non dicitur in litera. Et si cõcederetur, non possent hoc

Sup. q. 99. art. 4. & locis ibi inductis.

QVAESTIO CIIII.

De præceptis iudicialibus in quatuor articulos diuisa.

I

CONSEQVENTER cõsiderandum est de præceptis iudicialibus.

Et primo, considerandum est de ipsis in communi. Secundo, de rationibus eorum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Quæ sunt iudicialia præcepta.

¶ Secũdo, Vtrum sint figuralia.

¶ Tertio, De duratione eorum.

¶ Quarto, De distinctione eorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ratio præceptorum iudicialium consistat in hoc, quòd sunt ordinantia ad proximum.

AD PRIMVM sic procedi tur. Videtur ꝙ ratio præceptorum iudicialium non consistat in hoc, ꝙ sunt ordinantia ad proximũ. Iudicialia enim præcepta a iudicio dicuntur: sed multa sunt alia, quibus homo ad proximum ordinatur, quæ non pertinent ad ordinationem iudiciorũ. nõ ergo præcepta iudicialia dicuntur, quibus homo ordinatur ad proximum.

¶ 2 Præt. Præcepta iudicialia a moralibus distinguũtur, vt * supra dictum est: sed multa præcepta moralia sunt, quib⁹ homo ordinatur ad proximum, sicut patet in septẽ præceptis secundæ tabulæ. non ergo præcepta iudicialia dicuntur ex hoc, ꝙ ad proximum ordinant.

¶ 3 Præt. Sicut se habent præcepta cęremonialia ad Deũ, ita se habent iudicialia præcepta ad proximum, vt * supra dictum: sed inter præcepta cæremonialia sunt quædam quæ pertinent ad seipsum, sicut obseruantiæ ciborum & vestimentorum, de quibus * supra dictum est. ergo præcepta iudicialia non ex hoc dicuntur, quòd ordinent hominem ad proximum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezechie. 18. inter cętera bona opera viri iusti: Si iudiciũ verum fecerit inter virũ & virum: sed iudicialia præcepta a iudicio dicuntur. ergo præcepta iudicialia videntur dici illa, quæ pertinent ad ordinationem hominum adinuicem.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut ex * supradictis patet, præceptorum cuiuscũq; legis quędã habent vim obligandi ex ipso dictamine rõnis, quia naturalis rõ dictat hoc esse debitũ fieri, vel vitari: & hmõi præcepta dñr moralia, eo ꝙ a ratione dñr mores humani. Alia vero præcepta sunt, quę non habent vim obligandi ex ipso dictamine rationis, quia. ĩ se considerata non habẽt absolute rõnem debiti, vel indebiti, sed hẽnt vim obligandi ex aliqua institutione diuina, vel humana: & hmõi sunt determinationes quędã moralium præceptorum. Si igitur determinentur moralia præcepta p institutionem diuinã in his, per quæ ordinatur hõ ad Deum, talia dicentur præcepta cæremonialia. Si aũt in his quæ pertinent ad ordinationem hoĩum adinuicẽ, talia dicentur præcepta iudicialia. In duobus ergo cõsistit rõ iudicialium præceptorum. ſ. vt pertineant ad ordinationem hominũ adinuicem: & vt non habeãt vim obligandi ex sola ratione, sed ex institutione.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ iudicia exercentur officio aliquorum principum, qui habent potestã iudicandi. Ad principem autẽ pertinet non solũ ordinare de his quæ veniunt in litigiũ, sed etiam de voluntarijs contractibus, qui inter hoĩes fiunt, & de oĩbus pertinẽtibus ad populi cõitatem & regimen. Vnde præcepta iudicialia non solum sunt illa, quæ pertinent ad lites iudiciorum, sed etiam quæcunque pertinẽt ad ordinationem hominum adinuicem, quæ subesse ordinationi principis tanquam supremi iudicis.

AD 2ᵐ dicẽdum, quòd ratio illa procedit de præceptis ordinantibus ad proximum, quæ habent vim obligandi ex solo dictamine rationis.

AD 3ᵐ dicendum, quòd etiam in his quæ ordinãt ad Deum, quædam sunt moralia, quæ ipsa rõ fide informata dictat, sicut Deum esse amandum, & colendum

dum. Quædam vero sunt cæremonialia, quæ non habent vim obligationis, nisi ex institutione diuina. Ad Deum aũt pertinẽt non solũ sacrificia oblata Deo, sed etiam quęcunq; pertinent ad idoneitatem offerentiũ, & Deum colentium. Hoĩes enim ordinãtur in Deum sicut in finem, & iõ ad cultum Dei pertinet, & p consequẽs ad cæremonialia præcepta, quòd homo habeat quandam idoneitatem respectu cultus diuini: sed homo non ordinatur ad proximũ sicut in finem, vt oporteat eum disponi in seipso in ordine ad proximum.

Sup. q. 3. pa. 2. ad me. Hæc enim est comparatio seruorum ad dominos, q̃ id quod sunt, dominorum sunt, secundum * Philosoph. in 1. Poli. & ideo non sunt aliqua præcepta iudicialia ordinãtia hoĩem in seipso, sed omnia talia sunt moralia: quia ratio, quę est principium moralium, se habet in hoĩe respectu eorum quę ad ipsum pertinent, sicut princeps, vel iudex in ciuitate. Sciẽdum tñ, ꝙ quia ordo hoĩs ad proximum magis subiacet rationi, quàm ordo hominis ad Deum, plura præcepta moralia inueniuntur, per quæ ordinatur homo ad proximũ, quàm per quæ ordinatur hõ ad Deum: & propter hoc etiam oportuit plura esse cæremonialia in lege, q̃ iudicialia.

ARTICVLVS II.

Vtrum præcepta iudicialia aliquid figurent.

Ia 2æ. q. 3. art. 2. Et 2. 2æ. q. 122. art. 1. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ præcepta iudicialia non figurent aliquid. Hoc .n. videtur esse proprium cæremonialium præceptorum, ꝙ sint in figuram alicuius rei instituta. si igitur ẽt præcepta iudicialia aliquid figurent, non erit differentia inter iudicialia & cæremonialia præcepta.

¶ 2 Præt. Sicuti illi populo Iudæorum data sunt quædam iudicialia præcepta, ita etiam alijs populis gentium: sed iudicialia præcepta aliorũ populorũ nõ figurant aliquid, sed ordinant quid fieri debeat. ergo vī ꝙ neq; præcepta iudicialia veteris legis aliqd figurarẽt.

¶ 3 Præt. Ea quæ ad cultum diuinum pertinent, figuris quibusdam tradi oportuit, quia ea quæ Dei sunt, supra nostram rationem sunt, vt * supra dictum est: sed ea quæ sunt proximorum, non excedũt rationem nostram. ergo per iudicialia, quæ ad proximum nos ordinant, non oportuit aliquid figurari.

SED CONTRA est, quod Exod. 21. iudicialia præcepta allegorice, & moraliter exponuntur.

RESPON. Dicendum, ꝙ dupliciter contingit aliquod præceptum esse figurale. Vno modo, primo & per se, quia scilicet principaliter est institutum ad aliquid figurandum, & hoc modo præcepta cæremonialia sunt figuralia: ad hoc enim sunt instituta, vt aliqd figurent pertinens ad cultũ Dei, & ad mysterium Christi. Quædam vero præcepta sunt figuralia non primo & per se, sed ex consequẽti, & hoc modo præcepta iudicialia veteris legis sunt figuralia: non enim sunt instituta ad aliquid figurandum, sed ad ordinãdum statum illius populi secundum iustitiam & æquitatem: sed ex consequenti aliquid figurabant inquantum. ſ. totus status illius populi, qui per huiusmodi præcepta disponebatur, figuralis erat, secundum illud 1. ad Corinth. 10. Omnia in figuram contingebant illis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præcepta cæremonialia alio modo sunt figuralia quàm iudicialia, vt * dictum est.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ populus Iudęorum ad hoc electus erat a Deo, ꝙ ex eo Christus nasceretur: & ideo oportuit totum illius populi statũ esse prophetĩcum, & figuralem, vt * Augu. dicit contra Faustum: & propter hoc etiã iudicialia illi populo tradita magis sunt figuralia, q̃ iudicia aliis ꝑpulis tradita: sicut etiã bella & gesta illius populi exponuntur mystice, non autẽ bella, vel gesta Assyriorũ, vel Romanorum, quàmuis longe clariora secundum homines fuerint.

Lib. 22. ca. 24. in princip. tom. 6.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ ordo ad proximũ in populo illo secundum se consideratus, perfunctorius erat rationi: sed secundum quod referebatur ad cultum Dei, superabat rationem, & ex hac parte erat figuralis.

ARTICVLVS III.

Vtrum præcepta iudicialia veteris legis perpetuam obligationem habeant.

Infra q. 108 art. 1. corp. & art. 2. co. & ad 4. Et 2. 2. q. 62. art. 3. ad 1. & q. 81. art. 1. co. Et 4. di. 15. q. 1. art. 5. q. 2. ad 5. Et quol. 2. ar. 8. cor. & quol. 4. art. 13. co. Et Heb. 7. lect. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd præcepta iudicialia veteris legis perpetuã obligationem habeãt. Præcepta enim iudicialia pertinent ad virtutem iustitiæ, nam iudicium dr̃ iustitiæ executio: iustitia aũt est perpetua & immortalis, vt dr̃ Sap. 1. ergo obligatio præceptorũ iudicialiũ est perpetua.

¶ 2 Præt. Institutio diuina est stabilior, quàm institutio humana: sed præcepta iudicialia humanarum legum habent perpetuam obligationem. ergo multo magis præcepta iudicialia legis diuinæ.

¶ 3 Præt. Aposto. dicit ad Hebr. 7. quòd reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem ipsius, & inutilitatem: quod quidem verum est de mandato cæremoniali, quod non poterat facere perfectum iuxta conscientiam seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs cărnis, vt Apostolus dicit ad Hebr. 9. sed præcepta iudicialia erant vtilia, & efficacia ad id, ad quod ordinabãtur. ſ. ad iustitiam & æquitatem inter homines constituendam. ergo præcepta iudicialia veteris legis nõ reprobantur, sed adhuc efficaciam habent.

SED CONTRA est, quod Aposto. dicit ad Heb. 7. quòd translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat: sed sacerdotium est translatum ab Aaron ad Christum. ergo etiam & tota lex est translata. non ergo iudicialia præcepta adhuc obligationem habẽt.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ iudicialia præcepta non habuerunt perpetuã obligationẽ, sed sunt euacuata p aduentum Christi, aliter tñ quàm cæremonialia. nã cæremonialia adeo sunt euacuata, vt non solum sint mortua, sed etiam mortifera obseruantibus post Christũ, maxime post Euangelium diuulgatum. Præcepta autẽ iudicialia sunt quidem mortua, quia nõ habent vim obligandi, non tamen sunt mortifera: quia si quis princeps ordinaret in regno suo illa iudicialia obseruari, non peccaret, nisi forte hoc modo obseruarentur, vel obseruari mandarentur, tanquã habentia vim obligandi ex veteris legis institutione. talis enim intentio obseruandi esset mortifera, & huius differentiæ ratio potest accipi ex præmissis. * Dictum est enim quòd præcepta cæremonialia sunt figuralia primo & per se, tanquàm instituta principaliter ad figurandũ Christi mysteria vt futura: & ideo ipsa obseruatio eorum præiudicat fidei veritati, secundum quam confitemur illa mysteria iam esse completa. Præcepta autem iudicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendũ statũ illius populi, qui ordinabatur ad Christum: & ideo mutato statu illius populi, Christo iam ueniente, iudicialia præcepta obligationem amiserunt. Lex enim fuit pædagogus ducens ad Christũ, vt dicit ad Gal. 3. Quia tamen huiusmodi iudicialia præ-

Art. præce.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cepta non ordinãtur ad figurandum, sed ad aliquid fiendum, ipsa eorum obseruatio absolute non præiudicat fidei veritati: sed intentio obseruandi tanquàm ex obligatione legis præiudicat veritati fidei: quia per hoc haberetur, quòd status prioris populi adhuc duraret, & quòd Christus nondum venisset.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd iustitia quidem perpetuo est obseruãda: sed determinatio eorum quæ sunt iusta fm institutionẽ humanã, vel diuinam, oportet q varietur secũdum diuersum hominũ statũ.

AD 2m dicendum, quòd præcepta iudicialia ab hominibus instituta habent perpetuam obligationem manente illo statu regiminis: sed si ciuitas, vel gens ad aliud regimen deueniat, oportet leges mutari. Nõ enim eædem leges conueniunt in democratia, quæ est potestas populi, & in oligarchia, quę est ptãs diuitum, vt patet p Philo. in sua Politica: & ideo etiã mutato statu illi⁹ ppli, oportuit p̃cepta iudicialia mutari.

* Lib. 3. c. 5 & 9. 10. 5.

AD 3m dicendum, q illa præcepta iudicialia disponebant populum ad iustitiam & æquitatem secundũ quod conueniebat illi statui: sed post Christum, statũ illius populi oportuit mutari, vt iam in Christo non esset discretio Gẽtilis & Iudæi, sicut antea erat: & propter hoc oportuit etiam præcepta iudicialia mutari.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum præcepta iudicialia possint habere aliquam certam diuisionem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt q præcepta iudicialia nõ possint habere aliquam certam diuisionẽ. Præcepta enim iudicialia ordinant homines adinuicem: sed ea quæ inter homines ordinari oportet in vsum eorum venientia, nõ cadunt sub certa distinctione, cum sint infinita. ergo præcepta iudicialia non possunt habere certam distinctionem.

¶ 2 Præt. Præcepta iudicialia sunt determinationes moralium: sed moralia præcepta non videtur habere aliquam distinctionem, nisi secundum quod reducuntur ad præcepta decalogi. ergo præcepta iudicialia nõ habent aliquam certam distinctionem.

¶ 3 Præt. Præcepta cærimonialia, quia certam distinctionem habẽt, eorũ distinctio in lege innitur, dum quædã vocantur sacrificia, quędã obseruantię: sed nulla distinctio innititur in lege præceptorum iudicialium. ergo videtur q non habeant certam distinctionem.

SED CONTRA. Vbi est ordo, oportet quòd sit distinctio: sed ratio ordinis maxime pertinet ad præcepta iudicialia, per quæ populus ille ordinabatur. ergo maxime debent habere distinctionem certam.

RESPON. Dicendum, q cum lex sit quasi quædã ars humanæ vitæ instituendæ, vel ordinandæ, sicut in vnaquaq; arte est certa distinctio regularum artis: ita oportet in qualibet lege esse certã distinctionẽ præceptorum, aliter enim ipsa cõfusio vtilitatem legis auferret. & ideo dicendum est q præcepta iudicialia veteris legis, per quę hoies adinuicem ordinabantur, distinctionem habent secundum distinctionem ordinationis humanæ. Quadruplex autẽ ordo in aliquo populo inueniri põt. Vnus quidẽ principum populi ad subditos: alius aũt subditorum adinuicem: tertius autẽ eorum q sunt de populo ad extraneos: quartus autẽ ad domesticos, sicut patris ad filium, vxoris ad virũ, & dñi ad seruum. & fm istos quatuor ordines distingui possunt præcepta iudicialia veteris legis. Dant aũt quædam præcepta de institutione principum, & officio eorũ, & de reuerẽtia eis exhibenda: & hæc est vna pars iudicialiũ præceptorum. Dantur etiã quædã præcepta pertinẽtia ad conciues adinuicẽ, puta, circa emptiones & vẽditiones, & iudicia & pœnas: & hæc est secunda pars iudicialium præceptorũ. Dantur etiã quædã præcepta pertinentia ad extraneos, puta, de bellis contra hostes, & de susceptione peregrinorũ & aduenarũ: & hæc est tertia pars iudicialiũ præceptorum. Dant etiam in lege quædã præcepta pertinentia ad domesticã conuersationẽ, sicut de seruis, & vxoribus, & filijs: & hæc est quarta pars iudicialium præceptorũ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q ea quæ pertinent ad ordinationem hoium adinuicem, sunt quidem numero infinita, sed tñ reduci pñt ad aliqua certa fm differentiam ordinationis humanæ, vt * dictum est.

* In corp.

AD 2m dicẽdum, quòd præcepta decalogi sunt prima in genere moralium, vt * supra dictum est: & ideo conuenienter alia præcepta moralia secundum ea distinguuntur. Sed præcepta iudicialia & cæremonialia habent aliam rationem obligationis, non quidem ex ratione naturali, sed ex sola institutione: & ideo distinctionis eorum alia est ratio.

* q. 100. art. 3.

AD 3m dicendum, quòd ex ipsis rebus, quæ per præcepta iudicialia ordinantur in lege, innuit lex distinctionem iudicialium præceptorum.

QVAESTIO CV.

¶ *Super Quæstionem centesimã quintã.*

De ratione iudicialium præceptorum in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de ratione iudicialiũ præceptorum.

IN q. 105. hoc solũ scribendum occurrit, quòd tam ex lege veteri, quàm ex authoritate Arist. & authoris apparet, q non irrationabiliter ordinaretur, q tam Ecclesia, quàm quicunque alius, nõ posset vltra tãtum agri in ciuitatis territorio, vt proprium habere: sed donatũ vel successione, vel quo modolibet aliter obueniens, plus quilibet teneret vẽdere, ne possessiões ad paucos deueniãt: vt hoc videtur pluribus in locis accidere.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, De ratione præceptorũ iudicialium, quæ pertinent ad principes.

¶ Secũdo, De his quę pertinẽt ad conuictum hoium adinuicem.

¶ Tertio, De his quæ pertinent ad extraneos.

¶ Quarto, De his quæ pertinent ad domesticã conuersationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conuenienter lex uetus de principibus ordinauerit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter lex vetus de principibus ordinauerit. Quia, vt * Philosophus dicit in 3. Politic. ordinatio populi præcipue dependet ex maximo principatu: sed in lege non inuenitur qualiter debeat institui supremus princeps: inuenitur autem de inferioribus principibus, primo quidem Exod. 18. Prouide de omni plebe viros sapientes &c. & Numeri 11. Cõgrega mihi 70. viros de seniorib⁹ Israel. & Deuter. 1. Date ex vobis viros sapientes, & gnaros &c. ergo insufficiẽter lex vetus principes populi ordinauit.

* Lib. 3. c. 4 non procul a prin. to. 5.

¶ 2 Præt. Optimi est optima adducere, vt Plato dicit: sed optima ordinatio ciuitatis, vel populi cuiuscunq; est, vt gubernetur per regem, quia huiusmodi

di regnum maxime repręsentat diuinum regimẽ, quo vnus Deus mundum gubernat a principio. igitur lex debuit regẽ populo instituere, & non permittere hoc eorum arbitrio, sicut permittitur Deut. 17. Cũ dixeris, constituam super me regem, eum constitues &c.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Matth. 12. Omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur. quod etiam experimento patuit in populo Iudæorum, in quo fuit diuisio regni destructionis causa: sed lex præcipue debet intendere ea, quæ pertinent ad communem salutem populi. ergo debuit in lege prohiberi diuisio regni in duos reges: nec etiã debuit hoc authoritate diuina introduci, sicut legitur introductum authoritate Domini per Ahiam Silonitem Prophetam 3. Reg. 11.

¶ 4 Præt. Sicut sacerdotes instituuntur ad vtilitatem populi in his quę ad Deũ pertinet, vt patet Heb. 5. ita principes etiam instituuntur ad vtilitatẽ populi in rebus humanis: sed sacerdotibus & leuitis, qui sunt in lege deputant aliqua ex quibus uiuere debeant, sicut decimæ & primitię, & multa alia hmõi. ergo similiter principibus populi debuerunt aliqua ordinari unde sustentarent, & præcipue cũ inhibita sit eis munerum acceptio, vt patet Exo. 23. Nõ accipietis munera, quæ excæcant etiam prudẽtes, & subuertũt verba iustorũ.

¶ 5 Præt. Sicut regnum est optimum regimen, ita tyrannis est pessima corruptio regiminis: sed Dñs regẽ instituendo, instituit ius tyrannicum. Dicitur. n. 1. Regum 8. Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet &c. ergo inconuenienter fuit prouisum per legem circa principum ordinationem.

SED CONTRA est, quòd populus Israel de plenitudine ordinationis commẽdatur Num. 24. Quàm pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel: sed pulchritudo ordinationis populi dependet ex principibus bene institutis. ergo per legem populus fuit circa principes bene institutus.

RESPON. Dicendum, q circa bonam ordinationem principum in aliqua ciuitate, uel gente duo sunt attendenda, quorũ vnum est, vt oẽs aliquam partem habeant in principatu: per hoc. n. conseruatur pax populi, & oẽs talem ordinationem amãt & custodiunt, vt dr in 2. Polit. Aliud est quod attendit secũdum speciem regiminis, uel ordinationis principatuũ, cuius cum sit diuersę species, vt * Philosoph. tradit in 3. Polit. precipue tñ est vnum regimen, in quo vnus principatur fm virtutem: & aristocratia, idest, potestas optimorum, in qua aliqui pauci principatur secundũ virtutem. Vñ optima ordinatio principum est in aliqua ciuitate, vel regno, in qua vnus præficit fm virtutẽ, qui oĩbus prędit, & sub ipso sunt aliqui principantes fm virtutem: & tñ talis principatus ad oẽs pertinet, tum quia ex oĩbus eligi possunt: tum quia etiã ab omnibus eliguntur. Talis. n. est optima politia bene commista ex regno, inquantum unus præest: & aristocratia, inquantum multi principantur secundum uirtutem: & ex democratia, idest, potestate populi, inquantum ex popularibus possunt eligi principes, & ad populũ pertinet electio principum: & hoc fuit institutũ fm legem diuinam. Nam Moyses, & eius successores gubernabant populum quasi singulariter oĩbus principantes, quod est quædam species regni. Eligebantur autem septuaginta duo Seniores secũdum uirtutem. Dr. n. Deut. 1. Tuli de uestris tribubus uiros sapientes & nobiles, & constitui eos principes. & hoc erat aristocraticum: sed democraticum erat, quòd isti de omni populo eligebantur. Dicitur enim Exod. 18. Prouide de omni plebe uiros sapientes &c. & etiam quòd populus eos eligebat. unde dicitur Deuteron. 1. Date ex uobis uiros sapientes &c. unde patet, quòd optima fuit ordinatio principum, quam lex instituit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q populus ille sub speciali cura Dei regebatur. unde dicitur Deute. 7 Te elegit dñs Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris: & ió institutionem summi principis Dñs sibi reseruauit. & hoc est quod Moyses petiuit Num. 27. Prouideat dominus Deus spirituum oĩs carnis hominem, qui sit super multitudinẽ hãc: & sic ex Dei ordinatione institutus est Iosue in principatu post Moysen. & de singulis iudicibus qui post Iosue fuerunt legitur, quòd Deus suscitauit populo saluatorẽ, & quòd spiritus Domini fuit in eis, ut patet Iudicum 2. Et ideo etiam electionem Regis non commisit Dominus populo, sed sibi reseruauit, ut patet Deuteron. 17. Eum constitues regem, quẽ dominus Deus tuus elegerit.

AD 2m dicẽdum, q regnum est optimum regimen populi, si non corrumpatur: sed propter magnam potestatem quæ regi conceditur, de facili regimẽ degenerat in tyrannidem, nisi sit perfecta uirtus eius, cui talis potestas conceditur: quia non est nisi uirtuoso bene ferre bonas fortunas, ut Philoso. dicit in 10. Ethic. Perfecta autẽ uirtus in paucis inuenitur, & præcipue Iudæi crudeles erant, & ad auaritiam proni, p quæ uitia maxime hoies in tyrãidem decidunt. Et ió Dñs a principio eis regem non instituit cum plena potestate, sed iudicem & gubernatorem in eorum custodiã: sed postea regem ad petitionem populi quasi indignatus concessit, vt patet per hoc quod dixit ad Samuelem 1. Regum 8. Non te abiecerunt, sed me, ne regnẽ super eos. Instituit tñ a principio circa regẽ instituendum, primo quidem modum eligendi, in quo duo determinauit, ut. s. in eius electione expectarent iudiciũ Dñi, & ut non facerent regem alterius gentis, quia tales reges solent parum affici ad gẽtem, cui præficiuntur, & per consequens non curare de eis. Secundo ordinauit circa reges institutos qualiter deberent se habere quantum ad seipsos, ut. s. non multiplicarent curus & equos, neq; uxores, neq; etiam immensas diuitias: quia ex cupiditate horũ principes ad tyrannidẽ declinant, & iustitiam derelinquũt. Instituit ẽt qualiter se deberent habere ad Deum, ut. s. semper legerẽt, & cogitarẽt de lege Dei, & semper essent in Dei timore & obedientia. Instituit etiam qualiter se haberent ad subditos suos, ut. s. non superbe eos contemnerẽt, aut oppримerent, neque etiam a iustitia declinarent.

AD 3m dicendum, quòd diuisio regni & multitudo regum magis est populo illi data in pœnam pro multis dissensionibus eorum, quas maxime contra regem Dauid iustum mouerant, quàm ad eorum profectum. unde dicitur Osee 13. Dabo tibi regem in furore meo. & Osee 8. Ipsi regnauerũt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui.

AD 4m dicendum, q sacerdotes per successionem originis sacris deputabantur, & hoc ideo ut in maiori reuerentia haberentur, si non quilibet ex populo posset sacerdos fieri, quorum honor cedebat in reuerentiam diuini cultus: & ideo oportuit ut eis specialia quædam deputarent tam in decimis, q̃ in primitijs, q̃ etiã in oblationibus & sacrificijs, ex quibus uiuerent. Sed principes, sicut * dictũ est, assumebant ex toto populo: & ideo habebãt certas possessiones proprias, ex quibus uiuere poterant, & præcipue cum Dñs prohiberet etiam in lege ne superabundarent diuitijs, aũt

* In corp. artic.

magnifico apparatu, tum quia non erat facile quin ex his in superbiam & tyrannidem erigerentur: tum etiam quia si principes non erant multum diuites, & erat laboriosus principatus, & solicitudine plenus, non multum affectabatur a popularibus, & sic tollebatur seditionis materia.

AD 5^m dicendum, quòd illud ius non debebatur regi ex institutione diuina, sed magis prenuntiabatur vsurpatio regum, qui sibi ius iniquum constituunt in tyrannidem degenerantes, & subditos deprædantes. & hoc patet per hoc quod in fine subdit: Vosque eritis ei serui: quod proprie pertinet ad tyrannidē, quia tyranni suis subditis principātur vt seruis. vnde hoc dicebat Samuel ad terrendum eos ne regem peterēt: sequitur.n. Noluit aūt audire populⁿ vocē Samuelis.

¶ Potest tamen contingere, q̄ bonus rex absque tyrannide filios tollat, & constituat tribunos, & centuriones, & multa accipiat a subditis suis propter commune bonum procurandum.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia quantum ad popularium conuictum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia, quantum ad popularium conuictum. Non enim possunt homines pacifice viuere adinuicem, si vnus accipiat ea quæ sunt alterius: sed hoc videtur esse inductum in lege. dicitur.n. Deut. 23. Ingressus vineā proximi tui comede vuas quātū tibi placuerit. ergo lex vetus nō conuenienter ,puidebat hoium paci.

¶ 2 Præt. Ex hoc maxime multæ ciuitates & regna destruuntur, quòd possessiones ad mulieres perueniūt, vt Philosophus dicit in 2. Polit. sed hoc fuit introductum in veteri lege. dicitur.n. Num. 27. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. ergo nō conuenienter ,puidit lex saluti populi.

Li. 2. c. 7. ante med. to. 5.

¶ 3 Præt. Societas hominum maxime conseruatur per hoc, q̄ homines emendo & vendendo, sibiinuicē, res suas cōmutant, quibus indigent, vt dicitur in 1. Pol. sed lex vetus abstulit virtutem uenditionis. mandauit. n. q̄ possessio vendita reuerteretur ad vēditorē in quinquagesimo anno Iubilæi, vt patet Leuit. 25. incōuenienter igitur lex populū illum circa hoc instituit.

Lib. 2. c. 5. & 7. to. 5.

¶ 4 Præt. Necessitatibus hominum maxime expedit, vt homines sint prompti ad mutuum cōcedendum, q̄ quidē promptitudo tollitur p hoc, q̄ creditores accepta non reddunt. vnde dī Eccles. 29. Multi non cā nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. hoc autem induxit lex, primo quidē quia mandauit Deut. 15. Cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit: quia annus remissionis est Dñi. & Exod. 22. dī, q̄ si p̄te dño aīal mutuatum mortuū fuerit, reddere nō tenetur. Scdo, quia aufertur ei securitas, q̄ hī p pignus: dī. n. Deute. 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquā quā debet tibi, nō ingredieris domū eius vt pignus auferas. & iterū: Nō pnoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei. ergo insufficiēter fuit ordinatū in lege de mutuis.

¶ 5 Præt. Ex defraudatione depositi maximum periculum imminet, & ideo est maxima cautela adhibenda. vnde etiam dicitur 2. Mach. 3. q̄ sacerdotes inuocabant eū de cælo, qui de depositis legē posuit, vt his qui deposuerant ea salua custoditēt: sed in præceptis veteris legis parua cautela circa depositū adhibetur. Dicitur.n. Exod. 22. quòd in amissione depositi statur iuramento eius apud quem fuit depositum. ergo non fuit circa hoc legis ordinatio conueniens.

¶ 6 Præt. Sicut aliquis mercenarius locat operas suas, ita etiam aliqui locant domum, vel quæcunq; alia huiusmodi: sed non est necessarium, vt statim pretium locatæ domus conductor exhibeat. ergo etiam nimis durum fuit quod præcipitur Leuit. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.

¶ 7 Præt. Cum frequenter immineat iudiciorum necessitas, facilis debet esse accessus ad iudicem. inconuenienter igitur statuit lex Deut. 17. vt irent ad vnum locum expetituri iudicium de suis dubiis.

¶ 8 Præ. Possibile est non solum duos, sed etiam tres, vel plures concordare ad mentiendum. inconuenienter igitur dicitur Deut. 19. In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.

¶ 9 Præt. Pœna debet taxari secundum quantitatem culpæ: vnde dicitur etiam Deut. 25. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus: sed quibusdam æqualibus culpis lex statuit inęquales pœnas. Dicitur enim Exo. 22. q̄ restituet fur quinque boues pro vno boue, & quatuor oues pro vna oue. quædam etiā non multū grauia peccata graui pœna puniuntur, sicut Num. 15. lapidatⁿ est, qui collegerat ligna in sabbatho. Filⁿ etiam proteruus pp parua delicta, quia. s. comessationibus vacabat & conuiuiis, mādatur lapidari, Deut. 21. igitur incōuenienter in lege sunt institutæ pœnę.

¶ 10 Præt. Sicut Augu. dicit 21. de ciuitate Dei. Octo genera pœnarum in legibus esse scribit Tullius Damna, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, seruitutem: ex quibus aliqua sunt in lege statuta. Damnum quidem, sicut cum fur condemnabatur ad quintuplum, uel quadruplum. Vincula uero, sicut Num. 15. mandatur de quodam, q̄ in carcerem includatur. Verba uero, sicut Deut. 25. Si eum qui peccauit, dignum uiderint plagis, prosternent, & coram se facient uerberari. Ignominiam etiam inferebat illi, qui nolebat accipere uxorem fratris sui defuncti, quę tollebat calciamentū illius, & spuebat in faciem illius. Mortē etiā inferebat, ut patet ēt Leuit. 20. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Pœnam etiam talionis lex induxit, dicens Exo. 21. Oculū pro oculo, dentem pro dente. Inconueniens igitur uidetur, quòd alias duas pœnas, scilicet exilium & seruitutem lex uetus non inflixit.

Li. 2. c. 11. circa princ. to. 5.

¶ 11 Præter. Pœna non debetur nisi culpæ, sed bruta animalia non possunt habere culpam. ergo inconuenienter eis infligitur pœna, Exod. 21. Bos lapidibus obruetur qui occiderit uirum, aut mulierē. & Leuit. 20. dicitur: Mulier quę succubuerit cuilibet iumento, simul interficiatur cum eo. sic igitur uidetur q̄ inconuenienter ea quæ pertinent ad conuictum hominum adinuicem, fuerint in lege ueteri ordinata.

¶ 12 Præt. Dominus mandauit Exo. 21. quòd homicidium morte hominis puniretur: sed mors bruti animalis multo minus reputatur, quàm occisio hominis. ergo nō potest sufficienter recompensari pœna homicidij per occisionem bruti animalis. inconuenienter igitur mandatur Deute. 21. quòd quando inuentum fuerit cadauer occisi hominis, & ignorabitur cædis reus, seniores propinquioris ciuitatis tollant uitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram scidit uomere, & ducent eam ad uallem asperam atque saxosam, quę nunquàm arata est, nec sementa recepit, & cędent in ea ceruices uitulæ.

SED CONTRA est, quòd pro speciali beneficio commemoratur in psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Lib. 2. c. 21. & lib. 19. c. 21. to. 5.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut Aug. in 2. de ciui. Dei, introducit a Tullio dictum, Populus est cętus multitudinis, iuris consensu, & vtilitatis cōmunione sociatus: vnde ad rationem populi pertinet, vt communicatio hominum adinuicem iustis præceptis legis ordinetur. Est autem duplex communicatio hominum adinuicem. Vna quidem quæ fit authoritate principum. Alia autem fit propria voluntate priuatarum personarum. Et quia voluntate vniuscuiusque disponi potest, quod eius subditur potestati, ideo authoritate principum, quibus subiecti sunt homines, oportet q̄ iudicia inter homines exerceantur, & pœnę malefactoribus inferantur. Potestati vero priuatarum personarum subdūtur res possessæ: & ideo propria authoritate in his pōt sibiinuicem cōicare, puta emendo, vendendo, donando, & alijs huiusmodi. Circa vtranq; autem communicationem lex sufficienter ordinauit. Statuit.n. iudices, vt patet Deut. 16. Iudices & magistros constitues in oibus portis eius, vt iudicent populum iusto iudicio. Instituit etiam iustum iudicij ordinem, vbi dicitur Deut. 1. Qē iustum est iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus, nulla erit personarum distantia. Sustulit etiam occasionem iniusti iudicij, acceptionem munerū iudicibus prohibendo, vt patet Exo. 23. & Deu. 16. Instituit ēt numerum testium duorum, vel trium, vt patet Deut. 17. & 19. Instituit etiā certas pœnas pro diuersis delictis, vt post dicetur. Sed circa res possessas optimū est, sicut dicit Philos. in 2. Polit. q̄ possessiones sint distinctæ, & vsus sit partim communis, partim aūt per voluntatem possessorum cōicetur: & hęc tria fuerunt in lege statuta. Primo.n. ipsæ possessiones diuisæ erant in singulos. dicitur.n. Num. 34. Ego dedi vobis terrā in possessionem, quā sorte diuidetis vobis. Et quia per possessionū irregularitatem plures ciuitates destruuntur, vt Philosoph. dicit in 2. Polit. ideo circa possessiones regulādas triplex remediū lex adhibuit. Vnum quidem, vt secundum numerum hominū æqualiter diuiderentur. vnde dicitur Num. 34. Pluribus dabitis latiorem, & pauciorbus angustiorem. Aliud remedium est, vt possessiones non in perpetuū alienentur, sed certo tēpore ad suos possessores reuertantur, vt non confundantur sortes possessionū. Tertiū remedium est ad hmōi confusionem tollendā, vt proximi succedant morientibus. Primo quidem gradu filius, secūdo aūt filia, tertio fratres, quarto patrui, quinto, quicunq; propinqui. Et ad distinctionē sortiū conseruandā vlterius lex statuit, vt mulieres quæ sunt hęredes, nuberēt suæ tribus hoibus, vt habetur Num. 36. Secundo vero instituit lex, vt quātum ad aliqua, vsus rerum esset communis, & quantum ad curam. præceptum est. n. Deut. 20. Non videbis bouem & ouē fratris tui errātem, & prætеribis, sed reduces fratri tuo, & similiter de alijs: secundo quantum ad fructum. Concedebatur.n. communiter quantum ad omnes, vt ingressus in vineam amici licite comedere posset, dum tn extra non deferret. Quantum ad pauperes vero specialiter, vt eis relinquerentur manipuli obliti, & fructus, & racemi remanētes, vt habetur Leui. 19. & Deut. 24. & ēt cōmunicabantur ea quæ nascebantur in septimo anno, vt habetur Exo. 23. & Leuit. 25. Tertio vero statuit lex cōmunicationem factam per eos qui sunt rerum domini, vnā pure gratuitam: vnde dicitur Deut. 14. Anno tertio separabis aliam decimam, veniētq; leuites & peregrinus, & pupillus & vidua, & comedent & saturabuntur. Aliam vero cum recompensatione vtilitatis, sicut per venditionem & emptionem, & locationē & conditionem, & per mutuū, & iterū per depositū, de quibus omnibus inueniuntur ordinationes certę in lege. vnde patet q̄ lex vetus sufficienter ordinauit cōuictū illius populi.

Li. 2. c. 7. ante med. to. 5.

Lib. 2. c. 5. & 7. to. 5.

Li. 2. cap. 7. ante medium to. 5.

In solut. ad 1. argum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut Apost. dicit Ro. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit, quia .s. omnia præcepta legis, præcipue ordinata ad proximum, ad hunc finem ordinari videntur, vt homines sibiinuicem diligant: ex dilectione aūt procedit, q̄ homines sibiinuicē bona sua communicēt: quia vt dicit 1. Io. 3. Qui viderit fratrem suū necessitatē patientem, & clauserit viscera sua ab eo, qūo charitas Dei manet in illo? & ideo intendebat lex homines assuefacere, vt facile sibiinuicem sua communicarent, sicut & Apost. 1. ad Tim. 6. diuitibus mandat facile tribuere, & cōicare. Non autem facile cōicatiuus est, qui non sustinet q̄ proximus aliquid modicū de suo accipiat absq; magno sui detrimento: & ideo lex ordinauit, vt liceret intrantem in vineam proximi, racemos ibi comedere, non aūt extra deferre, ne ex hoc daretur occasio grauis damni inferendi, ex quo pax perturbaretur, quæ inter disciplinatos non perturbatur ex modicorum acceptione, sed magis amicitia cōfirmatur, & assuefiunt homines ad aliquid facile cōicandum.

AD 2^m dicendum, quòd lex non statuit, quòd mulieres succederent in bonis paternis, nisi ex defectu filiorum masculorum. Tunc autem necessarium erat, vt successio mulieribus concederetur in consolationem patris, cui graue fuisset si eius hæreditas omnino ad extraneos transiret. Adhibuit tamen circa hoc lex cautelam debitam, præcipiens ut mulieres succedentes in hæreditate paterna, nuberent suę tribus hominibus, ad hoc quòd sortes tribuum non confunderentur, ut habetur Num. ult.

De alienatiōe domorum & possessionum. ca. 5. ante med. to. 5.

AD 3^m dicendum, q̄ sicut Philosoph. dicit in 2. Polit. Regulatio possessionum multū confert ad conseruationem ciuitatis, uel gentis: unde sicut ipse dicit, apud quasdam Gentilium ciuitates statutū fuit, vt nullus possessionem uendere posset, nisi pro manifesto detrimento. Si.n. passim possessiones vendantur, potest contingere, q̄ omnes possessiones ad paucos deueniant, & ita necesse erit ciuitatem, vel regionem habitatoribus euacuari: & ideo lex uetus ad hmōi periculum remouendum sic ordinauit, q̄ & necessitatibus hominum subueniretur, concedens possessionum uēditionem usq; ad certum tempus: & tn periculum remouit, præcipiens ut certo tempore possessio uendita ad uendentem rediret. Et hoc instituit, ut sortes non cōfunderentur, sed semper remaneret eadē distinctio determinata in tribubus. Quia uero domus urbanę non erant sorte distinctę, ideo concessit q̄ in perpetuum uendi possent, sicut & mobilia bona. Non enim erat statutus numerus domorum ciuitatis, sicut erat certa mensura possessionis, ad quam non addebatur. Poterat autem aliquid addi ad numerum domorum ciuitatis. Domus uero quę non erant in urbe, sed in uilla muros nō habentes, in perpetuū uendi non poterant: quia hmōi domus non cōstituūtur nisi ad cultum, & ad custodiam possessionum: & ideo lex congrue statuit ius circa utrunque.

AD 4^m dicendum, q̄ sicut dictum est, intentio legis erat assuefacere homines suis præceptis ad hoc, q̄ sibiin-

sibiinuicē de facili in neceſſitatibus ſubuenirēt: quia hoc maxime eſt amicitiæ fomentum. Et hanc quidem facilitatem ſubueniendi non ſolum ſtatuit in his quæ gratis & abſolute donantur, ſed etiam in his quæ mutuo conceduntur: quia hmōi ſubuentio frequentior eſt, & pluribus neceſſaria. Hmōi aūt ſubuentionis facilitatem multipliciter inſtituit. Primo quidem, vt faciles ſe præberent ad mutuū exhibendum, nec ab hoc retraherentur anno remiſſionis appropinquante, vt habetur Deut. 15. Secundo, ne eum, cui mutuū concederent, grauarent vel vſuris, vel ēt aliqua pignoratione vitæ neceſſaria accipiēdo, & ſi accepta fuerint, ꝙ ſtatim reſtituerentur. Dicitur. n. Deut. 23. Nō fœneraberis fratri tuo ad vſuram. & 24. Non accipies loco pignoris inferiorem, & ſuperiorem molam, quia animam ſuam appoſuit tibi. & Exod. 21. dicitur: Si pignus a proximo tuo acceperis veſtimētum, ante ſolis occaſum reddes ei. Tertio, vt nō importune exigerēt. vnde dicitur Exod. 23. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, nō vrgebis eum quaſi exactor. & pp hoc etiā mandatur Deut. 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quā debet tibi, non ingredieris in domum eius, vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit, tum quia domus eſt tutiſſimum vniuſcuiuſq; receptaculum, vnde moleſtum homini eſt, vt in domo ſua inuadatur: tum etiam quia non concedit creditori, vt accipiat pignus quod voluerit, ſed magis debitori, vt det quo minus indiguerit. Quarto, inſtituit ꝙ in ſeptimo anno debita penitus remitterentur. Probabile. n. erat, vt illi qui commode reddere poſſent, ante ſeptimum annum redderent, & gratis mutuantem non defraudarent. Si autē omnino impotētes eſſent, eadem ratione eis erat debitum remittendum ea dilectione, qua etiam erat eis de nouo dādum propter indigentiam. Circa animalia vero mutuata hæc lex ſtatuit, vt propter negligentiam eius, cui mutuata ſunt, ſi in ipſius abſentia moriantur, vel debilitentur, reddere ea compellatur. Si vero eo præſente, & diligenter cuſtodiente, mortua fuerint, vel debilitata, nō cogebatur reſtituere, & maxime ſi erant mercede conducta, quia ita etiā potuiſſent mori, & debilitari apud mutuantem: & ita ſi conſeruationem animalis conſequeretur, iam aliquod luerum reportaret ex mutuo, & non eſſet gratuitum mutuum. Et maxime hoc obſeruandum erat, quando animalia erant mercede cōducta: quia tunc habebat certum pretium pro vſu animalium: vnde nihil accreſcere debebat per reſtitutionem animalium, niſi propter negligentiam cuſtodientis. Si autem non eſſent mercede conducta, potuiſſet habere aliquam æquitatem, vt ſaltem tantum reſtitueret, quantum vſus animalis mortui, vel debilitati conduci potuiſſet.

De depoſitis ſeruādis & reddendis.

Ad 5^m dicendum, ꝙ hæc differentia eſt inter mutuum & depoſitum, quia mutuum traditur in vtilitatem eius, cui traditur: ſed depoſitum traditur in vtilitatem deponentis. & ideo magis arctabatur aliquis in aliquibus caſibus ad reſtituēdum mutuum, quàm ad reſtituēdum depoſitum. Depoſitum. n. perdi poterat dupliciter. Vno modo, ex cauſa ineuitabili, vel naturali, puta, ſi eſſet mortuum, vel debilitatum animal depoſitum: vel extrinſeca, puta, ſi eſſet captum ab hoſtibus, vel ſi eſſet comeſtum a beſtia, in quo tamen caſu tenebatur deferre ad dominū animalis id quod de animali occiſo ſupererat: in alijs autem* ſupradictis caſibus nihil reddere tenebatur, ſed ſolum ad expur-

In ſua fol.

gandam ſuſpitionem fraudis tenebatur iuramentum præſtare. Alio modo poterat perdi ex cauſa euitabili, puta, per furtum: & tunc propter negligētiam cuſtodis reddere tenebatur. Sed, ſicut* dictum eſt, ille qui mutuo accipiebat animal, tenebatur reddere, etiam ſi debilitatum, aut mortuum fuiſſet in eius abſentia: do minori enim negligentia tenebatur, quàm depoſitarius, qui non tenebatur niſi de furto.

Ad 4 arg.

De cura reddendæ mercedis.

Ad 6^m dicendum, ꝙ mercenarij, qui locant operas ſuas, pauperes ſunt, de laboribus ſuis victū quærentes quotidianum: & ideo lex prouide ordinauit, vt ſtatim eis merces ſolueretur, ne victus eis deficeret. Sed illi qui locant alias res, diuites eſſe conſueuerunt, nec ita indigēt locationis pretio ad ſuū victum quotidianum: & ideo non eſt eadem ratio in vtroq;.

De iudicio rum appellationib.

Ad 7^m dicendum, ꝙ iudices ad hoc inter homines cōſtituuntur, ꝙ determinent quod ambiguum inter homines circa iuſtitiam eſſe poteſt. Dupliciter autem aliquid poteſt eſſe ambiguum. Vno modo, apud ſimplices: & ad hoc dubium tollendum, mādatur Deut. 16. vt iudices & magiſtri conſtituerentur per ſingulas tribus, vt iudicarent populum iuſto iudicio. Alio modo cōtingit aliquid eſſe dubium etiam apud peritos: ideo ad hoc dubium tollendum conſtituit lex, vt omnes recurrerēt ad locum principalem a Deo electum, in quo & ſummus Sacerdos eſſet, qui determinaret dubia circa cæremonias diuini cultus: & ſummus iudex populi, qui determinaret quæ pertinent ad iudicia hominum: ſicut etiam nūc per appellationem, vel per conſultationem cauſæ ab inferioribus iudicibus ad ſuperiores deferuntur Vnde dicitur Deut. 17. Si difficile & ambiguum apud te iudicium proſpexeris, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, aſcende ad locum, quem elegerit Dominus, veniēſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit in illo tempore. Huiuſmodi autem ambigua iudicia non frequenter emergebant: vnde ex hoc populus non grauabatur.

De teſtibus

Ad 8^m dicendum, ꝙ in negotijs humanis non poteſt haberi demonſtratiua probatio & infallibilis, ſed ſufficit aliqua cōiecturalis probabilitas, ſecundū quā rhetor perſuadet: & ideo licet ſit poſſibile duos, aut tres teſtes in mendacium conuenire, non tamen eſt facile nec probabile, ꝙ conueniant: & ideo accipitur eorum teſtimonium tanquàm verum, & præcipue ſi in ſuo teſtimonio non vacillent, vel alias ſuſpecti nō fuerint. Et ad hoc etiam quòd non de facili a veritate teſtes declinarēt, inſtituit lex, vt teſtes diligentiſſime examinarentur, & grauiter punirentur qui inuenirentur mendaces, vt habetur Deutero. 19. Fuit tamen aliqua ratio huiuſmodi numeri determinādi ad ſignificandam infallibilem veritatem perſonarum diuinarum, quæ quandoque numerantur duæ, quia Spiritus ſanctus eſt nexus duorum: quandoque exprimuntur tres, vt* Auguſtinus dicit ſuper illud Io. 8. In lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominū teſtimonium uerum eſt.

Trac. 36. in Ioan. declinādo ad ſo. ꝙ. Et lib. 1. de Tri. c. 8. a medio, com. 3.

Ad 9^m dicendum, ꝙ non ſolū propter grauitatem culpæ, ſed etiā pp alias cauſas grauis pœna infligitur. Primo quidem, pp quantitatem peccati: quia maiori peccato cęteris paribus pœna grauior debetur. Secundo, pp peccati conſuetudinē: quia a peccatis conſuetis non faciliter homines abſtrahuntur, niſi per graues pœnas. Tertio, propter multam concupiſcentiam uel delectationem in peccato: ab his. n. non de facili homines abſtrahuntur, niſi propter graues pœnas.

De pœnis ſ quouis iudi cio infligē dis.

Quarto

Quarto propter faciliratem committendi peccatum, & iacendi in ipſo: huiuſmodi. n. peccata quando manifeſtantur, ſunt magis punienda ad aliorū terrorem. Circa ipſam etiā quantitatem peccati quadruplex gradus eſt attendendus etiam circa vnum & idem factū. Quorum primus eſt, quādo in uoluntarius peccatum committit: tunc enim ſi omnino eſt inuoluntarius, totaliter excuſatur a pœna. Dicitur enim Deuter. 22. quòd puella quę opprimitur in agro, non eſt rea mortis, quia clamauit, & nullus affuit qui liberaret eam. Si vero aliquo modo fuerit voluntarius, ſed tamen ex infirmitate peccat, puta, cum quis peccat ex paſſione, minuitur peccatum: & pœna ſecundum veritatem iudicij diminui debet, niſi forte propter communem vtilitatem pœna aggrauetur ad abſtrahendum homines ab huiuſmodi peccatis, ſicut* dictum eſt. Secundus gradus eſt, quando quis per ignorantiam peccauit: & tunc aliquo modo reus reputabatur propter negligentiam addiſcendi, ſed tamen non puniebatur per iudices, ſed expiabat peccatum ſuum per ſacrificia. vnde dicitur Leuit. 4. Anima quæ peccauerit per ignorantiam &c. ſed hoc intelligendum eſt de ignorantia facti, non autem de ignorātia præcepti diuini, quod omnes ſcire tenebantur. Tertius gradus eſt, qñ aliquis ex ſuperbia peccabat, ideſt, ex certa electione, vel ex certa malitia: & tunc puniebatur ſecūdū quantitatem delicti. Quartus autem gradus eſt, quā.do peccabat per proteruiam, & pertinaciam: & tunc quaſi rebellis, & deſtructor ordinationis legis omnino occidendus erat. Secundum hoc dicendum eſt, quòd in pœna furti conſiderabatur ſecundum legem, id quod frequenter accidere poterat: & ideo pro furto aliarū rerum, quæ de facili cuſtodiri poſſunt a furibus, non reddebat fur niſi duplum. Oues autem non de facili poſſunt cuſtodiri a furto, quia paſcuntur in agris: & ideo frequentius contingebat, quòd oues furto ſubtraherentur. vnde lex maiorem pœnam appoſuit, vt ſcilicet quatuor oues pro vna oue redderentur. Adhuc autē boues difficilius cuſtodiuntur, quia habentur in agris, & nō ita paſcuntur gregatim ſicut oues: & ideo adhuc hic maiorem pœnam appoſuit, vt ſcilicet quinque boues pro vno boue redderentur. & hoc dico, niſi forte idem animal inuentum fuerit viuens apud eum: quia tunc ſolum duplum reſtituebat, ſicut & ī cæteris furtis. poterat enim haberi præſumptio, ꝙ cogitaret reſtituere, ex quo viuum ſeruaſſet. Vel poteſt dici ſecundum* Gloſam, ꝙ bos habet quinque vtilitates, quia immolatur, arat, paſcit carnibus, lac dat, & corium etiam diuerſis vſibus miniſtrat: & ideo ꝓ vno boue quinq; boues reddebātur. Ouis ēt habet quatuor vtilitates, quia immolatur, paſcit, lac dat, & lanā miniſtrat. Filius autem contumax, non quia comedebat & bibebat, occidebat: ſed propter contumaciam & rebellionem, quę ſemper morte puniebatur, vt dictum eſt. Ille vero qui colligebat ligna in ſabbatho, lapidatus fuit tanquàm legis violator, quæ ſabbathum obſeruari præcipiebat in commemorationem fidei nouitatis mundi, ſicut* ſupra dictum eſt. vnde occiſus fuit tanquàm infidelis.

Ad 10^m dicendum, quòd lex vetus pœnam mortis inflixit in grauioribus criminibus, ſcilicet in his quæ contra Deum peccantur, & in homicidio, & in furto hominum, & in irreuerentia ad parentes, & in adulterio, & in inceſtibus. In furto aliarum rerū adhibuit pœnam damni. In percuſſuris autem & mutilationibus induxit pœnam talionis, & ſimiliter in peccato falſi teſtimonij. In alijs autem minoribus culpis induxit pœnam flagellationis, vel ignominiæ. Pœnam autem ſeruitutis induxit in duobus caſibus. In vno quidem, quando ſeptimo anno remiſſionis ille qui erat ſeruus, nolebat beneficio legis vti vt liber exiret: vnde pro pœna ei infligebatur, vt in perpetuum ſeruus remaneret. Secundo infligebatur furi, quando nō habebat quod poſſet reſtituere, ſicut habetur Exod. 22. Pœnam autem exilij vniuerſaliter lex non ſtatuit, quia in ſolo populo illo Deus colebatur, omnibus alijs populis per idolatriam corruptis. vnde ſi quis a populo illo vniuerſaliter excluſus eſſet, daretur ei occaſio idolatriæ. & ideo 1. Regum 26. dicitur, quòd. Dauid dixit ad Saul: Maledicti ſunt, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes. Vade, ſerui dijs alienis. Erat tamen aliquod particulare exilium. dicitur enim Deut. 19. quòd qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui nullum contra ipſum habuiſſe odium comprobatur, ad vnam vrbiū refugij cōfugiebat, & ibi manebat vſque ad mortem ſummi Sacerdotis. Tūc. n. ei licebat ad domum ſuam redire: quia in vniuerſali damno populi conſueuerūt particulares iræ ſedari, & ita proximi defuncti nō ſic proni erant ad eius occiſionem.

De homicidii pœna.

Ad 11^m dicendum, quòd animalia bruta mandabantur occidi nō propter aliquam ipſorum culpam, ſed in pœnam dominorum, qui talia animalia non cuſtodierant ab huiuſmodi peccatis: & ideo magis puniebatur dominus, ſi bos cornupeta fuerat ab heri & nudiustertius, in quo caſu poterat occurri periculo, quàm ſi ſubito cornupeta efficeretur. Vel occidebantur animalia in deteſtationem peccati, & ne ex eorū aſpectu aliquis horror hominibus incuteretur.

Ad 12^m dicendum, quòd ratio literalis iſtius mandati fuit, vt Rabbi Moyſes dicit, quia frequenter interfector eſt de ciuitate propinquiori. vnde occiſio vitulæ fiebat ad explorandum homicidium occultum, quod quidem fiebat per tria, quorum vnum eſt, quo ſeniores ciuitatis iurabant nihil ſe prætermiſiſſe in cuſtodia viarum. Aliud eſt, quia ille cuius erat vitula, damnificabatur in occiſione animalis, & ſi prius manifeſtaretur homicidium, animal nō occideretur. Tertium eſt, quia locus in quo occidebatur vitula, remanebat incultus: & ideo ad euitandum vtrunque damnū homines ciuitatis de facili manifeſtarent homicidam ſi ſcirent, & raro poterat eſſe, quin aliqua verba, vel indicia ſuper hoc facta eſſent: vel hoc fiebat ad terrorem in deteſtationem homicidij. Per occiſionē enim vitulæ, quę eſt animal vtile & fortitudine plenum, præcipue antequàm laboret ſub iugo, ſignificabatur quòd quicunque homicidium feciſſet, quàmuis eſſet vtilis & fortis, occidēdus erat, & morte crudeli, quod ceruicis cōciſio ſignificabat, & quòd tanquàm vilis & abiectus a conſortio hominum excludendus erat, quod ſignificabatur per hoc, quòd vitula occiſa in loco aſpero & inculto, relinquebatur in putredinem conuertenda. Myſtice autem per vitulam de armento ſignificatur caro Chriſti, quę non traxit iugum, quia non fecit peccatum: nec terram ſcidit vomere, ideſt, ſeditionis maculam non admiſit. Per hoc enim quòd in valle inculta occidebatur, ſignificabatur deſpecta mors Chriſti, per quā purgantur omnia peccata, & diabolus eſſe homicidij author oſtenditur.

Arti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

Vtrum iudicialia præcepta sint conuenienter tradita quantum ad extraneos.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd iudicialia præcepta non sint conuenienter tradita quantum ad extraneos. Dicit enim Petrus Actuum 10. In veritate comperi, quoniam non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi: sed illi qui sunt Deo accepti, non sunt ab ecclesia Dei excludendi. inconuenienter igitur mandatur Deuter. 23. quòd Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt in ecclesiam Domini in æternum: econtrario autem ibidem præcipitur de quibusdã gentibus, Nõ abominaberis Idumæũ, qa frater tuꝰ ẽ: nec Aegyptiũ, qa aduena fuisti in terra eius.

¶ 2 Præt. Ea quæ non sunt in potestate nostra, nõ merentur aliquam pœnam: sed q̃ homo sit eunuchus, vel ex scorto natus, non est in potestate eius. ergo incõuenienter mandatur Deut. 23. quòd eunuchus, & ex scorto natus, non ingrediatur ecclesiam Domini.

¶ 3 Præt. Lex vetus misericorditer mandauit, vt aduenæ non affligantur. dicitur enim Exod. 22. Aduenam non contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti, & 23. Peregrino molestus non eris: scitis enim aduenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti: sed ad afflictionem alicuius pertinet, quòd vsuris opprimatur. inconuenienter igitur lex permisit Deuter. 23. vt alienis ad vsuram pecuniam mutuarent.

¶ 4 Præt. Multo magis appropinquãt nobis homines, q̃ arbores: sed his quæ sunt nobis magis propinqua, magis debemus affectum & effectum dilectionis impendere, secundũ illud Eccles. 13. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi. inconuenienter igitur dominus Deut. 20. mandauit, q̃ de ciuitatibus hostium capus omnes interficerent, & tamen arbores fructiferas non succiderent.

¶ 5 Præt. Bonum commune secundum virtutem, est bono priuato præferendum ab vnoquoq;: sed in bello quod committitur cõtra hostes, quæritur bonum commune. inconuenienter igitur mandatur Deuter. 20. quòd imminente prælio aliqui domum remittantur, puta, qui ædificauit domum nouam, qui plantauit vineam, vel qui despondit vxorem.

¶ 6 Præt. Ex culpa non debet quis commodum reportare: sed quòd homo sit formidolosus, & corde pauidus culpabile est, contrarium enim est virtuti fortitudinis. inconuenienter igitur a labore prælij excusabantur formidolosi, & pauidum cor habentes.

SED CONTRA est, quod Sapientia diuina dicit Prouerb. 8. Recti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum.

RESPON. Dicendum, quòd cum extraneis potest esse hominum conuersatio dupliciter. Vno modo pacifice: alio modo hostiliter. & quantũ ad vtrumque modum ordinandum lex conuenientia præcepta continebat. Tripliciter enim offerebatur Iudæis occasio, vt cum extraneis pacifice communicarent. Primo quidem, quãdo extranei per terram eorum transitum faciebant quasi peregrini. Alio modo, quando in terram eorum adueniebant ad inhabitandum sicut aduenæ: & quantum ad vtrunq; lex misericordiæ præcepta posuit. Nam Exod. 22. dicitur, Aduenam non contristabis. & 23. dicitur, Peregrino molestus non eris. Tertio vero, quando aliqui extranei totaliter in eorum consortium, & ritum admitti volebant. Et in his quidam ordo attendebatur: non enim statim recipiebantur quasi ciues: sicut etiam apud quosdam Gentilium statutum erat, vt non reputarentur ciues nisi qui ex auo, vel atauo ciues existerent, vtꝰ Philosophus dicit in 3. Polit. & hoc ideo, quia si statim extranei aduenientes reciperentur ad tractandum ea quæ sunt populi, possent multa pericula contingere, dum extranei non habẽtes adhuc amorem firmatum ad bonum publicum, aliqua contra populum attentarent: & ideo lex statuit, vt de quibusdam Gentibus habentibus aliquam affinitatem ad Iudæos, scilicet de Aegyptijs, apud quos nati fuerant & nutriti, & de Idumæis filijs Esau fratris Iacob in tertia generatione reciperentur in consortium populi. Quidam vero, quia hostiliter se ad eos habuerant, sicut Ammonitæ & Moabitæ, nunquàm in consortium populi admitterentur. Amalecitæ autem, qui magis eis fuerant aduersati, & cum eis nullum cognãtionis habebant consortium, quasi hostes perpetui haberentur. Dicitur enim Exod. 17. Bellum Dei erit contra Amalec a generatione in generationem. Similiter etiam quantum ad hostilem cõmunicationem cum extraneis lex conuenientia præcepta tradidit. Nam primo quidem instituit, vt bellum iuste iniretur. Mandatur enim Deuter. 20. quòd quando accederent ad expugnandum ciuitatem, offerrent ei primo pacem. Secundo instituit, vt fortiter bellum inceptum exequerentur habentes de Deo fiduciam. & ad hoc melius obseruandum instituit, quòd imminente prælio sacerdos eos confortaret, promittendo auxilium Dei. Tertio mandauit, vt impedimenta prælij remouerentur, remittendo quosdam ad domum, qui possent impedimenta præstare. Quarto instituit, vt victoria moderate vterentur parcendo mulieribus & paruulis, & etiã ligna fructifera regionis non incidendo.

Cap. 1. inter med. & fin. c. 3.

Cap. 7. circa med.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ homines nullius gentis exclusit lex a cultu Dei, & ab his quæ pertinẽt ad animæ salutem. dicitur enim Exod. 12. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circuncidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit, eritq; simul sicut indigena terræ. Sed in temporalibus quantum ad ea quæ pertinebant ad communitatem populi, non statim quilibet admittebatur rationeꝰ supradicta: sed quidam in tertia generatione, s. Aegyptij & Idumæi. Alij vero perpetuo excludebantur in detestationem culpæ præteritæ, sicut Moabitæ, & Ammonitæ, & Amalecitæ. Sicut enim punitur vnus homo propter peccatum quod commisit, vt alij videntes timeant, & peccare desistant: ita etiam propter aliquod peccatum gens, vel ciuitas potest puniri, vt alij a simili peccato abstineant. Poterat tamen dispensatiue aliquis in collegium populi admitti propter aliquem virtutis actum, sicut Iudith 14. dicitur, quòd Achor dux filiorum Ammon appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius. Et similiter Ruth Moabitis, quæ mulier virtutis erat: licet possit dici, quòd illa prohibitio extendebatur ad viros, non ad mulieres, quibus non competit simpliciter esse ciues.

In corp. art.

AD 2ᵐ dicendum, q̃ sicutꝰ Philosop. dicit in 3. Polit. dupliciter aliquis dicit esse ciuis. Vno modo simpliciter: & alio modo secundũ quid. Simpliciter quidem ciuis est, qui potest agere ea quę sunt ciuium, puta, dare cõsilium, vel iudicium in populo. Secundum quid

Ca. 3. a medio, tom. 5.

quid autẽ ciuis dici potest quicunq; ciuitatem inhabitat, ẽt viles personæ, & pueri, & senes, qui non sunt idonei ad hoc, q̃ habeant potestatem in his quæ pertinent ad cõe. Ideo ergo spurij pp vilitatem originis excludebantur ab Ecclesia, ideſt, a collegio populi vsque ad decimam generationem, & similiter eunuchi, quibus non poterat competere honor, qui patribus debebatur, & præcipue in populo Iudæorum, in quo Dei cultus conseruabatur per carnis generationem. Nam etiã apud Gentiles qui multos filios genuerant, aliquo insigni honore donabãtur, sicutꝰ Philosophus dicit in 2. Polit. tamẽ quantum ad ea quæ ad gratiam Dei pertinebant, eunuchi ab alijs non separabantur, sicut nec aduenæ, vtꝰ dictum est. Dicitur enim Isa. 56. Non dicat filius aduenæ qui adhæret Domino, dicẽs: Separatione diuidet me Dominus a populo suo. Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum.

A

B

AD 3ᵐ dicendum, quòd accipere vsuras ab alienis non erat secundũ intentionem legis, sed ex quadam permissione propter pronitatem Iudæorum ad auaritiam, & vt magis pacifice se haberent ad extraneos, a quibus lucrabantur.

AD 4ᵐ dicendum, q̃ circa ciuitates hostium quædam distinctio adhibebatur. Quædam enim erant remotæ non de numero illarum vrbium, quæ eis erant repromissæ, & in talibus vrbibus expugnatis occidebantur masculi, qui pugnauerant contra populũ Dei: mulieribus autem & infantibus parcebatur. Sed in ciuitatibus vicinis, quæ erant eis repromissæ, oẽs mandabãtur interfeci propter iniquitates eorum priores, ad quas puniendas Dns populum Israel quasi diuinæ iustitiæ executorem mittebat. Dicitur enim Deut. 9. Quia ille egerunt impie, introeunte te deletæ sunt. Ligna autem fructifera mandabantur reseruari propter vtilitatem ipsius populi, cuius ditioni ciuitas, & eius territorium erat subijciendum.

C

AD 5ᵐ dicendum, q̃ nouus ædificator domus, aut plantator vineæ, vel desponsator vxoris excludebantur a prælio propter duo. Primo quidem, quia ea quę homo de nouo habet, vel statim paratus est ad habendum, magis solet amare, & per consequens eorum amissionem timere: vnde probabile erat, quòd ex tali amore magis mortem timerẽt, & sic minus fortes essent ad pugnandum. Secundo, quia sicut * Philos. dicit in 2. Phys. Infortuniũ videtur, quando aliquis appropinquat ad aliquod bonum habendum, si postea impediatur ab illo: & ideo ne propinqui remanẽtes magis contristarentur de morte talium, qui bonis sibi paratis potiti non fuerunt, & etiam populus considerans hoc horreret, huiusmodi homines a mortis periculo sunt sequestrati per subtractionem a prelio.

D

Phys. text. 10 com. 2.

AD 6ᵐ dicendum, q̃ timidi remittebantur ad domum, non vt ipsi ex hoc commodũ consequerentur, sed ne populus ex eorum præsentia incommodũ consequeretur, dum per eorum timorem & fugam, etiam alij ad timendum & fugiendum prouocarentur.

E

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter lex uetus præcepta ediderit circa domesticas personas.

AD QVARTVM sic proceditur. Vẽ q̃ inconuenienter lex vetus præcepta ediderit circa personas domesticas. Seruus. n. id qd est, dñi est, vtꝰ Philosoph. dicit in 1. Polit. sed id quod est alicuius, perpetuo eius esse debet. ergo inconuenienter lex mandauit Exo. 21. q̃ serui septimo anno liberi abscederent.

In corp. art. & ad 1.

Ca. 3. parum ante me dium, tom. 5.

¶ 2 Præt. Sicut animal aliquod, vt asinus, aut bos, est possessio domini, ita ẽt seruus: sed de animalibus præcipitur Deut. 22. q̃ restituantur dominis suis, si errare inuentantur. inconuenienter ergo mãdat Deu. 23. Non tradas seruũ domino suo, qui ad te confugerit.

¶ 3 Præt. Lex diuina debet magis ad misericordiam prouocare, quàm etiam lex humana: sed secundum leges humanas grauiter puniuntur qui nimis aspere affligunt seruos, aut ancillas: aspertima autem videtur esse afflictio, ex qua sequitur mors. inconuenienter igitur statuitur Exo. 21. quòd qui percusserit seruum suum, vel ancillam virga, si vno die superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est.

¶ 4 Præt. Alius est principatus domini ad seruum, & patris ad filium, vt dicitur in primo & tertio * Polit. sed hoc ad principatum domini ad seruum pertinet, vt aliquis seruum, vel ancillam vendere possit. inconuenienter igitur lex permisit, quòd aliquis venderet filiam suam in famulam, vel ancillam.

Lib. 1. cap. 4. tom. 5.

¶ 5 Præt. Pater habet sui filij potestatem: sed eius est punire excessus, qui habet potestatem super peccantem. inconuenienter igitur mandatur Deut. 21. q̃ pater ducat filium suum ad seniores ciuitatis puniẽdũ.

¶ 6 Præt. Dominus prohibuit Deuter. 7. vt cum alienigenis non sociarent coniugia, & coniuncta etiam separarent, vt patet 1. Esd. 10. inconuenienter igitur Deuteron. 21. conceditur eis, vt captiuas alienigenarum ducere possint vxores.

¶ 7 Præt. Dominus in vxoribus ducendis quosdam consanguinitatis, & affinitatis gradus præcepit esse vitãdos, vt patet Leuit. 18. incõuenienter igitur mandatur Deut. 25. quòd si aliquis esset mortuus absque liberis, vxorem ipsius frater eius acciperet.

¶ 8 Præt. Inter virum & vxorem sicut est maxima fa miharitas, ita debet esse fides firmissima: sed hoc nõ potest esse, si matrimonium dissolubile fuerit. inconuenienter igitur Dominus permisit Deuter. 24. quòd aliquis posset vxorem dimittere scripto libello repudij, & quòd etiam vlterius eã recuperare non posset.

¶ 9 Præt. Sicut vxor potest frangere fidem marito, ita etiam seruus domino, & filius patri: sed ad inuestigandam iniuriam serui in dominum, vel filij in patrem non est institutum in lege aliquod sacrificium. superflue igitur videtur institui sacrificium zelotypię ad inuestigandum vxoris adulterium. Num. 5. sic igitur inconuenienter videntur esse tradita in lege præcepta iudicialia circa personas domesticas.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 18. Iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.

RESPON. Dicendum, quòd communio domesticarum personarum adinuicem, vtꝰ Philosoph. dicit in 1. Polit. est secundum quotidianos actus, qui ordinantur ad necessitatem vitę. Vita autem hominis conseruatur dupliciter. Vno modo, quantum ad individuum, prout scilicet homo idem numero viuit, & ad talem vitæ conseruationem opitulantur hominis exteriora bona, ex quibus homo habet victum & vestitum, & alia huiusmodi necessaria vitæ, in quibus administrandis indiget homo seruis. Alio modo conseruatur vita hominis secũdum speciem per generationem, ad quam indiget homo vxore, vt ex ea generet filium. Sic igitur in domestica cõmunione sunt tres combinationes. s. domini ad seruum, viri ad vxorem, patris ad filium. Et quantum ad omnia ista lex vetus conuenientia præcepta tradidit: nã quantũ ad seruos,

Ca. 1. a medio, tom. 5.

instituit

instituit vt modeste tractarentur, & quantum ad la-
bores, ne scilicet immoderatis laboribus affligerẽtur.
vnde Deu. 5. Dominus mãdauit, vt in die sabbathi re-
quiesceret seruus & ancilla tua sicut & tu. Iterum q̃-
rum ad pœnas infligendas? imposuit enim mutilato-
ribus seruorum, vt dimitterent eos liberos, sicut ha-
betur Exod. 21. & simile etiam statuit in ancilla, quã
in vxorem aliquis duxerit. Statuit autem specialiter
circa seruos qui erant ex populo, vt septimo anno li-
beri egrederentur cum omnibus quæ apportauerant,
etiam vestimentis, vt habetur Exod. 21. Mandatur
etiam insuper Deuter. 15. vt ei detur viaticum. Circa
vxores vero statuit in lege quantũ ad vxores ducẽdas,
vt. s. ducant vxores suæ tribꝰ, sicut habet Num. vlt. &
hoc ideo, ne sortes tribuũ cõfundantur. Et ꝙ aliquis
in vxorẽ ducat vxorem fratris defuncti sine liberis, vt
habet Deut. 25. & hoc ideo, vt ille q non potuit habe
re successores fm carnis originem, saltem habeat per
quandã adoptionem, & sic nõ totaliter memoria de-
functi delcatur. Prohibuit etiã quasdam personas, ne
in coniugiũ ducerentur. s. alienigenas propter pericu
lũ seductionis, & propinquas propter reuerentiã na-
turalem, quæ eis debetur. Statuit etiam qualiter vxo-
res iam ductæ tractari deberent, vt scilicet non leuiter
infamarẽtur. vnde mandatur puniri ille, qui falso ci-
men imponit vxori, vt habetur Deuter. 22. & quòd
etiam propter vxoris odiũ filius detrimentũ non pa-
teret, vt habetur Deut. 21. & etiam ꝙ propter odium
vxorem non affligeret, sed potius scripto libello eã di
mitteret, vt patet Deute. 24. Et vt etiã maior dilectio
inter coniuges a principio cõrrahatur, præcipitur ꝙ
cum aliquis nuper vxorem acceperit, nihil ei publicę
necessitatis iniungatur, vt libere possit letari cum vxo
re sua. Circa filios autem instituit, vt patres eis disci-
plinam adhiberent, instruendo eos in fide. vnde di-
citur Exod. 12. Cum dixerint vobis filij vestri, Quę
est ista religio? dicetis eis, Victima transitus Domini
est. & quòd etiam instruerent eos in moribus. vnde
dicitur Deut. 21. quòd patres dicere debent, Mon-
ta nostra audire contemnit, comessationibus vacat,
& luxuriæ atque conuiuijs.

I

Ad primvm ergo dicendum, quòd quia filij
Israel erant a Domino de seruitute liberati, & per hoc
diuinæ seruituti addicti, noluit Dominus vt im-
perpetuum serui essent. vnde dicitur Leuitic. 25. Si
paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus,
non eum opprimes seruitute famulorum, sed qua-
si mercenarius & colonus erit. mei enim sunt serui,
& ego eduxi eos de terra Ægypti, vt non veneant
conditione seruorum: & ideo quia simpliciter serui
non erant, sed secundum quid, finito tempore di-
mittebantur liberi.

Ad 2m dicendum, quòd mandatum illud intelli-
gitur de seruo, qui a Domino quæritur ad occidendũ,
vel ad aliquod peccati ministerium.

Ad 3m dicendum, quòd circa læsiones seruis illa-
tas lex considerasse videtur, vtrum sit certa, vel in-
certa. si enim læsio certa esset, lex pœnã adhibuit, pro
mutilatione quidẽ amissionem serui, qui mãdabatur
libertati donãdus: pro morte aũt homicidij pœnam,
cum seruus in manu Domini verberantis moreret. Si
vero læsio non esset certa, sed aliquã apparentiam ha-
beret, lex nullam pœnã infligebat in ꝓprio seruo, pu-
ta, cum percussus seruus nõ statim moriebat, sed post
aliquos dies. Incertũ enim erat, vtrum ex percussione
mortuus esset, qa si percussisset liberũ hominẽ, ita ta-

F men quòd statim non moreretur, sed super baculum
suum ambularet, nõ erat homicidij reus, q̃ percusserat, etiã si postea moreret: tenebatur tñ ad impensas
soluẽdas, quas percussus in medicos fecerat. Sed hoc
in seruo proprio locum non habebat, quia quicquid
seruus habebat, & etiam ipsa persona serui erat quę-
dam possessio dñi: & ideo pro causa assignatur, quare
non subiaceat pœnæ pecuniariæ, qa pecunia illius est.

In solu. 1. arg.

Ad 4m dicendum, quòd sicut dictum est*, nullus
Iudæus poterat possidere Iudæum quasi simpliciter
seruum, sed erat seruus secundum quid quasi merce-
narius vsque ad tempus: & per hunc modum permit
tebat lex, quòd paupertate cogente aliquis filium, vel
G filiam venderet. & hoc etiam verba ipsius legis osten
dunt. dicit enim, Si quis vendiderit filiam suam in fa
mulam, non egredietur sicut exire ancillæ consueue-
runt. Per hunc etiam modum non solum filium suũ,
sed etiã seipsum aliquis vendere poterat magis quasi
mercenarium, quàm quasi seruum, secundum illud
Leuitic. 25. Si paupertate compulsus vendiderit se
tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famu-
lorum, sed quasi mercenarius & colonus erit.

cap. vlt. ante medium tom. 5.

Ad 5m dicendum, quòd sicut Philosophus di-
cit in 10. Ethico.* principatus paternus habet solum
admonendi potestatem, non autem habet vim coa-
ctiuam, per quam rebelles & contumaces comprimi
possunt: & ideo in hoc casu lex mandabat, vt filius cõ
H tumax a principibus ciuitatis puniretur.

Ad 6m dicendum, quòd Dominus alienigenas
prohibuit in matrimonium duci propter periculum
seductionis, ne inducerentur in idolatriam. & specia-
liter hoc prohibuit de illis gentibus, quæ in vicino
habitabant, de quibus erat magis probabile quòd
suos ritus retinerent. Si qua vero idolatriæ cultum
dimittere vellet, & ad Legis cultum se transferre, po
terat in matrimonium duci, sicut patet de Ruth, quã
duxit Booz in vxorem. vnde ipsa dixerat socrui suæ:
Populus tuus populus meus, Deus tuus Deus meus,
vt habetur Ruth 1. & ideo captiua non aliter per-
mittebatur in vxorem duci, nisi prius rasa cæsarie,
& circunciſis vnguibus, & deposita veste in qua ca-
pta est, & fleret patrem & matrem, per quæ signifi-
catur idolatriæ perpetua abiectio.

Ad 7m dicendum, quòd sicut Chrysost. dicit su-
per Matth. quia immitigabile malum erat mors apud
Iudæos, qui omnia pro præsenti vita faciebant, statu-
tum fuit, vt defuncto filius nasceretur ex fratre, quod
erat quædam mortis mitigatio. Non autẽ alius quàm
frater, vel ꝓpinquus iubebatur accipere vxorẽ defun
cti: quia non ita crederet qui ex tali coniunctione
erat nasciturus, esse eius filius qui obijt: & iterum
extraneus non ita haberet necessitatem statuere do-
K mum eius qui obierat, sicut frater, cui etiam ex co-
gnatione hoc facere iustum erat. Ex quo patet, quòd
frater in accipiendo vxorem fratris sui, persona fra-
tris sui defuncti fungebatur.

Ad 8m dicendum, quòd lex permisit repudium
vxoris, non quia simpliciter iustum esset, sed pro-
pter duritiam Iudæorum, vt Dominus dicit Matthęi
19. sed de hoc oportet plenius tractari, cum de matri
monio agetur.

Ad 9m dicendum, quòd vxores fidem matrimo-
nij frangunt per adulterium, & de facili propter de-
lectationem, & latenter: quia oculus adulteri obser-
uat caliginem, vt dicitur Iob 24. Non autem est si-
milis ratio de filio ad patrem, vel de seruo ad domi-
num:

¶ *Super Quæstionem
ceniesimam sextam.*

In q. 106. duo oc-
currunt scribẽda. Primum est, vt in ar
tic. 2. memor sis, q̃ non est quęstio de le
ge noua quo ad suũ principale, id est, gra
tiam Spiritussancti, hæc enim ab initio
mundi data est: sed de lege noua secun-
dum se totã, vt clau
dit in se & gratiam
Spiritussancti, & do
ctrinam noui testa-
menti. hæc. n. abun-
dantiam gratiæ, &
perfectionem vitæ,
& sacramẽta gratiæ
continet. Secundum
est, vt non mireris si
audis nouã reperiri
gentem, quæ nihil
sciat de Christo. suf
ficit enim quòd an-
te mundi consuma-
tionem Euãgelium
susceptum in vniuer
so fuerit orbe secun
dum veritate. n. prę-
dicatum quippe di-
citur etiam tempore
Apostolorum in or-
be vniuerso secundũ
reputationem: sicut
& exiit edictũ a Cæ
sare Augusto, vt de-
scriberetur vniuer-
sus orbis. de orbe. n.
secundum nostrã no
titiã habitato hæc,
& similia intelligun
tur: quàmuis secun-
dum possibilem ve-
ritatem in aliis ter-
ræ quartis affirmari
possint antipodes.
Et nisi fallor, iã in-
uẽta dicitur quarta
Meridionalis habi-
tata, quoniam polus
antarticus eleuatur
eis.

A in 9. Eth. id autem quod est potissimum in lege noui testamenti, & in quo tota virtus eius consistit, est gra tia Spiritussancti, quæ datur per fidẽ Christi: & ideo principaliter lex noua est ipsa gratia Spiritussancti, quæ datur Christi fidelibus. & hoc manifeste apparet per Apostolum, qui ad Ro. 3. dicit. Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei: ipsam enim fidei gratiam le-gem appellat. & expressius ad Ro. 8. dicitur. Lex spiri tus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Vnde & *Augustin. dicit in lib. de spiritu & li- Cap. 17. & 26. tom. 3.
tera, quòd sicut lex factorum scripta fuit in tabulis la pideis, ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium. & alibi* dicit in eodem lib. Quæ sunt leges Dei ab ipso Eod. lib. ca. 21. in prin.
Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia Spiritus-sancti? Habet tamen lex noua quædam sicut dispositiua ad gratiam Spiritussancti, & ad vsum huius gratiæ pertinentia, quæ sunt quasi secundaria in lege no-ua, de quibus oportuit instrui fideles Christi & verbis, & scriptis, tam circa credenda, qnàm circa agenda. Et ideo dicendum est, quòd principaliter lex noua est lex indita, secundario autem est lex scripta.

B

Ad primvm ergo dicendum, quòd in scriptura Euangelij non continentur nisi ea, quæ pertinent ad gratiam Spiritussancti, vel sicut dispositiua, vel sicut ordinatiua ad vsum huius gratiæ: sicut dispositiua quidem quantum ad intellectum per fidem, per quã datur Spiritussancti gratia, continentur in Euangelio ea, quæ pertinent ad manifestandum diuinitatem, vel humanitatem Christi. Secundum affectum vero continentur in Euangelio ea, quæ pertinent ad contemptum mundi, per quam homo fit capax Spiritussancti gratia. Mundus enim, id est, amatores mundi, non potest capere Spiritumsanctum, vt habetur Ioan. 14. Vsus vero spiritualis gratiæ est in operibus virtutum, ad quæ multipliciter scriptura noui testamenti homines exhortatur.

C

Ad 2m dicendum, quòd dupliciter est aliquid in-ditum homini. Vno modo pertinens ad naturam humanam: & sic lex naturalis est lex indita homini. Alio modo est aliquid inditum homini, quasi superaddi-tum per gratiæ donum: & hoc modo lex noua est in-dita homini non solum indicans quid sit faciendum, sed etiam adiuuans ad implendum.

D

Ad 3m dicendum, quòd nullus vnquàm habuit gratiam Spiritussancti, nisi per fidem Christi explici-tam, vel implicitam. Per fidem autem Christi perti-net homo ad nouum testamentum: vnde quibuscun que fuit lex gratiæ indita, secundum hoc ad nouum testamentum pertinebant.

QVAESTIO CVI.

De lege Euãgelica, quæ dicitur lex no-ua, secundum se, in quatuor articulos diuisa.

Consequenter consi-derandũ est de lege Euan gelij, quæ dicit lex noua.

B

Et primo, de ipsa secundum se. Secundo, de ipsa per comparationem ad legem veterem. Tertio, de his, quę in lege noua continentur.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Qualis sit, Vtrum scilicet sit scripta, vel indita.

¶ Secũdo, De virtute eius, Vtrum iustificet.

¶ Tertio, De principio eius, Vtrũ debuerit dari a principio mũdi.

C

¶ Quarto, De termino eius, Vtrũ. s. sit duratura vsque ad finem, an debeat ei alia lex succedere.

Articvlvs primvs.

Vtrum lex noua sit lex scripta.

Ad primvm sic procedi-tur. Videtur quòd lex noua sit lex scripta. Lex enim noua est ip sum Euangelium: sed Euãgelium est descriptum, Ioan. 20 Hæc au-tem scripta sunt, vt credatis. ergo lex noua est lex scripta.

D

¶ 2 Præt. Lex indita est lex natu-ræ, secundum illud Roma. 2. Na-turaliter ea quę legis sunt faciunt, qui habẽt opus legis scriptum in cordibus suis. si igitur lex Euangelij esset lex indita, non differret a lege naturæ.

¶ 3 Præt. Lex Euangelij propria est eorum, qui sunt in statu noui testamenti: sed lex indita communis est & eis qui sunt in veteri testamento, & eis qui sunt in veteri testamento. dt. n. Sap. 7. ꝙ diuina sapientia per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, E
& prophetas constituit. ergo lex noua est lex indita.

Sed contra est, ꝙ lex noua est lex noui testa-menti: sed lex noui testamenti est indita in corde. Apo stolus enim ad Hebr. 8. dicit inducens authoritatem, quæ habetur Hierem. 31. Ecce dies venient, dicit Do minus, & consummabo super domum Israel, & su-per domum Iuda testamentum nouum. & exponens quod sit hoc testamentum, dicit. Quia hoc est testa-mentum quod disponam domui Israel: Dabo leges meas in mentes eorum, & in corda eorum superscri-bam eas. ergo lex noua est lex indita.

Respon. Dicendum, ꝙ vnaquæq; res illud vide-tur esse, qd in ea est potissimũ, vt *Philosophus dicit

lex

Universidad de Navarra
Biblioteca

lex noua præuaricationem addidit. maiori n. pœna est dignus, qui post legem nouã datam adhuc peccat, sm illud Hebr. 10. Irritã quis faciẽs legem Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit? &c. ergo lex noua non iustificat, sicut nec vetus.

¶ 3 Præt. Iustificare est proprius effectus Dei, secundum illud ad Rom. 8. Deus est qui iustificat: sed lex vetus fuit a Deo, sicut & lex noua. ergo lex noua non magis iustificat quam lex vetus.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Rom. 1. Non erubesco Euangelium. virtus enim Dei est in salutem omni credenti: non autem est salus nisi iustificatis. ergo lex euangelij iustificat.

arte. præced. ita corp. & 3d 1. arg.

RESPON. Dicendum, quòd sicut * dictum est, ad legem Euangelij duo pertinent. Vnum quidẽ principaliter, scilicet ipsa gratia Spiritussancti interius data: & quantum ad hoc, noua lex iustificat. Vnde * Augustin. dicit in lib. de spiritu & litera; Ibi; scilicet in veteri testamento, lex extrinsecus est posita, qua iniusti terrerentur; Hic, scilicet in nouo testamento intrinsecus data est, qua iustificarentur. Aliud ptinet ad legẽ Euangelij secundario, scilicet documenta fidei, & præcepta ordinãtia affectum humanũ, & humanos actus. Et quantum ad hoc, lex noua non iustificat. vnde Apostolus dicit 2. ad Cor. 3. Litera occidit, spiritus autem viuificat. & Aug. * exponit in lib. de spiritu & litera, quòd per literam intelligitur quælibet scriptura extra homines existens, etiam moralium præceptorũ, qualia continentur in Euangelio. vnde etiam litera Euangelij occideret, nisi adesset intrinsecus gratia fidei sanãs.

cap. 17. cit ea pri. to. 3.

cap. 14. & 27. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa obiectio procedit de legẽ noua non quantum ad id quod est principale in ipsa, sed quantum ad id quod est secundarium in ipsa; s. quantum ad documẽta & præcepta exterius homini proposita vel scripto, vel verbo.

AD 2^m dicendum, quòd gratia noui testamenti etsi adiuuet hominem ad nõ peccandum, non tamen ita * confirmat in bono, vt homo peccare non possit: hoc enim pertinet ad statũ gloriæ. Et ideo si quis post acceptam gratiam noui testamenti peccauerit, maiori pœna est dignus, tanquàm maioribus beneficijs ingratus, & auxilio sibi dato non vtens: nec tamen propter hoc dicitur, q̃ lex noua iram operatur, quia quãtum est de se, sufficiens auxilium dat ad nõ peccandũ.

D.819-

AD 3^m dicendum, quòd legem nouam & veterem vnus Deus dedit, sed aliter & aliter. Nam legem veterem dedit scriptam in tabulis lapideis: legem autem nonam dedit scriptam in tabulis cordis carnalibus, vt Apostolus dicit 2. ad Corinth. 3. Proinde sicut * Augustin. dicit in libro de spiritu & litera, literam istam extra hominem scriptam, & ministrationem mortis, & ministrationem damnationis Apostolus appellat. hanc autem, scilicet noui testamenti legem, ministrationem spiritus, & ministrationem iustitiæ dicit: quia per donum Spiritus operamur iustitiam, & a præuaricationis damnatione liberamur.

cap. 17. & 18. in princ. tom. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex noua debuerit dari a principio mundi.

Supra q. 91 art. 5. ad 2. & 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ lex noua debuerit dari a principio mundi. Non. n. est personarum acceptio apud Deum, vt dicitur ad Rom. 2. sed omnes homines peccauerunt, & egent gratia Dei, vt dr ad Ro. 3. ergo a principio mundi lex Euangelij dari debuit, vt omnibus per eã subueniret.

¶ 2 Præt. Sicut diuersis locis sunt diuersi homines, ita etiam in diuersis tẽporibus: sed Deus qui vult omnes homines saluos fieri, vt dr 1. ad Tim. 2. mandauit Euangeliũ prędicari in omnib* locis, vt patet Mat. vlt. & Marc. vlt. ergo omnibus tẽporibus debuit adesse lex Euangelij, ita quòd a principio mundi daretur.

¶ 3 Præt. Magis est necessaria homini salus spiritualis, quæ est æterna, quàm salus corporalis, quæ est temporalis: sed Deus ab initio mundi prouidit homini ea quæ sunt necessaria ad salutem corporalem, tradens eius potestati omnia quæ erant propter hominem creata, vt patet Genes. 1. ergo etiam lex noua, quæ maxime est necessaria ad salutem spiritualem, debuit hominibus a principio mundi dari.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Corin. 15. Non prius quod spirituale est, sed quod animale: sed lex noua est maxime spiritualis. ergo lex noua non debuit dari a principio mundi.

RESPON. Dicendum, quòd triplex ratio potest assignari, quare lex noua non debuit dari a principio mundi. Quarum prima est, quia lex noua, sicut * dictum est, principaliter est gratia Spiritussancti, quæ abundanter dari non debuit, antequàm impedimentũ peccati ab humano genere tolleretur consummata redemptione per Christum. vnde dicitur Io. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et hãc rationem manifestat assignat Apostolus ad Roman. 8. vbi postquàm præmiserat de lege Spiritus vitæ, subiungit: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Secunda ratio potest assignari ex perfectione legis nouæ. Non enim aliquid ad perfectum additur statim a principio, sed quodam temporali successionis ordine: sicut aliquis prius fit puer, & postmodum vir. Et hanc rationem assignat Apostolus ad Gala. 3. lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur: at vbi venit fides, iã non sumus sub pedagogo. Tertia ratio sumitur ex hoc, q̃ lex noua est lex gratiæ: & ideo primo oportuit quòd homo relinqueret sibi in statu veteris legis, vt in peccatum cadẽdo, suam infirmitatem cognoscens, recognosceret se gratia indigere. Et hãc rationẽ assignat Apostolus ad Ro. 5. dicẽs, Lex subintrauit, vt abundaret delictum: vbi aũt abundauit delictũ, superabundauit & gratia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd humanum genus propter peccatum primi parentis meruit priuari auxilio gratiæ: & ideo quibuscunque non datur, hoc est ex iustitia: quibuscunque autem datur, hoc est ex gratia, vt Augustinus dicit in libro, de perfectione iustitiæ. Vnde non est acceptio personarum apud Deum ex hoc, quòd non omnibus a principio mundi legem gratiæ proposuit, quæ erat debito ordine proponenda, vt * dictum est.

AD 2^m dicendum, quòd diuersitas locorum non variat diuersum statum humani generis, qui variatur per temporis successionem: & ideo omnibus locis proponitur lex noua, non autem omnibus temporibus, licet omni tempore fuerint aliqui ad nouum testamentum pertinentes, vt * supra dictum.

AD 3^m dicendum, quòd ea quæ pertinent ad salutem corporalem, deseruiunt homini quantum ad naturam, quæ non tollitur per peccatum: sed ea quæ pertinent ad spiritualem salutem, ordinantur ad gratiam,

gratiam, quæ amittitur per peccatum; & ideo non est similis ratio de vtrisque.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex noua sit duratura usque ad finem mundi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ lex noua non sit duratura vsque ad finem mundi. Quia ut Apostol. dicit 1. ad Cor. 13. Cum venerit qđ perfectum est, euacuabitur quod ex parte est: sed lex noua ex parte est. dicit. n. Apostolus ibidem: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. ergo lex noua euacuanda est, alio perfectiori statu succedente.

¶ 2 Præt. Dñs Io. 16. promisit discipulis suis in aduentu Spiritussancti paracliti cognitionẽ oĩs veritatis: sed nondũ Ecclesia oẽm veritatem cognoscit in statu noui testamenti. ergo expectandus est alius status, in quo per Spiritumsanctũ omnis veritas manifestetur.

¶ 3 Præt. Sicut pater est alius a filio, & filius a patre, ita Spiritussanctus a patre & filio: sed fuit quidã status conueniens personæ patris, s. status veteris legis, in quo homines generationi intendebãt. similiter & est alius status cõueniens personæ filij, s. status nouæ legis, in qno clerici intendentes sapientiæ, quæ appropriatur Filio, principantur. ergo erit status tertius Spiritussancti, in quo spirituales viri principabuntur.

¶ 4 Præt. Dñs dicit Mat. 24. Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio: sed Euangeliũ Christi iamdiu est prædicatũ in vniuerso orbe, nec tñ adhuc venit cõsummatio. ergo Euangeliũ Christi nõ est Euangelium regni, sed futurum est aliud Euangeliũ Spiritussancti, quasi alia lex.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matth. 24. Dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant: quod * Chrysost. exponit de generatione fidelium Christi. ergo status fidelium Christi manebit vsque ad consummationem sæculi.

RESPON. Dicendum, q̃ status mundi variari potest dupliciter. Vno modo, secundum diuersitatem legis: & sic huic statui nouæ legis nullus alius stat^9 succedet. Successit enim status nouæ legis statui veteris legis tãquàm perfectior imperfectiori: nullus autem status præsentis vitæ potest esse perfectior, quàm status nouæ legis. Nihil enim potest esse propinquius fini vltimo, quàm quod immediate in finem vltimum introducit: hoc autem facit noua lex. vnde Apost. dicit ad Hebr. 10. Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quã initiauit nobis viam nouã, accedamus ad eũ. Vnde non potest esse aliquis perfectior status præsentis vitæ, q̃ status nouæ legis: quia tanto est vnumquodque perfectius, quanto est vltimo fini propinquius. Alio modo status hominum variari potest, secundum quod homines diuersimode se habent ad eandem legem vel perfectius, vel minus perfecte: & sic status veteris legis frequenter fuit mutatus, cum quandoque leges optime custodirentur, quandoq; autem omnino prætermitterentur. Sic etiam & status nouæ legis diuersificatur secundum diuersa loca, & tempora, & personas, inquantum gratia Spiritussancti perfectius, vel minus perfecte ab aliquibus habetur. Nõ est tamen expectandũ, quòd sit aliquis status futurus, in quo perfectius gratia Spiritussancti habeatur, quàm hactenus habita fuerit, & maxime ab Apostolis qui primitias Spiritus acceperunt, ideſt, & tempore prius, & cæteris abundantius, vt Glo. dicit. Rom. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut * Dion. dicit in eccl. Hierar. triplex est hominum status. Primus quidem veteris legis. Secundus nouæ legis. Tertius status succedit non in hac vita, sed in futura, s. in patria. Sed sicut primus stat^9 est figuralis, & imperfectus respectu status Euãgelij: ita hic status est figuralis, & imperfectus respectu status patriæ, quo veniente, iste status euacuatur, sicut dr 1. ad Cor. 13. Videmus nũc p speculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem.

Cap. 5. eccle. Hierar. par. 1.

AD 2^m dicendum, q̃ sicut * Aug. dicit in lib. contra Faustum, Montanus & Priscilla posuerunt, quòd promissio Domini de Spiritussancto dando non fuit cõpleta in Apostolis, sed in eis. Et similiter Manichæi posuerunt, q̃ fuit completa in Manichęo, quem dicebant esse Spiritum paraclitum: & ideo vtriq; non recipiebant actus Apostolorum, in quibus manifeste ostenditur, q̃ illa promissio fuit in Apostolis completa, sicut Dominus iterato eis promisit, Act. 1. Baptizabimini in Spiritussancto non post multos hos dies: qđ impletum legitur Act. 2. Sed illæ varietates excludũtur per hoc, quod dicitur Io. 7. Nondum erat Spiritus datus: quia nõdum Iesus erat glorificatus. Ex quo datur intelligi, quòd statim glorificato Christo in resurrectione, & ascensione fuit Spiritussanctus datus. Et per hoc etiam excluditur quorumcunq; vanitas, qui dicerent esse expectandum aliud tempus, scilicet, Spiritussancti. Docuit autem Spiritussanctus Apostolos omnem veritatem de his, quæ pertinẽt ad necessitatem salutis, scilicet, de credendis, & de agendis, non tamen docuit eos de omnibus futuris euentibus: hoc enim ad eos non pertinebat, secundum illud Act. 1. Non est vestrũ nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in potestate sua.

Lib. 19. de hæresib* ad Quodvult-Deum. cap. 26. tom. 6. lib. 19. contra Faust. c. 31. Et devti lit. credendorum. c. 3.

AD 3^m dicendum, quòd lex vetus non solum fuit Patris, sed etiam Filij, quia Christus in veteri lege figurabatur. vnde Dominus dicit Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitã & mihi: de me enim ille scripsit. Similiter etiam lex noua non solum est Christi, sed etiam Spiritussancti, secundum illud, Ro. 8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu &c. vnde non est expectanda alia lex quæ sit Spiritus sancti.

AD 4^m dicendum, q̃ cum Christus statim in principio Euangelicæ prædicationis dixerit. Appropinquauit regnum cælorũ, stultissimũ est dicere, q̃ Euangelium Christi non sit Euangelium regni. Sed prædicatio Euãgelij Christi potest intelligi dupliciter. Vno modo, quantum ad diuulgationem notitię Christi: & sic prædicatum fuit Euangelium in vniuerso orbe, & tempore Apostolorum, vt Chrys. dicit. Et secundum hoc quod additur. Et tunc erit consummatio: intelligitur hoc de destructione Hierusalem, de qua tũc ad literam loquebatur. Alio modo potest intelligi prædicatio Euangelij in vniuerso orbe cum pleno effectu, ita. s. quòd in qualibet gente fundetur ecclesia, & ita, sicut dicit * Aug. in epistola ad Eusich. nondũ est prædicatum Euangelium in vniuerso orbe, sed hoc facto veniet consummatio mundi.

Est epis. 78 parum ante med. & epist. 80. a med. tom. 2

¶ *Super Quæstionem centesimam septimam & octauam sextam.*

QVAESTIO CVII.

De comparatione legis nouæ ad veterem, in quatuor articulos diuisa.

IN qõ. 107. & 108. nihil scitũ dũ occurrit, nisi ut mãdem eas memoriæ, vt iuel legas Euangelii legẽ, & reddere scias nõne Christianę legis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum lex noua sit alia lex a lege veteri.
¶ Secundo, Vtrum lex noua impleat veterem.
¶ Tertio, Vtrum lex noua contineatur in veteri.
¶ Quarto, Quæ sit grauior, vtrũ lex noua, vel vetus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex noua sit alia a lege ueteri.

Supra q. 91 ar. 5. & Galat. 1. lect. 2

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd lex noua non sit alia a lege veteri. Vtraq; enim lex datur fidem Dei habentibus: quia sine fide est impossibile placere Deo, vt dicitur Hebr. 11. sed eadem fides est antiquorum, & modernorum, vt dicitur in glo. Matth. 21. ergo etiam est eadem lex.

Cap. 17. inter princip. ca. & med. tom. 6.

¶ 2 Præt. *Aug. dicit in lib. contra Adamantium Manichæi discipulum, q breuis differentia legis & Euangelij est Timor & Amor: sed secũdum hæc duo noua lex & vetus diuersificari nõ possunt, quia etiam in veteri lege proponuntur præcepta charitatis, Leui. 19. Diliges proximum tuum. & Deut. 6. Diliges Dominũ Deum tuum. Similiter etiam diuersificari nõ possunt

Lib. 4. cap. 2. tom. 6.

per aliam differentiam, quam* Augu. assignat contra Faustum, q vetus testamentum habuit promissa temporalia, nouum testamẽrum habet promissa spiritualia & æterna: quia etiam in nouo testamento promittuntur aliqua promissa temporalia, secundum illud Marc. 10. Accipiet centies tantum in tempore hoc, domos, & fratres &c. Et in veteri testamento sperabãtur promissa spiritualia & æterna, secundum illud ad Heb. 11. Nunc autem meliorem patriam appetũt, idest, cælestem: quod dicitur de antiquis patribus. er go videtur quòd noua lex non sit alia a veteri.

¶ 3 Præt. Apostolus videtur distinguere vtranque legem ad Ro. 3. veterem legem appellans legem factorum, legem vero nouam appellãs legem fidei: sed lex vetus fuit etiam fidei, secundum illud Heb. 11. Omnes testimonio fidei probati sunt, quod dicit de Patribus veteris testamenti. Similiter etiam lex noua est lex factorum. dicitur. n. Matth. 5. Benefacite his qui oderunt vos. & Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. ergo lex noua non est alia a lege veteri.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Heb. 7. Translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat: sed aliud est sacerdotiũ noui & veteris testamenti, vt ibidem Apostolus probat. ergo est etiã alia lex.

q. 90. art. 2.

RESPON. Dicendum, q sicut* supra dictũ est, omnis lex ordinat conuersationem humanam in ordine ad aliquem finem. Ea aũt quæ ordinãtur ad finem secũdũ rationem finis, dupliciter diuersificari pñt. Vno modo, quia ordinantur ad diuersos fines: & hæc est diuersitas speciei, maxime si sit finis proximus. Alio modo, secundum propinquitatem ad finem, vel distantiam ab ipso, sicut patet q motus differunt specie secundum quod ordinantur ad diuersos terminos: secundũ vero quod vna pars motus est propinquior termino q̃ alia, attenditur differentia in motu secundum perfectum & imperfectum. Sic ergo duæ leges distingui pñt dupliciter. Vno modo, quasi omnino diuersæ, vtpote ordinatæ ad diuersos fines: sicut lex ciuitatis, quæ esset ordinata ad hoc, q populus dominaretur, esset specie differens ab illa lege, quæ esset ad hoc ordinata, q optimates ciuitatis dominarentur. Alio modo, duæ leges distingui pñt, secundũ qd vna propinquius ordinat ad finẽ, alia vero remotius, puta, in vna & eadem ciuitate dicitur alia lex, quę imponitur viris pfectis, qui statim pñt exequi ea quæ pertinent ad bonũ cõe: & alia lex datur de disciplina puerorum, qui sunt instruendi qualiter postmodũ opera virorũ exequantur. Dicendũ est ergo, q secundũ primum modum lex noua non est alia a lege veteri: quia vtriusq; est vnus finis. s. vt homines subdantur Deo. Est aũt vnus Deus & noui & veteris testamenti, secundum illud Ro. 3. Vnus Deus est qui iustificat circumcisionem ex fide, & pręputium per fidem. Alio modo lex noua est alia a veteri: quia lex vetus est quasi pædagogus puerorũ, vt Apostol. dicit ad Gal. 3. lex aũt noua est lex perfectionis, quia est lex charitatis, de qua Aposto. dicit ad Col. 3. qd est vinculum perfectionis.

G

AD PRIMVM ergo dicendum, q vnitas fidei vtriusque testamenti attestatur vnitati finis. Dictum est. n. *supra, quòd obiectum theologicarum virtutum, inter quas est fides, est finis vltimus: sed tamen fides habet alium statũ in veteri, & in noua lege: nam quod illi credebant futurum, nos credimus factum.

q. 62. art. 2. & 3.

AD 2^um dicendum, q omnes differentiæ quæ assignantur inter nouam legem & veterem, accipiuntur secundum perfectum & imperfectum. Præcepta. n. legis cuiuslibet dantur de actibus virtutum: ad operanda autem virtutũ opera aliter inclinantur imperfecti, qui nondum habent virtutis habitum, & aliter

H

illi qui sunt per habitum virtutis perfecti. Illi autem qui nondum habẽt habitum virtutis, inclinantur ad agẽdum virtutis opera ex aliqua causa extrinseca, puta, ex comminatione pœnarum, vel ex promissione aliquarum extrinsecarum remunerationũ, puta, honoris, vel diuitiarũ, uel alicuius huiusmodi: & ideo lex uetus quę dabatur imperfectis, idest, nondum consecutis gratiam spiritualem, dicebatur lex timoris, inquantum inducebat ad obseruantiam præceptorum per comminationem quarundam pœnarũ, & dicitur habere temporalia quædam promissa. Illi autem qui habent uirtutem, inclinantur ad uirtutis opera agenda propter amorem uirtutis, non pp aliquam pœnã,

I

aut remunerationem extrinsecam. & ideo lex noua, cuius principalitas cõsistit in ipsa spirituali gratia indita cordibus, dicitur lex amoris: & dicitur habere promissa spiritualia & æterna, quæ sunt obiecta uirtutis, præcipue charitatis, & ita per se in ea inclinantur nõ quasi in extranea, sed quasi in propria. Et propter hoc etiam lex uetus dicitur cohibere manũ, non animum: quia qui timore pœnæ ab aliquo peccato abstinet, non simpliciter eius uoluntas a peccato recedit, sicut recedit uolũtas eius, qui amore iustitię abstinet a peccato: & pp hoc lex noua, quæ est lex amoris, dicitur animum cohibere. Fuerunt tamen aliqui in statu ueteris testamenti habentes charitatem, & gra-

K

tiã Spiritus sancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales & æternas, & secundũ hoc pertinebant ad legem nouam. Similiter etiã in nouo testamento sunt aliqui carnales nondum pertingentes ad perfectionem nouæ legis, quos oportuit etiam in nouo testamento induci ad uirtutis opera per timorem pœnarum, & per aliqua temporalia promissa. Lex autem uetus etsi præcepta charitatis daret, non tamẽ per eam dabatur Spiritus sanctus, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, ut dicitur Ro. 5.

q. præced. ar. 1. & 2.

AD 3^um dicendum, q sicut* supra dictum est, Lex noua dicitur lex fidei, inquantũ eius principalitas consistit in ipsa gratia, quę interius datur credentibus, unde dicitur gratia fidei. Habet aũt secundario aliqua sa-

cta & moralia, & sacramentalia: sed in his non consistit principalitas legis nouæ, sicut principalitas veteris legis in eis consistebat. Illi autem qui in veteri testamento Deo fuerunt accepti per fidem, secundum hoc ad nouum testamentum pertinebant: non enim iustificabantur nisi per fidem Christi, qui est actor noui testamenti. vnde & de Moyse dicit Apostolus ad Hebr. 11. quòd maiores diuitias æstimabat thesauro Aegyptiorum, improperium Christi.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex noua legem ueterem impleat.

q. 104. ar. 2. 2. dist. 9. q. 1. ad 4. dist. 44. q. 1. ar. 2. ad 1. Rom. Et Gala. 2. lec.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q lex noua legẽ veterẽ non impleat. Impletio. n. contrariatur euacuationi: sed lex noua euacuat, vel excludit obseruantias legis veteris. Dicit. n. Apostolus ad Gal. 5. Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit. ergo lex noua non est impletiua veteris legis.

B

¶ 2 Præt. Contrariũ non est impletiuum sui contrarij: sed Dñs in lege noua proposuit quædam præcepta cõtraria præceptis veteris legis. dicitur. n. Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis. Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij: ego autem dico vobis. Quicũq; dimiserit vxorem suam, facit eam mœchari. & idem cõsequenter patet in prohibitione iuramenti, & etiã in prohibitione talionis, & in odio inimicorum. Similiter etiam videtur Dominus exclusisse præcepta veteris legis de discretione ciborum, Matth. 15. dicens. Non quod intrat in os, coinquinat hominem. ergo lex noua non est impletiua veteris.

C

¶ 3 Præt. Quicunque contra legem agit, non implet legem: sed Christus in aliquibus contra legem fecit, tetigit enim leprosum, vt dicitur Matth. 8. quod erat cõtra legem. Similiter etiam videtur sabbathum pluries violasse, vnde de eo dicebant Iudæi Io. 9. Non est hic homo a Deo, qui sabbathũ nõ custodit. ergo Christus non impleuit legem, & ita lex noua data a Christo non est veteris impletiua.

¶ 4 Præt. In veteri lege continebantur præcepta moralia, cæremonialia, & iudicialia, vt* supra dictum est: sed Dominus Matth. 5. vbi quantum ad aliqua legem impleuit, nullam mentionem videtur facere de iudicialibus, & cæremonialibus. ergo videtur quòd lex noua non sit totaliter veteris impletiua.

D

SED CONTRA est, qd Dñs dicit Mat. 5. Nõ veni soluere legem, sed adimplere. & postea subdit: Iota vnũ, aut vnus apex non præteribit a lege, donec oĩa fiant.

RESPON. Dicendum, q sicut* dictum est, lex noua comparatur ad veterem, sicut perfectum ad imperfectum. Omne autem perfectum adimplet id, quod imperfecto deest, & secundũ hoc lex noua adimplet veterem legem, inquantũ supplet illud, quod veteri legi deerat. In veteri autem lege duo pñt considerari. s. finis, & præcepta contenta in lege. Finis vero cuiuslibet legis est, vt homines efficiantur iusti & virtuosi, vt* supra dictum est: vnde & finis veteris legis erat iustificatio hominum, quam quidem lex efficere nõ poterat, sed figurabat quibusdã cæremonialibus factis, & promittebat verbis: & quantum ad hoc lex noua implet veterem legem iustificando per virtutem passionis Christi. & hoc est qd Apostolus dicit ad Ro. 8. Qd impossibile erat legi, Deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati, damnauit pctm in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et quantum ad hoc, lex noua exhibet, qd lex vetus promitte-

E

A bat, fm illud 2. ad Cor. 1. Quotquot promissiones Dei sunt, in illo est, idest, in Christo. Et iterum quãtum ad hoc, cõplet ẽt qd vetus lex figurabat. vnde ad Col. 2. dicitur de cæremonialibus, q erãt vmbra futurorum: corpus autem Christi, idest, veritas, pertinet ad Christum: vnde lex noua dicitur lex veritatis, lex autem vetus vmbræ, vel figuræ. Præcepta vero veteris legis adimpleuit Christ⁹ & opere, & doctrina: opere quidem, quia circumcidi voluit, & alia legalia obseruare, quæ erant tempore illo obseruanda, secundum illud Gal. 4. Factum sub lege. Sua autem doctrina adimpleuit præcepta legis tripliciter. Primo quidem, verũ intellectum legis exprimendo, sicut patet in homicidio & adulterio, in quorum prohibitione Scribæ & Pharisæi non intelligebant nisi exteriorem actũ prohibitum: vnde Dñs legem adimpleuit, ostendendo ẽt interiores actus peccatorum cadere sub prohibitione. Secundo, adimpleuit Dñs præcepta legis, ordinando quo tutius obseruaretur qd lex vetus statuerat, sicut lex vetus statuerat, vt homo nõ periuraret: & hoc rutius obseruatur, si omnino a iuramento abstineat, nisi in causa necessitatis. Tertio, adimpleuit Domin⁹ præcepta legis, superaddendo quædam perfectionis consilia, vt patet Matth. 19. vbi dicenti se obseruasse præcepta veteris legis, dicit: Vnum tibi deest. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes &c.

B

C

AD PRIMVM ergo dicendũ, q lex noua non euacuat obseruantiã veteris legis, nisi quantũ ad cæremonialia, vt* supra dictum est: hæc aũt erant in figurã futuri. Vnde ex hoc ipso q cæremonialia præcepta sunt impleta perfectis his quæ figurabantur, non sunt vlterius obseruãda: quia si obseruarentur, adhuc significaretur aliquid vt futurum, & non impletum: sicut ẽt promissio futuri doni locũ iam non habet promissione iam impleta per doni exhibitionem, & per hũc modum cæremoniæ legis tolluntur, cum implentur. q. 103. ar. 3 & 4.

AD 2^um dicendum, q sicut* Aug. dicit contra Faustum, Præcepta illa Dñi non sunt contraria præceptis veteris legis. Quod. n. Dñs præcepit de vxore dimittenda, nõ est contrariũ ei quod lex præcepit. neq;. n. ait lex: Qui voluerit, dimittat vxorem, cui esset cõtrarium nõ dimittere: sed vtiq; nolebat dimitti vxorem a viro, qui hanc interposuit moram, vt in dissidiũ animus præceps libelli cõscriptione refractus absisteret. vnde Dñs ad hoc confirmandum, vt non facile vxor dimittatur, solam cãm fornicationis excepit. Et idem etiam dicendum est in prohibitione iuramenti, sicut* dictũ est: & idem ẽt patet in prohibitione talionis. Taxauit. n modum vindictæ lex, vt nõ procederetur ad immoderatam vindictam, a qua Dñs perfectius remouit eum, quem monuit omnino a uindicta abstinere. Circa odium uero inimicorum remouit falsum Pharisæorum intellectum, nos monens, ut persona odio non haberetur, sed culpa. Circa discretionem uero ciborum, quæ cæremonialis erat, Dñs non mandauit ut tunc non obseruarentur: sed ostendit q nulli cibi secundum suam naturam erant immundi, sed solum secundum figuram, ut* supra dictum est. Lib. 19. cap. 16. 18. & 26. tom. 6. In fine cor. artic. q. 102. ar. 6 ad 1.

AD 3^um dicendum, q tactus leprosi erat prohibitus in ueteri lege, quia ex hoc incurrebat homo quandam irregularitatis immunditiã, sicut & ex tactu mortui, ut* supra dictum est: sed Dñs qui erat mundator leprosi, immunditiam incurrere non poterat. Per ea autem quæ fecit in sabbatho, sabbathũ non soluit secundum rei ueritatem, sicut ipse Matth. in Euangelio ostẽdit, tũ quia operabatur miracula uirtute diuina, q. 102. ar. 5

Universidad de Navarra Biblioteca

quæ semper operatur in rebus, tũ quia salutis humanę opera faciebat, cum Pharisæi etiam saluti animaliũ in die sabbathi prouiderent: tum etiam quia ratione necessitatis discipulos excusauit ſ sabbatho spicas colligentes. Sed videbatur soluere secundum superstitiosum intellectum Pharisæorum, qui credebant etiã a salubribus operibus esse in die sabbathi abstinẽdũ, quod erat contra intentionem legis.

Ad 1. argũ. & in corp. art.

Ad 4ᵐ dicendum, quòd cæremonialia præcepta legis non commemorantur Matt. 5. quia eorum obseruantia totaliter excluditur per impletionem, vt* dictum est. De iudicialibus vero præceptis commemorauit præceptũ talionis, vt quod de hoc diceretur, de oĩbus alijs esset intelligendum: in quo quidem præcepto docuit legis intentionem nõ esse ad hoc, quòd pœna talionis quæreretur propter liuorem vindictæ, quem ipse excludit monens, ꝙ homo debet esse paratus etiã maiores iniurias sufferre, sed solum propter amorem iustitiæ, quod adhuc in noua lege remanet.

Articvlvs III.

Vtrum lex noua in lege veteri contineatur.

Gal. 1. le. 2.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd lex noua in lege veteri nõ contineatur. Lex. n. noua præcipue in fide consistit, vnde dicitur lex fidei, vt patet Rom. 4. sed multa credenda traduntur in noua lege, quæ in veteri lege non continentur, ergo lex noua non continetur in veteri.

Chryſ. Homil. 10. in Mat. in impſecto opere declinando ad fin. tomo 2.

¶ 2 Præt. Quædam* gloſ. dicit Matth. 5. ſuper illud, Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, quòd mandata legis ſunt minora, in Euangelio vero ſunt mandata maiora: maius autem non poteſt contineri in minori. ergo lex noua non continetur in veteri.

¶ 3 Præt. Quod continetur in altero, ſimul habetur habito illo. ſi igitur lex noua contineret in veteri, ſequeretur quòd habita veteri lege, habeatur & noua. ſuperfluum igitur fuit habita veteri lege iterum dari nouam. non ergo noua lex continetur in veteri.

Homi. 6. in Ezech. parũ a medio.

Sed contra eſt, qđ dr Ezech. 1. Rota erat in rota, ideſt, nouũ teſtamentũ in veteri, vt Greg. exponit.*

Ar. 1. 1 cor. & ad 2.

Respon. Dicendum, ꝙ aliquid continetur in alio dupliciter. Vno modo in actu, ſicut locatum in loco: alio modo virtute, ſicut effectus in cauſa, vel complementũ in completo: ſicut genus continet ſpecies poteſtate, & ſicut tota arbor cõtinetur in ſemine, & per hunc modum noua lex continetur in veteri. Dictum eſt enim,* quòd noua lex comparatur ad veterem, ſicut perfectum ad imperfectum. Vnde Chryſoſto. exponens illud quod habetur Marci 4. Vltro terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica, ſic dicit. Primo herbam fructificat in lege naturę, poſtmodum ſpicas in lege Moyſi, poſtea plenum frumentum in Euangelio. Sic igitur eſt lex noua in veteri, ſicut fructus in ſpica.

Ad primvm ergo dicendum, quòd omnia quæ credenda traduntur in nouo teſtamento explicite & aperte, traduntur credenda in veteri teſtamento, ſed implicite ſub figura: & ſecundum hoc etiam quantum ad credenda, lex noua continetur in veteri.

Li. 19. c. 18 in princ. & c. 23. ſimul com. 6.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ præcepta nouę legis dicuntur eſſe maiora, q̃ præcepta veteris legis, quantum ad explicitam manifeſtationem: ſed quantũ ad ipſam ſubſtantiam præceptorum noui teſtamenti, omnia continentur in veteri teſtamento, vnde Aug. dicit contra Fauſtum,* ꝙ pene omnia quæ monuit, vel præcepit Dominus, vbi adiungebat, Ego autem dico vobis, inueniuntur etiam in illis veteribus libris: ſed quia nõ intelligebant homicidium, niſi peremptionem corporis humani, aperuit Dominus omnem iniquũ motum ad nocendũ fratri, in homicidij genere deputari, & quantum ad huiuſmodi manifeſtationes præcepta nouæ legis dicuntur maiora præceptis veteris legis. Nihil tamen prohibet maius in minori virtute contineri, ſicut arbor continetur in ſemine.

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ illud quod implicite datum eſt, oportet explicari: & ideo poſt veterem legem latam, oportuit etiam nouam legem dari.

Articvlvs IIII.

Vtrum lex noua ſit grauior quàm uetus.

3. di. 40 ar. 4. qũ. 3. ad quol. 4. ar. 13. cor. Et Matth. 11. *Hom. 19. in Matth. & in opere impſecto declinãdo ad fin. tomo 2.

Ad quartvm sic proceditur. Videtur quòd lex noua ſit grauior, quàm lex vetus. Matthæi enim 5. ſuper illud, Qui ſoluerit vnum de mandatis his minimis, dicit Chryſoſtomus* Mãdata Moyſi in actu facilia ſunt, vt, Non occides, Non adulterabis: mandata Chriſti autem. ſ. Non iraſcaris, Non concupiſcas, in actu difficilia ſunt: ergo lex noua eſt grauior quàm vetus.

¶ 2 Præt. Facilius eſt terrena proſperitate vti, quàm tribulationes perpeti: ſed in veteri teſtamento obſeruationẽ veteris legis conſequebatur proſperitas temporalis, vt patet Deuter. 28. Obſeruatores autem nouæ legis conſequitur multiplex aduerſitas, prout dicitur 2. ad Corinth. 6. Exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in angustijs &c. ergo lex noua eſt grauior quàm lex vetus.

¶ 3 Præt. Qđ ſe habet ex additione ad alterũ, videtur eſſe difficilius: ſed lex noua ſe habet ex additione ad veterem. nã lex vetus prohibuit periurium, lex noua etiam iuramentum: lex vetus prohibuit diſſidiũ vxoris ſine libello repudij, lex autem noua omnino diſſidium prohibuit, vt patet Matth. 5. ſecundum expoſitionem Aug. ergo lex noua eſt grauior, quàm vetus.

Canone 41. in Matthæum procul a fine illius.

Sed contra eſt, qđ dicitur Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: qđ exponẽs Hilarius* dicit. Legis difficultatibus laborãtes, & peccatis ſeculi oneratos ad ſe aduocat. & poſtmodum de iugo Euangelij ſubdit. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. ergo lex noua eſt leuior q̃ vetus.

Dict. 10.

Respon. Dicendum, ꝙ circa opera virtutis, de quibus præcepta legis dantur, duplex difficultas attendi poteſt. Vna quidem ex parte exteriorum operũ, quæ ex ſeipſis quandam difficultatem habent & grauitatem: & quantum ad hoc lex vetus eſt multo grauior quàm noua, quia ad plures actus exteriores obligabat lex vetus in multiplicibus cæremonijs, quàm lex noua, quæ præter præceptũ legis naturę pauciſſima ſuperaddidit in doctrina Chriſti & Apoſtolorum: licet aliqua ſint poſtmodum ſuperaddita ex inſtitutione ſanctorum Patrum, in quibus etiam Auguſtinus* dicit eſſe moderationem attendendam, ne conuerſatio fidelium oneroſa reddatur. Dicit enim ad inquiſitiones Ianuarij de quibuſdam, ꝙ ipſam religionem noſtram, quam in manifeſtiſſimis, & pauciſſimis celebrationum ſacramentis Dei voluit miſericordia eſſe liberam, ſeruilibus premunt oneribus, adeo vt tolerabilior ſit conditio Iudæorũ, qui legalibus ſacramentis, nõ humanis præſumptionibus ſubijciuntur. Alia autem difficultas eſt circa opera virtutum in interioribus

Auguſt. epiſt. 119. cap. 19 circa fin. tomo 2.

ribus actibus, puta, quòd aliquis opus virtutis exerceat prompte & delectabiliter, & circa hoc difficile eſt virtus: hoc enim non habenti virtutem eſt valde difficile, ſed per virtutem redditur facile. Et quãtum ad hoc, præcepta nouæ legis ſunt grauiora præceptis veteris legis: quia in noua lege prohibentur interiores motus animi, qui expreſſe in veteri lege non prohibebãtur in omnibus, & ſi in aliquibus prohiberentur, in quibus tamen prohibendis pœna non apponebatur. hoc autem eſt difficillimum non habenti virtutem, ſicut etiam Philoſophus dicit in 5. Ethic.* quòd operari ea quæ iuſtus operatur, facile eſt: ſed operari ea eo modo quo iuſtus operatur, ſcilicet delectabiliter & prompte, eſt difficile non habenti iuſtitiam. Et ſic etiam dicitur 1. Ioan. 5. quòd mandata eius grauia non ſunt: quod exponens Aug. dicit,* quòd non ſunt grauia amanti, ſed non amanti ſunt grauia.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ authoritas illa loquitur expreſſe de difficultate nouę legis, quantum ad expreſſam cohibitionem interiorem motuum.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd aduerſitates quas patiũtur obſeruatores nouæ legis, non ſunt ab ipſa lege impoſitæ, ſed tamen propter amorem, in quo ipſa lex conſiſtit, faciliter tolerantur: quia ſicut Aug. dicit in lib. de verbis Domini,* omnia ſæua & immania, & facilia, & prope nulla efficit amor.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd illæ additiones ad præcepta veteris legis, ad hoc ordinantur, vt facilius impleatur, quod vetus lex mandabat, ſicut Aug. dicit:† & ideo per hoc non oſtenditur, quòd noua lex ſit grauior, ſed magis quòd ſit facilior.

QVAESTIO CVIII.

De his quæ continentur in lege noua, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de his quæ continentur in lege noua.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum lex noua debeat aliqua opera exteriora præcipere, vel prohibere.

¶ Secundo, Vtrum ſufficienter ſe habeat in exterioribus actibus præcipiendis, vel prohibendis.

¶ Tertio, Vtrum conuenienter inſtituat homines quantum ad actus interiores.

¶ Quarto, Vtrũ cõueniẽter ſuperaddat cõſilia p̃ceptis.

Articvlvs primvs.

Vtrum lex noua aliquos exteriores actus debeat præcipere, uel prohibere.

Ad primvm sic proceditur. Videtur ꝙ lex noua nullos exteriores actus debeat præcipere, vel prohibere. Lex. n. noua eſt Euangeliũ regni, ſm illud Matt. 24. Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe: ſed regnum Dei non conſiſtit in exterioribus actibus, ſed ſolum in interioribus, ſm illud Luc. 17. Regnum Dei intra vos eſt. & Ro. 14. Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. ergo lex noua non debet præcipere, vel prohibere aliquos exteriores actus.

¶ 2 Præt. Lex noua eſt lex Spiritus, vt dicitur Rom. 8. ſed vbi Spiritus Domini, ibi libertas, vt dicitur. 2. ad Corinth. 3. Non eſt autem libertas, vbi homo obligatur ad aliqua opera exteriora facienda, vel vitanda. ergo lex noua non continet aliqua præcepta, vel prohibitiones exteriorum actuum.

¶ 3 Præt. Omnes exteriores actus pertinere intelliguntur ad manum, ſicut interiores actus pertinent ad animum: ſed hæc ponitur differentia inter nouam legem & veterem, quòd vetus lex cohibet manum, ſed lex noua cohibet animum. ergo in lege noua non debent poni prohibitiones, & præcepta exteriorum actuum, ſed ſolum interiorum.

Sed contra eſt, quòd per legem nouam efficiuntur homines filij lucis. vnde dicitur Ioan. 12. Credite in lucem, vt filij lucis ſitis: ſed filios lucis decet opera lucis facere, & opera tenebrarum abijcere, ſecundum illud Epheſ. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. ergo lex noua quędam exteriora opera debuit prohibere, & quædam præcipere.

q. 106 ar. 1. & 2.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt,* Principalitas legis nouæ, eſt gratia Spiritus ſancti, quæ manifeſtatur in fide per dilectionem operante. hanc aũt gratiam conſequuntur homines per Dei filium hominem factũ, cuius humanitatẽ primo repleuit gratia, & exinde eſt ad nos deriuata. vnde dicitur Io. 1. Verbum caro factum eſt. & poſtea ſubditur: Plenum gratiæ & veritatis. & infra: De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. vnde ſubditur quòd, Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et ideo cõuenit, vt per aliqua exteriora ſenſibilia gratia a Verbo incarnato profluẽs, in nos deducatur: & ex gratia interiori, per quam caro ſpiritui ſubditur, exteriora quædam opera ſenſibilia producantur. Sic igitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere poſſunt. Vno modo ſicut inducentia aliqualiter ad gratiam: & talia ſunt opera ſacramentorum, quæ in nona lege ſunt inſtituta, ſicut baptiſmus, Euchariſtia, & alia huiuſmodi. Alia vero ſunt opera exteriora, quæ ex inſtinctu gratiæ producuntur: & in his eſt quædam differentia attendenda. Quædam. n. habent neceſſariam conuenientiam, vel cõtrarietatem ad interiorem gratiã, quæ in fide per dilectionem operante conſiſtit: & hmõi exteriora opera ſunt præcepta, vel prohibita in lege noua, ſicut præcepta eſt confeſſio fidei, & prohibita negatio. dicitur enim Matth. 10. Qui confitebitur me coram hominibus, cõfitebor & ego eum coram Patre meo: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo. Alia vero ſunt opera, quę non habent neceſſariã contrarietatem, vel conuenientiam ad fidem per dilectionem operantem: & talia opera non ſunt in noua lege præcepta, vel prohibita ex ipſa prima legis inſtitutione, ſed relicta ſunt a legiſlatore, ſcilicet Chriſto, vnicuique ſecundum quod aliquis alicuius curã gerere debet: & ſic vnicuique liberum eſt circa talia determinare quid ſibi expediat facere, vel vitare: & cuicunque præſidenti circa talia ordinare ſuis ſubditis, quid ſit in talibus faciendum, vel vitandum. Vnde ẽt quantum ad hoc, dicitur lex Euangelij, lex libertatis: nam lex vetus multa determinabat, & pauca relinquebat hominum libertati determinanda.

Ad primvm ergo dicendum, quòd regnum Dei in interioribus actibus conſiſtit principaliter, ſed ex conſequenti etiam ad regnum Dei pertinent omnia illa, ſine quibus interiores actus eſſe non poſſunt. Sicut ſi regnum Dei eſt interior iuſtitia, & pax, & gaudium ſpirituale, neceſſe eſt quòd omnes exteriores actus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

actus, qui repugnant iustitiæ, aut paci, aut gaudio spiritus-
ritali, repugnent ẽt regno Dei: & ideo sunt in Euan-
gelio regni prohibendi. illa vero quæ indifferenter se
habent respectu horum, puta, comedere hos, vel illos cibos, in his non est regnum Dei. vnde Apostolus præmittit: Non est regnum Dei esca & potus.

Cap. 2. post medium, to. 3. Ad 2^m dicendum, q̃ fm Philosophum in 1. Meta.* liber est, qui sui causa est. ille ergo libere aliquid agit, qui ex seipso agit: quod autem homo agit ex habitu suæ naturæ conuenienti, ex seipso agit, quia habitus inclinat in modum naturę. Si vero habitus esset naturæ repugnans, homo non ageret secundum qd est ipse, sed secundum aliquam corruptionem sibi superueniẽtẽ. Quia igitur gratia Spiritus sancti est sicut interior habitus nobis infusus inclinãs nos ad recte operandum, facit nos libere operari ea quæ conueniunt gratiæ, & vitare ea quæ gratiæ repugnant. Sic igitur lex noua dicitur lex libertatis dupliciter. Vno modo, quia non arctat nos ad facienda, vel vitanda aliqua, nisi quæ de se sunt vel necessaria, vel repugnantia saluti, quæ cadunt sub præcepto, vel prohibitione legis. Secundo, quia huiusmodi præcepta, vel prohibitiones facit nos libere implere, inquantũ ex interiori instinctu gratiæ ea implemus, & propter hæc duo lex noua dicitur lex perfectæ libertatis, Iacob. 1.

Ad 3^m dicendum, quòd lex noua prohibendo animum ab inordinatis motibus, oportet etiam quòd cohibeat manum ab inordinatis actibus, qui sunt effectus interiorum motuum.

Articvlvs II.

Vtrũ lex noua sufficienter exteriores actus ordinauerit.

Infra art. 4. Et quodli. 4. art. 15. cor. Ad secvndvm sic proceditur. Videtur q̃ lex noua insufficiẽter exteriores actus ordinauerit. Ad legem. n. nouam præcipue pertinere videtur fides per dilectionem operãs, secundum illud ad Gal. 5. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur: sed lex noua explicauit quędam credenda, quæ non erant in veteri lege explicita, sicut de fide Trinitatis. ergo etiam debuit superaddere aliqua exteriora opera moralia, quæ non erant in veteri lege determinata.

¶ 2 Præt. In veteri lege non solũ sunt instituta sacramenta, sed ẽt aliqua sacra, vt supra dictum est:* sed in noua lege etsi sint instituta aliqua sacramenta, nulla tñ sacra instituta a Deo videntur, puta, quæ pertineãt vel ad sanctificationẽ alicuius templi, vel vasorum, vel etiam ad aliquã solemnitatem celebrandam. ergo lex noua insufficienter exteriora opera ordinauit.

q. 101. ar. 4. & q. 102. ar. 4.

¶ 3 Præt. In veteri lege sicut erant quædã obseruantiæ pertinentes ad Dei ministros, ita ẽt erant quędã obseruantiæ pertinentes ad populum, vt supra dictum est* cum de cæremonialibus veteris legis ageretur: sed in noua lege videntur aliquæ obseruantiæ esse datæ ministris Dei, vt patet Matth. 10. Nolite possidere aurum neq; argẽtũ, neque pecunias in zonis vestris, & cætera, quæ ibi sequuntur, & quæ dicuntur Luc. 9. & 10. ergo etiam debuerunt aliquæ obseruantiæ institui in noua lege ad populum fidelem pertinentes.

q. 101. ar. 4 & 102. ar. 5 & 6.

¶ 4 Præt. In veteri lege præter moralia & cæremonialia fuerunt quædam iudicialia præcepta: sed in lege noua non traduntur aliqua iudicialia præcepta. ergo lex noua insufficienter exteriora opera ordinauit.

Sed contra est, qd Dñs dicit Mat. 7. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domũ suam supra petram: sed sapiens ædificator nihil omittit eorum, quæ sunt necessaria ad ædificium. ergo in verbis Christi sufficienter sunt omnia posita, quæ pertinẽt ad salutem humanã.

Ar. præced. Respon. Dicendum, quòd sicut dictum est,* lex noua in exterioribus illa solum præcipere debuit, vel prohibere, per quæ in gratiam introducimur, vel quę pertinent ad rectum gratiæ vsum ex necessitate. Et quia gratiam ex nobis consequi nõ possumus, sed per Christum solum: ideo sacramenta, per quæ gratiam consequimur, ipse Dominus instituit per seipsum, scilicet, baptismum, Eucharistiam, ordinem ministrorũ nouę legis, instituẽdo Apostolos, & septuaginta duos discipulos, & pœnitentiam, & matrimonium indiuisibile: confirmationem etiam promisit per Spiritus sancti missionem: ex eius etiam institutione Apostoli leguntur oleo infirmos vngẽdo sanasse, vt habetur Marc. 6. quæ sunt nouæ legis sacramenta. Rectus autem gratiæ vsus est per opera charitatis, quæ quidem secundum quod sunt de necessitate virtutis, pertinẽt ad præcepta moralia, quæ etiam in veteri lege tradebantur: vnde quantum ad hoc lex noua super veterẽ addere non debuit circa exteriora agenda. Determinatio autem prædictorum operum in ordine ad cultum Dei, pertinet ad præcepta cæremonialia legis: in ordine vero ad proximum ad iudicialia, vt supra dictum est.* Et ideo quia istæ determinationes nõ sunt secũdum se de necessitate interioris gratiæ, in qua lex consistit: idcirco non cadunt sub præcepto nouæ legis, sed relinquũtur humano arbitrio, quædã quidem quantum ad subditos, quæ. s. pertinent singillatim ad vnumquemq; : quædam vero ad prælatos temporales, vel spirituales, quæ scilicet pertinẽt ad vtilitatem communem. Sic igitur lex noua nulla alia exteriora opera determinare debuit præcipiendo, vel prohibendo, nisi sacramenta, & moralia præcepta, quæ de se pertinent ad rationem virtutis, puta, non esse occidendum, non esse furandum, & alia huiusmodi.

9. 99. art. 4.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ ea quæ sunt fidei, sunt supra rationem humanam, vnde in ea non possumus peruenire nisi per gratiam: & ideo abundantiori gratia superueniente oportuit plura credenda explicari. Sed ad opera virtutum dirigimur per rationem naturalem, quæ est regula quædam operationis humanæ, vt supra dictum est:* & ideo in his non oportuit aliqua præcepta dari vltra moralia legis præcepta, quæ sunt de dictamine rationis.

q. 19. ar. 4. & q. 63. ar. 2.

Ad 2^m dicendum, quòd in sacramentis nouæ legis datur gratia, quæ non est nisi a Christo, & ideo oportuit quòd ab ipso institutionem haberent: sed in sacris non datur aliqua gratia, puta, in consecratione templi, vel altaris, vel aliorum huiusmodi, aut etiam in ipsa celebritate solemnitatum: & ideo quia talia secundum seipsa non pertinent ad necessitatem interioris gratiæ, Dominus fidelibus instituenda reliquit pro suo arbitrio.

Ad 3^m dicendum, quòd illa præcepta Dominus dedit Apostolis non tanquàm cæremoniales obseruantias, sed tanquàm moralia instituta, & possunt intelligi dupliciter. Vno modo, secundum Aug. in lib. de consensu Euangelistarum,* vt non sint præcepta, sed concessiones. Concessit enim eis, vt possent pergere ad prædicationis officium sine pera & baculo, & alijs huiusmodi, tanquàm habentes potestatem necessaria vitæ accipiendi ab illis, quibus prædicabant: vnde subdit, Dignus est enim operarius cibo

In lib. 2. ca. 30. tom. 4.

suo: non autem peccat, sed supererogat, qui sua portat, ex quibus viuat in prædicationis officio non accipiẽs sumptum ab his, quibus Euangelium prædicat, sicut Paulus fecit. Alio modo, possunt intelligi secundum aliorum sanctorum expositionem, vt sint quædã statuta temporalia Apostolis data pro illo tempore quo mittebantur ad prædicandũ in Iudæa ante Christi passionem. Indigebant enim discipuli quasi adhuc paruuli sub Christi cura existẽtes, accipere aliqua specialia instituta a Christo, sicut quilibet subditi a suis prælatis: præcipue quia erant paulatim exercitandi, vt temporalium solicitudinem abdicarent: per quod reddebantur idonei ad hoc, quòd Euangeliũ per vniuersum orbem prædicarent. Nec est mirum si adhuc durante statu veteris legis, & nondum perfectam libertatem Spiritus consecutis, quosdam determinatos modos viuendi instituit: quæ quidem statuta imminente passione remouit tanquàm discipulis iã per ea sufficienter exercitatis: vnde Luc. 22. dixit. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamẽtis, nunquid defuit aliquid vobis? at illi dixerunt. Nihil: dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculũ, tollat similiter & peram: iam. n. imminebat tempus perfectę libertatis, vt totaliter suo dimitterentur arbitrio in his quæ secundum se non pertinent ad necessitatem virtutis.

Ad 4^m dicendum, q̃ iudicialia etiam secundum se considerata non sunt de necessitate virtutis quantum ad talem determinationem, sed solum quantum ad communem rationem iustitiæ: & ideo iudicialia præcepta reliquit Dominus disponenda his, qui curam aliorum erant habituri vel spiritualem, vel temporalem. Sed circa iudicialia præcepta veteris legis quędam explanauit propter malum intellectum Phariſæorum, vt infra dicetur.*

Articvlvs III.

Vtrum lex noua hominem circa interiores actus sufficienter ordinauerit.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur q̃ circa interiores actus lex noua insufficienter hominem ordinauerit. Sunt. n. decem præcepta decalogi ordinantia hominem ad Deum & proximum: sed Dominus solum circa tria illorum aliquid adimpleuit. s. circa prohibitionem homicidij, & circa prohibitionem adulterij, & circa prohibitionem periurij. ergo videtur quòd insufficiẽter hominem ordinauerit, adimpletionem aliorum præceptorum prætermittens.

¶ 2 Præt. Dominus nihil ordinauit in Euangelio de iudicialibus præceptis nisi circa repudium vxoris, & circa pœnam talionis, & circa persecutionem inimicorum: sed multa sunt alia iudicialia præcepta veteris legis, vt* supra dictum est. ergo quantum ad hoc, insufficienter vitam hominum ordinauit.

104. ar. 4. 105. ar. 1. 3. &

¶ 3 Præt. In veteri lege præter præcepta moralia, & iudicialia, erant quædã cæremonialia, circa quæ Dñs nihil ordinauit. ergo videtur insufficienter ordinasse.

¶ 4 Præt. Ad interiorem bonam mentis dispositionem pertinet, vt nullum bonum opus homo faciat propter quemcunque temporalem finem: sed multa sunt alia temporalia bona, quàm fauor humanus, multa etiam sunt alia bona opera, quàm ieiunium, eleemosyna, & oratio. ergo inconueniens fuit, quòd Dominus docuit solum circa hæc tria opera gloriam fauoris humani vitari, & nihil aliud terrenorum bonorum.

¶ 5 Præt. Naturaliter homini inditum est, vt solicitetur circa ea quæ sunt sibi necessaria ad viuendum, in qua etiam solicitudine alia animalia cum homine conueniunt: vnde dicitur Prouerb. 6. Vade ad formicam o piger, & considera viam eius, quæ cum nõ habeat præceptorem, vel ducem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat: sed omne præceptum quod datur contra inclinationem naturæ, est iniquum, vtpote contra legem naturalem existens. ergo inconuenienter videtur Dominus prohibuisse solicitudinem victus & vestitus.

¶ 6 Præt. Nullus actus virtutis est prohibendus: sed iudicium est actus iustitiæ, secundum illud psal. 93. Quousque iustitia conuertatur in iudicium. ergo inconuenienter videtur Dominus iudicium prohibuisse, & ita videtur lex noua insufficienter hominem ordinasse circa interiores actus.

Sed contra est, quod Aug. dicit in lib. de sermone Domini in monte.* Considerandum est, quia cum dixit, Qui audit verba mea hæc, satis significat sermonem istũ Domini omnibus præceptis, quibus Christiana vita formatur, esse perfectum.

Lib. 1. circa prin. Et lib. 2. c. 40. to. 4.

Respon. Dicendum, quòd sicut ex inducta authoritate Augustini* apparet, sermo quem Dominus in monte proposuit, totam informationem Christianæ vitæ continet, in quo perfecte interiores motus hominis ordinantur. Nam post declaratum beatitudinis finem, commẽdata apostolica dignitate, per quos erat doctrina euangelica promulganda, ordinat interiores hominis motus, primo quidem quantum ad seipsum: & deinde quantum ad proximum. Quantum aũt ad seipsum dupliciter secundum duos interiores hominis motus circa agenda, quæ sunt voluntas de agendis, & intentio de fine: vnde primo ordinat hominis voluntatem secundum diuersa legis præcepta, vt scilicet, abstineat aliquis non solum ab exterioribus operibus, quæ sunt secundum se mala, sed etiam ab interioribus, & ab occasionibus malorum. Deinde ordinat intentionem hominis dicens, quòd in bonis quæ agimus, neq; quæramus humanam gloriam, neque mundanas diuitias, quod est thesaurizare in terra. Consequenter autẽ ordinat interiorem hominis motum quo ad proximum, vt scilicet, eum nõ temerarie, aut iniuste iudicemus, aut præsumptuose, neque tamen sic simus apud proximum remissi, vt eis sacra committamus, si sint indigni. Vltimo autem docet modum adimplendi euangelicam doctrinam, scilicet, implorando diuinum auxilium, & conatum apponendo ad ingrediendum per angustam portam perfectæ virtutis, & cautelam adhibendo ne a seductoribus corrumpamur, & quòd obseruatio mandatorum eius est necessaria ad virtutem: non autem sufficit sola confessio fidei, vel miraculorum operatio, vel solus auditus.

In arg. Sed contra.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ Dominus circa illa legis præcepta adimpletionem apposuit, in quibus Scribæ & Phariſei non rectum intellectum habebant: & hoc contingebat præcipue circa tria præcepta decalogi. Nam circa prohibitionem adulterij, & homicidij æstimabant solum exteriorem actum prohiberi, non autem interiorem appetitum, quod magis credebãt circa homicidium & adulterium, quàm circa furtũ, vel falsum testimonium: quia motus irę in homicidiũ tendens, & concupiscentię motus tendens in adulterium, videntur aliqualiter nobis a natura inesse, non autem appetitus iurandi, vel falsum


IN artic. 3. eiusdē. 109. q. dubiū occurrit de conclusione, & ratione eius. De conclusione quidē, quia falsa videtur: nā hō pro statu isto potest ex suis naturalibus solis, idest, absq; gratia cognoscere, quòd deus est naturaliter diligibilis super oia ab homine, vt patet: & hoc cognito, potest consentire in actū diligendi deū, vt finē naturalem vniuersi, & omniū super omnia tanquam summum omnium bonorum, a quo sunt omnia bona.

¶ Et confirmat hoc: quia sicut potest hō in statu isto aliquem actum moraliter bonū facere, puta, actū iustitiæ, reddēdo alteri homini quod illi debetur: ita potest reddere deo hunc actum diligendi, & magnificendi ipsum super omnia. actus enim quidā particularis est iste sub morali bono, sicut & quilibet actus.

¶ De ratione autē, quia medius terminus in litera est, quia diligere deum super omnia, est opus connaturale homini. Si enim hæc ratio valeret, sequeretur, quòd nullum opus connaturale homini possit homo in statu isto ex naturalibus perficere, cuius oppositū dictum est. Et si dicatur, q̄ in litera adiungitur aliquid aliud huic medio, dum subiungitur, quòd ab hoc homo debeat secundum appetitum voluntatis naturalis, quapropter corruptionē naturæ sequitur bonū priuatum, nisi sanetur per gratiam, ita quòd vis medii consistit in hoc, quòd est esse opus connaturale homini, a quo deficit natura corrupta: si sic inquam dicatur, committitur petitio principii, ad probandum quòd in statu naturæ corruptæ homo non potest diligere deum super omnia. nam in præmissis oportet assumere, quòd diligere deū est cōnaturale, a quo deficit corrupta natura, quod est probādū.

¶ Ad euidentiam huius dubii prænotanda sunt duo. primo, quòd diligere deum super omnia, hic sumitur pro actu secundo, qui est amare terminato ad deum non implicite, sed explicite, ex ratione ipsum monstrante voluntati. Et propterea aduerte caute, quòd non est idem habere deum pro vltimo fine alicuius actus, & diligere deum super omnia: quia ad illud sufficit implicite ferri in deū, ad hoc requiritur explicite ferri in ipsū.

¶ Secundo, quòd diligere deum super omnia potest dupliciter contingere, vno modo simpliciter: alio modo secundum præsentem statum. Diligere deum super omnia simpliciter, est deum diligere vt finem omnium, idest, propter quem diligat omnia. Diligere deum super omnia secundum præsentē statum, est diligere deum vt finem omniū referibilū in ipsum deū. Cōtinentur hi duo modi diligendi deum super omnia in duobus, primo in hoc, quòd sint præcepta affirmatiua: secundo in hoc, quòd vtrique repugnat diligere aliqd aliud a deo, vt vltimum finem cuiuscūque actus, vt patet. Differunt autem in hoc, quòd primo modo diligendi deū super omnia, repugnat omne malum culpę, secundo autem non. Ad habendum nāq; actum diligendi deū super omnia simpliciter, oportet omnia sua habere talia, vt possint in deū referri. Si enim aliquid sic diligit, vt nō sit referibile in deum, iam impedimētum ponit ad hoc, vt suorum omnium possit deum habere finem, ac per hoc impotentem se reddit ad diligendū deum super omnia simpliciter. Et quia malum culpæ: quodcunq; sit illud, repugnat referibilitati in deum, vt finem, ideo omne malum culpę repugnat obseruatioi huius præcepti: Diliges deum super omnia simpliciter. Sed ad habendum actum diligendi deum super omnia referibilia in ipsum, non impotentem reddit hominem quodcunque malum culpæ, vt experientia testatur in habentibus charitatem, quæ tamen deum super omnia, & vt finem naturæ, & vt finem beatitudinis, quia gratia perficit naturam: & tamen habent multa mala culpæ, & in voluntate faciendi, puta, dicendo mendacium efficiosum, comedendo nimis, & huiusmodi.

¶ His præmissis, ad dubium motum dicitur, quòd licet homo in statu naturæ corruptæ, quantum est ex sufficientia sua, possit ex puris naturalibus diligere deum super omnia referibilia in ipsum, quæ tunc sunt in sua potestate, vt ratio probat, non tamen potest diligere deum super omnia sua simpliciter: quia nō potest non peccare, ac per hoc non potest non ponere impedimentum dilectioni dei super omnia, sicut potest in statu naturæ integræ, in quo potest præseruare se ab omni peccato: & consequēter quando tempus est exire in actum diligendi deum super omnia simpliciter, quia nihil sui est irreferibile ad deum.

¶ Ad confirmationem dicitur, q̄ non est eadē ratio de isto actu, & de aliis moralibus, tum quia iste actus est supremus omniū naturaliū moraliū, vt patet, quia respectu vltimi finis simpliciter, ac per

ac per hoc primi principii reliquorum: reliqui autem actus subsunt. Maioris autem virtutis est posse in actum summum, q̄ in actus inferiores: vnde & virtus vltimum potentiæ dicitur primo Cęli: tū quia actus iste vniuersitatem actuum humanorum bonam exigit vt materiam, non autem alii. Nō enim quicunque malum aliquod facit, impedimentum præstat sibi, vt non possit quando oportet reddere mutuū: sed quicunque malum aliquod facit, ipso facto reddit actum illum, & seipsum illo infectum, vt sic, irreferibilē in Deum vt finem: ac per hoc non potest omnia a se dilecta referre in Deum vt vltimum finem, quod faciebat homo in natura integra, vt in litera dicitur. Et sic patet veritas conclusionis quantum ad vtranque partem, scilicet q̄ integra natura hoc poterat, & q̄ corrupta non potest, nisi adiutorio gratiæ sanantis in præsenti vita inchoatiue per charitatem viæ, qua nihil contra Dei dilectionem admittim⁹, & super omnia nostra nō simpliciter, sed referibilia, ipsum diligim⁹: consummate autem in patria, in qua omnia simpliciter: Deū dirigentur, quia ipse erit omnia in oibus.

¶ Ad dubitationem motam cōtra rationem literæ dicitur, quòd mediū est esse op⁹ connaturale, sed naturale potest sumi dupliciter. Vno modo, pro eo quod fluit ex natura. Et sic sumendo naturale sufficeret ad inferendā primam partem conclusionis, scilicet q̄ natura integra potest: & sic accipit obiectio naturale. Sed quia tunc minor esset falsa, quia diligere Deum super omnia appetitu rationali, vt expositum est, non est nobis sic naturale, vt fluat ex natura, vt patet: ideo alio modo sumitur naturale pro eo quod est secundum naturam. Et sic diligere Deum super omnia, est naturale, & sic sumitur hic, & infert primam partem conclusionis cum veritate vtriusq; præmissæ. Secunda autem conclusionis pars, scilicet quòd natura corrupta hoc non potest, non probatur in litera ex illo medio, vt patet intuenti literam, vbi post probatam conclusionem directe responsuam quæsito, quòd in natura integra homo hoc poterat sine gratia, subiunxit author ex pronitate naturæ corruptæ ad bonum proprium, quòd deficit natura corrupta ab actu illo. vnde medium ad secundam partem conclusionis, seu ad secundam conclusionem, est pronitas voluntatis ad priuatum bonum. hæc enim perdito vigore in nobis adeo viget, vt oporteat in malum aliquod cadere, vt ex dictis patet.

¶ In eodem tertio articulo discutiendum esset, an diligere Deū super omnia, sit naturale homini, nisi in prima parte discussum fuisset. Vtruntamen si quæratur, cuius virtutis moralis sit actus diligere Deum super omnia, dicendum est, cum iste actus sit ad alterum, cui non potest reddi æquiualens, quòd ad iustitiam spectat, cuius pars est pietas, quæ parentibus, quibus etiam non est reddere æquiualens, debitum reddit: & religio, quæ cultum Deo exhibet &c.

¶ *Super Quæstionis centesimæ nonæ Articulum quartum.*

IN articulo quarto eiusdem 109. q. dubiū circa titulum occurrit, an sit quæstio de omnibus præceptis omnis legis. Quòd enim sit sermo de omnibus apparet, tū ex eo quòd indistincte quæstio proponitur: tum ex eo q̄ si de præceptis veteris legis tantū esset sermo, iam determinatus esset in præcedentibus. Quòd vero non, apparet ex eo, quòd præcepta nouæ legis non nominantur, nec examinātur in toto discursu articuli: tum ex eo quòd impossibile notorie constat esse, quòd præcepta fidei possint sine lumine fidei seruari.

¶ Ad hoc dicitur, quòd certum hic est, quòd articulus iste intelligitur de omnibus præceptis diuinæ legis, siue nouæ, siue veteris. Quòd enim sit sermo de lege diuina, ex corpore articuli patet, vbi affert pro ratione, q̄ nihil aliud dicitur esse peccatum, quàm diuinorum mandatorum transgressio. Quòd vero de omnibus præceptis sit sermo, ibidem patet, quoniam bis replicatur ly, omnia mandata.

¶ In corpore artic. eiusdem, dubium occurrit, vbi author dicit, quòd homo in statu naturę integrę potest omnia diuina mādata implere quātum ad substantiam operum. Hoc enim intellectum de præceptis diuinis vniuersaliter, falsum esse constat. nam nec credere supernaturalia fidei, nec adimplere actiones sacramentales in quocunque statu potest homo per sua sola naturalia, etiam quantum ad substantiam operum: quoniam opus est ad credendum diuina reuelatione saltem monstrante, & ad actiones sacramentales potestate supernaturali, alioquin nihil fit.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter, primo quòd mandata diuina sunt duplicia, quædam habentia vim mandati quantum ad vtrunq; eorum, scilicet quantum ad substantiam operum, & quantum ad modum supernaturalem. Quædam autem non habentia vim mandati sine modo supernaturali. In primo genere sunt omnia præcepta, quæ implera ex naturalibus satisfaciunt præcepto alicui: in secundo autem sunt, quæ si ex puris naturalibus fiant, nulli præcepto satisfit. Et quoniam articulus iste comparat naturam gratiæ necessariæ ad operandum, & præcepta quæ non habent vim præceptī nisi cum modo supernaturali, ad ordinem gratiæ spectant: ideo sub nomine præceptorum diuinæ legis quantum ad substantiam operum obseruabilium, non veniunt nisi præcepta, in quibus habet locum distinctio præcepti, vtroque modo obseruabilis. Et secundum hoc præcepta fidei & spei, quia non sunt præcepta nisi inquantum ex fide & spe fiunt, non cadunt sub hac distributione: & propterea author solius præcepti dilectionis inter spectantia ad theologales

1. 78.
4. par. 4 tit. med. 3 princ.
D. 97.
1. 1. q. 60. ar. 5.
*Ar. 1. hui⁹ quæst.
2. q. 60. ar. 5. Et 2. di. 3. q. 4. Et 3. di. 29. arg. 3. Et veri. q. 2. ar. 2. ad 116 & q. 4. ar. 1 ad 9. Et quo. 1. ar. 8.
In cor. ar.
Art. 1. hui⁹ quæst.
Inf. ar. 5. ad 1. & 2. Et 2 di. 28. ar. 3. & di. 41. in expo. lit. ad 5. et veri. q. 24. ar. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

logos, vt rures meminit in respõsione ad tertium, vt insinuaret quòd de his disputabat, quæ solam gratiam non continebant. A doctrina namque disputatione ne dum puerili, remotissimum est, vt vertatur in dubium de præceptis solius gratiæ, si per naturalia explani possunt. Et secundum hoc, licet titulus articu. fuerit de legis præceptis, indistincte, tamẽ per hoc de omnibus respõsio, cum tali distinctione, si quo ad substantiam operum, vel modum supernaturalem, insinuauit, ꝙ illa, quæ nõ nisi supernaturaliter seruari possunt, discussione nõ egẽt. Sed huic respõsioni obuiat primo, ꝙ author non distinguit obseruationem mandatorum, quantum ad substãtiam, contra obseruationẽ eorundem supernaturaliter, sed ex charitate. Dici tamẽ potest, quòd genus ꝓ ipecie nominauit super naturale a charitate. quia in proposito æquiualent.

*Ad Dum non procul a fine, to. 2.

*Art. prece

*Cap. 88. non procul *prin. to. 6.

¶ Obuiat secundo, quòd quia fides est ex auditu, vt dicitur ad Rom. 10. nonnullum præceptum est, vt homo auditui fidei se præbeat, qualem debet se exhibere in obsequium fidei. Vnde dicitur secundo, quòd alia est quæstio de cognitione supernaturalium præceptorum, & alia de facultate adimplendi iam cognita. & quòd iam determinatum est, quòd tã lex diuina supernaturalis est, quam quòd excedit cognitionem naturalem. Et ꝙ nunc est quæstio non de cognitione, sed adimpletiõe, propter quod articu. iste directe tractat quæst. illam quæ Pelagio tribui videtur, an scilicet homo possit per sua naturalia implere diuina præcepta, præsupposita lege mõstrante illa. Opinatũ est enim, quòd homo eget gratia monstrante præcepta, sed non sufficiente adimplere illa. Et contra hoc est determinatio huius articuli, vt authoritas August. in corpore articuli allata testatur. Secundum hoc ergo dicendum, quòd respõsio data ad tertium in litera, extenditur ad omnia præcepta virtutum theologalium: ita quòd etiam credere, sperare, diligere Deum, confiteri ipsum Iesum Christum, potest homo per sua naturalia quantum ad substantiam operum adimplere, & non inquantum implentur & spe, & fide, & charitate. Et quod hoc sit verum, ex eo conuincere possumus, quòd Gentilis eductus fidem, nolens esse Christianus, posset credere totam ꝑ-

*Cap. 2. circa *prin. to. 7

D. 1048

facit per seipsum, potest facere absq; gratia. ergo homo potest legis præcepta facere absque gratia.

¶ 2 Præt. Hieronymus dicit in expositione catholicæ fidei, * illos esse maledicendos, qui Deum præcepisse homini aliquid impossibile dicunt: sed impossibile est homini quod per seipsum implere non potest. ergo homo potest implere omnia præcepta legis per seipsum.

¶ 3 Præt. Inter omnia præcepta legis maximum est illud: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, vt patet Matth. 22. sed hoc mãdatum potest homo implere ex solis naturalibus, diligendo Deum super omnia, vt supra dictum est. * ergo omnia mandata legis potest homo implere sine gratia.

SED CONTRA est, quòd Augu. * dicit in lib. de hæresibus hoc pertinere ad hæresim Pelagianorũ, vt credant sine gratia hoiem posse facere omnia diuina mandata.

RESPON. Dicendum, ꝙ implere mandata legis contingit dupliciter. Vno modo quantum ad substãtiam operum, prout scilicet homo operatur iusta, & fortia, & alia virtutis opera, & hoc modo homo in statu naturæ integræ potuit * omnia mandata legis implere: alioquin homo non potuisset in statu illo non peccare, cum nihil aliud sit peccare, quàm transgredi diuina mandata: sed in statu naturæ corruptæ non potest homo implere omnia mandata diuina sine gratia sanante. Alio modo, possunt impleri mandata legis non solum quantum ad substantiam operis, sed etiam quantum ad modum agendi, vt scilicet ex charitate fiant: & sic neque in statu naturæ integræ, neque in statu naturæ corruptæ potest homo implere absq; gratia legis mãdata. Vnde August. in lib. de correptione & gratia, * cum dixisset ꝙ sine gratia nullum prorsus bonum homines faciunt, subdit. Non solum ut mõstrante ipsa quid faciendum sit, sciant, uerum etiã ut præstante ipsa, faciant cum dilectione quod sciunt. indigent insuper in utroque statu auxilio Dei mouentis ad mandata implenda, ut dictum est. *

*Art. 1. 2. & 3.

*Cap. 16. & 27. in princ. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut August. dicit in libr. de spiritu & litera. * Non moueat quòd naturaliter dixit, eos quę legis sunt facere: hoc enim agit Spiritus gratiæ, ut imaginem Dei, in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis.

AD 2ᵐ dicendum, quòd illud quod possumus cum auxilio diuino, non est nobis omnino impossibile, secundum illud Philosophi in 3. Ethico. * Quæ per amicos possumus, aliqualiter nos possumus. Vnde Hieron. † ibidem confitetur sic nostrum liberum esse arbitrium, ut dicamus nos semper indigere dei auxilio.

*Ca. 3. post med. to. 5. † Loco cito in arg.

AD 3ᵐ dicendũ, quòd præceptum de dilectione Dei non potest homo implere ex puris naturalib⁹ secũdum quod ex charitate impletur, ut ex supradictis patet. *

*Arti. 3. huius quæst.

ARTICVLVS V.

Vtrum homo possit mereri uitam æternam sine gratia.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur quòd homo possit mereri uitam æternam sine gratia. Dicit enim Dominus Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata: ex quo uidetur quòd ingredi in uitam æternam, sit constitutum in hominis uolũtate: sed id quod in nostra uoluntate constitutum est, per nos ipsos possumus. ergo uidetur quòd homo per seipsum possit uitã æternã merereri.

¶ 2 Præt. Vita æterna est merces, uel præmiũ, quæ hominibus redditur a Deo, secundum illud Matth. 5. Merces uestra multa est in cęlis: sed merces, uel præmium redditur a Deo homini secundum opera eius, secundum illud Psalm. 61. Tu reddes vnicuiq; secundum opera eius: cum igitur homo sit dominus suorum operum, videtur quòd in eius potestate constitutum sit ad vitam æternam peruenire.

¶ 3 Præt. Vita æterna est vltimus finis vitæ humanæ: sed quælibet res naturalis per sua naturalia potest consequi finem suum. ergo multo magis homo, qui est altioris naturę, per sua naturalia potest peruenire ad vitam æternam absque aliqua gratia.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Rom. 6. Gratia Dei, vita æterna: quod ideo dicitur, sicut glosa ibidem dicit*, vt intelligeremus Deum ad vitam æternam pro sua miseratione nos producere.

*Aug. in de grat. arbi. 9. circa fi. to. 7.

RESPON. Dicendum, quòd actus perducentes ad finem, oportet esse fini proportionatos. Nullus autem actus excedit ꝓportionẽ principij actiui. Et ideo videmus in rebus naturalibus, quòd nulla res potest perficere effectum per suam operationẽ, qui excedat virtutem actiuam, sed solũ potest producere per operationem suam effectum suæ virtuti ꝓportionatum. Vita autem æterna est finis excedẽs proportionem naturæ humanæ, vt ex supradictis patet*. Et ideo homo per sua naturalia nõ potest producere opera meritoria proportionata vitæ æternæ, sed ad hoc exigitur altior virtus, quæ est virtus gratiæ. Et ideo sine gratia homo non potest mereri vitam æternam: potest tamen facere opera perducentia ad bonum aliquod homini connaturale, sicut laborare in agro, bibere, manducare, & habere amicum, & alia huiusmodi, vt Aug. * dicit in tertia respõsione contra Pelagianos.

*art. 5.

*Ca. 3. post med. to. 5. † Loco cito in arg.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ homo sua voluntate facit opera meritoria vitæ æternæ: sed sicut Aug. in eo lib. dicit*, ad hoc exigitur quòd voluntas hominis præparetur a Deo per gratiam.

*Arti. 3. huius quæst.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ sicut Glo. † dicit Rom. 6. super illud: Gratia Dei, vita æterna. certum est vitam æternam bonis operibus reddi: sed ipsa opera, quibus redditur, ad Dei gratiam pertinent, cum etiam supra dictum sit*, quòd ad implendum mãdata legis secundum debitum modum, per quem eorum impletio est meritoria, requiritur gratia.

*Infra q. 114. arti. 2. Et 1. q. 62. art. 4. cor. Et 1. d. 14. q. 2. a. 2. & q. 3. Et 2. dist. 24. q. 1. arti. 4. & de. 26. ar. 3. & de. di. 29. ar. 1. Et 3. cõt. 147. & 150. Et quol. 1. art. 7. cor.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de fine homini cõnaturali. Natura autem humana ex hoc ipso quòd nobilior est, potest ad altiorem finem perduci, saltem auxilio gratię, ad quem inferiores naturę nullo modo pertingere possunt: sicut homo est melio⁹ dispositus ad sanitatem, qui aliquibus auxiliis medicinæ potest sanitatem consequi, quàm ille qui nullo modo, vt Philosophus introducit in 2. de cælo.*

*q. 64. & q. 2.

¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum sextum.*

IN articulo sexto eiusdem centesimænonæ quæstionis dubium occurrit ex Durando in secundo Sententiarum distinct. 28. q. 1. artic. vlt. duplex. Alterum contra cõclusionem: alterum contra rationem in litera allatam. Contra cõclusionem quidem, quia homo potest absque speciali

*Et 2. ar. 2. Et 2. q. ar. di. 28. Et ve. ar. 15. quol. 1. ar ad 1. 2. le. 3. arg. 2.

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo possit seipsum ad gratiam præparare per seipsum absque exteriori auxilio gratiæ.

AD SEXTVM sic procedi tur. Videtur quòd homo possit seipsum ad gratiam prępparare per seipsum absque exteriori auxilio gratię. Nihil enim imponitur homini quod sit ei impossibile, vt supra dictum est*: sed Zacha. 1. dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: nihil autem est aliud se ad gratiam præparare, q̃ ad Deum cõuerti. ergo videtur quòd homo per seipsum possit se ad gratiam ꝓparare absq; auxilio gratiæ.

¶ 2 Præt. Homo se ad gratiam præparat faciendo quod in se est: quia si homo facit quod in se est, Deus ei non denegat gratiam. dicitur enim Matth. 7. quòd Deus dat spiritum bonum petentibus se: sed illud in nobis esse dicitur, quod est in nostra potestate. ergo videtur quòd in nostra potestate sit constituti, vt nos ad gratiã præparem⁹.

¶ 3 Præte. Si homo indiget gratia ad hoc, quod præparet se ad gratiam, pari ratione indigebit gratia ad hoc, quòd præparet se ad illam gratiam, & sic procederetur ad infinitum: quod est inconueniens. ergo videtur standum in primo, vt scilicet homo sine gratia possit se ad gratiam præparare.

¶ 4 Præt. Prouer. 16. dicitur, quòd hominis est præparare animum: sed illud dicitur esse hominis, qd per seipsum potest. ergo videtur quòd homo per seipsum se possit ad gratiam præparare.

SED CONTRA est, quod dicitur Io. 6 Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: si autem homo seipsum preparare posset, non oporteret quòd ab alio traheretur. ergo homo non potest se ad gratiam præparare absque auxilio gratię.

RESPON. Dicendum, quòd duplex est præparatio voluntatis humanæ ad bonum. Vna quidem qua præparatur ad bene operandum, & ad Deo fruendum: & talis præparatio voluntatis non potest fieri sine habituali gratiæ dono, quod sit principium operis meritorij, vt dictum est*. Alio modo potest intelligi preparatio voluntatis humanæ ad consequendum ipsum gratiæ habitualis donum. Ad hoc autem quòd præparet se homo ad susceptionem huius doni, nõ oportet præsupponere aliquod aliud donum habituale in anima, quia sic procederetur in infinitum: sed oportet pręsupponi aliquod auxilium gratuitum Dei interius animam mouentis, siue inspirantis bonum propositũ. His enim duobus modis indigemus auxilio diuino, vt supra dictum est*. Quòd autem ad hoc indigeamus auxilio Dei mouentis, manifestum est. Necesse est enim cum omne agens agat propter finem, quòd omnis causa conuertat suos effectus ad suum finem: & ideo cum secundum ordinem agentium, siue mouentium

*art. præced.

*art. 2. & 3.

Dei adiutorio per sua naturalia operari opus moraliter bonum. ergo potest præparare se ad gratiam. Antecedens patet ex dictis. Consequentia ꝓbatur, quia bonum morale habet immediatum ordinem ad bonum gratiæ, ac per hoc est præparatorium ad gratiam. Et augetur hoc dubiũ, quia author etiam in secundo Sententiarum distinct. 28. artic. 4. idem sentit, dum expresse vult, quòd homo faciendo qd in se est, præparat se ad gratiam, vt pater ibi.

¶ Contra rationem vero, quia propositio, Solius primi agentis est præparare ad vltimum finem, est falsa: quoniam licet perducere ad vltimum finem sit ipsius soli⁹, disponere tamen ad illum potest esse inferioris agentis: qđ probatur ex hoc, quòd in generatione hominis, licet solus Deus producat animam, non tamẽ virtute propria dispõnit materiam ad animam. Et sic est in ꝓposito, quòd licet solus Deus det gratiam, homo tamen dispõnere se potest ad gratiam virtute propria.

¶ Ad horum euidentiam scito, quòd ratio literæ ex per se notis quodammodo procedit. Nã quòd secundum ordinem finium sit ordo agentium, clarum est ex eo, quòd omne agens agit ꝓpter finem aliquem sibi proprium: & constat, quòd in finem proprium alicuius agentis tendere nihil potest nisi propter ipsum agens: sicut nec alia propria alicui conuenire possunt alteri, nisi propter illud, cui primo conueniunt. Id enim primo alicui conuenit, quòd sibi non per aliud, & aliis quibusque propter ipsum cõuenit: quo fit vt tendere in finẽ vltimum ita sit proprium primi agentis sibi, quòd non p

Universidad de Navarra
Biblioteca

astud, cæteris vero propter ipsum conueniat in quocunque ordine, siue tendant vt agentia, siue vt patientia. Vnde & in litera manifestatur hoc de victoria, in quam tendit miles, non nisi motus a duce, propter quod multo magis disponens ipsum patiens ad finem vltimum, oportet moueri a primo agente. Sed quod multos fallit, est: qa non distinguunt inter disponere, seu pparare ad finem formaliter, & materialiter. Disponere ad victoriam formaliter, est pugnare cum intentione operandi ad victoriam: disponere materialiter ad victoriam, est pugnare tantum. Interim autem pugnã tem tantum, & pugnantem cum illa intentione, manifesta est differentia, qp ille non intendit finem vltimum, quãuis pugna sua ab alio ordinet ad hoc: iste autem ad finem vltimum respicit, & propterea iste pugnat vt movens motum a primo duce: ille vt motum tantum. De motu intentionis, de quo est sermo loquendo, ad propositum descendendo dicitur, quòd illa propositio, Sokius primi agẽtis est tendere in finem vltimum, est verissima formaliter intellecta de tendentia in illum: quoniam nulla materia, nullum disponens, nullum adiuuans tendit in illum finem, nisi ex primi agẽtis motione, cui conuenit prẽ tendere in illum.

cap. 4. p. 1. inter prine. & med. & c. 2.

¶ Allata autem instantia de natura disponẽte ad animam intellectiuam, peccat in hoc, quòd nõ animaduertit, quòd nunquam natura disponeret vltima dispositione ad animã intellectiuam, nisi ageret in virtute animæ intellectiuæ hominis gnantis, agit enim virtute naturæ humanæ, cuius essentialis & principalior pars est anima intellectiua, ac per hoc in virtute agit primi agentis, a quo solo est anima intellectiua.

¶ Ad obiecta contra conclusionem dicitur, quòd facere opus moraliter bonum etiam in omnibus humanis actibus, non est propinqua præparatio ad gratiam, sed oportet addere, quòd fiat cũ conuersione ad Deum vt finem supernaturalem: quoniam præparatio ad gratiam, inchoatio est intentionis creaturæ respectu beatitudinis supernaturalis. Et quoniam ad supremum agens spectat intendere in vltimum finem, sine speciali adiutorio Dei nulla creatura rationalis potest præparare se ad Dei gratiam, quæ est specialis vltimus finis, vt coniunctio specialis & supernaturalis ad Deum.

¶ Ad probationem autem dicitur, quòd licet inter opus morale, & opus gratiæ sit immediatus ordo, non tamen est immediatus ordo inter opus pure morale, & tale opus gratiæ, scilicet donum habituale gratiæ gratum facientis, quia mediat alius ordo finium, necesse est quòd ad vltimum finem conuertatur homo per motionem primi mouentis, ad finem autem proximũ per motionem alicuius inferiorum mouentium: sicut animus militis conuertitur ad quærendum victoriam ex motione ducis exercitus, ad sequẽdum autem vexillum alicuius aciei ex motione Tribuni. Sic igitur cũ Deus sit primum mouens simpliciter, ex eius motione est, quòd omnia in ipsum conuertantur secundum communem intentionem boni, per quam vnumquodque intendit assimilari Deo secũdum suum modum. Vnde Dion. in lib. de di. nom. dicit*, quòd Deus conuertit omnia ad seipsum, sed homines iustos conuertit ad seipsum sicut ad specialem finem quem intendũt, & cui cupiũt adhærere sicut bono proprio, secundum illud Psal. 72. Mihi adhærere Deo bonum est: & ideo quòd homo conuertatur ad Deum, hoc nõ potest esse nisi Deo ipsum conuertente. hoc autem est præparare se ad gratiam, quasi ad Deum cõuerti: sicut ille qui habet oculum auersum a lumine Solis, p hoc se prẽparat ad recipiendum lumen Solis, q oculos suos cõuertit versus Solem. Vnde patet, qp homo non põt se prẽparare ad lumen gratię susciendum, nisi per auxilium gratuitum Dei interius mouentis.

I

Ad primvm ergo dicendũ, qp conuersio hominis ad Deum fit quidem per liberũ arb. & secũdum hoc homini prẽcipitur, quòd se ad Deum conuertat: sed liberũ arb. ad Deum conuerti nõ potest, nisi Deo ipsum ad se conuertente, secundũ illud Ierem. 31. Conuerte me, & conuertar: quia tu dominus Deus meus. Et Threnorum vlti. Conuerte nos Dñe ad te, & conuertemur.

Ad 2^m dicendũ, qp nihil homo potest facere, nisi a Deo moueatur, secundum illud Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere: & ideo cum dicitur homo facere quod in se est, dicitur, hoc est in potestate hominis, sm quod est motus a Deo.

G

Ad 3^m dicendum, qp illa obiectio ꝓcedit de gratia habituali, ad quã requiritur aliqua prẽparatio, quia omnis forma requirit susceptibile dispositum: sed hoc quòd homo moueatur a Deo, non præexigit aliquã aliam motionem, cũ Deus sit primum mouens. vnde non oportet abire in infinitum.

Ad 4^m dicendũ, qp hominis est prẽparare animum: quia hoc facit p liberũ arb. sed tamen hoc non facit sine auxilio Dei mouentis, & ad se attrahentis, vt dictum est*.

H

Articvlvs VII.

Virum homo possit resurgere a peccato sine auxilio gratiæ.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur qp homo possit resurgere a peccato sine auxilio gratię. Illud enim quod præexigitur ad gratiam, fit sine gratia: sed resurgere a peccato prẽexigitur ad illuminationem gratię. dicitur enim ad Eph. 5. Exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. ergo hõ potest resurgere a peccato sine gra.

I

¶ 2 Prẽte. Peccatum virtuti opponitur, sicut morbus sanitati, vt supra dictum est*: sed homo per virtutem naturę potest resurgere de egritudine ad sanitatem sine auxilio exterioris medicinæ pp hoc, qp intus manet principiũ vitę, a quo procedit operatio naturalis. ergo videtur quòd homo simili ratione possit reparari per seipsum, reparare sine gratia. Secundo ex parte hominis: quia ut dicitur in Prædicamẽtis, & approbatur ab authore in 2 sentẽ. dist. 28. in expositione literæ, prauus ad meliores exercitationes deducti*, proficiet. Et cõsistit difficultas in hoc, quòd acti* & habitus praui non ita diminuunt naturæ bonum, ut necessitetur ad manendum in malo: sed potest voluntas mutari in oppositum bonũ, & continua exercitatione voluntatem stabilire in subiectione ad Deũ, ut principium naturę: & sic ordo naturæ reparatus erit sine auxilio gratiæ, & homo ad bonum sibi conuenturale p seipsum assurget, cui* oppositũ in litera dicitur.

method. fi. cap. 30.

¶ Ad primum horũ dicitur, quòd non est ad propositum præsentis articuli, ubi de necessitate gratiæ ad uires hominis quæstio est: cum autem quæretur de remissione culpæ, an possit sine gratia fieri, examinabitur conclusio illius rationis, qua Scotus utitur.

Inf. q. 113. art. 2. & q. 11. artic. 2. c. Et 22. q. 137. artic. 3. ad 3. Et 3. q. 36 art. 3. c. Et 2. dist. 20. q. 2. art. 3. ad 5. & d. 28. ar. 2. cor. Et 3. cont. c. 157. & li. 4. c. 72 prin. Et ver. q. 24. ar. 1. ad 10. & 12. & q. 28. ar. 2. *q. 71. ar. 1.

¶ Ad secundum autem quod est directe contra propositum, dicitur quòd ordine naturæ reparari sic, ut uoluntas hominis Deo subiiciatur, potest intelligi dupliciter. Vno modo de subiectione limitata, seu secundum quid, alio modo de subiectione simpliciter.

¶ Et scito, ut penetres terminos, quòd si fingamus homini nõ fuisse reuelatũ aliquid spectans ad ordinem gratiæ, tunc esse subiectum Deo ut principio naturæ, & esse subiectũ Deo simplr, coinciderẽt: modo autem ubi constat esse ordinem gratiæ reuelatum, hæc duo non coincidunt: sed esse subiectũ Deo ut principio naturæ, est esse subiectum Deo secundum quid: esse autem subiectum Deo simpliciter, est subiici sibi ut principio, & fini naturæ, gratiæ, & omnium quomodolibet. Vnde dicitur, quòd licet uoluntas humana sicut potest sine gratia mutari de intemperantia in esse temperatum: ita potest mutari de inobediendia Dei, ut principium est naturę, ad subiectionem illius etiam ut principium est & finis naturæ: sed hoc non est uoluntatem subiectam esse Deo simpliciter, sed secundum quid, ut scilicet est caput naturæ, non potest tamen mutari sine gratia ad obediendũ Deo simpliciter, ideſt, sine determinatione aliqua: quia talis subiectio uoluntatis a speciali auxilio gratiæ est, ut in articulo præcedente dictum est, & terminatur ad donum habituale gratiæ gratum facientis: & hoc intendit litera remittẽs se ad præcedentem articulum. Et si insistetur, quòd talis subiectio non spectat ad ordinem naturę, sed gratiæ, respondetur quòd licet hæc subiectio excedat uires naturæ, & spectet ad gratiæ ordinem, ut in præcedenti articulo dictum est, ipsa tamẽ est necessario requisita ad hoc, quòd uoluntas subiiciat Deo secundum naturæ ordinem. Et ratio est, quia post lapsum nõ datur medius status inter conuersionẽ ad Deum supernaturalem finẽ, & auersionem ab ipso, licet ante lapsum dari posset medius status, quo in natura integra nec auersus, nec conuersus erat homo ad Deum per supernaturalem finem. Fuisset quippe tunc homo subiect* Deo simpliciter, non includendo, nec excludendo ordinem gratiæ: post lapsum autem oportet in cõuersione ad Deum simpliciter includi ordinem gratiæ. Quod autem dicitur in respõsione ad tertium, qp ad naturale bonum reparari non potest, de uigore rationis intelligendum est: ad illud enim semel lapsa natura, nunquam ex se resurgere potest. Et sic nec Aristotelis, nec authoris dicta in secundo sententiarum præsentibus magis digestis obstant.

art. præced.

quæst. 83.

Supr. q. 63. arti. 2. ad 2. Et 3. contra cap. 160. Et ver. q. 22 arti. 5. ad 7. & q. 24. ar. 1 ad 10. & 12 & art. 12. p to. Et 1. cor. 12. Et Hebr. 10. le. 3.

¶ *Super Quæstionis centesimæ nonæ Articulum septimum.*

In articulo septimo eiusdem quæstionis aduerte primo ordinem articulorum. Hactenus siquidem de necessitate gratiæ in homine ad bonum, in duobus autem nunc sequentibus articulis de necessitate eiusdem respectu mali, & demum in vltimis duobus de necessitate eiusdem in homine iam constituto in gratia tractatur, vt nulla necessitas prætermissa videatur.

¶ In corpore articuli eiusdem, & responsione ad tertium, dubiũ occurrit circa illud, scilicet quòd ordo naturę reparari non põt nisi Deo uoluntatem hominis ad se trahente per gratiam. Ex duplicit siquidem capite hoc habet difficultatem. primo ex parte Dei, ex eo quòd qualemcũque potest Deus creare hominem, talem præcise potest reparare: sed hominem recte ordinatum sine gratia potest creare.

ergo & post lapsum reparare sine gratia. Secundo ex parte hominis: quia ut dicitur in Prædicamẽtis, & approbatur ab authore in 2 sentẽ. dist. 28. in expositione literæ, prauus ad meliores exercitationes deduci*, proficiet. Et cõsistit difficultas in hoc, quòd acti* & habitus praui non ita diminuunt naturæ bonum, ut necessitetur ad manendum in malo: sed potest voluntas mutari in oppositum bonũ, & continua exercitatione voluntatem stabilire in subiectione ad Deũ, ut principium naturę: & sic ordo naturæ reparatus erit sine auxilio gratiæ, & homo ad bonum sibi conuenturale p seipsum assurget, cui* oppositũ in litera dicitur.

¶ Ad primum horũ dicitur, quòd non est ad propositum præsentis articuli, ubi de necessitate gratiæ ad uires hominis quæstio est: cum autem quæretur de remissione culpæ, an possit sine gratia fieri, examinabitur conclusio illius rationis, qua Scotus utitur.

¶ Ad secundum autem quod est directe contra propositum, dicitur quòd ordine naturæ reparari sic, ut uoluntas hominis Deo subiiciatur, potest intelligi dupliciter. Vno modo de subiectione limitata, seu secundum quid, alio modo de subiectione simpliciter.

¶ Et scito, ut penetres terminos, quòd si fingamus homini nõ fuisse reuelatũ aliquid spectans ad ordinem gratiæ, tunc esse subiectum Deo ut principio naturæ, & esse subiectũ Deo simplr, coinciderẽt: modo autem ubi constat esse ordinem gratiæ reuelatum, hæc duo non coincidunt: sed esse subiectũ Deo ut principio naturæ, est esse subiectum Deo secundum quid: esse autem subiectum Deo simpliciter, est subiici sibi ut principio, & fini naturæ, gratiæ, & omnium quomodolibet. Vnde dicitur, quòd licet uoluntas humana sicut potest sine gratia mutari de intemperantia in esse temperatum: ita potest mutari de inobediendia Dei, ut principium est naturę, ad subiectionem illius etiam ut principium est & finis naturæ: sed hoc non est uoluntatem subiectam esse Deo simpliciter, sed secundum quid, ut scilicet est caput naturæ, non potest tamen mutari sine gratia ad obediendũ Deo simpliciter, ideſt, sine determinatione aliqua: quia talis subiectio uoluntatis a speciali auxilio gratiæ est, ut in articulo præcedente dictum est, & terminatur ad donum habituale gratiæ gratum facientis: & hoc intendit litera remittẽs se ad præcedentem articulum. Et si insistetur, quòd talis subiectio non spectat ad ordinem naturę, sed gratiæ, respondetur quòd licet hæc subiectio excedat uires naturæ, & spectet ad gratiæ ordinem, ut in præcedenti articulo dictum est, ipsa tamẽ est necessario requisita ad hoc, quòd uoluntas subiiciat Deo secundum naturæ ordinem. Et ratio est, quia post lapsum nõ datur medius status inter conuersionẽ ad Deum supernaturalem finẽ, & auersionem ab ipso, licet ante lapsum dari posset medius status, quo in natura integra nec auersus, nec conuersus erat homo ad Deum per supernaturalem finem. Fuisset quippe tunc homo subiect* Deo simpliciter, non includendo, nec excludendo ordinem gratiæ: post lapsum autem oportet in cõuersione ad Deum simpliciter includi ordinem gratiæ. Quod autem dicitur in respõsione ad tertium, qp ad naturale bonum reparari non potest, de uigore rationis intelligendum est: ad illud enim semel lapsa natura, nunquam ex se resurgere potest. Et sic nec Aristotelis, nec authoris dicta in secundo sententiarum præsentibus magis digestis obstant.

¶ *Super Quæstionis centesimæoctauæ Articulum octauum.*

In artic. 8. eiusdem quæstionis dubium primo occurrit circa illud, Homo in statu naturę integræ poterat uitare omnia

peccata ex suis naturalibus: quoniam non poterat uitare peccata omissionis præceptorum gratiæ. non enim poterat ex naturalibus implere præceptum charitatis, scilicet: Diliges dominum Deum tuum, & similia, ut sunt præcepta charitatis, ut patet ex dictis. ergo non poterat ex naturalibus uitare peccatum omissionis talium.

1. de duabus animabus c. 10. & 11. tom. 6.

¶ Ad hoc dubium, quod apud Durandum in 2. sent. di. 2. art. 3. conclusio est. dicendum est, quòd aliud est posse implere præcepta huiusmodi, & aliud est posse uitare peccata opposita: quoniam adimpletio præceptorū horū claudit in se de necessitate donum supernaturale in habente, quo fit potens adimplere, & ex quo præcipit adimplere. Cum enim dicitur, Diliges dominum Deum tuū, vt est præceptū charitatis, subintelligitur, Diliges ex charitate dominū Deū tuum, ubi manifeste patet claudi charitatem in facultate adimplendi. Ad euitandum autem peccatū omissionis non exigitur supernaturale donū, sed sufficit ex naturalibus nullum ponere obicem, in nulloque reniti diuinæ monitioni, inquantum præceptum obligat pro tali statu: aliter enim ad alium statum pertinet. Et propterea si ponatur homo in statu naturæ integræ, quāmuis nunquām sine supernaturali dono implesset præceptum charitatis ut sic, sine tamen supernaturali dono uitasset peccatum omissionis omnium præceptorum, dum nullum impedimentum præstitisset supernaturali dono tā habitualis gratiæ, quàm diuinæ motionis speciali, quo præparari ad gratiam, & adimplere præceptum potuisset propter quod author ex eo, quòd homo in statu naturæ integræ poterat non recedere a toto, quod est secundum naturam, probat quòd potuit peccata uitare.

in lib. de duabus animabus * & de libero arbi. si ergo homo existens in peccato mortali, non posset uitare peccatum, uidetur quòd peccando non peccet: quod est inconueniens.

¶ 2 Præt. Ad hoc corripitur homo, ut nō peccet. si igitur homo in peccato mortali existens, non potest non peccare, uidetur quòd frustra ei correptio adhibeatur: quod est inconueniens.

¶ 3 Præt. Eccl. 15. dicitur, Ante hominem uita & mors, bonū & malum, quod placuerit ei, dabitur illi: sed aliquis peccando non desinit esse homo. ergo adhuc in eius potestate est eligere bonū, uel malum: & ita potest homo sine gratia uitare peccatum.

*in fin. lib. tom. 7. & lib. 3. de li. arb. cap. 18. tom. 1.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit in li.* de perfectione iustitiæ, Quisquis negat nos orare debere, ne intremus in tentationem: negat autem hoc, qui contendit ad non peccādum, gratiæ Dei adiutorium non esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam sufficere uoluntatem, ab auribus omnium remouendum, & ore omniū anathematizandū esse nō dubito.

RESPON. Dicendum, quòd de homine dupliciter loqui possum°. Vno modo secundum statum naturę integræ: alio modo secundum statum naturæ corruptæ. Secundum statum quidem naturæ in tegræ etiam sine gratia habituali poterat homo non peccare nec mortaliter, nec uenialiter. quia peccare nihil aliud est, quàm recedere ab eo quod est secūdum naturam, quod uitare homo poterat in statu naturæ integrę: non tamen hoc poterat sine auxilio Dei in bono conseruantis: quo subtracto etiā ipsa natura in nihilum decideret. In statu autem naturę corruptæ indiget homo gratia habituali sanante naturam ad hoc, quòd omnino a peccato abstineat. quæ quidem sanatio primo fit in præsenti uita secundum mentem, appetitu carnali nōdum totaliter reparato. Vnde Apostolus ad Roman. 7. in persona hominis reparati. dicit Ego ipse mēte seruio legi Dei, carne autem legi peccati. In quo quidem statu potest homo abstinere ab omni peccato mortali, quod in ratione consistit, ut supra habitum est:* non aūt pōt homo abstinere ab omni peccato ueniali propter corruptionē inferioris appetitus sensualitatis, cuius motus singulos quidē ratio reprimere potest, & ex hoc habent rationem peccati & uoluntarii, nō autem omnes, quia dū vni resistere nititur, fortassis alius insurgit: & etiam quia ratio non semper potest esse peruigil ad huiusmodi motus uitandos, ut supra dictum* est. Similiter etiam antequā hominis ratio, in qua est peccatum mortale, reparetur per gratiam iustificantē, potest singula peccata mortalia uitare, & secūdum aliquod tempus: quia non est necesse. quòd cōtinuo peccet in actu, sed qd diu d maneat absque peccato mortali esse nō potest. Vnde & Greg.* dicit super Eze. quòd peccatum quod mox per pœnitentiam non deletur, suo pondere ad aliud trahit. Et huius ratio ē, quia sicut rationi subdi debet inferior appetitus, ita etiā ratio subdi debet Deo, & in ipso constituere finem suæ uoluntatis. Per finem autem oportet quòd regulentur omnes actus humani, sicut per rationis iudicium regulari debent motus inferioris appetitus. Sicut ergo inferiori appetitu nō totaliter subiecto rationi, non potest esse quin contingant inordinati motus in appetitu sensitiuo: ita etiam ratione hominis nō totaliter existēte subiecta Deo, consequens est, vt contingant multæ inordinationes, in ipsis actibus rationis. Cum enim homo non habet cor suum firmatum in Deo, ut pro nullo bono cōfigit uoluntatem submittendo illi omnia, ac per hoc ad omnia opposita uitanda se extendit: per huius enim adhæsionem omnia regulanda esse constat, non per alias. Et quoniam in causis propriis tenet argumentum, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, consequens est, quòd quia affirmatio talis subiectionis ponit potentiam propinquam uitandi peccatum mortale, priuatio talis subiectionis priuabit potentia propinqua uitandi peccatum mortale. Et quia talis subiectio auferetur per peccatum mortale, ut perseuerat usque ad remissionem eiusdem, sequitur q̄ homo in peccato mortali existens, nisi per gratiam Dei reparetur, impotens est ad uitandum peccatum mortale. Nec propterea non libere peccat, qui singula potest uitare: sicut etiam nō excusatur a uoluntario in commissione uenialium, licet non possit uenialia uitare eadem ratione, quia singula potest uitare. Et hæc ratio redditur in litera ad dictam conclusionem.

¶ Secundo occurrit dubium ex Scoto, & Durando in uicesima octaua distinctione. 2. senten. Et ut clarius nodus, & ueritas elucescat, formetur sic ratio contra literam. Author affert ad hoc in litera tres priuationes, & tria positiua, ex quibus in homine existente in peccato mortali impotentiam ad uitandum diu omnia peccata mortalia, prouenire dicit. Prima priuatio est gratiæ. Secunda uero finis ultimi. Tertia præmeditationis assiduæ, quando oportet &c. Primum positiuum est motus multiplex occurrentium agendorum, uel uitandorum. Secundum, finis malus præconceptus. Tertium, prauus habitus, & præcipuo loco ponitur in litera gratiæ priuatio, & secundū positiuum, scilicet impræmeditatio assidua, cum malo fine præconcepto. Hæc omnia patet intuenti literā. Tunc primo sic, Peccatum mortale existens in homine, nō comitatur hæc omnia, nec præcipua. ergo author ex his male infert impotētiā existentis in peccato mortali. Consequentia nota. & assumptum probatur: quia stat hominem cōmisisse adulterium semel, & nolle amplius committere, & peccatum illud non esse deletū per gratiam, & cum hoc habere habitū temperantiæ acquisitæ, quia ex uno actu intemperantiæ non corrūpitur habitus acquisitus. & sic non habebit habitum prauum, neque finem præconceptum malum: nec egebit ex hoc præmeditatione magis quàm prius.

D. 7. & 686.

¶ Secundo sic, Concomitantia peccatū mortale necessario ad propositū spectā tia, sunt hæc tria, scilicet priuatio gratiæ, priuatio subiectionis simpliciter ad Deum ultimum finem, & inordinata conuersio ad cōmutabile bonū, quæ transit: sed hæc nō inferūt talē ipotētiā. ergo. Quòd priuatio gratiæ nō inferat, probatur tum quia erat in natura integra, in qua poterat homo uitare omne peccatum: tum quia priuatio nō plus tollit, quàm habitus oppositus ponit. sed habitus gratiæ non ponit nisi efficaciam merendi. ergo priuatio eius non tollit nisi hoc: non ergo tollit potentiam uitandi peccatū mortale. Qđ priuatio subiectionis ad Deū ultimum finē hoc non inferat, probatur: quia talis priuatio non plus priuat necessario, quàm inhæsione ad Deū ex charitate. cum tali aūt priuatione cū ster bonitas moralis, ut patet in hæreticis sola hæresi maculatis, consequēs est q̄ diu pōt homo sine recidiuo uiuere. potest. n. per multos annos nihil cogitare de illa sua hæresi, puta, q̄ Spūs. nō procedat a patre, & ita continue rectē se hꝫ absque mortali, habendo in affectu suo stabilitum Deū, sic ut pro nullo consequendo, aut uitando uellet offendere. Et est sermo præsens secluso præceptis ecclesiæ de communicando, & confitendo toties: in solo. 1. diuino & naturæ iure loquimur. Quòd inordinata conuersio peccati ad cōmutabile bonū nō inferat talem impotentiam, probatur: quia in se quidem non est, iam enim transiit. In affectu quoque non oportet quòd remanserit: quia unus actus, ut dictum est, non generat talem affectum, sicut nec una hirundo facit uer: & etiā homo ex puris naturalibus potest se mutare de affectu ad quodcunque commutabile bonum in aliud, ut experientia testatur. Quòd demum omnia hæc simul non inferant talem impotentiam, probatur ex hoc, quòd non se habent ut partiales causæ eiusdem rationis, componentes unam totalem, ut multi trahentes nauem, nec ex eis concurrentibus simul aliud haberur, quàm effectus illorum simul, quod non est impotentia: sed non posse mereri, nec regulare actus suos ex charitate cum macula, & reatu peccati.

q. 74. art. 4.

¶ Arguitur deinde contra ipsam positionem primo, quia sequitur ad eam, ut homo posset se scire habere gratiam Dei certe. Probatur sequela, quia potest scire certe se diu non commisisse peccatum mortale. si enim effectus necessarius status existētis in peccato mortali est, non posse diu uitari peccatū mortale committendum, a destructione consequentis inferetur destructio antecedentis. Et cum non sit medium inter gratiam & peccatū mortale in nobis adultis, scietur certitudinaliter hominem esse in gratia, contra illud: Nemo nouit utrum odio, uel amore dignus sit. Secundo arguit Sco. in 28. dist. 2. sic. Existens in peccato mortali potest in hoc tempore cauere ab hoc mortali, & illo: & dum cauet hoc, cauet omne: & similiter de tempore consequente, & sic de semper. ergo potest cauere semper simul omnia. Assumptum pro prima parte est positio tua. pro secūda probatur, quia uoluntas non pōt simul habere diuersos consensus, qui requiruntur ad actū cauēdi hoc, & actum committēdi aliud, mortale maxime: quia resistens uni fit fortior ad resistendā aliis.

¶ Ad euidentiā huius difficultatis, sciēdum est, q̄ tota difficultas consistit in hoc, quòd homo etiam post peccatum mortale, & malum habitum, est liberi arb quo ad actū deliberādi, alioquin nō peccaret unquām mortaliter: quoniam sine uoluntaria deliberatione positiue, uel negatiue, non potest peccatum mortale incurri, ut patet ex supradictis. voluntate autem existente libera ad deliberandum, implicatio contradictionis uidetur dicere, quòd non potest uitare omnia peccata mortalia. nam si libera est, potest in utrumque oppositorum. s. deliberare uitationem, uel commissionē peccati: & si non potest de utroque ut libet deliberare, non est libera in deliberando. Nec satisfit quæstioni huic dicendo, quòd pro tanto dicitur non posse uitare omne peccatum mortale, pro quāto non potest adimplere præceptum charitatis, & susceptionis sacramentorum. Hæc namque fuga exclusa est per antedicta, scilicet, q̄ plus requiritur ad implendum hæc præcepta, quàm ad uitandum peccatum: quoniam ad uitandum peccatum sufficit nō ponere impedimentum diuinæ motioni, sed obsequentem se illi præbere, quod est in potestate uoluntatis peccatoris, sicut peccare mortaliter: quia impedimentum non præstatur nisi per peccatum mortale, & sequela diuinæ motionis opus est liberi arb. nec plus exigit per sua præcepta ab homine Deus in tali statu, qui non præcipit homini in quocunque statu, ut faciat quod impossibile est ab eo fieri. quāmuis in potestate eius non sit tollere appositum a se prius impedimentum peccati mortalis commissi, ut in artic. precedenti dictum est. Nec præcipitur homini lapso in peccato, ut tollat ipsum a se, sed ut deprecetur, & inquantum in se est, operetur ut a Deo auferatur, iuxta illud. Fili peccasti? ne adiicias iterum: sed de pristinis deprecare, ut dimittantur tibi. Quæstione igitur pendente in difficultate non parua, dicendum est, quòd posse, uel non posse nos aliquid, dupliciter intelligi potest, scilicet uel iuxta modum, quo dicitur posse a naturali potētia, uel iuxta modum, quo dicitur posse a facultate habitus: sicut aliquis dicit posse scire conclusiones geometricas uel ex naturali potētia intellectus, uel ex cognitis principiis geometriæ. Vtroque siquidem modo dicitur posse: sed primo secundum potentiā remotam, secundo secundum potentiam propinquā. In proposito non est quæstio de posse, vel non posse, secundum quòd a naturali potentia sumitur, quæ est potentia remota respectu vitationis omnis peccati, sed secundum quod sumitur a quali habitu, ideſt, superadiunctis potentiæ. Quod ex eo patet, q̄ in litera non defectum intellectus, aut uolūtatis, aut aliarum potentiarū animæ, sed priuationem gratiæ inhæsionisque fini vltimo, adhæsionem ad malum finem, impræmeditationem, & huiusmodi, causas ponit author impotentiæ. Et propterea deficiunt rationes, quæ super libertate deliberatiua fundantur. Manifeste aūtē patet, quòd potentia propinqua uitandi omne malum culpæ, ex duobus constabat, scilicet ex uigore rationis, & subiectionis simpliciter uoluntatis ad Deum. his enim naturalibus potentiis adiunctis potuit homo uitare omne peccatum, vt prædictum fuit: pdito aūtē per originale peccatum rationis uigore, amissa est simul potentia uitandi omne peccatum actuale. Potentia vero uitandi omne peccatum mortale in altero consistit, scilicet, subiectione uoluntatis ad Deum. talis nanque subiectio secundum veritatem posita, non stat cum peccato mortali: remota, ponit hominē in peccato mortali, & est proprium principium vitādi peccati mortalis. Quāmuis enim tale peccatum mortale, puta, intemperantiæ, possit ex alio principio uitari: uniuersaliter tn & absolute uitationis peccati mortalis nulla est propria causa, nisi talis subiectio. Oportet si qdē esse cui vniuersali causam uniuersalem ve propriam respondere, ut patet in philosophia. Nullus enim actus, habitus, siue dispositio non includens talē subiectionem, talis est naturę & sufficiētiæ ex se, ut possit uitationem peccati mortalis vniuersaliter, ut patet discurrendo. Talis autem subiectio ex se, huiusmodi naturæ & sufficientiæ est: quia in ultimo fine oppositā uitanda se extendit: per huius enim adhæsionem omnia regulanda esse constat, non per alias. Et quoniam in causis propriis tenet argumentum, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, consequens est, quòd quia affirmatio talis subiectionis ponit potentiam propinquam uitandi peccatum mortale, priuatio talis subiectionis priuabit potentia propinqua uitandi peccatum mortale. Et quia talis subiectio auferetur per peccatum mortale, ut perseuerat usque ad remissionem eiusdem, sequitur q̄ homo in peccato mortali existens, nisi per gratiam Dei reparetur, impotens est ad uitandum peccatum mortale. Nec propterea non libere peccat, qui singula potest uitare: sicut etiam nō excusatur a uoluntario in commissione uenialium, licet non possit uenialia uitare eadem ratione, quia singula potest uitare. Et hæc ratio redditur in litera ad dictam conclusionem.

¶ Verum, quia in litera non solum ponitur dicta conclusio, scilicet quòd homo in mortali non potest uitare mortale, sed adiungitur 1y. diu, & simul probatur totum, ideo ut causa etiam positiua propositæ impotentiæ habeatur, adiungitur id quod concomitatur priuationem antedictam, & est malus finis præconceptus. Scire nāque oportet, quòd sicut in actibus virtutum sunt duo fines, scilicet proprius illius uirtutis, & communis omnium, puta, in actu temperantiæ bonum rationis, ut Deus sit in peccatis mortalibus est ultra speciale malum, etiam commune malum, scilicet inordinatus amor sui, ut patet ex antedictis, & Augustin. Duas ciuitates duo faciunt amores, Hierusalem amor Dei usque ad contemptum sui, Babylonem amor sui usque ad contemptū Dei. hi enim mutuo se excludunt, & sibiinuicem infallibiliter succedunt. Quicūque enim est extra peccatū mortale, hoc in statu amat Deum usque ad contemptum sui: & quicunque est in peccato mortali, amat se usque ad contemptum Dei. Homo ergo existens in peccato mortali non solum est priuatus gratia & subiectione dicta, quæ idem est quod amor Dei usque ad contemptum sui, sed est indutus amore sui usque ad contemptum Dei. Non solum igitur cecidit a bono fine, sed habet malum finem communem, de quo saltem uerificatur litera de fine præconcepto. Et quia finis talis communis est omni peccato mortali, & ex fine superiori sumitur ratio & initium reliquorum, consequens est ut homo existens in peccato mortali, habeat positiuum principium ex natura sua inclinans ad peccandum mortaliter, scilicet amorem sui usque ad contemptum Dei. Nisi enim hic amor perseueraret in eo habitualiter, seu virtualiter secundum effectum, uel saltem ueritatem, iam esset in altero contradictorio, scilicet in amore Dei usque ad contemptum sui: non enim datur medium. Dico secundum affectum, propter eos qui sciunt se esse in peccato mortali, & non agunt pœnitentiam: & eos qui sciunt se esse in tali statu, puta, credendi Spiritum sanctum non esse a Filio, non tamen credunt se esse in peccato mortali. Dico uel secundum ue-

Universidad de Navarra Biblioteca

ritatem, saltem propter eos, qui in ueritate sunt in peccato mortali, & nesciunt se affectos ad aliquid repugnans Deo, diligēter, quāmuis non sufficienter discutientes se. Patet hæc etiam ex eo, quòd quilibet damnatus descēdit ad inferos cum armis suis, id est, cum aliqua mala uoluntate in qua obstinatus perseuerat, & non solum cū auersione ab ultimo fine vero.

¶ His ita se habentibus, aduenemus q̄ in litera dicuntur, ut uis rationis propiciatur. In litera aliqua ponūtur spectantia ad peccatū mortale, aliqua ad conditiones hominis, & aliqua supponuntur manifesta. Ad peccatum mortale spectantia afferuntur tria, uel quatuor, scilicet priuatio gratiæ, priuatio subiectionis sui, & suorum omnium Deo, præconceptus malus finis, & malus habitus, qui uel in omnibus non habet locum, si formaliter intelligatur, uel declaratur per tertium, si modaliter intelligatur. propterea dixit tria, uel quatuor. Ad conditionem hominis spectantia afferuntur tria, occursus tot uitandorum, & agendorum, pronitas ad operandum secundum præconceptum finem uel habitum, & impossibilis præmeditatio assidua. Manifesta supposita sunt infirmitas naturæ, a qua inchoat impotentia uitandi malum, & pronitas ad malum, de qua Gen. 6. Proni sunt sensus hominis &c.

Cap. 8. non multum remote a fine tom. 5.

¶ Et considera, quòd diuinum authoris ingenium causas tātum communes peccati mortalis inducit: quia de uitatione non talis, aut talis, sed peccati mortalis absolute quæstio est, ut effectus uniuersalis causa uniuersalis assignaretur. Est igit ratio literæ ista. Homo in peccato mortali perseuerans, est destitutus gratia, ac subiectione simpliciter ad Deum: habens malum finem, uel malum habitum, constitutusque inter multa occurrentia agenda, uel uitanda contra Deum: ergo eget præmeditatione ad uitandum omne peccatum mortale. ergo non potest diu sic perseuerare, quin peccet mortaliter. Assumptū patet ex prædeclaratis. Prima sequela probat in litera: quia deficiēte fine regulatiuo oīum, & appositi contrario fine inter tot occurrentia, & prouocātia ad mortale, consequens naturali ordine est, ut sequatur p̄cm mortale, nisi vigilans meditatio impediat has causas a suo effectu. Præmeditatio nāque est, ex qua sola homo non sequitur cōmuniter habitum, seu præconceptum finem secundum pronitatem suam. Cuius signum est, quòd in repentinis, in quibus abest præmeditatio, homo operatur secundum suam pronitatem. Firmatur quoq; sequela ex parte positiui principii ex authoritate scripturæ. Nam si cū extrinseco sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, qūo cū intrinseco peruerso fine, seu affectu non pueteris? Ex parte uero priuatiui ex authoritate Chrisō. tractantis illud: Soluite, & adducite mihi. Sicut, inquit, nauis fracto gubernaculo non quo uult uadit, sed quo tempestas impellit: ita homo diuinæ gratiæ auxilio perdito, non agit quod uult, sed quod diabolus ei intendit: quod uult, ideſt, quod uellet fm uelleitatē, non tamen peccat inuitus, aut impotens hoc nunc uitare. Secunda autem sequela probatur: quia homo non potest semper stare in tali præmeditatione: & tamen frequentia occurrentium, & prouocantium eget assidua præmeditatione, ut cuitetur mortale peccatum ab homine sic male disposito. Hæc est ratio literę, quę manifeste cōuincit, quòd liberum arbitrium cum hoc, quod est liberum, propter tamen has malas dispositiones & conditiones impotens est ex se ad uitandum diu mortale, si in mortali commisso perseuerat.

¶ Nunc superest, obiectionibus in contrarium satisfacere. Et ad dicta authoris in 2. sententiarum dicitur, quòd hic retractata sunt. Et prima ratio de facultate liberi arbitrii soluta in responsione ad primum, & tertium, & in corpore articuli. Vnde dicitur, quòd saluata libertas eius infirma infert facultatem uitandi singula, non omnia mortalia in sic dispositio. Et ratio est: quia facultas ista ad uitandum omnia non attenditur secundum potentiam naturalem nudam, quæ est potentia remota uitandi mortale, sed secundum superadditas dispositiones, quæ constituunt potentiam propinquam.

¶ Similitudo inter motus insurgentes uenialium, & contra Deum potest dupliciter intelligi. primo, quo ad occursum, frequentiam, & deordinationem: secundo, quo ad modum deordinationis. Si primo modo intelligatur, similitudo tenet: & sic utitur ea hic author. Si secundo modo, non tenet. Et hoc concludit obiectio facta. modus nanque in uenialibus offendendi est per negligentiam absque deliberatione: in mortalibus autem non nisi deliberando offenditur. Sed tamen sicut ibi propter deperditum uigorem rationis fieri nequit, quin uoluntas erret libera in singulis: ita hic propter deperditā subiectionem ad finem ultimum, ac per hoc appositum contrarium finem, fieri nequit ut uoluntas libera circa singula omnia uitet semper præmeditando: conditio quippe hominis infirmi, & sic dispositi non permittit. Obiectio autem allata contra hoc, quòd diu uitare non potest mortale, solutur ex eodem fundamento, scilicet quòd præter pronitatem contra frequentiam tot prouocantium se seruare diu, ex assidua præmeditatione dependet, quæ est impossibilis homini huiusmodi. Quāmuis enim resistendo uni mortali firmior fiat ad uitandum aliud, non tamen tanta fit firmitas, ut non sit præmeditatione assidua opus ad uitandum omnia, ingruentibus tā frequenter impulsiuis: & ꝓterea non diu uitare poterit casum.

¶ Ad primam obiectionem factam contra rationem, negatur assumptum de omnibus, præterquām de habitu proprie dicto, qui nō exigitur ad propositum. Iam enim patet ex peccato mortali, & conditione ac dispositione hominis, q̄ omnia numerata inueniuntur in quolibet existente in peccato mortali. Is enim qui semel adulterium cōmisit, nec intendit amplius committere, sine deletione culpæ potest referri ad duplicem finem, proprium. s. habitus acquisiti, & respectu huius non habet contrarium finem præconceptum, nec eget præmeditatione propter inclinationem talis contrarii finis: & quo ad hoc obiectio bene dicit. Et potest referri ad cōmunem finem omnium uitiorum. s. ipsummet amatum usque ad contemptum Dei. Et hic finis præconceptus in omni uitioso actu mortali perseuerat habitualiter, donec reparetur per gratiam. Et ratione huius finis contrarii uitationi mortalis peccati, oportet destitutum hominem inter tot præmeditari, aut cadere.

¶ Ad secundam obiectionem dicitur, q̄ licet negatio gratiæ nō inferat hanc impotentiā, priuatio tamen eius ex tali causa. s. peccato mortali in homine, infert talem impotentiam. Sic autem nō erat negatio gratiæ in natura integra. Falsum quoque est, quòd gratia non plus ꝺet, q̄ efficaciam præcise merendi. dat enim subiectionem simpliciter uoluntatis ultimo fini per charitatem, sanat naturam, adiuuat uires, & illustrat. Priuatio quoque subiectionis simpliciter Deo, licet stet cum bonitate morali, non tamen stat cum bonitate simpliciter.

¶ Veruntamen aduerte hic, q̄ esse in peccato mortali contingit tripliciter, quātum ad propositum spectat. s. formaliter, & per se, ut est ille, qui scit se esse in peccato mortali, & non prouidet sibi: hic enim scit, & uult se esse in peccato mortali. Vel formaliter, & per se ex parte obiecti, per accidens autem ex parte operantis, ut qui fecit ex ignorantia iuris non excusante contractū usurarium. hic enim scit & uult se esse in tali facto, quod est formaliter peccatum mortale, non tamen scit, aut uult se esse in peccato mortali, ignorantia uelante ipsum. Vel per accidens, ut si quis diligenter, etsi non sufficienter se discussit, & putat se esse in gratia, cum tamē sit in peccato mortali. hic enim nec scit, nec uult se esse in peccato mortali, nec in aliquo, quod habeat peccati mortalis rationem. Inter hos autem tres hæc est differentia ad propositum, quòd primus est in peccato mortali non solum facto, sed affectu per se: secundus affectu quoque, & per se ex parte obiecti, sed per accidens ex parte sui propter ignorantiam: tertius facto tantum. Et propterea in primo locum per se habet præconceptus finis malus, & destitutio affectus a fine ultimo, & cætera quę in litera dicuntur. In secundo hæc eadem locum habent partim per se, scilicet ex parte obiecti, & partim per accidens, scilicet ex parte operantis, ac per hoc iuxta illius per accidens frequentiam erit casus. Iste enim potest habere cor suū stabilitum in Deo ex intentione, & affectu, & propterea cauebit a cæteris, quāmuis per accidens affectus ad lucrum per illum contractum iguotum quo ad usuram, ut dictum est, sit infectus.

In ter-

In tertio locum habēt hęc eadem facto tantum: vnde hic potest magis vitare quam alii, mortale peccatum, dum non affectu, sed tacto solo malū finem præconceptum seruat affectu nanque se simpliciter Deo subiicit, ac per illum regulatur. Quia ergo sermones doctrinales formales, & per se esse oportet, ideo præsens litera de existente in peccato mortali formaliter & per se, intelligenda est. Et primo de existente formaliter & p se vndique: secūdo de existente formaliter & p se ex parte obiecti: per accidens aut ex parte sui. neuter enim potest diu perseuerare absque nouo casu in mortale. Nec obstat in secundo, quòd contingit casum ignoratū esse de raro cōtingētib⁹. Quātū.n. est ex parte existentis in statu illo, pronus est ad illud faciendum infinities, si infinities occurreret, ex quo ad illud affectus est absque fræno propter ignorātiam. & propterea quantum est ex parte suæ potentiæ nō potest diu stare, quin cadat. q̄uis materia casus nō sæpe occurrat. De existente autem in peccato mortali tertio modo, non accipio hāc literam: sed loco illum inter eos, qui incipiunt per diuinam gratiam reparari: vnde iste non peccat mortaliter suscipiēs sic sacramenta, vt alibi diffinitum est.

Ca. 6. paulo a princi. tom. 7.

In. li. 3. paulo a princi. tom. 3.

¶ Et per hæc patet solutio, quomodo conuersio ad commutabile bonum præterita infert, vel non infert hanc impotentiam. Si enim perseuerat in affectu, iam opus est præmeditatione, aut, quòd plus est, scientia. Si autem facto tantū, non opus est scientia, aut præmeditatione, sed diuino intellectu ad intelligendum delicta, & de hoc, vt dictum est, non est sermo præsens: quonīā ab arte relinquitur id quod est per accidens. Ex his autem facile patet, quomodo ex his omnibus vna impotentia constat ut diuersis conditionibus requisitis concurrentibus ad eius perfectionem, vt patet in. 5. Meta. capitulo de Vno, & singulos effectus singulorum male esse obiiciendo numeratos, vt patet ex dictis.

¶ Ad argumentum contra conclusionem, scilicet quòd sequeretur, q̄ posset quis scire se esse in gratia, negatur sequela. Et cum dicitur, potest scire se diu non deliberasse in peccatum mortale, respondetur, quòd quicquid sit de peccatis commissionis, quis scit se diu non cecidisse in peccatum mortale omissionis? quæ nō eget deliberatione positiua, sed sufficit non deliberare quando tenetur. Scriptum est enim, Delicta quis intelligit? delictum enim proprie omittentis est: & propterea subditur. Ab occultis meis munda me Domine. Dicit secundo, quòd impotentia talis est effectus status peccati mortalis formaliter & per se, & non per accidens tātum solo facto, ut dictum est: & propterea ex hoc, quòd quis diu non cecidit, non potest scire se de facto non esse in mortali, sed non esse in affectu mortalis. vnde Apostolus: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

¶ Ad rationem Scoti dicitur, quòd multipliciter peccat. Primo, in antecedente assumitur falsum, scilicet dum cauet hoc, cauet omne: quia potest simul cauere unum, & transgredi aliud præceptum. Probatio quoque assumit falsum, scilicet quòd uoluntas non potest illos duos consensus habere, pro quanto experimur aliquem simul uelle rapere, sed non res sacras, ac per hoc uitare sacrilegium, & committere rapinam, & similiter in multis. Et rursus, quia ad peccatum omissionis non requiritur actus aliquis, potest simul implere præceptum unum, & omittere aliud, ad quod pro tunc tenetur absque duobus simul consensibus positiuis: unde probatio est falsa, & fallax. Consequentia quoque principalis peccat sophismate diuisionis, & compositionis: quoniam non ualet, In singulis potest singillatim, ergo semper: quoniam alia & alia est ratio: ibi uoluntas libera, hic præmeditatio assidua contra habitum implicatur. Patet autem sophisma, applicando ad cauendum singula uenialia, & procedendo ad cauēdum omnia sēper, ut ipse facit: sunt enim singula uoluntaria.

¶ Et in his omnibus aduerte, quòd in materia morali, & potentia inclinationis, p modum naturæ, est sermo, ut intelligas doctrinam hanc ueram more moraliū & naturalium, scilicet ut in pluribus, & secundum tale genus impotentiæ indisciplinati quippe est eodem modo in omnibus loqui, & certitudinem & ueritatem quærere.

¶ In rēsp̄sione ad primū eiusdem ar. 8 dubiū occurrit ex Scor. ubi supra arguente contra hanc rēsponsionem sic. Stans in culpa mortali, & non disponens se ad gratiam, non potest pro tunc se seruare a culpa. ergo pro tunc est sibi impossibile seruare se a culpa mortali: quod est falsum, quia omnis culpa est uoluntaria. Antecedēs habetur ex rēsponsione ista, quia dicitur, quòd si nō disponit se ad gratiam, sibi imputatur impotentia uitandi peccatum mortale. Consequentia uero per se nota est.

¶ Ad hoc dicitur, quòd nihil prohibet esse uoluntarium simpliciter, quod tamen ex suppositione est impossibile aliter se habere: sicut nauigare est uoluntarium simpliciter, sed supposito q̄ aliquis absens uelit esse in insula, necessariū est nauigare. Et inuidere uoluntarium est, aliter peccatum non esset, supposita tamen superbia, est necessarium. unde Aug. dicit in libro de uera religione, quòd natura superba necesse habet alii inuidere. Et ratio est eadem: quia supposito q̄ quis quærat inordinate propriam excellentiam, oportet quòd ex aliorum excellentia, utpote derogante propriæ, percutiatur. Sic igitur existens in peccato mortali, & non se disponens ad gratiam, ex hac suppositione, scilicet quòd uult permanere in statu tali, necesse habet peccare mortaliter, & impossibile est ei non peccare mortaliter: sed talis necessitas & impossibilitas ex suppositione, non repugnat uoluntario: & propterea uoluntarie simul, & necessario ex suppositione peccabit mortaliter.

Articvlvs ix.

Vtrū ille, qui iā cōsecutus est gratiam, per seipsum possit operari bonū, & uitare peccatū absque auxilio gratiæ.

Ad primum sic ꝓcedit. Videtur q̄ ille, qui iam consecutus est gratiā, per seipsum possit operari bonū, & uitare peccatum absque alio auxilio gratiæ. Vnumquodque.n. aut frustra est, aut imperfectum, si nō impleat illud ad qđ datur: sed gra ad hoc datur nobis, ut possimus bonū facere, & uitare peccatum. si igitur p gratiā hoc homo non potest, uidetur q̄ uel gratia sit frustra data, uel sit imperfecta.

¶ 2 Præt. Per gratiam ipse Spūs sanctus in nobis habitat, fm illud 1. ad Corin. 3. Nescitis quia tēplum Dei estis, & spūs Dei habitat in vobis? sed Spiritus sanctus cum sit oīpotens, sufficiens est ut nos inducat ad bene operandū, & ut nos a pctō custodiat. ergo homo gratiam consecutus potest utrunque prædictorum absq; alio auxilio gratiæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd nihil prohibet esse uoluntarium simpliciter, quod tamen ex suppositione est impossibile aliter se habere: sicut nauigare est uoluntarium simpliciter, sed supposito q̄ aliquis absens uelit esse in insula, necessariū est nauigare. Et inuidere uoluntarium est, aliter peccatum non esset, supposita tamen superbia, est necessarium. unde Aug. dicit in libro de uera religione, quòd natura superba necesse habet alii inuidere. Et ratio est eadem: quia supposito q̄ quis quærat inordinate propriam excellentiam, oportet quòd ex aliorum excellentia, utpote derogante propriæ, percutiatur. Sic igitur existens in peccato mortali, & non se disponens ad gratiam, ex hac suppositione, scilicet quòd uult permanere in statu tali, necesse habet peccare mortaliter, & impossibile est ei non peccare mortaliter: sed talis necessitas & impossibilitas ex suppositione, non repugnat uoluntario: & propterea uoluntarie simul, & necessario ex suppositione peccabit mortaliter.

¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum nonum.*

In articulo nono eiusdem quæstionis centesimænonę dubium occurrit de tituli, & conclusionis principalis sensu. Potest siquidem tripliciter intelligi. primo, ut sit sermo de bono morali, seu meritorio indefinite. & tunc esset quæstio, utrum possit aliquod bonum moraliter, uel meritorie operari: & conclusio est, quòd non. Et hic sensus licet Thomistis quibusdam apparuerit, accipientibus hinc, quòd apud authorem homo sine speciali auxilio non potest quodcumque opus moraliter bonum facere, falsus tamen est: quia homo & sine gratia, ut prius probatum fuit, potest aliquod opus moraliter bonū facere, & in gratia constitutus habet ipsam gratiam sanantem & eleuantē, quæ est potens operari opa bona etiā meritorie. Et q̄ hæc sit mens authoris ex hoc patet, q̄ rō indigētiæ specialis auxilii ultra gratiā ponit infirmitas in carne, obscuritas in intellectu. Constat autem, q̄ nec infirmitas carnis, nec obscuritas in intellectu tanta est, aut instaurum uiget & exēditur, ut impediat hoiem in gratia constitutū a quolibet bono opere: cum manifeste pateat, quòd nec existentes in peccato mortali impediuntur a quolibet bono opere.

¶ Secundo, ut sit sermo de bono & malo uniuersaliter: & tunc esset quæstio, utrum homo in gratia possit omne suum opus

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere bonum, & omne malum vitare: & conclusio esset negatiua. Et hic sensus licet claudatur in conclusione huius articuli, non tamen uidetur directe inrentus, tum quia rationes literę nõ tendunt ad hoc, quòd homo non possit esse sine ueniali aliquo post consecutam gratiam: tum quia in sequenti articulo ex decisione istius articuli cõcluditur, quòd homo sine speciali auxilio Dei non potest uitare mortale post consecutã gratiam: quia eget ille ad perseuerandum in gratia, quæ non perditur nisi p mortale. Nõ igitur stat vis articuli huius in pręseruatione a malo ueniali, sed ad plus indigentia talis auxilii extẽdi dicitur.

Ca.26.circa fin.to.7.

¶ Tertio potest intelligi titulus, & cõclusio simpliciter. i. absque determinatione aliqua, ut sit sermo de bono consono gratiæ, & malo dissonãti. hoc. n. subintelligi põt ratione subiectæ materię de qua tractatur, & de operatione boni, & uitatione mali non ad horã, aut respectu huius, hoc etiam subintelligi patet ex eo q̃p non dicitur simpliciter aliquis potens ambulare, qui potest ad horã, aut in solario plano ambulare. Et tunc in quæstione uersatur, an homo consecutus gratiam, bona opera quæ continuo facit, & mala quę uitat, non hic, aut nunc, sed absolute operetur, & uitet ex sola gratia habituali, an ex speciali etiam auxilio Dei. Et hic sensus est intentus ab authore, & respondet plano sensui literę. & est conclusio negatiua in littera, q̃p scilicet homo p solum donum gratiæ non potest operari bona operanda, & uitare mala uitãda: sed ad hoc eget speciali auxilio Dei ultra gratiam. Et ratio literæ est, quia gratia nõ dat quicquid op⁹ est ad hæc duo. nam relinquit carnem infirmam, & intellectum obscurum, quibus nisi speciali Dei auxilio subueniatur inter tot occurrentia, infirmitas carnis, & obscuritas intellectus abducet libe-

ar.1.hui⁹q.

¶ 3 Præt. Si homo consecutus gratiam, adhuc alio auxilio gratiæ indiget ad hoc, quòd recte viuat, & a peccato abstineat, pari ratione etsi illud aliud auxilium gratiæ cõsecutus fuerit, adhuc alio auxilio gratiæ indigebit: procedetur ergo in infinitum, quod est incõueniens. ergo ille, qui est in gratia, non indiget alio auxilio gratiæ ad hoc q̃p bene operetur, & a peccato abstineat.

SED CONTRA est, q̃p Augustinus dicit in lib⁹. de natura & gratia, quòd sicut oculus corporis plenissime sanus, nisi cãdore lucis adiutus, non potest cernere: sic & homo perfectissime etiam iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuini adiuuetur, recte non potest viuere. Sed iustificatio fit per gratiã, secundum illud Rom. 5. Iustificati gratis per gratiam ipsius. ergo etiã hõ iam habens gratiã, indiget alio auxilio gratię ad hoc q̃p recte viuat.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra* dictum est, homo ad recte viuendum dupliciter auxilio Dei indiget. Vno quidem modo quantum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta sanetur, & etiam sanata eleuetur ad operanda opera meritoria uitæ æternę, quæ excedunt proportionem naturæ. Alio modo indiget homo auxilio gratiæ, vt a Deo moueatur ad agendum. Quantum igitur ad primum auxilij modũ homo in gratia existens, non indiget alio auxilio gratiæ quasi aliquo alio habitu infuso: indiget tamen auxilio gratiæ secundum aliũ modum, vt scilicet a Deo moueatur ad recte agendum: & hoc propter duo. Primo quidem ratione generali propter hoc, quòd sicut supra dictum est*, nulla res creata potest in quemcunque actum prodire, nisi virtute motionis diuinæ. Secundo, ratione speciali propter conditionem status humanæ naturæ, quæ quidem licet per gratiam sanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infectio quantũ ad carnem, per quam seruit legi peccati, vt dicit ad Rom. 7. Remanet etiã quædam ignorantię obscuritas in intellectu, secundum quam, vt etiã dicitur Ro. 8. quid oremus, sicut oportet, nescimus. Propter uarios enim rerũ euẽtus, & quia etiam nosipsos non per fecte cognoscimus, non possumus ad plenum scire quid nobis expediat, secundum illud Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertę prouidentię nostræ. Et ideo necesse est nobis, vt a Deo dirigamur & protegamur, qui omnia nouit, & omnia potest. Et ꝓpter hoc etiam renatis in filios Dei per gratiam conuenit dicere, Et ne nos inducas in tentationem: & Fiat voluntas tua, sicut in cęlo & in terra &c. quæ in oratione Dominica continentur ad hoc pertinentia.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd donum habitualis gratię nõ ad hoc datur nobis, vt per ipsum non indigeamus vlterius diuino auxilio: indiget enim quęlibet creatura, ut a Deo conseruetur in bono, quod ab eo accepit. Et ideo si post acceptã gratiam homo adhuc indiget diuino auxilio non potest concludi, quòd gratia sit in uanum data, uel quòd sit imperfecta: quia etiam in statu glorię quando gratia erit omnino perfecta, homo diuino auxilio indigebit. Hic autem alii qualiter gratia imperfecta est, inquantum hominem non totaliter sanat, ut dictum est.*

AD 2^um^ dicendum, quòd operatio Spiritus sancti, quę nos mouet & protegit, non circunscribitur p effectum habitualis doni quod in nobis causat, sed pręter hunc effectum nos mouet, & protegit simul cum Patre & Filio.

AD 3^um^ dicendum quòd ratio illa concludit, quòd homo non indigeat alia habituali gratia.

ARTICVLVS X.

Vtrum homo in gratia constitutus indigeat auxilio gratiæ ad perseuerandum.

AD DECIMVM sic procedit. Videtur quòd homo in gratia constitutus non indigeat auxilio gratiæ ad perseuerandum. Perseuerantia enim est aliquid minus uirtute, sicut & continentia, ut patet per Philosophum in 7. Ethic.* sed homo non indiget alio auxilio gratiæ ad habendum uirtutes, ex quo est iustificatus per gratiam. ergo multo minus indiget auxilio gratiæ ad habendum perseuerantiam.

¶ 2 Præt. Omnes uirtutes simul in

ro sit potens uitare malum, ex se quoque patet: quia per idem principium uitamus contrarium, per quod possumus in reliquũ. Per idẽ enim ignis calefacit, & fugat frigus, & graue descẽdit, & resistit ascensui, & fortis pugnat ꝓ libertate, & resistit seruituti.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quandocunque usus, seu operatio potentiæ alicuius aliunde pendet, quàm ex potentia, tunc ex sola potentia non potest inferri usus, seu opatio illi⁹ in actu exercito. Verbi gratia. Potentia uisiua habet pro proprio actu suo uidere, qd dependet & ab obiecto, & lumine, & propterea non põt ex hoc solo qd̃ homo habet potentiã uisiuam, inferri, ergo ex sola potentia uisiua potest uidere: quoniã sine extrinseco lumine nunquã exibit in actũ. Potentia ergo exigens aliquod extrinsecum ad executionem sui actus, non sufficit sola ad proprium actum. vnde quemadmodũ stãt hæc duo simul, Homo habet potentiã, qua potest uidere: &, Homo potest nõ ex sola potentia uisiua uidere: ita in ꝓposito, quia gratia est qua homo est potens elicere operationem bonã, & resistere impulsionibus tentationum, & cõtinuare in hoc, qđ est perseuerare, ideo homo donatus dicitur dono, quo hæc potest. Sed quia gratia non potest exercere hos actus simpliciter qñ oportet, ubi oportet &c. quamuis possit ad horam sine sanitate carnis ministræ eius, & lumine intellectus cooperanti eidem, quorũ opposita subtrahũt arbitriũ abvsu gratię, sine extrinseco lumine & opere, altera propter obscuritatẽ, altera propter infirmitatem: ideo dr quòd homo ex sola gratia sine speciali auxilio non potest in hæc simpliciter.

Et esset simile, si ponamus hominẽ infirmũ ſm uires ministrantes intellectui: tunc enim hõ intellectu ut principio intelligẽdi etiã habituato est potẽs intelligere, & uitare errores, & in hoc cõtinuare: quia intellectus continue magis intelligendo fortificatur. Veruntamen quia ad continuationem, & perfectionem actus intellectus quando oportet, exigitur sanitas uirium interiorum: ideo homo talis non potest quando oportet uti intellectu in iudicando &c. ꝓp infirmitatẽ uirium, nisi opem quis ferat sanitatis: quãuis possit sine tali ope ad horam recte iudicare.

¶ Et sic habes, q̃p hi duo artic. de necessitate diuini auxilii ad usum gr̃æ sunt: quoniam multis datur gratia, quibus non datur vti ea qñ oportet, sed diuina permissione abiicere eam. Et sic datur donũ, quo possunt bene operari & resistere tentationibus, & perseuerare, omnibus quibus datur gratia: non tamen omnibus datur executio horũ simpliciter, ut experientia testatur, quia non omnibus datur extrinseca requisita ad talẽ executionem. & ideo oportet orare, Ne proiicias nos in tempore senectutis, cũ defecerit uirtus nostra, ne derelinquas nos, domine: et Ne nos inducas in tentationem.

Cap.48.Et in li de corr. & gra. ca.12.to.7.

¶ Super Quæstionis ceseſimædecimæ Articulum primum.

IN ar.1. & 2.q. cẽtesimædecimę, nil dubitandũ occurrit. Notetur tamen radix cõclusionis primi articuli in respõsione ad primum, q̃p scilicet gratia tam Dei, quam hominis ponit aliquid in gratio licet differenter. Et redeamus ad nosmetipsos in contemplatione secundi ar. inspicientes, si has qualitates habem⁹, quibus prõpte mouemur ad diuina æternaq; bona. Lingua quoq; ex rñsione ad tertiũ discet cohibere, ne dicas gratiã annihilari, cum homo pdit eã: quia nec fit, nec corrũpitur, nec creatur, nec annihilatur, ut in litera dicitur: sed sẽm ipsam homo creatur in tali esse.

2.di.26.ar.1. Et 3.contra ca.150. Et ueri.qõ.27.ar.1.

Inf.q.114. ar.3.c. Et 2.q.138.ar.4. Et 2. dist.29.i expolit.ad.2. Et 3. contra c.155. Et ueri.q.24.ar.13.p to. & q.27.ar.5. ad 3. Et ps.31. Et Io.7.lo.2. *li.7.et c.9 & 8.colligitur. tom.3.

10 lit

QVAESTIO CX.

De gratia Dei quantum ad eius essentiam, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia Dei quantũ ad eius essentiam.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum gratia ponat aliquid in anima.

¶ Secũdo, Vtrũ gratia sit qualitas.

¶ Tertio, Vtrum gratia differat a uirtute infusa.

¶ Quarto, de subiecto gratię.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia ponat aliquid in anima.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur ꝓ gratia non ponat aliquid ī anima. Sicut enim homo dicitur habere gratiam Dei, ita etiam gratiam hominis. unde dicitur Gen. 39. quòd Dominus dedit Ioseph gratiã in conspectu principis carceris: sed per hoc, ꝓ homo dicitur habere gratiam hominis, nihil ponitur in eo qui gratiã alterius habet, sed in eo, cuius gratiã habet, ponitur acceptatio quædam. ergo per hoc, quòd homo habere gratiam Dei dicitur, nihil ponitur in anima, sed solum significatur acceptatio diuina.

¶ 2 Præt. Sicut anima uiuificat corpus, ita Deus uiuificat

Universidad de Deusto Biblioteca

ficat animam. unde dicitur Deut. 30. Ipse est uita tua: sed anima uiuificat corpus immediate. ergo etiam nihil cadit medium inter Deum & animam. non ergo gratia ponit aliquid creatum in anima.

Glos. inter-linearis in hunc locum.

¶ 3 Præt. Ad Rom. 1. super illud, Gratia uobis & pax, dicit glos.* Gratia, idest, remissio peccatorum: sed remissio peccatorum non ponit in anima aliquid, sed solum in Deo non imputante peccatum, secundum illud Psal. 31. Beatus uir, cui non imputauit Dominus peccatum. ergo nec gratia ponit aliquid in anima.

SED CONTRA, Lux ponit aliquid in illuminato: sed gratia est quædam lux animæ. unde Aug. dicit in lib. de natura & gratia* Præuaricatorem legis, digne lux deserit ueritatis, qua destertus utiq; fit cęcus. G ergo gratia ponit aliquid in anima.

cap. 22. in princ. to. 7.

RESPON. Dicendum, quòd secundum communē modum loquendi, tripliciter gratia accipi consueuit. Vno modo pro dilectione alicuius: sicut consueuim* dicere, q̄ iste miles habet gratiā regis, idest, rex habet eum gratum. Secundo sumitur pro aliquo dono gratis dato: sicut cōsueuimus dicere, Hanc gratiam facio tibi. Tertio modo sumitur pro recompensatione beneficii gratis dati, secundum quod dicimur agere gratias beneficiorum, quorum trium secundum dependet ex primo. Ex amore enim quo aliquis habet alium gratum, procedit quòd aliquid ei gratis impendat. Ex secundo autem procedit tertium: quia ex H beneficiis gratis exhibitis gratiarum actio consurgit. Quantum igitur ad duo ultima, manifestum est, quòd gratia aliquid ponit in eo, qui gratiam accipit. Primo quidem ipsum donum gratis datum: secundo huius doni recognitionem. Sed quantum ad primum, est differentia attendenda circa gratiam Dei, & gratiam hominis: quia enim bonum creaturæ prouenit ex uoluntate diuina, ideo ex dilectione Dei, qua uult creaturæ bonum, profluit aliquod bonum in creatura. Voluntas autem hominis mouetur ex bono præexistente in rebus: & inde est quòd dilectio hominis non causat totaliter rei bonitatem, sed præsupponit ipsam uel in parte, uel toto. Patet igitur, quòd quamlibet Dei dilectionem sequitur aliquod bonum in creatura causatum, quandoque tamen* dilectioni æternæ coæternū. Et secundum huiusmodi boni differentiam differens consideratur dilectio Dei ad creaturam. Vna quidem communis, secundum quam diligit omnia quæ sunt, ut dicitur Sap. 11. secundum quam, esse naturale rebꝰ creatis largitur. Alia autem dilectio est specialis, fm quam trahit creaturam rationalem supra conditionē naturæ ad participationem diuini boni: & secundum hāc dilectionem dicitur aliquem diligere simpliciter, quia secundum hanc dilectionem uult Deus simpliciter creaturæ bonum æternum, quod est ipse. Sic igitur per hoc, q̄ dicitur homo gratiam Dei habere, significatur quiddam supernaturale in homine a Deo prouenies. Quandoque tamen gratia Dei dicitur ipsa æterna Dei dilectio, fm quod dicitur etiam gratia prædestinationis, inquantum Deus gratuito, & non ex meritis aliquos prædestinauit, siue elegit. Dicitur enim ad Ephe. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum in laudem gloriæ gratiæ suæ.

* Alias, nō tamen.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd etiam in hoc, q̄ dicitur aliquis habere gratiam hominis, intelligitur in aliquo esse aliquid, quòd sit homini gratum, sicut & in hoc, quòd dicitur aliquis gratiā Dei habere: sed tamen differenter. Nam illud quod est homini gratū in alio homine, præsupponitur eius dilectioni: causatur autem ex dilectione diuina, quod est in homine Deo gratum, ut dictum est.* in corp. ar.

AD 2ᵐ dicendum, q̄ Deus est uita animæ per modum causæ efficientis: sed anima est uita corporis per modum causæ formalis. Inter formam autem & materiam non cadit aliquod medium, quia forma per se ipsam informat materiam, uel subiectum. Sed agens informat subiectum non per suam substantiam, sed per formam, quam causat in materia.

AD 3ᵐ dicendum, quòd Aug. dicit in lib. Retractationum.* Vbi dixi, gratiam esse in remissionem peccatorum, pacem uero in reconciliationē Dei: non sic accipiendum est, ac si pax ipsa & reconciliatio non pertineant ad gratiā generalē, sed quòd specialiter gratiæ nomine remissionem significauerit peccatorum. Non ergo sola remissio peccatorum ad gratiam pertinet, sed etiam multa alia Dei dona. Et etiam remissio peccatorum non fit sine aliquo effectu diuinitus in nobis causato, ut infra patebit.* Lib. 1. c. 2. post medium tom. 1. q. 113. ar. 2

ARTICVLVS II.

Vtrum gratia sit qualitas animæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ gratia non sit qualitas animæ. Nulla enim qualitas agit in suum subiectum, quia actio qualitatis nō est ablq; actione subiecti, & sic oporteret q̄ subiectū ageret in seipsum: sed gratia agit in animam iustificando ipsam. ergo gratia non est qualitas. 2. dist. 26. art. 2.

¶ 2 Præt. Substantia est nobilior qualitate: sed gratia est nobilior quàm natura animæ. multa enim possumus per gratiam, ad quæ natura non sufficit, ut supra dictum est.* ergo gratia non est qualitas. q. 109. ar. 1. 2. & 3.

¶ 3 Præt. Nulla qualitas remanet, postquàm desinit esse in subiecto, sed gratia remanet: non enim corrumpitur, quia sic in nihilum redigeretur, sicut ex nihilo creatur, unde & dicitur noua creatura ad Gala. ult. ergo gratia non est qualitas.

SED CONTRA est, quod super illud Psal. 103. Vt exhilaret faciem in oleo, dicit glos.* q̄ gratia est nitor animę, sanctum concilians amorem. Sed nitor animæ est quædam qualitas, sicut & pulchritudo corporis. ergo gratia est quædam qualitas. Est Aug. in hunc locū. Psal. 103.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut iam dictum est,* In eo qui dicitur gratiam Dei habere, significatur esse quidam effectus gratuitæ Dei uoluntatis. Dictū est autem supra,* quòd dupliciter ex gratuita Dei uoluntate homo adiuuatur. Vno modo inquantum anima hominis mouetur a Deo ad aliquid cognoscendum, uel uolendum, uel agendum: & hoc modo ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidā animę: actus enim mouentis, in moto est motus, ut dicitur in 3. Physi.* Alio modo adiuuatur homo ex gratuita Dei uoluntate, fm quod aliquod habituale donū a Deo animæ infunditur. Et hoc ideo, quia non est conueniens, q̄ Deus minus prouideat his, quos diligit ad supernaturale bonum habendum, quàm creaturis, quas diligit ad bonum naturale habendum. Creaturis autem naturalibus sic prouidet, ut non solum moueat eas ad actus naturales, sed etiam largiatur eis formas, & uirtutes quasdam, quę sunt principia actuum, ut secundum seipsas inclinentur ad huiusmodi motꝰ. Et sic motus quibus a Deo mouentur, fiunt creaturis connaturales & faciles, secundum illud Sap. 8. Et disponit omnia suauiter. Multo igitur magis illis, quos mouet ad consequendum bonum supernaturale ætęr num, 1. ar. 1. hiu* q. 109. ar. 8 Tex. 1. tom. 2.

num, infundit aliquas formas, seu qualitates super naturales, secundum quas suauiter & prompte ab ipso moueantur ad bonum æternum consequendum. Et sic donum gratiæ qualitas quædam est. A

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia secundum quòd est qualitas, dicitur agere in animam non per modum causę efficientis, sed per modū causæ formalis: sicut albedo facit album, & iustitia iustum.

AD 2ᵐ dicendum, quòd omnis substantia vel est ipsa natura rei, cuius est substantia, vel est pars naturę, secundum quem modum materia, vel forma substantia dicitur. Et quia gratia est supra naturam humanā, non potest esse quòd sit substantia, aut forma substantialis: sed est forma accidentalis ipsius animæ. B Id enim quod substantialiter est in Deo, accidentaliter fit in anima participante diuinam bonitatem, vt de scientia patet. Secundum hoc ergo, quia anima imperfecte participat diuinam bonitatem, ipsa participatio diuinę bonitatis, quæ est gratia, imperfectiori modo habet esse in anima, quàm anima in seipsa subsistat. est tamen nobilior, quàm natura animæ inquantum est expressio, vel participatio diuinæ bonitatis, non autem quantum ad modum essendi.

AD 3ᵐ dicendum, quòd sicut dicit Boetius, accidentis esse est in esse. Vnde omne accidens non dicitur ens quasi ipsum esse habeat, sed quia eo aliquid C est: unde & magis dicitur esse entis, quàm ens, ut dicitur in 7. Metaph.* Et quia eius est fieri, uel corrumpi, cuius est esse: ideo proprie loquendo nullum accidēs neq; fit, neque corrumpitur, sed dicitur fieri, uel corrumpi secundum quod subiectum incipit, uel desinit esse in actu fm illud accidēs. Et fm hoc etiā gratia dr creari ex eo, q̄ homines fm ipsam creantur. i. in nouo esse constituuntur ex nihilo. i. non ex meritis, fm illud ad Eph. 2. Creati in Christo Iesu in operibus bonis. 7. Metaph. tex. 3. 7. art. 1

¶ *Super Quæstionis octęsimædecimæ Articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum gratia sit idem quod uirtus.

IN articulo tertio eiusdem quæstio. dubium occurrit ex Scoto in secūdo sententiarum distinct. 27. & contra rationem literæ, & cōtra conclusionem. Soluit siquidem rationem illam, quæ ponitur in calce corporis arti. Sicut lumē naturale rōnis &c. & dicit quòd simili tudo saluaē in hoc, q̄ sicut uirtutes acquisitæ perficiūt in ordine ad lumē qđ est prudentia, & illa ad lumen intellectus agentis: ita infusæ in ordine ad lumen charitatis, & illa ad finem supernaturalem. Arguit etiam contra eam, quia sequeretur quòd fides nō posset manere informis: quia non posset perficere deficiente lumine in ordine, ad quod pficit. sicut nec virtus acquisita 7. Physic. text. 14. 7. art. 1 q. 62. cor. Et 26. ar. 6. Et 4 q. 1. ar. 3. Et ue 27. ar. 4. cit. & c. 30.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd gratia sit idem quod uirtus. Dicit enim Augustus.* q̄ gratia operans est fides, quæ per dilectionem operatur, ut habetur in libro de Spiritu & litera: sed fides, quæ per dilectionem operatur, est uirtus. ergo gratia est uirtus. D

¶ 2 Præt. Cuicunque conuenit diffinitio, conuenit & diffinitum: sed diffinitiones de uirtute datæ siue a sanctis, siue a Philosophis, conueniunt gratiæ. ipsa enim bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. ipsa etiam est bona qualitas mentis, qua recte uiuitur &c. ergo gratia est uirtus.

¶ 3 Præt. Gratia est qualitas quędā: sed manifestum est, quòd non est in quarta specie qualitatis, quæ est forma, & circa aliquid constans figura, quia non pertinet ad corpus. neque etiam in tertia est, quia non est passio, uel passibilis qualitas, quæ est in parte animæ sensitiua, ut probatur in 7. Physico.* ipsa autem gratia principaliter est in mente. neque iterum est in secunda specie, quæ est potentia, uel impotentia naturalis: quia gratia est supra naturam, & non se habent ad bonum & malum, sicut potentia naturalis. ergo relinquitur, q̄ sit in prima specie, quæ est habitus, uel dispositio. Habitus autem mentis sunt uirtutes, quia etiam ipsa scientia quodammodo est uirtus, ut supra dictum est.* ergo gratia est idem quod uirtus. E

SED CONTRA. Si gratia est uirtus, maxime uidetur q̄ sit aliqua trium theologicarū virtutum: sed gratia non est fides, uel spes, quia hæc possunt esse sine gratia gratum faciēte. neque etiam charitas, quia gratia præuenit charitatem, ut Augustinus dicit in libro de prædestinatione sanctorum.* ergo gratia non est uirtus.

RESPON. Dicendum, quòd quidam posuerunt idem esse gratiam & uirtutem secundum essentiam, sed differre solum secūdum rationem, ut gratia dicatur, secundum quod facit hominem Deo gratum, uel secundum quod gratis datur: virtus autem secundum quod perficit ad bene operandum. Et hoc uidetur sensisse Magister in 2. senten. dist. 26.* Sed si quis recte consideret rationem uirtutis, hoc stare nō potest, quia ut Philosophus dicit in 7. Physicor.* uirtus est quędam dispositio perfecti. dico autem perfectum, quod est dispositum secundum naturam. Ex quo patet, quòd uirtus uniuscuiusque rei dicitur in ordine ad aliquam naturā præexistentem, quando scilicet unumquodque sic est dispositum, secundum quod congruit suæ naturæ. Manifestum est autem, quòd uirtutes acquisitæ per actus humanos, de quibus supradictum est,* sunt dispositiones, quibus homo conuenienter disponitur in ordine ad naturam, qua homo est. Virtutes autem infusæ disponunt hominem altiori modo, & ad altiorem finem: unde etiam oportet, quòd in ordine ad aliquam altiorem naturam, hoc est, in ordine ad naturam diuinam participatam, quæ dicitur lumen gratiæ, fm quod dicitur 2. Pet. 1. Maxima & pretiosa nobis p̄missa donauit, ut p hoc efficiamini diuinę consortes naturę: & fm acceptionem huiusmodi naturę dicimur regenerari in filios Dei. Sicut igitur lumē naturale rationis est aliquid præter virtutes acquisitas, quæ dicuntur in ordine pōt manere uirtus, nō manēte habitudine eiꝰ naturali ad illud quod respicit. ¶ Contra conclusionem tripliciter motiuū assert. Primo qa q̄cunq; excellentia attribuitur gratiæ, attribuitur charitati, & econtra: ergo gratia & charitas sunt idem. Assumptum patet tripliciter. Primo in hoc, q̄ utraque diuidit formaliter æqualiter inter filios regni, & perditionis. Secō in hoc, q̄ utraque est forma uirtutum, & nō pōt esse informis. Tertio in hoc, q̄ utraq; coniungit ultimo fini pfecta cōiunctione, qualis pōt esse i via. Secō, quia si ponantur distincte, altera superfluit. Probat, quia reliqua sufficit. Tertio, quia eodē habitu quo Spiritus sanctus inhabitat aiam, uolūtas inclinatur in suum actum meritorium, & econuerso: nō sic aūt est de habitu fidei, & spei pp eorū imperfectionem. q. 56. art. 4. Et q. 57. artic. 2. Ca. 2. & in lib. de bono perseuerātię c. 14. nō remote a princi. to. 7. Lib. 2. sent. dist. 26. D. 677. Tex. 17. & 18. tom. 2.

¶ Ad obiecta cōtrā rōnem, facile dr, q̄ solutio ipsa se accusat. nam lumini naturali non respōdere facit lumē supernaturale, sicut prudentiæ charitatem. Vnde similitudo literę stat in hoc, q̄ sicut lumen naturale est quoddā præsuppositum principiū, & origo uirtutū in nobis naturaliter p̄existens: ita in esse supernaturali oportet ponere lumē supernaturale, principium & originem omnium infusarum uirtutum. q. 65. & aliis.

¶ Et uide, q̄ hanc similitudinem author post probatam conclusionem induc it ex ratione uirtutis, ut ostenderet, q̄ natura illa præsupposita esset & natura, & lumen, ad qđ perficerent uirtutes ut ad naturā & lumen, sicut in acquisitis uirtutib⁹ utrūque inuenitur, ut in litera inducitur.

¶ Ad argumentum autem cōtra ipsam rati onem dicitur, quòd fides informis non

non est uirtus simpliciter, sed secundum quid, ut inferius in secunda secundæ patet. Et propterea conceditur, quòd non manet lumine gratiæ, fides nō remanet in esse uirtutis simpliciter.

¶ Ad primum eorum quæ contra conclusionem obiiciuntur, dicitur quòd licet multę excellentiæ sint communes gratiæ, & charitati propter earū connexionem, non tamen eis conueniunt eodem modo: quia gratię ut primæ radici charitati ut fructui illius. Et rursus aliqua excellentia est gratiæ, quæ non conuenit charitati, scilicet primū principium formaliter esse supernaturalis. Falsum quoque est, quòd diuidere inter filios regni, & perditionis ęque formaliter conueniat utrique: nam gratia facit filium Dei formaliter, charitas autem operatiue. Illa enim est principium essendi in natura diuina participata. Et similiter diuersimode utraq; est forma uirtutum, & coniungit fini ultimo, quia charitas ut proximum operandi principium, illa ut primum.

In corp.ar. ¶ Et ex hoc patet responsio ad secundum, quòd nentra superfluit, & altera sine reliqua non sufficit. oportet enim & primum, & proximum principium habere naturam, & potentiam, lumen, & uirtutes.

3.q 7. ar.2. co.& q.62. ar.2.cor.Et 2.di. 26.ar. 3. Et ueri. q.27.art.6.

¶ Et per idem soluitur tertiū motiuū. nam licet habitus quo spiritus inhabitat animam, inclinet uoluntatem ad merendum ut prima radix meritī, nō tamē exequitur hoc per seipsum immediate, sed mediante habitu charitatis, quo formaliter uoluntas inclinatur, gratia autem radicaliter tantum.

* lib.3 parū a me. to. 7.

† p.p.q.83. artic.2.

¶ *Super Quæstionis nonæ decimæ Articulū quartū.*

IN arti.4.eiusdem q.dubium occurrit ex Sco. in 1. senten. dist.26 qui multipliciter probat q̄ gratia est subiectiue in uolūtate, & nō i essentia aīę immediate, quadrupliciter.

ad ipsum lumen naturale, ita etiā ipsum lumen gratiæ, quod est participatio diuinæ naturæ, est aliquid prēter uirtutes infusas, quæ a lumine illo deriuantur, & ad illud lumen ordinantur. Vnde Apostolus dicit ad Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambulate. Sicut.n. uirtutes acquisitæ perficiunt hominem ad ambulandum, sm quod cō gruit lumini naturali rationis, ita uirtutes infusę perficiunt hominē ad ambulandum, secundum quod congruit lumini gratiæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Augustinus nominat fidem per dilectionem operantem, gratiam: quia actus fidei per dilectionem operantis, est primus actus, in quo gratia gratum faciēs manifestatur.

AD 2^m dicendum, quod bonū politum in diffinitione virtutis dicitur secundum conuenientiam ad aliquam naturam prēexistentē uel essentialem, uel participatam, sic autem bonum non attribuitur gratiæ, sed sicut radici bonitatis in homine, ut dictum est.*

AD 3^m dicendum, q̄ gratia reducitur ad primam speciem qualitatis. Nec tamen est idem quod uirtus, sed habitudo quędā, quæ præsupponitur uirtutib^s infusis, sicut earum principium & radix.

ARTICVLVS IIII.

Vtrū gratia sit in essentia animæ sicut in subiecto, an in aliqua potentiarū.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ gratia non sit in essentia animæ sicut in subiecto, sed in aliqua potentiarum. Dicit enim Augustinus in Hyponosticon, *q̄ gratia cōparatur ad uoluntatē, siue ad liberū arb. sicut sessor ad equū: sed uoluntas, siue liberū arb. est potentia quædam, ut in primo dictū est. † ergo gratia est in potentia animæ sicut in subiecto.

¶ 2 Præt. Ex gratia incipiunt merita hominis, vt Augustinus dicit:* sed meritum consistit in actu, qui ex aliqua potentia procedit. ergo uidetur, quòd gratia sit perfectio alicuius potentiæ animę.

¶ 3 Præt. Si essentia animę sit proprium subiectum gratiæ, oportet q̄ anima, inquantum habet essentiā, sit capax gratiæ: sed hoc est falsum, quia sic sequeretur quòd omnis anima esset gratiæ capax. non ergo essentia animæ est proprium subiectum gratiæ.

¶ 4 Præt. Essentia animæ est prior potentiis eius: prius autem potest intelligi sine posteriori. ergo sequetur quòd gratia possit intelligi in anima nulla parte, uel potentia animæ intellecta, scilicet neque uoluntate, neque intellectu, neq; aliquo huiusmodi, quod est inconueniēs.

SED CONTRA est, q̄ per gratiā regeneramur in filios Dei: sed generatio per prius terminatur ad essentiam, quām ad potentias. ergo gratia per prius est in essentia animæ, quām in potentiis.

RESPON. Dicendum, q̄ ista quęstio ex præcedenti dependet.* Si enim gratia sit idem quod uirt^s, necesse est quòd sit in potentia animæ sicut in subiecto: nam potentia animæ est proprium subiectum uirtutis, ut supra dictum est.* Si autē gratia differt a uirtute, non potest dici quòd * potentia animæ sit gratię subiectū: quia omnis perfectio potētię animæ habet rationem uirtutis, ut supra dictum est.* Vnde relinquitur, quòd gratia sicut est pri^a uirtute, ita habeat subiectum pri^a potentiis animę, ita scilicet quòd sit in essentia animæ. Sicut enim p potentiam intellectiuā homo participat cognitionem diuinam per uirtutem fidei, & secundum potentiam uoluntatis amorem diuinum per uirtutem charitatis: ita etiam per naturam animæ participat secundum quandam similitudinem naturam diuinam per quandam regenerationem, siue recreationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut ab essentia animæ effluunt eius potentiæ, quæ sunt operum principia: ita etiā ab ipsa gratia effluunt uirtutes in potētias animæ, per quas potentiæ mouentur ad actus. Et secundum hoc gratia comparatur ad uoluntatem, ut mouens ad motum, quæ est comparatio sessoris ad equum: non autem sicut accidens ad subiectum.

¶ Et per hoc etiam patet solutio ad secundum. est enim gratia principium meritorii operis mediantibus uirtutibus: sicut essentia animæ est principium operum uitæ mediantibus potentiis.

AD 3^m dicendum, quòd anima

¶ Et primo, Gratia est idem quod gloria, uel per se disponit ad eam: ergo est in eodem subiecto in quo est beatitudo: ergo non est in essentia.

¶ Secundo, Gratia perficit animam solum in ordine ad determinatum actum, scilicet meritorium ergo. non perficit animam secundum essentiā, sed secundum quod est principium act^s meritorii. Assumptum patet, & consequētia probatur: quia essentia est de se indeterminatum principium multorum, ac per hoc non perficitur ut sic a perfectino ad unū tantum, sed secundum quod est principium actus meritorii. Et confirmatur, inquit: quia si perficeret essentiā animæ, posset redundare in actum prioris potentiæ, scilicet intellectus, & sic act^s intellectus, ut præcedit actum uoluntatis, posset esse gratificabilis, & meritorius. imo si solus intellectus esset, in illa essentia, posset esse gratia, & meritum.

¶ Tertio, Gratia p ficit in ordine ad obiectum, & actum determinatum uoluntatis. ergo non est in essentia, sed in uoluntate. Antecedens patet quo ad actum, & consequēter obiectum: quia ad meritorium tantum, qui solius est uolūtatis apud Anselmum cap. quarto de conceip. uirginali. Consequentia probatur, quia essentia ut sic, nullum respicit actum, aut obiectum. Et cō firmatur per Anselmum in cap.3. de concep. uirg. Omnis iustitia est formaliter in uoluntate: gratia est quędā iustitia & rectitudo. ergo.

¶ Quarto, Gratia est aliqua forma in anima, & non est passio, uel potentia. ergo habit^s, sm illā diuisionem Philosophi in 6. Ethicor. Omnis autem habitus est in potentia: quia opus habentis reddit bonum. ergo.

¶ Ad primum horum negatur consequentia: quoniam nec gratia, nec gloria essentialiter est in eodem subiecto, in

Ex 2. præ.

q.56.art.1. D.179.

q.55.& 56. art.1

in quo est beatitudo. beatitudo quidem est actus secundus, vt patet: gloria autem & gratia actus primus: ac per hoc illa est propria potentię, ista communis essentiæ & potentię secundum diuersa.

¶ Ad secūdum, negatur assumptum. Nam gratia licet perficiat ad actum meritorium, non tamen tantum ad hoc, nec primo ad hoc, quoniam gratia primo perficit ad deiformitatem, ad participationem diuinæ naturæ, iuxta illud 1.Pet.2. diuine nature consortes: ad actū autem meritorium secundario. Vnde infantes per gratiā regenerati sunt in filios Dei, habentes primum & principalem effectū gratiæ, & carētes secundario, s. merito pprio.

b.1139.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd effect^s gratiæ est duplex, scilicet gratū reddere, & mereri. Et rursus potētia prior duplicitet, scilicet simpliciter, & in mouēdo ad exercitium actus. Si ergo est sermo de gratia secundum primum effectum, nullum inconueniēs est, quòd gratia redundet in intellectum, vt præcedit uoluntatē: quia sicut essentia est naturaliter pri^a gratia quam uoluntas, ita & intellect^s. Sed si fit sermo de gratia secundum inclinationem ad meritum per actum p prium (quod dico p pter meritū Christi communicatum per gratiam) tunc est inconueniens quòd prius redūdet in intellectum, sed oportet quòd redundet primo in potentiam non priorem simpliciter, sed priorem in hoc, scilicet in agendo, quæ est uoluntas: quoniam meritum consistit in agere. Sicut eadem ratione dictum fuit, q̄ peccatum originale quantum ad inclinationē ad actum, ab essentia animę prius infecit uoluntatem. Vnde arguens promiscue miscēs gratificabile & meritum, debuisset distinguere, & uidisset, quòd si solus intellectus esset, esset gratia, & esset gratum & meritum Christi, nō per actum proprium.

7.2e.7. & ad 1. 62.ar. Et 3. c.154 et ueri. 7.arti.1. cor.Et cul. 3. 21.Et 4.Et 1.e.3. Phie.1.

QVAESTIO CXI.

De diuisione gratiæ, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de diuisione gratiæ.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum conuenienter diuidatur gratia per gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem.

¶ Secundo, de diuisione gratiæ gratum facientis per operantem, & cooperantem.

¶ Tertio, de diuisione eiusdem per gratiam præuenientem, & subsequentem.

¶ Quarto, de diuisione gratiæ gratis datæ.

¶ Quinto, de comparatione gratiæ gratum facientis, & gratis datę.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd gratia non conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam. Gratia enim est quoddam donum Dei, ut ex supradictis patet.* Homo autem ideo non est Deo gratus, quia aliquid est ei datum a Deo, sed potius econuerso: ideo enim aliquid datur alicui gratis a Deo, quia est homo gratus ei. ergo nulla est gratia gratum faciens.

*Q.110.a5.

¶ 2 Præt. Quæcunque non dantur ex meritis præcedentibus, dantur gratis: sed etiam ipsum bonum naturæ datur homini absque merito præcedenti, quia natura præsupponitur ad meritum. ergo ipsa natura est etiam gratis data a Deo: natura autem diuiditur contra gratiam. Inconuenienter igitur hoc, quod est gratis datum, ponitur ut gratiæ differentia: quia inuenitur etiam extra gratiæ genus.

¶ 3 Præt. Omnis diuisio debet esse per oppositā: sed etiam ipsa gratia gratum faciens per quam iustificamur, gratis nobis a Deo conceditur, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. ergo gratia gratum faciens non debet diuidi contra gratiam gratis datam.

SED CONTRA est, quod Apostolus utrunque attribuit gratiæ, scilicet & gratum facere, & esse gratis datum. Dicit enim quantum ad primum ad Ephes. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Quantum uero ad secundum dicitur ad Roma. 2. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. potest ergo distingui gratia, quæ uel habet unum tantum, vel utrunque.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Apostolus dicit ad Rom. 13. Quæ à Deo sunt ordinata sunt. In hoc autem ordo rerum cōsistit, q̄ quædā per alia in Deum reducuntur, ut Dion. dicit in lib. cæle. Hierar.* Cum igitur gratia ad hoc ordinetur, ut homo reducatur in Deum, ordine quodā hoc agit', ut. s. quidam per alios in Deum reducantur. Secundum hoc igitur duplex est gratia. Vna quidem per quam ipse homo Deo coniungitur, quæ uocatur gratia gratum faciens. Alia uero per quam unus homo cooperatur alteri ad hoc, quòd ad Deum reducatur. Huiusmodi autem donum uocatur gratia gratis data: quia supra facultatem naturæ, & supra meritum personæ homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc, ut homo ipse per eam iustificetur, sed potius ut ad iustificationem alterius cooperetur: ideo non uocatur gratum faciens. Et de hac dicit Apost. 1. ad Cor.

cap.4. & 8. & 7.a med.

¶ Ad tertium iam patet ex hoc responsio: quoniam propositio dicens, Habitus perficiens in ordine ad determinatum obiectū & actum est in potentia illa, distinguenda est: quoniam dupliciter hoc contingit, scilicet primo, & secundo. Et dicitur q̄ gratia primo perficit ad esse, & non primo ad operari, & propterea non ad obiectum.

¶ Nec ad actum primo perficit, sed secunda rio: facit enim primo hominem filiū Dei, & consequenter potentem mereri uitā ęternam. Sequela ergo negatur: quoniā non tenet nisi de habitu primo perficiente ad actum & obiectum.

¶ Ad confirmationē ex Anſel. dicitur, quòd Anselmus potest uerificari de iustitia actuali pro quā to ois operatio bona est in uoluntate secūdum aliquid, puta volitionem: sed quātum ad iustitiam habitualem lato uocabolo accipiendo iustitiam, falsum est quod dicitur.

¶ Ad quartum, negatur quòd omnis habit^s sit subiectiue in aliqua potentia. Et ad probationem, quia opus habentis reddit bonū, dicitur quòd reddere opus habētis bonum, contingit dupliciter, s. primo, & ex consequenti. Et quòd habitus, qui ad hoc primo est, ut opus habentis reddat bonum in potentia aliqua, est cuius est opus: gratia autem non propter opus est primo, sed secundario. principaliter enim est propter esse consortem diuinæ naturæ, quod est pri^a omni uirtute: & ideo est in subiecto priore quæcunque potentia, ut proportionaliter formæ respondeat materia.

Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem, scilicet aliorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia non dicitur facere gratum effectiue, sed formaliter, scilicet quia per hãc homo iustificatur, & dignus efficitur uocari Deo gratus, secundum quod dicitur ad Col. 1. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.

AD 2^um^ dicendum, quòd gratia secundum quod gratis datur, excludit rationem debiti. Potest autem intelligi duplex debitum. Vnum quidem ex merito proueniens, quod refertur ad personam, cuius est agere meritoria opera, secũdum illud ad Roman. 4. Ei qui operatur, merces imputatur secundum debitum, non secundum gratiam. Aliud est debitum secundum conditionem naturæ, puta, si dicamus debitum esse homini quod habeat rationem, & alia quæ ad humanam pertinẽt naturam. Neutro autem modo dicitur debitum propter hoc, quòd Deus creaturæ obligetur, sed potius inquantum creatura debet subiici Deo, ut in ea diuina ordinatio impleatur: quæ quidem est, ut talis natura tales conditiones, uel proprietates habeat, & quòd talia operans talia consequatur. Dona igitur naturalia carent primo debito, non autem carent secundo debito: sed dona supernaturalia utroque debito carent, & ideo specialius sibi nomen gratiæ uendicant.

AD 3^um^ dicendum, quòd gratia gratum faciens addit aliquid supra rationem gratiæ gratis datæ, quod etiam ad rationem gratiæ pertinet, quia scilicet homi nem gratum facit Deo: & ideo gratia gratis data, quæ hoc non facit, retinet sibi nomen commune, sicut in pluribus aliis cõtingit. Et sic opponuntur duæ partes diuisionis, sicut Gratum faciens, & Non faciens gratũ.

¶ *Super Quæstionis centesimæ undecimæ Articulũ secundũ.*

ARTICVLVS II.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per operantem, & cooperantem.

IN artic. 2. q. 111. omisso primo, dubium occurrit circa differentiam inter gratiam operantẽ, & cooperãtem pro gratuita Dei motione sumptam. Implicantur siquidem duo cõtraria simul. Nam assignãdo differentiam dicitur, quòd operans dicitur, quãdo mens nostra se habet uti mota tantum: cooperans uero quando mens nostra se habet ut mouens & mota. applicãdo autem ad actus nostros subiungitur, quòd cũ mouemur ad uelle, est gratia operans, cum uero mouemur ad exterius opus, est gratia cooperans. Constat autẽ quòd ad uelle uoluntas se habet non ut mota tantũ: nam uelle a uoluntate est, & in uoluntate, alioquin non esset liberum.

¶ Et confirmatur, quia mouere ad uelle, nihil aliud est quam facere ut uelimus, ut Aug. allatus in litera tellatur: facere autem ut uelimus, est facere ut moti moueamur nos ad uolendum.

¶ Præt. aut author intẽdit, quia mens nostra se habeat sic respectu actus interioris, & exterioris, aut respectu formæ actus, puta, bonitatis meritoriæ. Si respectu actus, cum vterque sit a uoluntate imperatus, respectu utriusque gratia dicetur cooperãs, iuxta doctrinam literæ. Si respectu bonitatis meritoriæ, cũ vtraque sit a uoluntate informata charitate & gratia, par est etiã ratio de utraq; quo ad hoc, quia est a uoluntate mota a Deo.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, quòd nulla est inter dicta contrarietas: quoniam non dicitur in litera, quòd respectu omnis actus interioris uoluntatis dicit gratia operans, sed dicitur indefinite, remittendo se ad supradicta inq. 9. ar. 4. ibi enim habuimus, quòd respectu primi actus uoluntas se habet, ut mota tantum, & Deus vt mouens. Et nomine primi actus non intelligitur solus ille, quem uolũtas in principio operationum suarũ omnium habet, sed quicunq; primus absq; consilio & præuio motiuo ad bonum. Et propterea author dixit, Et præsertim cum voluntas incipit bonũ uelle, quæ prius malum volebat. Similiter igit se habet uolũtas mota a Deo ad huiusmodi velle, sicut graue ad motum deorsum. Et propterea sicut graue non mouet seipsum ad descensum, sed est motum a generante: ita uolũtas mota a Deo ad huiusmodi nouum velle, nõ mouet seipsam ad hoc, sed est tãtum mota a Deo. est tamen tale velle ipsius elicitiue, sicut descendere est motus grauis. Et est liberum, quia potest dissentire a tali velle: Deus enim mouet suauiter liberum arbitrium secundum conditionẽ eius. Et per hoc patet responsio ad cætera: nam facere vt velimus, non contingit vno modo, sed duobus, scilicet vt velimus mouendo nos ipsos ad hoc, & vt velimus moti tantum ab ipso Deo. Secundo mõ spectat ad gratiam operantem, primo ad cooperãtem, iuxta calcem corporis articuli de opere meritorio. Et similiter non omnis actus elicitus a voluntate est imperatus ab ea, & propterea non est eadem, aut par ratio de actu, & bonitate meritoria intus & extra. Secundo dicitur, quia in litera distinguendo gratiã, gratuitã Dei motionem &c. expresse dicit, Qua mouemur ad bonũ meritorium, intentio authoris est loqui de bono meritorio, ita quòd dupliciter inuenitur voluntas se habere ad bonum meritoriũ, s. vt mota tantum, & vt mouens mota, quicquid sit de actu substrato. Et quia etiam in litera manifeste distinguit inter actum interiorẽ meritoriũ. vt est ex gratia, idest, habitua li dono, & vt est a gratia, idest, gratuita Dei motione, & primo modo attribuitur gratiæ cooperanti, secundo vero operanti: & quia etiam ex litera habetur, quòd effectus gratiæ operantis habet rationem primi boni meritorii, effectus vero cooperantis habet rationem secundarii, extenso nomine boni meritorii etiam ad esse, quo constituitur aliquis in statu meritorio, consequens est, quòd intentio authoris est dicere, quòd tunc voluntas se habet ad bonum meritorium vt mouens, quando ex præcedenti esse, vel actu meritorio facta in actu, iam mouet se ad meritorium bonum. Sunt enim tunc duo operantes, scilicet Deus, & voluntas facta in actu in tali esse: & propterea gratia cooperans dicitur tam confirmans voluntatem ad exterius opus, faculateque exterioris operis præbens, quàm vt est principium interioris operis meritorii secundum habituale donum iam datũ facultati liberi arb. ad vtendum cum vult. Tunc autem voluntas se habet vt mota tantum in hoc esse, quando non ex precedenti merito, aut esse meritorio, ad actum, vel statum meritorium ducitur. Et propterea gratia operans dicitur tam grauita Dei motio ad actum interiorem meritorium, qui non procedit ex habitu, vel actu altero meritorio, quàm gratia ipsa habitualis, vt dat esse. Ad nihil enim horum sunt duo operantes, proprie loquendo, sed vnus tantum, scilicet Deus. Voluntas autem etsi ad actus substratos se habeat vt operans: ad rationem tamen meritorii, cũ eam non præhabeat in actu, non se habet vt operans, sed vt obsequẽs, vt in relatione ad fm in ista habes.

¶ Vnde patet responsio ad obiecta, quoniam in æquiuoco laboratur de esse a voluntate: aliud quippe est esse a voluntate, & aliud esse a voluntate in actu in tali esse, ita vt moueat se ad meritorium, sõle plus ad hoc exigitur, quàm ad illud, vt patet.

¶ Ex hoc etiã patet, quòd primo modo primus actus voluntatis est ab ea vt prædictum est, & tamẽ non est ab ea vt mouente se, sicut nec descensus deorsum est a graui vt mouente se, proportionaliter loquendo semper, vnum superest dubium, an actus idem interior possit simul esse a gratia operante, & cooperante. verbi gratia. Deus gratuita sua motione excitat Petrum iam existentem in gratia ad interiorem actum charitatis, & consentit Petrus nouo cuidam zelo honoris Dei, an actus ille sit ab vtraque gratia: & vt est ab habitu, sit cooperantis, vt a gratuita Dei motione sit operantis gratiæ: an ipsa gratuita Dei motio, propter præcedentem habitũ, spectet ad gratiam cooperantem.

¶ Ex hoc non est difficile soluere inuenti rationem literæ, & formaliter rationes actuum cõfideranti. Nam actus meritorius præexistentis in gratia aut est imperatus a gratia, & tunc sine dubio ad solam gratiam cooperantem spectat, sicut & actus exterior: aut non imperatus a gratia, sed gratia se habet ad illum obsecutiue, vt contingere videtur in nouis actibus excedentibus proportionem gratiæ, qui illam valde augent: & tunc gratuita Dei motio operantis gratiæ rationẽ habet ad talem actum sub tali ratione: quamuis sub communi ratione meritorii etiam a gratia cooperante sit, quando vt sic, a gratia habituali imperatur propter præexistentem finem in eo. Et ex hoc habes, quòd gratia operans non solum inuenitur in infusione gratiæ, & iustificatione impii, sed post acceptam gratiam pluries, quamuis manifestius in iustificatione impii. Et præterea in litera dicitur, quòd quantum ad actum interioris meriti voluntas se habet vt mota, Deus autem vt mouens: præsertim quoniam voluntas, quæ prius malum volebat, incipit bonum velle.

¶ Hæc secunda solutio principalis dubii magis videtur ad mentem authoris, vna tamen aliam clarificat.

¶ In reliquis tribus huius quæstionis articulis nihil scribendum occurrit.

ARTICVLVS III.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur in præuenientem, & subsequentem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd gratia inconuenienter diuidatur in præuenientem, & subsequentem. Gratia enim est diuinæ dilectionis effectus: sed Dei dilectio nunquàm est subsequens, sed semper præueniens, secundum illud 1. Ioã. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. ergo gratia non debet poni præueniens, & subsequens.

¶ 2 Præt. Gratia gratum faciens est vna tantum in homine, cum sit sufficiens, secundum illud 2. ad Corinthio. 12. Sufficit tibi gratia mea: sed idem non potest esse prius & posterius. ergo gratia inconuenienter diuiditur in præuenientem, & subsequentem.

¶ 3 Præter. Gratia cognoscitur per effectus: sed infiniti sunt effectus gratiæ, quorum vnus præcedit alium. ergo si penes hos gratia deberet diuidi in præuenientem, & subsequentem, videtur quòd infinitæ essent species gratiæ: infinita autem relinquuntur a qualibet arte. non ergo gratia cõuenienter diuiditur in præuenientem, & subsequẽtem.

SED CONTRA est, quòd gratia Dei ex eius misericordia præuenit: sed vtrunque in Psalm. 58. legitur, Misericordia eius præueniet me. & iterum, Misericordia eius subsequetur me. ergo gratia conuenienter diuiditur in præuenientem, & subsequentem.

RESPON. Dicendum, quòd sicut gratia diuiditur in operantem, & cooperantem secundum diuersos effectus, ita etiam in præuenientem, & subsequentem, qualitercunque gratia accipiatur. Sũt autem quinque effectus gratiæ in nobis, quorum primus est, vt anima sanetur: secundus, vt bonum velit: tertius est, vt bonum quod vult, efficaciter operetur: quartus est, vt in bono perseueret: quintus est, vt ad gloriam perueniat. Et ideo gratia secundum quod causat in nobis primum effectum, vocatur præueniens respectu secundi effectus: & prout causat in nobis secundum, vocatur subsequens respectu primi effectus. Et sicut

Universidad de Deusto Biblioteca

vnus effectus est posterior vno effectu, & prior alio, ita gratia potest dici prœueniens, & subsequens secundum eundem effectum respectu diuersorum: & hoc est quod Augustinus dicit in lib. de natura & gratia. Prœuenitur vt sanemur, subsequitur vt sanati vegetemur: prœuenit vt vocemur, subsequitur vt glorificemur.

can. 32. parũ a princi. to7.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dilectio Dei nominat aliquid æternum, & ideo nunquàm potest dici nisi prœueniens: sed gratia significat effectum temporalem, qui potest præcedere aliquid, & ad aliquid subsequi: & ideo gratia potest dici prœueniens, & subsequens.

AD 2^um dicendum, quòd gratia non diuersificatur per hoc, quòd est prœueniens, & subsequens secundum essentiam, sed solum secundum effectum, sicut & de operante & cooperante dictum est. Quia etiam secundum quod gratia subsequens ad gloriam pertinet, non est alia numero a gratia prœueniente, per quã nunc iustificamur. Sicut enim charitas viæ non euacuatur, sed perficitur in patria: ita etiam & de lumine gratiæ est dicendum, quia neutrum in sui ratione imperfectionem importat.

AD 3^um dicendum, quòd quàmuis effectus gratiæ possint esse infiniti numero, sicut sunt infiniti actus humani, tamen omnes reducuntur ad aliqua determinata in specie: & præterea omnes conueniunt in hoc, quòd vnus alium præcedit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gratia gratis data conuenienter ab Apostolo diuidatur.

3. contra c. 154. Et 1. cor. 12. lect. 2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q gratia gratis data inconuenienter ab Apostolo distinguatur. Omne enim donum, quod nobis a Deo gratis datur, potest dici gratia gratis data: sed infinita sunt dona, quæ nobis gratis a Deo conceduntur tam in bonis animæ, quàm in bonis corporis, quæ tamen nos Deo gratos non faciunt. ergo gratiæ gratis datæ non possunt comprehendi sub aliqua certa diuisione.

¶ 2 Præter. Gratia gratis data distinguitur contra gratiam gratum facientem: sed fides pertinet ad gratiam gratum facientem, quia per ipsam iustificamur, secundum illud Roma. 5. Iustificati igitur ex fide &c. ergo inconuenienter ponitur fides inter gratias gratis datas, præsertim cum aliæ virtutes ibi non ponantur, vt spes, & charitas.

¶ 3 Præt. Operatio sanitatum, & loqui diuersa genera linguarum, miracula quædam sunt. Interpretatio etiã sermonum ad sapientiam, vel scientiã pertinet, secundum illud Dan. 1. Pueris his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia. ergo inconuenienter diuiditur gratia sanitatum, & genera linguarum contra operationem virtutum, & interpretatio sermonum contra sermonem sapientiæ & scientiæ.

¶ 4 Præt. Sicut sapientia & scientia sunt quædam dona Spiritussancti, ita etiam intellectus, consilium, pietas, & fortitudo, & timor, vt *supradictum est. ergo hæc etiam debent poni inter gratias gratis datas.

*q. 68. ar. 4.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Corinthios 12. Alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum, alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ.

*Ar. 1. huius quæst.

RESPON. Dicendum, quòd sicut *supra dictum est, Gratia gratis data ordinatur ad hoc, q homo alteri cooperetur, vt reducatur ad Deum: homo autem ad hoc operari non potest interius mouendo, hoc enim solius Dei est, sed solum exterius docendo, vel persuadendo. Et ideo gratia gratis data, illa sub se continet, quibus homo indiget ad hoc quòd alterum instruat in rebus diuinis, quæ sunt supra rationem. Ad hoc autem tria requiruntur. Primo quidem, quòd homo sit fortitus plenitudinem cognitionis diuinorum, vt ex hoc instruere alios possit. Secundo, vt possit confirmare, vel probare ea quæ dicit, aliàs non esset efficax eius doctrina. Tertio, vt ea quæ concipit, possit conuenienter auditoribus proferre. Quantum igitur ad primũ, tria sunt necessaria, sicut etiam apparet in magisterio humano. Oportet enim q ille qui debet alium instruere in aliqua scientia, primo quidem vt principia illius scientiæ sint ei certissima: & quantum ad hoc ponitur fides, quæ est certitudo de rebus inuisibilibus, q̃ supponuntur vt principia in catholica doctrina. Secũdo, oportet quòd doctor recte se habeat circa principales conclusiones scientiæ: & sic ponitur sermo sapientiæ, quæ est cognitio diuinorum. Tertio, oportet vt etiam abundet exemplis, & cognitione effectuum, per quos interdum oportet manifestare causas: & quantum ad hoc ponitur sermo scientiæ, quę est cognitio rerũ humanarum: quia inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Confirmatio autem in his q̃ subduntur rationi, est per argumenta. In his autem q̃ sunt supra rationem diuinitus reuelata, cõfirmatio est per ea quæ sunt diuinæ virtuti propria: & hoc dupliciter. Vno quidem modo, vt doctor sacræ doctrinæ faciat, quæ solus Deus facere potest in operibus miraculosis, siue sint ad salutem corporum, & quantum ad hoc ponitur gratia sanitatum: siue ordinentur ad solã diuinæ potestatis manifestationem, sicut q̃ sol stet, aut tenebrescat, quòd mare diuidatur: & quantũ ad hoc, ponitur operatio virtutum. Secundo, vt possit manifestare ea, quę solius Dei est scire, & hæc sunt cõtingentia futura: & quantum ad hoc ponitur prophetia. & ẽt occulta cordium: & quantum ad hoc ponitur discretio spirituum. Facultas autem pronuntiandi põt attendi vel quantum ad idioma, in quo aliquis possit intelligi, & secundum hoc ponũtur genera linguarũ: vel quãtum ad sensum eorum, quæ sunt proferenda: & quantum ad hoc ponitur interpretatio sermonum.

*Art. 1. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut *supra dictum est, non omnia beneficia, quæ nobis diuinitus conceduntur, gratiæ gratis datæ dicuntur, sed solum illa quæ excedunt facultatem naturæ: sicut q̃ p̃dicator abundet sermone sapientiæ, & scientiæ, & aliis huiusmodi: & talia ponuntur hic sub gratia gratis data.

AD 2^um dicendũ, q̃ fides non numeratur hic inter gratias gratis datas, fm quod est quędam virtus iustificans hominem in seipso, sed fm hoc, quòd importat quandam supereminentem certitudinem fidei, ex qua homo sit idoneus ad instruendum alios de his, quæ ad fidem pertinent. Spes aũt & charitas pertinent ad vim appetitiuã, fm quod p eã homo in Deũ ordinat.

AD 3^um dicendum, q̃ gratia sanitatum distinguitur a generali operatione virtutum, quia habet specialem rationem inducendi ad fidem, ad quam aliquis magis promptus redditur per beneficium corporalis sanitatis, quam per fidei virtutem assequitur. Similiter etiã loqui variis linguis, & interpretari sermones, habent speciales quasdam rationes mouẽdi ad fidem: & ideo ponuntur speciales gratiæ gratis datæ.

AD

AD 4^um dicendum, quòd sapientia & scientia nõ computantur inter gratias gratis datas, secundum quod enumerantur inter dona Spiritussancti, prout scilicet mens hominis est bene mobilis per Spiritum sanctum ad ea quæ sunt sapientiæ & scientiæ: sic enim sunt dona Spiritussancti, vt *supra dictum est. Sed computantur inter gratias gratis datas, secũdum quod importãt quandam abundantiam scientiæ & sapientiæ, vt homo possit non solum in seipso recte sapere de diuinis, sed etiam alios instruere, & contradicentes reuincere. Et ideo inter gratias gratis datas significantur primo *sermo sapientiæ, & sermo scientiæ: quia vt *Augustinus dicit 14. de Trinitate, aliud est scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, aliud est scire quemadmodum hoc ipsum & pijs opituletur, & contra impios defendatur.

*q. 68. ar. 4.

, signi ter po . 4 ca. med. 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum gratia gratis data sit dignior quàm gratia gratum faciens.

77. arti. 1.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q gratia gratis data sit dignior quàm gratia gratũ faciens. Bonum enim gentis est melius quàm bonum vnius, vt *Philosophus dicit in 1. Ethic. sed gratia gratum faciens ordinatur solum ad bonũ vnius hominis, gratia autem gratis data ordinatur ad bonũ commune totius Ecclesiæ, vt *supra dictum est. ergo gratia gratis data est dignior quàm gratia gratum faciens.

*in fi.

¶ 2 Præt. Maioris virtutis est, quod aliquid possit agere in aliud, quàm quod solum in seipso perficiatur: sicut maior est claritas corporis, quod potest etiam alia corpora illuminare, quàm eius quod ita in se lucet, quòd alia illuminare non potest. Propter quod etiam *Philosophus dicit in 5. Ethicorum, quòd iustitia est præclarissima virtutum, per quam homo recte se habet etiam ad alios: sed per gratiam gratum facientem homo perficitur in seipso, per gratiam autem gratis datam homo operatur ad perfectionem aliorum. ergo gratia gratis data est dignior quàm gratia gratum faciens.

. & 4. us qu.

*post to. 5.

¶ 3 Præt. Id quod est proprium meliorum, dignius est quàm id quod est commune omnium, sicut ratiocinari, quòd est proprium hominis, dignius est quàm sentire, quod est commune omnibus animalibus: sed gratia gratũ faciens est cõmunis omnib^9 mẽbris Ecclesiæ, gratia autẽ gratis data est proprium donum digniorum membrorũ Ecclesiæ. ergo gratia gratis data est dignior quàm gratia gratum faciens.

SED CONTRA est, quod Apostol^9 1. ad Corinth. 12. enumeratis gratijs gratis datis, subdit, Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Et sicut per subsequentia patet, loquitur de charitate, quę pertinet ad gratiam gratum facientem. ergo gratia gratum faciens excellentior est quàm gratia gratis data.

RESPON. Dicendum, quòd vnaquæque virtus tanto excellentior est, quanto ad altius bonum ordinatur. Semper autem finis potior est his, quæ sunt ad finem: gratia enim gratum faciens ordinat hominem immediate ad coniunctionem vltimi finis: gratiæ aũt gratis datæ ordinãt hominem ad quædã præparatoria finis vltimi: sicut per prophetiam & miracula, & alia huiusmodi, homines inducuntur ad hoc, quòd vltimo fini cõiungantur. Et ideo gratia gratum faciens est multo excellentior quàm gratia gratis data,

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut *Philosophus dicit in 12. Met. Bonũ multitudinis, sicut exercitus, est duplex. Vnũ quidẽ quod est in ipsa multitudine, puta, ordo exercitus: aliud autem est quod est separatum a multitudine, sicut bonum ducis. Et hoc melius est: quia ad hoc etiam illud aliud ordinatur. Gratia aũt gratis data ordinat ad bonũ commune Ecclesiæ, quod est ordo ecclesiasticus: sed gratia gratum faciẽs ordinatur ad bonũ cõmune separatũ, quod est ipse Deus. Et ideo gratia gratum faciens est nobilior.

*Tex. 52. to. 3.

AD 2^um dicendum, quòd si gratia gratis data posset hoc agere in altero quod homo per gratiam gratũ facientem cõsequitur, sequeretur q̃ gratia gratis data esset nobilior: sicut excellentior est claritas solis illuminantis, q̃ corporis illuminati. Sed per gratiam gratis datam homo non potest causare in alio cõiunctionem ad Deum, quam ipse habet per gratiam gratum facientem, sed causat quasdam dispositiones ad hoc. Et ideo non oportet quòd gratia gratis data sit excellentior: sicut nec in igne calor manifestatiuus speciei eius, per quam agit ad inducendum calorem in alia, est nobilior quàm forma substantialis ipsius.

AD 3^um dicendum, quòd sentire ordinatur ad ratiocinari sicut ad finem, & ideo ratiocinari est nobilius. Hic autem est econuerso: quia id quod est proprium, ordinatur ad id quod est commune sicut ad finem: unde non est simile.

QVAESTIO CXII.

De causa gratiæ, in quinque articulos diuisa.

*Super Quæstionis centesimæ duodecimæ Articulum primum.

DEINDE cõsiderandum est de causa gratiæ.

Et circa hoc quærũtur quinq;.

¶ Primo, Vtrum solus Deus sit causa efficiens gratiæ.

¶ Secũdo, Vtrum requiratur aliqua dispositio ad gr̃am ex parte recipientis ipsam per actum liberi arbitrij.

¶ Tertio, Vtrum talis dispositio possit esse necessitas ad gratiã.

¶ Quarto, Vtrum gratia sit æqualis in omnibus.

¶ Quinto, Vtrũ aliquis possit scire se habere gratiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum solus Deus sit causa gratiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non solus De^9 sit causa gratiæ. Dicitur. n. Ioann. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est: sed in nomine Iesu Christi intelligitur non solum natura diuina assumens, sed etiam natura creata assumpta. ergo aliqua creatura potest esse causa gratiæ.

¶ 2 Præt. Ista differentia ponitur inter sacramenta nouæ legis & veteris, quòd sacramenta nouæ le-

IN articulo primo quæstionis centesimæ duodecimæ dubium occurrit, quoniã in prima parte quæstio. 45. articul. 4. diffinitum est, qd̃ nulla creatura potest creare siue principaliter, siue instrumentaliter: nunc autem dicitur, quòd aliqua res creata potest instrumentaliter causare gratiam, qd̃ est creare, cum gratia non educatur de potentia subiecti.

¶ Ad hoc dicitur, negando q̃ gratia proprie creetur, quia vt in prima parte quæstio 45. articul. 4. dictum fuit, creari est proprie subsistentium: gratia autem licet non educatur de potentia subiecti, sicut nec anima intellectiua, differt ab ea in hoc, q̃ non subsistit sicut anima: & ideo, vt paloante in quæstione, 110. articu. 2. ad 3. dictum est, non proprie fit, & consequenter nec creatur: sed dicitur creari, q̃a nõ educitur de potẽtia subiecti, nec dat̃ ex meritis. ꝓprie.n.ho-

Sup. q. 109. ar. 7. cor. Et 3. qõ. 62. ar. 1. cor. & ad 3. Et 1. di. 16. ar. 4. Et 4. di. 1. 4. qõ. 2. ar. 2. Et veri. q. 27. artic. 3. Et Eph. 2. le. 3.

mo sit gratus ex aliquo, scilicet ex homine non grato. Cũ ergo dicitur, quòd nec principaliter, nec instrumentaliter potest res creata creare, proprie intelligitur de creare proprie sumpto, vt patet diffuse in secundo contra Gen. cap. 21.

gis causant gratiam, quam sacramenta veteris legis solum significant: sed sacramenta nouæ legis sunt quędam visibilia elementa. ergo nõ solus Deus est causa gr̃æ.

¶ 3 Præt. Secundum Dionys. in libr. cęl. hierar. angeli purgant, & illuminant, & perficiunt, & angelos inferiores, & etiam homines: sed rationalis creatura purgatur, illuminatur, & perficitur p gratiam. ergo non solus Deus est causa gratiæ.

SED CONTRA est, quòd in Psal. 83. dicitur, Gratiam & gloriam dabit Dominus. G

RESPON. Dicendum, quòd nulla res potest agere vltra suam speciem, quia semper oportet quòd causa potior sit effectu. Donum autem gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud sit q̃ quædam participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnem aliã naturam: & ideo impossibile est, quòd aliqua creatura gratiam causet. Sic enim necesse est, q̃ solus Deus deificet cõmunicando cõsortium diuinæ naturæ per quandam similitudinis participationem: sicut impossibile est, q̃ aliquid igniat nisi sol̃ ignis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd humanitas Christi est sicut quoddã organum diuinitatis eius, H
Eb. 3. ca. 5. vt * Damas. dicit in 3. lib. Instrumẽtũ autem nõ agit actionem agentis principalis propria virtute, sed virtute principalis agẽtis. & ideo humanitas Christi nõ causat gr̃am, ppria virtute, sed virtute diuinitatis adiũctæ, ex qua actiones humanitatis Chri sunt salutares.

AD 2^um dicendum, q̃ sicut in ipsa persona Christi humanitas causat salutem nostram per gratiam virtute diuina principaliter operante, ita etiam in sacramentis nouæ legis, quæ deriuãtur a Christo, causatur gratia instrumentaliter quidem per ipsa sacramenta, sed principaliter per virtutem Spiritussancti in sacramentis operantis, secundum illud Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto &c. I

AD 3^um dicendum, quòd angelus purgat, illuminat, & perficit angelum, vel hominem per modum instructionis cuiusdam, non autem iusthificando per
cap. 7. cæl. hierar. a medio habetur etiã ex cap. 7. de di. no. gratiam. Vnde Dio. * dicit 7. ca. de di. no. quòd huiusmodi purgatio, illuminatio, & perfectio nihil est aliud, quàm diuinæ scientię assumptio.

¶ Super Quæstioni, centesimæ duodecimæ Articulum sectum d.

ARTICVLVS II.

Vtrum requiratur aliqua præparatio & dispositio ad gratiam ex parte hominis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non K
Infr. q. 113. ar. 3. cor. & 7. cor. Et 2. 2. q. 24. art. 10. ad 2. Et 4. d. 17. q. 1. ar. 2. q. 1. & 2. & ar. 3. q. 1. Et Psal. 2. Ei heb. 12. lect. 3. requiratur aliqua præparatio, siue dispositio ad gratiam ex parte hominis. Quia ut Apostol. dicit Ro. 4. Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: sed præparatio hominis per liberum arbitriũ non est nisi per aliquam operationem. ergo tolleretur ratio gratię.

¶ 2 Præt. Ille qui in peccato progreditur, non se præparat ad gratiam habendam: sed aliquibus in peccato progredientibus data est gratia, sicut patet de Paulo qui gratiam consecutus est dum esset spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, vt dicitur Act. 9. ergo nulla præparatio ad gratiam requiritur ex parte hominis. F

¶ 3 Præt. Agens infinitæ virtutis non requirit dispositionem in materia, cum nec ipsam materiam requirat, sicut in creatione apparet, cui collatio gratiæ comparatur, quę dicitur noua creatura, ad Gal. vltimo: sed solus Deus, qui est infinitæ virtutis, gratiam causat, vt * dictum est. ergo nulla præparatio requiritur ex parte hominis ad gratiam consequendam. Ac. præced.

SED CONTRA est, quod dicitur Amos 4. Prepara te in occursum Dei tui Israel. & 1. Re. 8. dr̃, Præparate corda vestra Domino.

RESPON. Dicendum, quòd sicut * supra dictum est, gratia dicitur dupliciter. Quandoque quidem ipsum habituale donũ Dei: quandoque autem auxiliũ Dei mouentis animam ad bonum. Primo igitur modo accipiendo gratiam, præexigitur^a ad gratiam aliqua gratiæ præparatio, quia nulla forma põt esse nisi in materia dispositа. Sed si loquamur de gratia, secundum quod significat auxilium Dei mouentis ad bonum, sic nulla præparatio requiritur ex parte hominis quasi pręueniens diuinum auxilium: sed potius quęcunq; præparatio in homine esse potest, est ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum. Et secundum hoc ipse bonus motus liberi arb. quo quis præparatur ad donum gratię suscipiendũ, est actus liberi arb. moti a Deo. Et quantum ad hoc dicitur homo se præparare, secũdum illud Prouer. 16. Hominis est præparare animum. & est principaliter a Deo mouente liberum arbitrium. Et secundum hoc dicitur a Deo voluntas hominis præparari, & a Domino gressus hominis dirigi.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd præparatio hominis ad gratiam habendam, quędam est simul cum ipsa infusione gratię. Et talis operatio est quidem meritoria, sed non gratiæ q̃ iã habet, sed gloriæ q̃ nondũ habet. Est aũt alia ppparatio gratiæ imperfecta, q̃ aliq̃n pcedit donum gratiæ gratum facientis, quæ tamen est a Deo mouente. Sed ista non sufficit ad meritum, nondum homine per gratiam iustificato: quia nullum meritũ potest esse nisi ex gratia, vt * infra dicetur. q. 114. ar. 3

AD 2^um dicendum, quòd cum homo ad gratiam se præparare non possit, nisi Deo eũ præveniente, & mouẽte ad bonum, non refert vtrum subito, vel paulatim aliquis ad perfectam præparationem perueniat. Dicitur enim Eccl. 11. Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem. Contingit autẽ quandoque, q̃ Deus mouet hominẽ ad aliquod bonum, nõ tamen pfectum: & talis præparatio præcedit gratiã. Sed quandoq; statim perfecte mouet ipsum ad bonũ, & subito gratiam homo accipit, fm illud Io. 6. Omnis qui audit a Patre & didicit, venit ad me. Et ita contigit^d Paulo, quia subito cum esset in progressu peccati, perfecte motũ est cor eius a Deo, audiẽdo, & addiscendo, & veniendo, & ideo subito est gratiam consecutus. D. 985.

AD 3^um dicendum, quòd agens infinitę virtutis non exigit materiam, vel dispositionem materię, quasi prę suppositam ex alterius causæ actione: sed tamen oportet quòd secundum conditionem rei causandæ in ipsa re causet & materiã, & dispositionẽ debitam ad formam. Et similiter ad hoc, quòd Deus gr̃am infundat animæ, nulla præparatio exigitur, quã ipse non faciat. B

ARTICVLVS III.

Vtrum necessario detur gratia se præparanti ad gratiam, vel facienti quod in se est.

AD TERTIVM sic proceditur. Videt quòd ex necessitate detur gratia se præparanti ad gratiam, vel facienti quod in se est: quia super illud Ro. 5. Iustificati ex fide pacem habeamus &c. dicit glo. Deus recipit eum qui ad se cõfugit, aliter esset in eo iniquitas: sed impossibile est in Deo iniquitatẽ esse. ergo est impossibile, q̃ Deus nõ recipiat eũ qui ad se cõfugit. ex necessitate igitur gratiam assequitur. C

¶ 2 Præt. * Ans. dicit in lib. de casu diaboli, quòd ista est causa, quare Deus non concedit diabolo gratiam, quia ipse non voluit accipere, nec paratus fuit: sed remota causa necesse est remoueri effectum. ergo si aliquis velit accipere gratiam, necesse est q̃ ei detur.

¶ 3 Præt. Bonum est communicatiuum sui, vt patet per * Dion. in 4. cap. de di. no. sed bonum gratiæ est melius quàm bonum naturæ, cum igitur forma naturalis ex necessitate adueniat materiæ dispositæ, videtur quòd multo magis gratia ex necessitate detur D
præparanti se ad gratiam.

SED CONTRA est, quòd homo comparatur ad Deum, sicut lutum ad figulum, secundum illud Hie. 18. Sicut lutũ in manu figuli, sic vos in manu mea: sed lutum non ex necessitate accipit formã a figulo, quantuncunq; sit præparatũ. ergo neq; homo recipit ex necessitate gr̃am a Deo quantũcunq; se præparet.

RESPON. Dicendum, quòd, sicut * supra dictũ est, Præparatio hominis ad gratiam est a Deo sicut a mouente: a libero autem arbitrio sicut a moto. E

¶ Potest igitur præparatio dupliciter cõsiderari. Vno quidem modo, secundũ quod est a libero arbitrio: & secundum hoc nullam necessitatem habet ad gratiæ consecutionem, quia donũ gratiæ excedit omnem præparationem virtutis humanæ. Alio modo potest cõsiderari secundum quod est a Deo mouente, & tunc habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur a Deo, non quidem coactionis, sed infallibilitatis; quia intẽtio Dei deficere non potest, secundum quod Augustin. dicit in lib. de prædestinatione sanctorum, quòd per beneficia Dei certissime liberantur, quicunq; liberantur. Vnde si ex intentione Dei mouentis est, quòd homo cuius cor mouet, gratiam consequatur, infallibiliter ipsam consequitur, secundum illud Io. 6. Omnis qui audit a Patre, & didicit, venit ad me.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glo. illa loquitur de illo, qui confugit ad Deum per actũ meritorium liberi arbitrij iam per gratiam informati, quẽ si non reciperet, esset cõtra iustitiam, quam ipse statuit. Vel si referatur ad motum liberi arbitrij ante gratiã, loquitur secundum quod ipsum confugium hominis ad Deum est per motionem diuinam, quam iustum est non deficere. A

AD 2^um dicendum, quòd defectus gratię prima causa est ex nobis, sed collationis gratię prima causa est a Deo, secundum illud Osee 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.

AD 3^um dicendum, quòd etiam in rebus naturalibus dispositio materiæ non ex necessitate consequitur formã, nisi p virtutẽ agentis, q̃ dispositionẽ causat.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gratia sit maior in uno quàm in alio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ gratia non sit maior in vno q̃ in alio. Gratia. n. causatur in nobis ex dilectione diuina, vt * dictũ est: sed Sap. 6. dicitur, Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. ergo omnes æqualiter gratiam ab eo consequuntur. Supr. q. 66. art. 2. ad 1. Et 2. 2. q. 5. art. 4. ad 3. * q. 110. ar. 1

¶ 2 Præt. Ea quæ in summo dicuntur, non recipiunt magis & minus: sed gratia in summo dicitur, quia coniũgit vltimo fini. ergo non recipit magis & minus. non est ergo maior in vno quàm in alio.

¶ 3 Præt. Gratia est vita animæ, vt * supra dictum est: sed viuere non dicitur secundum magis & minus. ergo etiam neque gratia. q. 110. ar. 4. & a. 2. ad 2

SED CONTRA est, quod dicitur ad Ephes. 4. Vnicuique data est gratia fm mensuram donationis Christi. Quod aũt mensurate dat, nõ omnibus æqualiter datur. ergo nõ omnes æqualem gratiam habent.

RESPON. Dicendum, quòd sicut * supra dictum est. Habitus duplicem magnitudinem habere potest, q. 52. ar. 1. & 2. Vnam ex parte finis, vel obiecti, secundum quod dicitur vna virtus alia nobilior, inquantum ad maius bonum ordinatur. Aliam vero ex parte subiecti, quod magis, vel minus participat habitum inhærentem. Secundum igitur primam magnitudinem, gratia gratũ faciens non potest esse maior & minor, quia gratia secundum sui rationem coniũgit hominem summo bono, quod est Deus: sed ex parte subiecti, gratia potest suscipere magis, vel minus, prout scilicet vnus pfectius illustratur a lumine gratiæ quàm alius. Cuius diuersitatis ratio quidem est aliqua ex parte præparantis se ad gratiam; qui enim magis se ad gratiam præparat, pleniorem gratiam accipit. Sed ex hac parte nõ potest accipi prima ratio huius diuersitatis: qa præparatio ad gratiam non est hominis, nisi inquantũ liberum arbitrium eius præparatur a Deo. Vnde prima causa huius diuersitatis accipienda est ex parte ipsius Dei, qui diuersimode suæ gratię dona dispensat ad hoc, quòd ex diuersis gradibus pulchritudo & pfectio Ecclesiæ consurgat: sicut etiam diuersos gradus rerum instituit, vt esset vniuersum perfectum. Vnde Apost. ad Eph. 4. postquã dixerat, Vnicuique data est gratia secundũ mẽsuram donationis Christi, enumeratis diuersis gratijs, subiungit, Ad consumationem sanctorum in ædificationẽ corporis Christi.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd cura diuina dupliciter cõsiderari potest. Vno mõ, q̃tum ad ipsum diuinum actum, qui est simplex & vniformis: & fm hoc æqualiter se habet eius cura ad omnes, qa. s. vno actu simplici & maiora, & minora dispẽsat. Alio mo-

do pōt cōsiderari ex parte corū, quæ in creaturis ex diuina cura proueniunt. Et fm hoc inuenitur inæqualitas, inquantum scilicet Deus sua cura quibusdā maiora, quibusdam minora prouidet dona.

AD 2m dicendum, quòd ratio illa procedit secundum primum modum magnitudinis gratiæ: non .n. potest gratia secundum hoc maior esse, quòd ad maius bonum ordinet, sed ex eo quòd magis, vel minus ordinat ad idem bonum magis, vel minus participandum. Potest enim esse diuersitas intensionis & remissionis secundum participationem subiecti, & in ipsa gratia, & in finali gloria.

AD 3m dicendum, q vita naturalis pertinet ad substantiā hoīs, & ideo non recipit magis & minus: sed vitam gratiæ participat homo accidentaliter, & ideo eam potest homo magis, vel minus habere.

¶ *Super Quæstionis centesimæ duodecimæ Articulū quintum.*

2.di.16.ar. 2.ad 5. Et 4.di.21.qō. 2.ar.2. cor.

IN artic. 3. & 4. nihil occurrit scribēdum.

¶ In quinto autem aduerte primo, q notitia experimentalis per actus, de qua fit mentio pluries in litera, licet sufficiens sit ad certe sciēdum nos habere animā & intellectū &c. non tamen sufficit ad certe sciendū nos habere gratiam propter similitudinem actuum in gratia, & extra gratiam, ex naturalibus prouenientium.

*Li.12.sup Gen.ex ca. 25.habetur tomo. 3.

¶ Aduerte secundo quod id, quod in responsione ad secundum dicitur, q habens fidem scit certe se habere fidem, potest intelligi multipliciter. Primo de fide acquisita, & hoc est manifestum: secundo de fide infusa, & tunc distingue certitudinem, & dic, quòd certitudine scientiæ nemo scit se habere fidem ex actu fidei, puta, credere: quoniam hoc potest ex propria volūtate & intellectu prouenire. Certitudine autē fidei qu. habēt scit certe se habere donum infusum fidei. Et in hoc differt certitudo experimentalis fidei & gratiæ: quia ex actibus gratiæ quāuis homo putet se esse in gratia, stat tamen cum formidine partis oppositæ. Ex actibus vero fidei homo credit absque formidine alterius partis se habeat gratiam gratum facientē.

ARTICVLVS V.

Vtrum hō possit scire se habere gratiā.

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur q homo possit scire se habere gratiam. Gratia.n. est in anima per sui essentiam: sed certissima cognitio animæ est eorum quæ sunt in anima per sui essentiam, vt patet per* August. 12. super Gen. ad literam, ergo gratia certissima potest cognosci ab eo qui gratiam habet.

¶ 2 Præt. Sicut scientia est donū Dei, ita & gratia: sed qui a Deo scientiam accipit, scit se scientiā habere, secundum illud Sap. 7. Dominus dedit mihi horum, quæ sunt, veram scientiam. ergo pari ratione qui accipit gratiā a Deo, scit se gratiam habere.

¶ 3 Præt. Lumen est magis cognoscibile q̄ tenebra, quia fm Apostolum ad Eph. 5. omne quod manifestatur, lumen est: sed peccatum quod est spiritualis tenebra, per certitudinē potest sciri ab eo qui hēt peccatum. ergo multo magis gratia, quæ est spirituale lumen.

¶ 4 Præt. Apostol. dicit 1. ad Cor. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui a Deo est, vt sciam⁹ quæ a Deo donata sunt nobis: sed gratia est primum donum Dei. ergo homo qui accipit gratiam per Spiritum sanctum, per eundem Spiritū scit gratiam esse sibi datam.

¶ 5 Præt. Gen. 22. ex persona Dñi dr ad Abraham, Nunc cognoui q timeas Dominū, .i. cognoscere te feci: loquitur aūt ibi de timore casto, qui nō est sine gra. ergo hō pōt cognoscere se habere gratiam.

SED CONTRA est, qd dr Eccl. 9. q nemo scit vtrum sit dignus odio, vel amore: sed gratia gratum faciēs facit hoīem dignū Dei amore. ergo nullus pōt scire vtrū habeat gratiam gratum facientē.

RESPON. Dicendum, quòd tripliciter aliquid cognosci potest. Vno modo per reuelationem: & hoc modo potest aliquis scire se habere gratiam. Reuelat enim Deus hoc aliquando aliquibus ex speciali priuilegio, vt securitatis gaudium etiā in hac vita in eis incipiat, & confidentius & fortius magnifica opera prosequantur, & mal a præsentis vitę sustineant, sicut Paulo dictum est 2. ad Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Alio modo homo cognoscit aliquid per seipsum, & hoc certitudinaliter: & sic nullus potest scire se habere gratiā. Certitudo enim non potest haberi de aliquo, nisi possit diiudicari per proprium principiū: sic.n. certitudo habet de cōclusionibus de mōstratiuis p indemōstrabilia vniuersalia principia. Nullus autem posset scire se habere scientiā alicuius conclusionis, si principium ignoraret. Principiū aūt gratiæ & obiectū eius est ipse Deus, qui propter sui excellentiam est nobis ignotus, secundum illud Iob 36. Ecce Deus magnus vincens scientiā nostrā. Et ideo eius præsentia in nobis, & absentia, per certitudinem cognosci non potest, fm illud Iob 9. Si venerit ad me, non videbo eum: si autem abierit, non intelligam. Et ideo homo non potest per certitudinem diiudicare, vtrum ipse habeat gratiam, fm illud 1. ad Cor. 4. Sed neque me ipsum iudico: qui autē iudicat me, Dominus est. Tertio modo cognoscitur aliquid coniecturaliter per aliqua signa. Et hoc modo aliquis cognoscere potest se habere gratiam, inquantum. s. percipit se delectari in Deo, & contēnere res mundanas, & inquantum homo non est conscius sibi alicuius peccati mortalis. Secundum quem modum pōt intelligi quod habetur Apoca. 1. Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo nouit nisi qui accipit: quia .s. ille qui accipit* per quandam experientiam dulcedinis nouit, quam non experitur ille, qui non accipit. Ista tamen cognitio imperfecta est. Vnde Apostolus dicit 1. ad Corin. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: quia vt dicitur in Psal. 18. Delicta quis intelligit? ab occultis &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, q illa quæ sunt p essentiam sui in anima, cognoscuntur experimentali cognitione, inquantum homo experitur per actus principia intrinseca: sicut voluntatem percipimus volendo, & vitam in operibus vitæ.

AD 2m dicendum, quòd de ratione scientiæ est, q homo certitudinem habeat de his, quorum habet scientiam: & similiter de ratione fidei est, quòd homo sit certus de his, quorum habet fidē. Et hoc ideo, quia certitudo pertinet ad perfectionem intellectus, in quo prædicta dona existunt: & ideo quicunque habet scientiam, vel fidem, certus est se habere. Non est autem similis ratio de gratia & charitate, & aliis huiusmodi quæ perficiunt vim appetitiuam.

AD 3m dicendum, quòd peccatum habet pro principio & pro obiecto bonum commutabile, quod nobis est notum. Obiectum autem, vel finis gratiæ est nobis ignotum propter sui luminis immensitatē, secundum illud 1. ad Timothe. vlti. Lucem habitat inaccessibilem.

AD 4m dicendum, quòd Apostolus ibi loquitur de donis gloriæ, quæ sunt nobis data in spe, quæ certissime

Alias, accipit gratiā.

certissime cognoscimus per fidē, licet non cognoscamus per certitudinem nos habere gratiam, per quam nos possim⁹ ea promereri. Vel pōt dici, quod loquit de notitia priuilegiata, quæ est per reuelationē. vnde subdit, Nobis aūt reuelauit Deus per Spiritū sanctū.

AD 5m dicendum, quòd illud verbum Abrahæ dictum, potest referri ad notitiam experimentalem, quæ est per exhibitionem operis. In opere enim illo quod fecerat Abraham, cognoscere potuit experimentaliter se Dei timorem habere. Vel potest hoc etiā ad reuelationem referri.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimætertiæ Articulum primum.*

IN art. 1. quæstionis centesimæ decimætertiæ nota, q author non dicit, q iustificatio impii, de qua nunc sermo, sit motus: sed quòd est secundum rationem motus de contrario in contrarium. Et dico hoc, quia iustificatio impii non oportet quòd sit de contrario in contrarium proprie: quoniā culpæ macula, quæ est terminus a quo, non est res positiua, sed est de habente se per modum contrarii in alterum: sic enim se habet macula ad gratiam. Et propterea iustificatio impii est per modum motus in nobis: in angelis autem & Adam in principio fuit p modum simplicis generationis.

¶ Cætera quæ spectant ad oppositionē gratiæ & culpæ, inferius tractabuntur.

QVAESTIO CXIII.

De effectibus gratiæ, in decem articulos diuisa.

HEINDE considerandum de effectibus gratię. Et primo, de iustificatione impij, quæ est effectus gratiæ operantis. Secundo, de merito, quod est effectus gratię cooperantis.

Circa primū quæruntur decē.

¶ Primo, Quid sit iustificatio impij.

¶ Secundo, Vtrum ad eam requiratur gratiæ infusio.

¶ Tertio, Vtrum ad eam requirat aliquis motus liberi arbitrij.

¶ Quarto, Vtrum ad iustificationē impij requiratur motus fidei.

¶ Quinto, Vtrum ad eam requirat motus liberi arbitrij contra peccatum.

¶ Sexto, Vtrum præmissis sit connumerāda remissio peccatorū.

¶ Septimo, Vtrum in iustificatione impij sit ordo temporis, aut sit subito.

¶ Octauo, De naturali ordine eorū quę ad iustificationē concurrūt.

¶ Nono, Vtrum iustificatio impij sit maximum opus Dei.

¶ Decimo, Vtrum iustificatio impii sit miraculosa.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iustificatio impij sit remissio peccatorum.

fra.ar.6. 1. Et 4. 17. qō. ar.1.q.1. veri. q. 1. art. 1. 71. ar.1

AD PRIMVM sic proceditur. Videt q iustificatio impij nō sit remissio peccatorū. Peccatum.n. non solū iustitiæ opponit, sed omnib⁹ virtutibus, vt ex* supradictis patet: sed iustificatio significat motū quendā ad iustitiā. nō ergo omnis peccati remissio est iustificatio, cū omnis mot⁹ sit de cōtrario in cōtrariū.

¶ 2 Præt. Vnumquodque debet nominari ab eo qd est potissimum in ipso, vt dicitur in 2.* de anima: sed remissio peccatorum præcipue fit per fidem, secundū illud Act. 15. Fide purificans corda eorum, & p charitatem, fm illud Prou. 10. Vniuersa delicta operit charitas. magis ergo remissio peccatorum debuit denominari a fide, vel a charitate, quàm a iustitia.

¶ 3 Præt. Remissio peccatorum idem esse videtur quod vocatio. vocatur enim qui distat, distat autem aliquis a Deo per peccatū: sed vocatio iustificationē præcedit, secūdum illud Ro. 8. Quos vocauit, hos & iustificauit. ergo iustificatio nō ē remissio peccatorū.

SED CONTRA est, quòd Rom. 8. super illud, Quos vocauit, hos & iustificauit, dicit* glo. remissione peccatorū. ergo remissio peccatorū est iustificatio. Glo. interli. ibidem.

RESPON. Dicendum, q iustificatio passiue accepta importat motū ad iustitiam, sicut & calefactio motum ad calorem. Cum autē iustitia de sui ratione importet quandā rectitudinē ordinis, dupliciter accipi pōt. Vno modo secundū quod importat ordinem rectum in ipso actu hominis. Et secundū hoc iustitia ponitur virtus quædā, siue sit particularis iustitia, q̄ ordinat actum hominis fm rectitudinem in comparatione ad alium singularem hominē: siue sit iustitia legalis, quæ ordinat secundū rectitudinē actum hominis in cōparatione ad bonū cōmune multitudinis, vt patet in 5.* Eth. Alio modo dicit iustitia prout importat rectitudinē quandā ordinis in ipsa interiori dispositione hominis, prout. s. supremum hominis subditur Deo & interiores vires animę subdunt supremę. s. rationi. Et hanc etiam dispositionem vocat* Philosophus in 5. Eth. iustitiā metaphorice dictam. Hæc autem iustitia in homine pōt fieri dupliciter. vno quidē modo per motū simplicis generationis, qui est ex priuatione ad formā. Et hoc modo iustificatio posset cōpetere etiam ei, qui non esset in peccato, dū huiusmodi iustitiam a Deo acciperet: sicut Adā dicit accepisse originalem iustitiam. Alio mō potest fieri huiusmodi iustitia in homine secundum rationem motus, qui est de contrario in contrarium: & secundū hoc iustificatio importat transmutationem quandam de statu iniustitię ad statum iustitiæ prædictæ. Et hoc modo loquimur hic de iustificatione impij secundum illud Apost. ad Ro. 4. Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium &c. Et quia motus denominatur magis a termino ad quem, quàm a termino a quo, ideo huiusmodi transmutatio, qua aliquis transmutat a statu iniustitiæ p remissionē peccati, sortit nomē a termino ad quē, & vocat iustificatio impij.

Cap. vlt. tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd omne peccatum fm quod importat quandā inordinationē mētis non subditæ Deo, iniustitia potest dici prædictæ iustitiæ contraria, fm illud 1. Io. 3. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatē facit, & peccatū est iniquitas. & fm hoc remotio cuiuslibet peccati dicit iustificatio.

AD 2m dicendum, quòd fides & charitas dicunt ordinem specialē mentis humanæ ad Deum fm intellectum, vel affectū: sed iustitia importat generaliter totā rectitudinē ordinis. Et ideo magis denominat huiusmodi transmutatio a iustitia, q̄ charitate, vel fide.

AD 3m dicendum, quòd vocatio refertur ad auxilium Dei interius mouentis, & excitantis mentem ad deserendum peccatum. Quæ quidem motio Dei non est ipsa remissio peccati, sed causa eius.

ARTICVLVS II.

Vtrū ad remissionē culpæ, quæ est iustificatio impij, requiratur gratiæ infusio.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimætertiæ Articulum secundum.*

AD SECVNDVM sic ꝓcedit. Videt q ad remissionē culpæ, quæ est iustificatio impij, non requiratur gratiæ infusio. Potest.n. aliquis remoueri ab vno cōtrario sine hoc, quòd perducatur ad alterum, si contraria sint mediata: sed status culpæ, & status gratiæ sunt contraria mediata. est.n. medi⁹ status

4. dist. 17. q.1.ar.3.q. 1. Et veri. q.28.ar.8.

Universidad de Deusto Biblioteca

quoque quòd propositio sit manifestè falsa: nam peccatum luxuriæ non tollit nisi rectitudinem naturalem per se, vt patet si ponemus hominem in puris naturalibus. Et confirmatur, quia non plus tollit priuatio, quam habitus oppositus ponat: sed temperantia non ponit gratiam. ergo peccatum mortale oppositum non tollit nisi temperantiam.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ peccatum mortale tollit gratiam non directè, sed ex consequenti, si inuenit eam, aut ponit illi obicem, si non inuenit eam: sicut negans animal, negat ex consequenti hominem, quàmuis ponens animal, non ponat hominem. Sed hæc responsio licet vera sit, impertinens tamen est, quoniam ex hoc literæ processus non saluaretur efficax: quoniã ad negationem animalis licet sequatur negatio hominis, tñ reparato animali, repararum est quicquid ablatũ erat ex negatione animalis. Et similiter esset in proposito, quòd licet ad priuationem rectitudinis naturalis sequatur negatio rectitudinis gratiæ: tamen reparata rectitudine naturali, reparatum esset quicquid ablatum erat. Et confirmatur hoc, quia aut est sermo de rectitudine naturali iuncta actualiter rectitudini gratiæ, aut de rectitudine naturali absolute. Si primo, constat quòd hoc est per accidens: nam accidit naturali rectitudini coniungi supernaturali, sicut animal homini. Si secundo, cõstat quòd reparata rectitudine, restauratum est totum quod deperditum est. Dicendum est ergo, quòd quia omne peccatum mortale includit in se contrarietatem ad charitatem, vt in 2.2.q.24.arti.vlti.habebimus: quia est transgressio illius præcepti charitatis negatiui, scilicet Nihil est præferendum amicitiæ diuinæ: ideo omne peccatum mortale priuans rectitudine naturali, priuat etiam rectitudine gratiæ, ita quòd non priuat rectitudine gratiæ ex consequenti, sicut priuatio animalis est priuatio hominis, sed priuat ea formaliter, non quòd priuatio rectitudinis naturalis sit formaliter priuatio rectitudinis supernaturalis, quoniam priuationes distinguuntur penes habitus: sed quia ambæ priuationes, scilicet vtriusque rectitudinis in peccato mortali huiusmodi inueniuntur, quia contra vtranque legem committimus, scilicet naturæ, & charitatis eadem transgressione: & sic siue inueniatur, siue non in illo subiecto, adulter transgredi tur vtranque legem, ac per hoc tollit gratiam si inuenit, aut ponit illi obicem. Et sic intellecta propositione, efficax est processus literæ: nam ex hoc sensu sequitur, quòd non sit reparatio per solam restitutionem naturalis rectitudinis: nam sicut duplex rectitudo est ablata, duplicem oportet restitui. Et per hoc patet responsio ad primam obiectionem, & ad secundam. Nam non dicimus, quòd plus priuatio tollat, quàm habitus oppositus ponat: sed dicimus, & bene, quòd priuatio vna plus includit aliam, q̃ oppositus habitus includat alium oppositum. malum namq; mortale mortale includit malum oppositum gratiæ, & tamen bonũ morale non includit bonum gratiæ. Et ratio est, quia bonum consurgit ex causa integra, malum autem ex singularibus defectibus. Ad transgrediendum enim charitatis præceptum, sat est transgredi quodcunque præceptum cuiuscunque: ad adimplendum autem ex charitate (sic enim solum charitatis bonum participatur obediendo) præcepta, non sufficit quodcunque præceptum implere, sed exigitur infusa gratia, vt patet ex dictis.

¶ In respõsione ad primum eiusdem secundi articuli dubium occurrit de propositione illa, Gratia & culpa sunt opposita immediata respectu hominis lapsi, sed non respectu hominis absolute. Et de ratione eius, scilicet quia hoc fit sine speciali benevolentia, videtur in primis quòd ratio nihil valeat, sed sit sophisma a speciali benevolentia ad talem. Specialis siquidem benevolentia ad inimicum potest haberi quo ad tria. primo, quòd non habeatur amplius pro inimico, quàmuis nec pro amico. experimur enim in nobis, quòd inimico remittimus absque eo quòd velimus illum ad consortium nostrum. Secundo, quo ad rectitudinem naturalem, quia per peccatum est ablata: & sic restitueret hominem in statum pristinum absque gratia. Tertio, quo ad dignitatem vitæ æternæ, & hoc fit per gratiam. Vnde author ex speciali benevolẽtia inimici, inferens specialem benevolentiam dignitatẽ vitæ æternæ, errauit, cum isti effectus benevolẽtiæ sic se habeant, quòd primus a secundo, & secundus a tertio sit separabilis etiam in inimico. Propositio deinde ipsa falsa restat: quoniã ex quo gratia & culpa non sunt opposita immediata ẽm se, nec respectu hois, nec respectu inimici, nec respectu dilectiõis, aut potẽtiæ diuinæ, sequitur quòd non sunt oppositа immediata.

¶ Ad hoc dubiũ quo ad vtrunque dicitur, quòd gratia & culpa in homine lapso sunt opposita immediata, non ex natura oppositorum, sed ex diuino statuto, quo ordinauit nunquam remittendum peccatum, nisi per donum gratiæ gratum facientis: & ppea opus est tali benevolentia speciali. & sic cessant obiecta.

¶ Sed hæc solutio licet ab aliquibus teneatur vt vera, secundum doctrinã authoris non est vera, vt in sequenti dubio patebit. Vnde aliter dicendum est, quòd gratia & culpa licet absolute & respectu hominis non sint opposita immediata, respectu tamen hominis lapsi sunt opposita immediata ex habitudine extremorũ ad tale subiectum. Sicut enim inter cæcum & vidẽs respectu canis absolute datur medium per abnegationẽ, & respectu eiusdẽ post nonum diẽ non datur mediũ (canis enim ante nonum diẽ nec est cæcus, nec videns: post nonum autem diem aut est cæcus, aut videns) ita inter gratiam & culpam respectu hominis absolute datur mediũ per abnegationem, sed respectu hominis lapsi non datur medium. Et ratio est, quia homo lapsus se habet ad hæc vt ad priuationem & habitum: quoniam ex hoc q̃ peccauit, subiectus est priuationi rectitudinis gratiæ, idest, priuationi coniunctionis ad Deum obiectum charitatis: quia ex actuali auersione ab incommutabili bono, quam peccando habuit, remanet quasi habitualiter auersio ab eodem, qua obicem retinet & impedimentum diuinæ infusionis gratiæ. Et propterea opus est speciali benevolentia. Dei quo ad hunc effectum, qui est gratia gratum faciens: quoniã opus est benevolentia auferente priuationem illam, priuatio autem non auferri nisi oppositũ habitum. unde error nullus in processu literæ est.

¶ Ad obiectionem autẽ in oppositum dicitur, quòd nõ est eadẽ ratio in nobis & Deo: quia remissio nostra potest esse ex parte remittentis solum (possum enim perseueranti inimico parcere) sed remissio Dei oportet quòd sit ex parte eius cui remittitur: Quoniam abominabilis est Domino impius, & impietas eius. Et propterea oportet illum mutari ab impii priuatione ad habitum oppositum. Si enim ad rectitudinem naturalem solum reduceretur, adhuc impius remaneret propter obicem appositum charitati diuinæ non ablatum, qui non erat in eo, cum esset in rectitudine naturali ante casum.

¶ In eodẽ 2. art. dubium occurrit, an gratia gratum faciens ita exigatur ad iustificationem impii, quòd impossibile sit per quãcunque potentiam aliter iustificari impium.

Scot. nãq; in 2. sen. di. 28. & in 4. di. 1. q. 6. & in 14. d. q. 1. & di. 16. q. 2. tenet quòd de potẽtia absoluta Dei põt iustificari impius absq; gratiæ dono habituali. Author autem in hoc artic. tenet oppositum, dum in corpore articul. dicit, quòd non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ. constat. n. quòd hi esset possibile secundum potentiam absolutam, quòd posset intelligi. Fundamentum Scot. est: quia homo post commissum

*Q. 110. ar. 1. arg. 3.

Iustificati gratis per gratiã ipsius.

RESPON. Dicendum, quòd homo peccãdo Deum offendit, sicut ex *supradictis patet. Offensa autem non remittitur alicui, nisi per hoc quòd animus offensi pacatur offendenti. Et ideo secundum hoc peccatum nobis remitti dicitur, quòd Deus nobis pacatur: quæ quidem pax cõsistit in dilectione, qua Deus diligit nos. Dilectio aũt Dei quantum est ex parte actus diuini, est ęterna & immutabilis: sed quãtum est ad effectum quem nobis imprimit, quandoque interrũpitur, prout scilicet ab ipso quandoq; deficimus, & quandoque ite rũ recuperamus. Effectus autẽ diuinæ dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur, est gratia, qua homo fit dignus vita æterna, a qua peccatũ mortale excludit. Et ideo non posset intelligi remissio culpę, si non adesset infusio gratiæ.

*Q. 51. ar. 6. & 52. & 73.

commissum peccatum dicitur peccator ex solo reatu, idest, obligatione ad pœnam per actum diuinæ voluntatis. ex hoc enim sequitur, quòd homo possit transire de statu obligationis ad statũ non obligationis ex hoc solo, q̃ diuina voluntas ab æterno ordinasset Sortem, qui heri peccauit, esse obligatũ pœnæ vsq; ad primam horam diei crastinæ exclusiue. statim enim aduenientẽ illa hora, non esset amplius obligatus ad pœnam, ac per hoc non esset in peccato mortali absque infusione gratię, & mutatione aliqua in Deo.

¶ Probat autem cõclusionem suam dupliciter. Primo sic, Gratia & culpa non sunt immediate opposita secundum se, nec per comparationẽ ad potentiam facientis. ergo potest de culpa transiri absq; gratia. Antecedens quo ad primam partem patet, quia datur medium, scilicet status innocentiæ. Quo ad secundã vero, quia qualemcunque potuit Deus facere volũtatem, talem præcise potest reparare postquàm peccauerit. Secũdo sic, Peccato repugnãt duo, scilicet gratia, & rectitudo naturalis sine gratia. ergo per quodlibet eorum ex cluditur, nõ ergo exigit gratia. Multa alia affert, sed in his consistit tota vis, ex quibus vult non solum quòd sine gratiæ infusione, sed sine etiam rectitudinis naturalis restitutione, sola Dei voluntate non obligante eum qui peccauit, ad culpam, potest fieri remissio de potentia Dei absoluta.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis non oportet alia iacere fundamenta, sed recolenda sunt quæ superius in tractatu de macula dicta sunt. Et aduertendum est quòd, vt Magister in 18. di. 4. sent. dicit, & bene, proportionaliter se habet peccator dum peccat actu, & dum peccator remanet, quia dum peccat actuali auersione a Deo charitatis obiecto, malus fit, dũ peccator manet auersione derelicta, malus est. Et quoniam auersio ab incommutabili bono est priuatio rectitudinis charitatis debitæ in actu secundo, auersio derelicta est priuatio habitualis conuersionis ad Deum obiectum charitatis, & non est pura negatio talis conuersionis: quoniam hæc non est effectus peccati, & stat cum innocẽtia, sed est priuatio proprie & stricte, & sumpta pro negatione boni debiti, quando oportet &c. ex hac priuatione quæ non est, nec esse potest a Deo, cum sit malum culpæ formaliter per modum habitus, peccator post peccatum commissum est formaliter peccator, & hæc priuatio est terminus a quo in iustificatione impii per modum contrarii, vt in artic. præcedenti author dixit. Et ex hoc patet, quòd quia non potest intelligi remissio culpæ nisi adueniente conuersione ad Deum charitatis obiectum, quæ est effectus formalis charitatis, ideo non est intelligibile, quòd fiat remissio culpæ absque infusione gratiæ.

¶ Ad obiecta autem in oppositum dicitur, q̃ Scot. errauit in radice errore magno, ponens hominem post peccatum esse formaliter peccatorem per relationem rationis consequentem actus voluntatis diuinæ. Constat namq; q̃ esse in peccato mortali, est esse in malo culpæ. ergo non est in sola obligatione ad pœnam per actum diuinæ voluntatis: nam hoc est esse in malo pœnæ. Vnde non est mirum, quòd errauit in consequentibus.

¶ Ad illam autem propositionem, Qualẽcunque potest Deus facere voluntatem, respondetur concedendo ad bonum sensum, sicut potest virginem reparare: sed negatur ista sequela, circa quã non cogitauit Sco. scilicet, Homo lapsus est reparat° ad rectitudinem naturalem sine gratia gratum faciente: ergo non est in peccato mortali. Stat namq; q̃ prima priuatio rectitudinis naturalis sit expulsa, & secunda. s. rectitudinis charitatis remanserit, ac per hoc remanserit obex charitati, qui non erat in homine antequàm haberetur. Iam enim dictum est, quòd peccatum mortale includit talem priuationem, immo hæc principaliter constituit peccatum mortale. Patent hæc omnia, si ponamus q̃ homo in naturalibus creatus non peccauerit deuiando a naturalium præceptorum rectitudine, sed deuiando a præceptis fidei: tunc apparet, & quòd cũ rectitudine naturalium stat peccatum mortale, & peccatũ mortale ex oppositione ad charitatis rectitudinem principaliter sumitur. Vnde patet responsio ad omnia: quia falsum est, q̃ peccato mortali opponatur tam rectitudo naturalis, q̃ gratia proprie loquẽdo: quoniam rectitudo naturalis non nisi alicui mortali. s. cõtra præcepta naturalia, directe opponit: & etiam imperfecte, quia pl° priuat mortale, quàm rectitudine naturali. habet. n. se rectitudo naturalis ad gratiam & culpam, non vt tertium oppositum, aut medium per participationem, inter quę est mutatio, sed vt medium per abnegationem: quia neutrum includit, & cũ vtroque stat, vt patet in angelis, si non peccauerunt nisi per respectum ad ea quæ sunt gratiæ. Et hoc dico formaliter, non curãdo de effectu, quo ex peccato punitur peccator in naturalibus. Nec fallaris in hac re, transeundo de rectitudine naturali ad innocentiam, quasi pro eodem vtendo eisdem: nam magnus esset error, quia lapsus nulla potentia põt restitui ad innocentiam, quia non fieri potest, quòd non peccauerit. repugnant enim innocentiæ peccasse, quàmuis restitui posset ad rectitudinem naturalẽ. Vnde si restitueretur ad talem rectitudinem absq; gratia, adhuc esset, vt dictum est, in peccato mortali propter illam auersionem derelictam, quæ sola gratia aufertur, quæ non est compossibilis innocentiæ, nec est in homine in puris naturalibus.

Lib. 1. c. 26 in fine 10. 7.

q. 87. art. 6.

Infra art. 4 5. & 6. cor. Et 3. q. 86 art. 6. ad 1. Et 2. di. 27, arti. 2. ad 7. Et 4. di. 17. q. 1. ar. 3. q. 2. Et ver. q. 28. art. 3. & 4. cor. Et Io 4. lec. 2. Et Eph. 5 lect. 5. fin.

¶ In responsione ad secundum in eodem 2. articu. aduerte: hoc argumentum esse radicem phantasiæ Sco. in 14. dist. 4. afferentis Aug. super Psal. Videre, inquit, Deũ peccata, est ad pœnã imputare: auertere aũt faciem a peccatis, est ad pœnam ea non referuare.

¶ Et nota quàm profunde author hoc eradicet, cum exemplis & similibus inductis a Scoto ibidem, dũ dicit quòd dilectio Dei qua nos deligit, non consistit in solo actu dilectionis, sed in effectu. Et quoniam non imputatio ex dilectione prouenit, effectum oportet in nobis ponere huiusmodi non putationis. Et per hoc excludit duo. Primo, quòd licet voluntas diuina dupliciter possit comparari ad creaturam, scilicet vt obiectum, & vt effectum, est enim ab ea & volita & facta, & esse volitum præcedat esse factum, quia illud est æternum, hoc tẽporale, nihil tamen est volitum, & non factum ab eo, qui quęcunque voluit fecit. Et cum omnis volitio dilectio quædam sit, nihil est dilectum nisi cum effectu, ac per hoc Sortes qui peccauit, si est a Deo dilectus, & non imputet ei peccatum, effectum oportet aliquem in eo ponere huius voluntatis diuinæ, & secundum hunc effectum dicitur Deus auertere faciem a peccatis, & non referuare ea ad pœnam. Secundo, quòd non est simile de dilectione, & non imputatione hominis & Dei, quia humana consistit in solo actu diligentis & non imputantis, diuina non.

ARTICVLVS III.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur motus liberi arbitrij.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur quòd ad iustificationem impij non requiratur

*Q. 110. ar. 1.

A

B

C

D

E

I

K

responsione ad primum, quib⁹ sufficit meritum Iesu Christi. Et quando cõcurrit, non vno mõ concurrit. nam quandoque cõcurrit simultaneus, & hoc est regulare, & est motus acceptæ gratiam, vt in littera dicitur.

Lib. 2. c. pa rũ. ante me dium to. 1.

Quod nõ intelligas sic, quasi gratia sit obiectum illius actꝰ q sit acceptatio, sed in actu exercito: qa. sselt motꝰ liberi arb. exercentis acceptationem gratiæ exercetur. n. hic per hoc, quòd voluntas mouetur in Deum principium gratiæ in remissionem peccatorum, amando ipsum cum detestatione offensæ suæ. Quandoque concurrit præueniens, vt in dormientibus, vel non subsistentibus, vt in respõsione ad primum dr. ¶ Et scito, quòd si diligenter inspiciamus vim rationis assignatæ in litera, scilicet quòd Deus mouet omnia suauiter, ac per hoc capaces liberi arbi. per liberũ arb. videbimus, quòd quando contingeret adultum mẽtis compotem vigilantem, ac consciũ suscipere sacramentum absque actuali deuotione simultanea eũ sacramento, quis præcedens fuerit deuotio, non infunditur tunc gratia. Ex quo enim Deus infundẽdo gratiã iustificantem, simul mouet liberũ arb. si libe. arb. non simul mouetur, consequens est, quòd gratia non infundatur. Nec est simile in amẽtibus & dormiẽtibus insensibiliter cõstitutis: quoniã cõditio statꝰ talium facit, vt suauiter moueantur absq; motione liberi arb. simultanea Et si instetur. ergo si post præcedẽtem deuotionẽ euagetur quis in suscẽptione sacramenti, obicem gratiæ ponit, & consequenter peccatur mortaliter, respondetur quòd qa motio liber. arbit. simultanea gratiæ infusioni misereẽtis Dei opus est, & non habere illam est signum non suscipiendi gratiam, consequens est, quòd idem sit iudicium de tali motione, & gratiæ infusione. Vnde sicut euagatio nõ ponit obicem gratiæ, ita nec dictæ motioni, nec est peccatum mortale. Sed si per aduenientes sacramentum non reducitur euagatus ad actũ liberi arb. actualiter tendẽtis in Deũ iustificatorem, manifestum est, quòd non fit iustificatio impii tunc per gratiæ infusionem. Nec tamen oportet quòd peccet quis propterea mortaliter, sed priuatur fructu sacramenti p obicem, quẽ habet, etsi tunc non ponat illum de nouo, vt patet de eo qui diligenter & non sufficienter se discussit. Et hæc sunt valde notanda, nõ vt sciam⁹, sed vt discutiamus nosmetipsos.

† Lib. 8. ca. 10. non procul a fine & ca. 12. to. 3.

motus liberi arbit. Videmus enim quòd p sacramentũ baptismi iustificantur pueri absque motu liberi arbitrij, & etiam interdum adulti. Dicit enim * Aug. in 4. cõfes. quòd cum quidam suus amicus laboraret febribus, iacuit diu sine sensu in sudore lethali, & dum desperaretur, baptizatus est nesciens, & renatus est, quod fit per gratiã iustificantẽ: sed Deus potentiã suã nõ alligauit sacramẽtis. ergo etiã põt iustificare hominẽ sine sacramentis absque omni motu liberi arbitrij.

¶ 2 Præt. In dormiendo homo non habet vsum rationis, sine quo non potest esse motꝰ liberi arbitrij: sed Salomon in dormiẽdo consecutus est a Deo donum sapientiæ, vt habetur 3. Reg. 3. & 2. Paral. 1. ergo etiam pari ratione donum gratiæ iustificantis quandoque datur hoi a Deo absq; motu liberi arbitrij.

¶ 3 Præt. Per eandem causam gratia producitur in esse, & conseruatur. dicit enim † Aug. 8. super Gen. ad literam, quod ita se debet homo ad Deum conuertere, vt ab illo semp fiat iustus: sed absq; motu liberi arb. gratia in homine conseruatur. ergo absque motu liberi arbitr. potest a principio infundi.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 6. Omnis qui audit a Patre, & didicit, venit ad me: sed discere non est sine motu liberi arbitrij, addiscens enim consentit docenti. ergo nullus venit ad Deum per gratiam iustificantem absque motu liberi arbitrij.

Respon. Dicendum, q iustificatio impij fit Deo mouente hominem ad iustitiam: ipse enim est qui iustificat impiũ, vt dicitur Ro. 3. Deus autem mouet omnia secũdum modum vniuscuiusque: sicut in naturalibus videmus, quòd aliter mouentur ab ipso grauia, & aliter leuia propter diuersam naturã vtriusq;. Vnde & hominem ad iustitiam mouet secundum conditionem naturæ humanæ. Hõ autem secundum propriam naturam habet q sit liberi arb. & ideo in eo q habet vsum liberi arb. nõ fit motio a Deo ad iustitiam absq; motu lib. arbit. sed ita infundit donum gratiæ iustificantis, quod etiam simul cum hoc mouet liberũ arb. ad donum gratiæ acceptandum in his, q sunt huius motionis capaces.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd pueri non sunt capaces motus liberi arbitrij, & ideo mouentur a Deo ad iustitiã per solam informationem animę ipsorum. Hoc autem non fit sine sacramẽto, quia sicut peccatum originale, a quo iustificantur, non propria voluntate ad eos peruenit, sed per carnalem originem: ita etiam p spiritualem regenerationẽ a Christo in eos gratia deriuatur. Et eadem ratio est de furiosis & amentibus, qui nunquã vsum liberi arbitrij habuerũt. Sed si quis aliquãdo habuit vsum liberi arb. & postmodũ eo careat vel p infirmitatem, vel per somnum, nõ consequitur gratiam iustificantem per baptismum exterius adhibitũ, aut per aliquod aliud sacramentũ, nisi prius habuerit sacramentũ in proposito, quod sine vsu liberi arbit. non contingit. Et hoc modo ille, de quo loquitur Augustin. renatus fuit, quia & prius, & postea baptismum acceptauit.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd etiam Salomon dormiendo non meruit sapientiam, nec accepit: sed in somno declaratum est ei, quòd pp præcedens desiderium ei à Deo sapientia infunderetur. Vnde ex eius persona dicitur Sapiẽtiæ 7. Optaui, & datꝰ est mihi sensus. Vel potest dici, quòd ille somnus non fuit naturalis, sed somnus prophetię, secundum quod dicitur Nu. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, per somnium, aut in visione loquar ad eũ: in quo casu aliquis vsum liberi arbit. habet. Et tamen sciendum est, quòd non est eadem ratio de dono sapientiæ, & de dono gratiæ iustificantis. Nam donum gratiæ iustificantis præcipue ordinat hominem ad bonum, quod est obiectum voluntatis: & ideo ad ipsum mouetur homo per motum uoluntatis, qui est motus liberi arbit. sed sapientia perficit intellectum, qui præcedit voluntatem. vnde absque completo motu liberi arbitr. potest intellectus dono sapientiæ illuminari: sicut etiam videmus, quòd in dormiendo aliqua hominibus reuelantur, sicut dicitur Iob. 33. Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum: & erudiens eos, instruit disciplinam.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd in infusione gratiæ iustificantis est quædam transmutatio animæ humanæ: & ideo requiritur motus proprius animæ humanæ: vt anima moueatur secundum modum suum. Sed conseruatio gratiæ est absque transmutatione, vnde non requiritur aliquis motus ex parte animæ, sed sola continuatio influxus diuini.

Articvlvs IIII.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur motus fidei.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæ tertiæ Articulum quartum.*

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd ad iustificationem impij nõ requiratur motus fidei. Sicut enim per fidem iustificatur homo, ita etiam & per quædam alia, scilicet per timorẽ, de quo dicitur Ecclesiast. 1. Timor

In articu. 4. eiusdem quæstionis in rñsione ad primum, scito Nouitie, misericordię actꝰ simultaneus in iustificatione impii in litera positus, prout claditur in dilectione proximi, Infra 3.q. 86.art. 6.ad 1.& 3. Et 2.di. 26. arti. 4.ad 4. Et 3.di. 30. arti. 3. ad 3. Et 4.di. 17. q. 1. ar. 3. q. 3. Et ver. q. 2 & 2.di. 4. 68.art.2. & art.4. ad 1.

ximi, est ille de quo scriptum est: Miserere animæ tuæ, placens Deo. Comprehẽdor enim ego sub dilectione proximi, qui teneor diligere proximum sicut me ipsum.

Domini expellit peccatum: nã qui sine timore est, non poterit iustificari. & iterum per charitatem, secundũ illud Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. & iterum per humilitatem, secũdum illud Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. & iterum per misericordiam, secundum illud Prou. 15. Per misericordiam & fidem purgãtur peccata. nõ ergo magis motus fidei requiritur ad iustificationem impij, q̃ motus prædictarum virtutum.

¶ 2 Præt. Actus fidei non requiritur ad iustificationem, nisi inquãtum per fidem homo cognoscit Deũ: sed ẽt alijs modis potest homo Deũ cognoscere. s. per cognitionem naturalem, & per donum sapientiæ. ergo nõ requiritur actus fidei ad iustificationem impij.

¶ 3 Præt. Diuersi sunt articuli fidei. si igitur actus fidei requiratur ad iustificationẽ impij, videtur quòd oporteret hominẽ, quando primo iustificatur, de omnibus articulis fidei cogitare: sed hoc videtur inconueniens, cum talis cogitatio longam temporis moram requirat. ergo videtur quòd actus fidei non requiratur ad iustificationem impij.

Sed contra est, quod dicitur Rom. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum.

Ar. præced.

Respon. Dicendum, q̃ sicut dictum est, *Motus liberi arbit. requiritur ad iustificationem impij, secũdum quod mens hominis mouetur a Deo. Deus autem mouet animam hominis, cõuertendo eam ad seipsum, vt dicitur in Psal. 84. secundum aliam literam: Deus tu conuertens viuificabis nos. & ideo ad iustificationem impij requiritur motus mentis, quo conuertitur in Deum. Prima aũt conuersio in Deum fit per fidem, secundum illud ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est. & ideo motus fidei requiritur ad iustificationem impij.

Ad primvm ergo dicendum, quòd motus fidei non est perfectus, nisi sit charitate informatus. vnde simul in iustificatione impij cum motu fidei, est ẽt motus charitatis. Mouetur aũt liberũ arbit. in Deum ad hoc, quòd ei se subijciat: vnde etiam concurrit actus timoris filialis, & actus humilitatis. Contingit enim vnum & eundem actũ liberi arbit. diuersarum virtutum esse, secundum quod vna imperat, & alia imperatur, prout scilicet actus est ordinabilis ad diuersos fines. Actus autem misericordiæ operatur circa peccatum per modum satisfactionis, & sic sequitur iustificationem: vel per modum præparationis, inquantum misericordes misericordiam consequuntur, & sic etiam potest præcedere iustificationem: vel etiam ad iustificationem concurrere simul cum prædictis virtutibus, secundum quòd misericordia includitur in dilectione proximi.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd per cognitionem naturalem homo non conuertitur in Deum, inquantum est obiectum beatitudinis, & iustificationis causa: vnde talis cognitio non sufficit ad iustificationem. Donum autem sapientiæ præsupponit cognitionem fidei, vt ex supradictis * patet.

Ad 3ᵐ dicendum, q̃ sicut Apostolus dicit ad Ro. 4. Credẽti in eum qui iustificat impium, reputabitur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. Ex quo patet, q̃ in iustificatione impij requiritur actus fidei quantum ad hoc, q̃ homo credat Deum esse iustificatorem hominum per mysterium Christi.

Articvlvs V.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur motus liberi arb. in peccatum.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæ tertiæ Articuli quinti.*

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd ad iustificationem impij, non requiratur motus liberi arbit. in peccatum. Sola enim charitas sufficit ad delectionem peccati, secundum illud Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas: sed charitatis obiectũ non est peccatum. ergo nõ requiritur ad iustificationem impij motus liberi arbit. in peccatum.

¶ 2 Præt. Qui in anteriora tendit, ad posteriora respicere nõ debet, secundum illud Apost. ad Philip. 3. Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendẽs meipsum ad destinatum persequor brauium supernę vocationis: sed tendenti in iustitiam retrorsum sunt peccata præterita. ergo eorũ debet obliuisci, nec in ea se debet extẽdere per totũ lib. arb.

¶ 3 Præt. In iustificationem impij non remittitur vnum peccatũ sine alio. impium enim est a Deo dimidiam sperare veniam. si igitur in iustificatione impij oportet liberũ arb. moueri contra peccatũ, oporteret qd de omnibus peccatis suis cogitaret, quod videtur inconueniens, tum quia requireretur magnum tempus ad huiusmodi cogitationem: tum etiam, quia peccatorum quorum est homo oblitus, veniam habere nõ posset. ergo motus liberi arb. in peccatum non requiritur ad iustificationem impij.

Sed contra est, q̃ dicitur in Psal. 31. Dixi, Cõfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem pẽcti mei.

Respon. Dicendum, q̃ sicut * supra dictum est, Iustificatio impij est quidam motus, quo humana mens mouetur a Deo a statu peccati in statum iustitiæ. Oportet igitur quòd humana mens se habeat ad vtrunque extremorum secundum motũ liberi arbit. sicut se habet corpus localiter motũ ab aliquo mouente ad duos terminos motus. Manifestum est autem in motu locali corporum, q̃ corpus motum recedit a termino a quo, & accedit ad terminum ad quem: vnde oportet, q̃ mens humana, dum iustificatur per motũ liberi arbit. recedat a peccato, & accedat ad iustitiam. Recessus autem & accessus in motu liberi arbit. accipit

Infra art. 7. ad 1.& 2.& q. 88. art. 2. cor. Et 4. di. 17. q. 1. art. 3. q. 4. Et 3. cõtra c. 158 Et ver. q. 28 art. 5.

Ar. 1. huius quæst.

Trac.16. in Io. nō procul a fine tom. 9.

Quorando nunc de distinctione inter gratiam, charitatem, & sibi necessario connexa. Et sic est sermo præsens, & dicimus q̄ gratia & culpa sunt formaliter oppositæ priuatiue, sicut tenebra & lumen. Quod probatur ex hoc, q̄ auersio ab incommutabili bono, qua formaliter peccator post actum dicitur peccator, & auersa a Deo charitatis obiecto, corrariatur directe priuatiuæ cōuersioni ad Deū charitatis obiectū. Constat autem q̄ culpa & gratia hæc importat, auersionem, & conuersionem huiusmodi. ergo &c.

¶ Ad primam obiectionem Scot. habet responsionem in litera ex art. 1. huius q̄. in responsione ad primum, quòd sicut terminus ad quem iustificationis est vn⁹, s. iustitia metaphorice dicta: ita terminus a quo, iniustitia, seu iniquitas, & in hoc conuenit omne peccatum. Vnde dicitur q̄ priuatio culpæ potest dupliciter sumi. s. in ordine ad causam suam. s. conuersionem ad cōmutabile bonum, & sic non est vnius, sed diuersarum rationum iuxta specificam diuersitatem peccatorum: Alio modo secūdum communem rationem auersionis ab incōmutabili bono, & sic ē vna, vni⁹ s. rationis. Vnde omnia peccata mortalia conueniunt ex parte auersionis, & non multiplicant auersionem ex hac parte, sed intendunt eā, sicut appositio impedimentorum in medio auget elongationē a lumine. Et quia culpa est formaliter opposita gratiæ, inquantum est priuatio conuersionis ad Deum, vt dictū est: ideo negatur q̄ culpa, vt priuatiue opposita gratiæ, non sit vna.

¶ Ad secundā potest primo negari maior, & dici, q̄ sufficit posse in non esse alterius demeritorie: hoc enim modo homo potest super non esse gratiæ. Et ratio istius tertii membri est, quando alterum oppositum est ex altiori principio pendens. Secundo potest negari minor, pro quanto homo potest defectiue super non esse gratiæ, quia deficiendo ponit obicem diuinæ infusioni, & cō seruationi gratiæ in se. Ad probationem de annihilatione pluries dictum est, q̄ gratia quando definit haberi, non annihilatur propter plures rationes alias dictas.

¶ In eodem 5. art. nota differentiam inter motum naturalem & voluntatis, q̄ in natura idem numero est motus localis, quo acceditur a termino ad quem, & receditur a termino a quo. In voluntate autem, quia animaliter oportet vtrunque fieri, alter actus est, cuius obiectum est malum, a quo anima per modum recedentis se habet: & alter, cuius obiectum est bonum, ad quē anima per modum accedentis se habet. Et propterea in litera dicitur, q̄ duplex motus liberi arb. requiritur, alter detestationis mali: & alter affectionis ad bonum, ex quibus duobus integratur quasi vnus modus voluntatis a malo in bonum, a culpa ad iustitiam gratiæ.

¶ In eodem art. in responsione ad tertium aduerte, quòd illud verbum, Oportet quòd homo singula peccata quæ cōmisit &c. non significat necessitatem simpliciter ad consequendam iustificationem, quia vnicus actus, quo quis detestatur vniuersaliter omne peccatum propter Deū, etiam si tunc nolit cogitare de singulis quæ habet in memoria, paratus cogitare tempore confessionis, sufficit ad iustificationem impii: quoniam præceptum de rememoratione in particulari affirmatiuum est, & pro semel tātum obligat, scilicet tempore confessionis, absolute loquendo. Sed significat necessitatem naturalis progressus infirmitatis humanæ de malo i bonum iustitiæ gratuitæ per imperfecta bona, scilicet per singulares attritiones peccatorum in vniuersalem cō tritionem eorum. paulatim enim innatum est nobis moueri de extremo in extremum. Hac enim nostra conditione non obstāte, potest absque huiusmodi attritionibus quis iustificari, vt de Paulo patet: & frequenter Dei grā operante accidit in repētinis conuersionibus peccatorum, quando in veritate conuertuntur. Vtrum autem præter vniuersalem contritionem requiratur singularis de singulis contritio, nō spectat ad p̄sentem locum, vbi de detestationib⁹ p̄cedentibus iustificationem impii est sermo. Constat autem has singulares detestationes non esse cōtritiones: quia nō sunt informatæ charitate, sed attritiones, quæ vt ipsum nomen sonat, præcedūt generationis ordine cōtritionē: prius enim aliquid attenditur, q̄ conteratur.

3.q.86.art. 6.ad 1. & 2. & q.87. ar. 2. co. Et 4. dis. 17. q. 1. attic. 3. q. 1. co. Et 2. contra c. 72. Et veri. q. 28. ar. 6. Et Io. 4. fin. Et Eph. 5. lect. 3. fin. *artic. 1.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæ tertiæ Articulum sextum.*

IN art. 6. in calce corporis articuli, vbi dicitur, q̄ remissio peccatorū est cōsummatio, siue peruētio ad terminum huius motus, qui est iustificatio impii, dubium occurrit, tum quia iustitia, vt in primo articulo dictum fuit, est terminus ad quem, in cuius consecutione consummatur iste motus: tum quia expulsio termini a quo, in nullo motu habet rationem termini ad quem, vt patet inductiue. Constat autem, quòd remissio peccatorum est expulsio culpæ, quæ est terminus a quo, & iste est motus. ergo &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quemadmodum in omni mutatione ordo naturę ex parte agentis exigit quòd duorum, quæ inueniuntur in termino ad quem. s. inductionis formæ intentæ, & expulsionis oppositi, primo fit inductio formæ intentæ, & vltimo fit expulsio oppositi, vt patet in illuminatione, in qua licet simul aer illuminetur, & excludatur a tenebra: ex hoc tamen quòd illuminatur, excluditur a tenebratae per hoc exclusio est consummatio, & peruentio ad terminum. Ita in hoc motu iustificationis impii terminus ad quem habet in se duo. s. inductionem iustitiæ, & remissionem culpę, & hęc habet vltimi rationē: & propterea in litera dicitur, quòd in remissione peccatorum consummatur iustificatio impii.

¶ In responsione ad primum, dubium consurgit circa illa verba, Iustificatio impii dicitur esse ipsa remissio peccatorum, secundum quod omnis motus speciem accipit a termino: nam plus requiritur ad esse terminum specificantem motum, quàm ad esse terminum eiusdem. Et propterea licet expulsio oppositi habeat rationem vltimi termini, nō habet tamen rationem termini specificantis. Non enim specificatur illuminatio ab expulsione tenebræ, sed a lumine. male ergo videtur dictum, q̄ motus iste dē remissio peccatorum, secundum qđ omnis motus speciem sumit a termino, tanq̄ remissio culpę sit terminus specificans talē motū.

¶ Ad hoc dicitur, quòd motus, seu mutatio est duplex. Quędam de cuius termini inductionis ratione est expulsio contrarii, seu priuatiui: quædam cui accidit hoc. exemplum primi est omnis motus, seu mutatio tam successiua, quàm per se terminus successiue. Exemplum secundi est illuminatio partiū orbis solis coæua soli: quia nunquàm fuerunt in tenebris, nec terminat illuminatio illa aliquem motum, ut patet in primis motibus, species sumitur

sumitur ab inductione termini, & non ab expulsione oppositi. In secundis, quia inueniri possunt dupliciter, scilicet coniuncte expulsioni oppositi, & separate ab illis, vt patet de illuminatione, quæ inuenitur vtroque modo, ad denotandum differentiam inter vtrunque modum, quando occurrit cum expulsione oppositi, specificatio fit ab exclusione oppositi, tāquam ab vltima rōne termini ad quē, ex qua sumitur propria differetia ipsius. Verbi gratia, q̄ dupliciter fit illuminatio, scilicet per modum simplicis generationis, vt patet cū partes orbis coæuæ semper illuminant, & per modum motus, vt patet cum aer ex tenebroso fit illuminatus. Et in primo modo fit lumen tantum, & nō fit lumen expellens tenebram: in secundo autem fit totū hoc, scilicet lumē expellēs tenebrā. Et ex hoc ista illuminatio differt ab illa: quoniam ex hoc habet rationem motus, seu mutationis de contrario, seu priuatiuo in contrarium, seu formā, p̄pter quod differt a prima quæ habet rationem simplicis productionis ex simplici negatione in affirmationem, ideo ab ista vltima ratione termini ad quem, qua expellit oppositum, motus huiusmodi dicitur sumere speciem. Sic autem esse in proposito patet ex primo arti. huius q̄. vbi dictum est, quòd iustificatio dupliciter fieri potest, scilicet per modum simplicis generationis ex negatione iusti ad faciendum iustum, & per modū motus de contrario in contrarium, de culpa in iustitiam. Quando primo modo fit terminus ad quem, est sola iustitia: quando secundo modo fit terminus ad quem, est iustitia expellens culpam. Et quia ex hoc habet vltimam differētiam iustificatio ista, per quam differt a iustificatione etiam compari: ideo ex hac, iustificatio impii dicitur sumere speciem, sicut motus a suo termino. Et ex hoc soluitur argumentum literæ: quia ad iustificationem impii concurrit remissio culpæ, vt substantia eius non absolute, sed pro quanto speciem habet motus ex termino: & quia plura alia ad iustificationem requiruntur, ideo remissio connumeratur aliis.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 6. art. dubium occurrit de intentione authoris, an intendat quòd gratiæ infusio, & remissio culpæ sint idem secundum substantiam, & distinguātur secundum terminos: an intendat quòd sint, conueniant, & distinguantur sicut generatio & corruptio, cum generatio vnius est corruptio alterius.

¶ Ratio dubii est, quia in litera vtrunque dicitur, & vtrunque simul verum esse non potest: nam cum ex aqua fit ignis, sunt ibi simul duæ mutationes secundum substantiam, & quatuor termini. Altera est generatio de non esse ad esse ignis: altera est corruptio de esse in non esse aquæ. Et si sic est in proposito, nō est idem secundum substantiam gratiæ infusio, & remissio culpæ: & si non est sic, non differunt, & conueniunt vt generatio & corruptio, vt in litera dicitur. Ad hoc dicitur, quòd hic oportet cautum esse, ne diuertamur de vno in aliud, & fallamur: nam distinguere oportet de generatione & corruptione, vt sunt actiones, & vt sunt mutationes. Si namque est sermo de actione generatiua & corruptiua, sic dicendum est, quòd est eadem secundum substantiam, & distinguitur secundum terminos. Eadem namque actio est, qua calidum generat calorem, & corrumpit frigus, scilicet calefactio, quæ inquantum terminatur ad expulsionem frigoris, dicitur corruptio actiue, & inquantū terminatur ad calorē, dicit generatio actiue. Et ad hūc sensum directe tendit litera, quoniam tā gratiæ infusio, q̄ remissio culpæ actione significat: illa gratiuā, illa expulsiuā. Si aūt esset sermo de generatione & corruptione vt sunt mutationes, tūc dicendū est, q̄ nō est simile de his & de propositis. nā generatio & corruptio, vt dictū est, sunt duæ mutationes iter quatuor terminos: in

Respon. Dicendum, quòd quatuor enumerantur quæ requiruntur ad iustificationem impij, scilicet gratiæ infusio, motus liberi arbitrij in Deum per fidem, & motus liberi arbitrij in peccatum, & remissio culpæ. cuius ratio est: quia sicut* dictum est, iustificatio est quidā motus, quo anima mouetur a Deo a statu culpæ in statum iustitiæ. In quolibet autē motu, quo aliquid ab altero mouetur, tria requiruntur. Primo quidē motio ipsius mouentis. Secundo, motus mobilis. Tertio, consummatio motus, siue puentio ad finem. Ex parte igitur motionis diuinæ accipitur gratiæ infusio: ex parte vero liberi arbitrij moti accipiunt duo motus ipsius secundū receſſum a termino a quo, & accessum ad terminū ad quē. Cōsummatio aūt, siue peruentio ad terminum huius motus, importatur per gratiæ. Reliquas rōnes Scoti attulim⁹ superius de oppositione terminorū. s. gratię & culpæ, & remissionis culpæ absque gratia.

¶ Sed hæc parum etiam apparentiæ habent apud exercitatos & discernentes, quòd non est de rerum omnium identitate ratio vtrinque: sed quædā sunt, quæ ita se habent, quòd eis vnū possit absolui ab altero, illud tantū alterum non pōt absolui ab illo: & non solum non potest absolui, sed concurrit in identitatem realem cum illo. Animal enim licet possit esse sine homine, homo tamen non potest esse sine animali, ita quòd oportet quòd sit idem, quod animal: & albedo potest esse sine hoc, qđ sit intensa, intensus tamen gradus albedinis non potest esse sine ea, & identificatur illi. Et quod ad propositum facit, illuminari potest absolui ab exitu a tenebra, exire tamen a tenebris non potest absolui ab illuminari. vnde sicut illuminari absolute est mutatio ex non lumine ad lumen, illuminari autem tenebrosum est mutatio ex lumine priuatiue in lumē, & est vna mutatio simplex de tenebra ad lumen inter duos tantum terminos, scilicet priuationem & formam: simplex namque negatio cōtracta ad priuationem eundem constituit terminum a quo: ita in proposito consecutio gratiæ, absolute loquendo, est mutatio de simplici negatione gratiæ ad gratiam, & potest absolui ab exitu a culpa, sed non econuerso. Exire quippe a culpa impossibile est, nisi consequendo gratiam: ita q̄ est vna mutatio exiue a culpa, & consequi gratiam inter duos terminos, scilicet culpā quæ est priuatio contraria gratiæ, & gratiam. Nec sunt duo termini a quo negatio gratiæ, & priuatio gratiæ, sed priuatio contrahit negationem, & constituit vnum terminum a quo.

¶ Et per hoc patet quid dicendum sit ad quæstionem, qua quæritur, vtrum in iosusione gratię, & remissione culpæ sit vna simplex mutatio inter duos tantum terminos formaliter oppositos, vt prædeclaratum fuit.

¶ Et ad obiectionem primam Sco. dicitur, quòd remissio culpæ non multiplicatur secundum per se terminum: quia vt dictum fuit, omne peccatum conuenit cum alio in auersione, sed multitudo est in terminis per accidens, quod non inconuenit. Potest etiam dici, quòd idem inquantum idem, inconuenit multiplicari & non multiplicari, sed inquantum aliquo modo differens est a se ipso, potest multiplicari & non multiplicari. Et sic est in proposito: quia exitus a culpa, inquantum est idem consecutioni gratiæ, s. inquantum est eadem mutatio secundum substantiam, non habet hoc quòd multiplicatur, & non multiplicatur, sed inquantum est aliquo modo differens ab ea, ideſt, a seipsa vt identificatur illi. Differt enim in hoc, quòd se tenet ex parte termini a quo, illa vero ex parte termini ad quem vt sic, potest multiplicari ex hac parte, & nō multiplicari ex parte alia.

¶ Ad

ar. 1. huius quæst.

¶ Ad secũdam dicitur, q̃ quidem realiter & conuertibiliter impossibile ẽ separari, sed quæ sunt idem realiter, & non conuertibiliter, possunt separari ex parte, qua non est conuertibilitas, vt patet de animali & homine, albedine & albedine intensa &c. & sic est in proposito, vt pater ex dictis.

art. præced.

remissionem culpæ: in hoc enim F iustificatio consummatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iustificatio impij dicitur esse ipsa remissio peccatorum secundum qđ omnis motus accipit speciem a termino, tamen ad terminũ consequendum multa alia requiruntur, vt ex supradictis* patet.

AD 2^um dicendum, q̃ gratiæ infusio, & remissio culpæ dupliciter considerari possunt. Vno modo, secundum ipsam substantiã actus, & sic idem sunt: eodẽ.n. actu Deus & largitur gr̃am, & remittit culpã. Alio mõ possunt cõsiderari ex parte G obiectorum, & sic differunt fm differentiam culpæ quæ tollitur, & gratię quæ infunditur. sicut etiam in rebus naturalibus generatio & corruptio differunt, quãmuis generatio vnius sit corruptio alterius.

AD 3^um dicẽdum, quòd ista non est connumeratio secundum diuisionem generis in species, in qua oportet quòd connumerata sint simul, sed secundum differentiam eorum quæ requiruntur ad completionem alicuius, in qua quidem enumeratione aliquid potest esse prius, & aliquid posterius: quia principiorum & partium rei compositæ potest esse aliquid alio prius.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimætertiæ Articulum septimum.*

Infr. art. 8. co. Et 4.di. 5.q. 2.ar.2. q.5.ad 1. Et dist.17.q.1. ar.5.q.3. Et veri. q. 26. ar.3. ad 12. & q. 28.ar. 3. ad 10. & 19 & ar. 9. *artic.3.5. & 6. †q.13.ar.1.

IN art. 7. eiusdem quæstionis 113. nota duas radices ex philosophia, alterã vnde prouenit quòd forma non fiat in instanti: alteram vnde prouenit, quòd agẽs egeat tempore ad disponendam materiã sufficienter pro forma. Et prima ĩ duobus simul iunctis cõsistit, scilicet in dispositione subiecti, & indigentia temporis ad disponendum. Secunda autẽ in vno, scilicet in proportione resistentis indispositionis ad virtutem agentis disponẽtis. Et est sermo de forma permanente. De successiua nanq; nulla est quæstio, quia implicat eã esse in instanti. Et quoniam hæ radices causæ proprię dictorum effectuum accepũtur, ideo author vtens posteriorĩ ratione doctrina, Si affirmatio est causa affirmationis &c. ex negatione harũ causarum concludit gratiã infundi in instanti.

*p.p. q.85. ar. 4.

q.114.ar.4.

¶ In responsione ad secundum, aduerte quòd non dicitur, q̃ vnico actu liberum arbitrium mouetur

Vtrum iustificatio impij fiat in instanti, vel successiue.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̃ iustificatio impij non fiat in instanti, sed successiue. Quia vt* dictum est, ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij: actus autem liberi arb. est eligere, qui præexigit deliberationem consilij, vt† dictum est. Cum igitur deliberatio discursum quendam importet, qui successionẽ quandã habet, vt q̃ iustificatio impij sit successiua. ¶ 2 Præt. Motus liberi arb. non est absque actuali consideratione: sed impossibile est simul multa intelligere in actu, vt in primo* dictum est. cũ igitur ad iustificationem impij requirat motus liberi arb. ĩ diuersa, scilicet ĩ Deum, & in peccatum, videtur quòd iustificatio impij non possit esse in instanti. K ¶ 3 Præt. Forma quæ suscipit magis & minus, successiue recipitur in subiecto, sicut paret de albedine & nigredine: sed gratia suscipit magis & minus, vt* supra dictum est. ergo non recipitur subito in subiecto. cum igitur ad iustificationẽ impij requiratur gratię infusio, videtur quòd iustificatio impij non possit esse in instanti. ¶ 4 Præt. Motus liberi arbitrij, qui ad iustificationẽ impij concurrit, ẽ meritorius, & ita oportet quòd procedat a gratia, sine qua nullum

I

H

est meritum, vt infra* dicetur: sed prius est aliquid cõsequi formam, quàm fm formã operari. ergo prius infunditur gratia, & postea liberũ arbitrium mouetur in Deum, & in detestationem peccati. non ergo iustificatio est tota simul. q.114.a.1.

¶ 5 Præt. Si gratia infundatur animæ, oportet dare aliquod instans, in quo primo animæ insit: similiter si culpa remittitur, oportet vltimum instans dare, in quo homo culpæ subiaceat: sed non potest esse idem instans, quia sic opposita simul inessent eidem. ergo oportet esse duo instantia sibi succedentia, inter quæ, secundum* Philosophum in 6. Phys. oportet esse tẽpus medium. nõ ergo iustificatio fit tota simul, sed successiue. cex.2.to.3.

SED CONTRA est, quòd iustificatio impij fit per gratiam Spiritussancti iustificantis: sed Spiritussanctus subito aduenit mentibꝰ hominum, secundum illud Act. 2. Factus est repente de cælo sonus tanquàm aduenientis spiritus vehementis. vbi dicit* glo. quòd nescit tarda molimina Spiritussancti gratia. ergo iustificatio impij non est successiua, sed instantanea.

RESPON. Dicendum, quòd tota iustificatio impii originaliter consistit in gratiæ infusione. Per eam enim & liberum arbitriũ mouetur, & culpa remittitur: gratiæ autem infusio fit in instanti absq; successione. Cuius ratio est, quia quòd aliqua forma non subito imprimatur subiecto, contingit ex hoc q̃ subiectum non est dispositum, & agens indiget tempore ad hoc, quòd subiectum disponat. & ideo videmus quòd statim cum materia est disposita per alterationem præcedentem, forma substantialis acquiritur materiæ: & eadẽ ratione quia diaphanum est secundum se dispositum ad lumen recipiendum, subito illuminatur a corpore lucido in actu. *Dictũ est aũt supra, quòd Deus ad hoc quòd gratiam infundat animæ, nõ requirit aliquam dispositionẽ, nisi quã ipse facit. Facit autem huiusmodi dispositionẽ sufficientẽ ad susceptionem gratiæ quandoq; quidem subito, quandoq; autem paulatim & successiue, vt* supra dictum est. Quòd enim agens naturale non subito possit disponere materiã, contingit ex hoc, quòd est aliqua disproportio eius, qd in materia resistit ad virtutẽ agentis: & propter hoc videmus, quòd quanto virtus agentis fuerit fortior, tanto materia

Ex glo. Ambrosii in illud Luc. ca. 1. Abiit in montana cũ festinatione tom. 5.

teria citius disponit. Cũ igitur virtus diuina sit infinita, potest quãcunque materiam creatã subito disponere ad formã, & multo magis liberum arbitriũ hominis, cuius motus potest esse* instantaneus secundũ naturã. sic igitur iustificatio impij fit a Deo in instãti. D. 746.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ motus liberi arbitrij, qui cõcurrit ad iustificationẽ impij, est cõsensus ad detestandum peccatũ, & ad accedendũ ad Deũ, qui quidem cõsensus subito fit. Contingit aut quãdoque q̃ præcedit aliqua deliberatio, quæ nõ est de substãtia iustificationis, sed uia in iustificationẽ: sicut motꝰ localis ẽ via ad illuminationẽ, & alteratio ad gr̃ationẽ.

1.p. q. 85. ar. 4.

AD 2^um dicendum, q̃ sicut in primo* dictũ est, nihil prohibet duo simul intelligere actu, secundum qđ B sunt quodãmodo vnum: sicut simul intelligimus subiectum & prædicatum, inquantum vniuntur in ordine affirmationis vnius. Et per eũdem modum liberũ arbitrium potest in duo simul moueri, secundũ quod vnum ordinatur in aliud. motus autem liberi arbitrij in peccatum ordinat ad motum liberi arbitrij in Deum. Propter hoc enim homo detestatur peccatũ, quia est contra Deum, cui vult adhærere: & ideo liberum arbitrium in iustificatione impij simul detestatur peccatum, & conuertit se ad Deum, sicut etiam corpus simul recedendo ab vno loco accedit ad aliũ.

AD 3^um dicendum, q̃ non est rõ quare forma subito in materia non recipiat, quia magis & minus põt C inesse: sic.n. lumen nõ subito reciperetur in aere q̃ potest magis & minus illuminari: sed rõ est accipiẽda ex parte dispositionis materiæ, vel subiecti, vt* dictũ est. 2. cor. art.

AD 4^um dicendum, q̃ in eodem instanti in quo forma acquiritur, incipit res operari secundum formã: sicut ignis statim cũ est generatus, mouetur sursum, & si motus eius esset instantaneus, in eodem instanti compleretur. Motus autem liberi arbitrij qui est velle, non est successiuus, sed instantaneus: & ideo non oportet quòd iustificatio impij sit successiua.

AD 5^um dicendum, q̃ successio duorũ oppositorũ in eodem subiecto aliter est consideranda in his quæ subiacent tempori, & aliter in his quæ sunt supra tẽpus. In his enim quæ subiacent tempori, non est* da- D. 647. re vltimum instãs, in quo forma prior subiecto inest. est autem dare ultimum tempus, & primum instans, in quo forma subsequens inest materię, vel subiecto. Cuius ratio est, quia in tempore nõ potest accipi ante vnum instans aliud instans præcẽdens immediate, eo q̃ instantia nõ consequenter se habeant in tẽpore, sicut nec puncta in linea, vt probat in 6.* Phys. sed tempus terminatur ad instans: & ideo in toto tempore præcedẽti, quo aliquid mouetur ad vnam formam, subest formæ oppositæ: & vltimo instanti illius tẽporis, quod est primum instans sequentis temporis, habet formã, quæ est terminus motus. Sed in his q̃ sunt supra tẽpus, aliter se habet. Si qua enim successio sit E ibi affectuũ, vel intellectualiũ conceptionum, puta, in angelis, talis successio nõ mensuratur* tempore cõ- D. 118. tinuo, sed tẽpore discreto, sicut & ipsa quæ mensurãtur, nõ sunt cõtinua, vt in primo* habitũ est. Vnde in talibus est dandũ ultimum instans, in quo primũ fuit, & primum instans, in quo est id qđ sequit. Nec oportet esse tẽpus medium: quia nõ est ibi cõtinuitas tẽporis, quę hoc requirebat. Mens aũt humana quę iustificatur, fm se quidem est supra tempus, sed per accidẽs subditur tempori, inquantum. s. intelligit cum continuo & tempore secundũ phantasmata, in quibus species intelligibiles cõsiderat, vt in primo* dictũ est. Et

Universidad de Navarra Biblioteca

Vtrum gratiæ infusio sit prima ordine naturæ inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impij.

Super Quæstionis centesimæ decimætertiæ Articulum octauũ.

4. di. 17. q. 1. ar. 4. q. 1. & q. 2. art. 3. q. 1. ad 2. Et ver. q. 28 art. 7.

IN articulo 8. eiusdem quæstionis in responsione ad primũ, nota ingeniũ & reuerẽtiã authoris. ¶ Nam primo computando tantũ quatuor, quæ numerari solẽt in iustificatione impii, & indistincte accipiendo gratiam cum per se, & necessario cõsequentibus donis ex parte termini ad quem, soluit augmentum de prioritate gratiæ respectu remissionis peccatorum, aut ecõtra. Deinde distinguẽdo inter donum gratiæ, quod dictum est esse ĩ essentia animæ, & donum iustitiæ consequentis gratiam, quod dictum est in primo articulo huius quæstionis esse terminũ ad quẽ in iustificatione impii, aliter soluit, quasi quintũ adiungens prædictis quatuor nõ nouiter aduentũ, sed ipsam iustificationem, quæ a iustitiæ dono terminante dicta est, consequens: vt sic iustificatio impii ex parte termini ad quem, sit quintum integrans iustificationem impii. Et quia sic ordo naturalis in iustificatione impii est, quòd primo est infusio gratiæ: secundo motus liberi arbitrii i Deũ: tertio motus liberi arbitrii in peccatũ: quarto consequutio iustitiæ: quinto exclusio culpę. Et vt melius penetres ordinem hunc, aduerte q̃ actio Dei infusiua gratiæ ipso habet quasi duo officia, quia est inductiua, & expulsiua. & si actio sine medio motu liberi arbitrii per modum naturalium actionũ sortiret effectum, vt in infantibus contingit baptizatis, tũc ad gratiæ infusionem duo tantum conseque-

art. præced.

art. præced.

ar. 6. huius quæst.

*ar. 6. huius quæst.

ten-

A ideo iudicãdũ est fm hoc de eius mutatione secundũ cõditionem motuum temporalium, vt. s. dicamus, q̃ non est dare vltimũ instans, in quo culpa inest, sed ultimũ tẽpus: est autem dare primũ instans, in quo gr̃a ineſt, in toto aũt tempore præcedenti inerat culpa.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̃ gr̃ę infusio non sit prima ordine naturæ inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impij. Prius enim est recedere a malo, quàm accedere ad bonum, secundum illud Psal. 30. Declina a malo, & fac bonum: sed remissio culpæ pertinet ad recessum a malo, infusio autem gratiæ pertinet ad prosecutionem boni. ergo naturaliter prius est remissio culpæ, quàm infusio gratiæ. ¶ 2 Præt. Dispositio præcedit naturaliter formã ad quam disponit: sed motus liberi arb. est qđã dispositio ad susceptionẽ gr̃æ. ergo naturaliter præcedit infusionem gr̃æ. ¶ 3 Præt. Peccatum impedit animam ne libere tendat in Deũ: sed prius est remouere id quod prohibet motum, quàm motus sequat. ergo prius est naturaliter remissio culpæ & motus liberi arbitrij in Deum, quàm infusio gratiæ.

SED CONTRA. Causa est prior naturaliter suo effectu: sed gratiæ infusio causa est omnium aliorum, quæ requiruntur ad iustificationem impij, vt* supra dictũ est. ergo est naturaliter prior, D

RESPON. Dicendum, q̃ prædicta quatuor quę requirunt ad iustificationem impij, tẽpore quidẽ sunt simul: quia iustificatio impij non est successiua, vt* dictum est: sed ordine naturæ vnum eorũ est prius altero, & inter ea naturali ordine primum est gratiæ infusio: secũdum motus liberi arbitrii i Deũ: tertiũ est motus liberi arb. in peccatum: quartum vero est remissio culpę. Cuius rõ est, quia in quolibet motu naturaliter primũ est motio ipsius mouentis: fm autem est dispositio materiæ, siue motus ipsius mobilis: ultimũ vero est finis, vel terminus motus, ad quẽ termi natur motio mouentis. Ipsa igitur Dei mouentis motio est gratiæ infusio, vt dictũ est* supra. motus aũt uel dispositio mobilis est duplex, mot* liberi arb. termin*ãt uel finis motus est remissio culpę, ut ex* supradictis patet. Et iõ naturali ordi

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur, scilicet iustitia & remotio culpæ, primum ex primo officio, secundum ex secundo. Sed quoniam in adultis non sortitur effectum per modum actionis naturalis, sed medio libero arbitrio, vt omnia fiant suauiter, ad infusionem gratiæ consequuntur quatuor, duo ex primo officio, scilicet motus liberi arbitrii in Deum, & consecutio iustitiæ: & duo ex secundo officio, scilicet motus liberi arbitrii in peccatum, & expurgatio a peccato, ita quòd gratia causat duos motus, alterũ per modũ liberi arbitrii, quasi imperando ei accessum ad Deũ, & recessum a peccato; alterum p modũ naturæ, quasi exequendo inductionem iustitiæ, & remissionem peccati. Et quoniã totus ordo medii præcedit naturaliter ordinem tertii: & totus ordo imperii prior naturaliter est toto ordine executionis, idcirco consecutionem iustitiæ quæ terminus ad quem in executione istius motus est, quarto loco post totum motum liberi arbitr. locaui, & sic ponitur iustitia terminus ad quẽ, & culpa terminus a quo iustificationis impii, vt in litera dicitur: & gratia causa vtriusque, scilicet adeptionis, & remissionis.

¶ In responsione ad secundum, dubiũ occurrit, quia author videtur æquiuocare, aut male probare, q̃ dispositio liberi arbitrii sequitur gratiæ infusionẽ: q̃a dispositio subiecti sequitur actionem agentis, per quam etiam ipsum subiectum disponitur. nam in cõmuni loquẽdo, actio agentis est duplex, vna inductiua formæ, & altera dispositiua, vbi opus est dispositione. Et constat quòd dispositio subiecti sequit actionem dispositiuã non actionẽ inductiuã. Vbi autem non est op⁹ dispositione, vt in illuminatione, actionem agentis nulla sequitur dispositio: in speciali quoque proposito loquendo, actio Dei est duplex, scilicet infusio gratiæ, & gratuita Dei motio. Prima inducit formam gratiæ: lecũ da præparat, seu disponit ad gratiam, vt patet ex supradictis. Et sic dispositio ad gratiam sequitur actionem agentis, idest, gratuitam Dei motionem: præcedit autem naturæ ordine actionem agentis, idest, infusionem gratiæ, cuius oppositũ in litera dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd si gratiæ donum habituale perficeret solum per modum naturæ, idem esset iudicium de infusione gratiæ, & dispositione ad illam, & aliis actionibus, formis, & dispo

*Ar. 1. & 6. huius qu.

ne primũ in iustificatione impij est gratiæ infusio: secũm est motus libe. arbit. in Deũ: tertium vero est motus liberi arb. in peccatum. Propter hoc enim ille qui iustificatur, dereliquitur peccatum, quia est contra Deum: vnde motus liberi arb. in Deum præcedit naturaliter motũ liberi arb. in peccatũ, cũ sit causa & ratio eius: quartum vero & vltimum est remissio culpæ, ad quam tota ista transmutatio ordinatur sicut ad finem, vt * dictum est.

Ad primvm ergo dicendum, quòd recessus a termino, & accessus ad terminum dupliciter considerari possunt. Vno modo, ex parte mobilis, & sic naturaliter recessus a termino præcedit accessum ad terminũ. Prius enim est in subiecto mobili oppositũ quod abicitur, & postmodum est id quod p motũ assequitur mobile: sed ex parte agentis est econuerso. Agens enim per formam, quæ in eo præexistit, agit ad remouendũ contrariũ, sicut sol per suam lucem agit ad remouendum tenebras. Et ideo ex parte solis prius est illuminare, quàm tenebras remouere: ex parte autẽ aeris illuminandi prius est purgari a tenebris, quàm consequi lumen ordine naturæ, licet vtrunque fit simul tempore. Et quia infusio gratiæ, & remissio culpæ dicuntur ex parte Dei iustificãtis, ió ordine naturæ prior est gratiæ infusio, quàm culpæ remissio. Sed si sumãtur ea quæ sunt ex parte hominis iustificati, est econuerso. nã prius est ordine naturæ liberatio a culpa, quàm consecutio gratiæ iustificantis. Vel potest dici, quòd termini iustificationis sunt culpa sicut a quo, & iustitia sicut ad quẽ; gratia vero est causa remissionis culpæ, & adeptionis iustitiæ.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd dispositio subiecti præcedit susceptionẽ formæ ordine naturæ: sequitur tamẽ actionem agentis, per quam etiã ipsum subiectum disponitur.

fitionibus naturalibus, & oporteret ponere secundum naturæ leges aliam actionem inductiuam formæ, & aliam dispositiuam. Sed quia iam declaratum est, quòd gratia operatur vtroque modo s. & per modum liberi arbit. & per modũ naturæ: ideo infusio gratiæ gratum facientis, inquantum operatur per modũ liberi arbi. gratuite mouet liberũ arbit. ad actus duos antecedentes, & sic præuenit & eosdẽ vt informatos gratia, & seipsam gratiam vt gratum facientem, ita quòd non solum simul, sed vnica actione Deus infundẽdo gratiã gratuite mouet, & gratum facit: & inquãtum gratuite monet liberũ arb. disponit, simul & dispositum reddit per liberũ arbi. hominẽ ad gratiam: quoniã ipso actu liberi arbi. homo reddit subiectum præparatũ & coaptatũ gratiæ, cuius opposito actu posuerat obicẽ gratiæ. Et hæc præparatio est, quæ superius in quæstione centesima duodecima articulo secundo ad primum, dicta est meritoria.

¶ Nec obstat his, q̃ quãdoque gratuita Dei motio fit non p gratiam gratum facientem: potest nanq; & per ipsam, & sine ipsa Deᵘs gratuite mouere. Hanc autem quam diximus esse mẽtem authoris, ex eo patet, quòd non dicit dispositionem naturæ ordine sequi actionẽ agẽtis quãcunque, sed eam per quam etiam subiectũ disponitur, quasi diceret, quòd actionem, quæ non solũ est inductiua, sed et dispositiua, dispositio subiecti sequitur: & sic nihil restat ambiguum.

*Tex. 89. tomo 2.

*Ca. 2. in 8 ne tomo 3.

*Ar. 3. huius quæst.

ARTICVLVS IX.

Vtrum iustificatio impij sit maximum opus Dei.

Ad nonvm sic procedit. Videtur q̃ iustificatio impij nõ sit maximum opus Dei. Per iustificationem enim impij cõsequitur aliquis gratiam viæ: sed per glorificationem consequitur aliquis gratiam patriæ, quæ maior est. ergo glorificatio angelorum, vel hominum est maius opus, quàm iustificatio impij.

¶ 2 Præt. Iustificatio impij ordinat ad bonum particulare vnius hoĩs: sed bonum vniuersi est maius, q̃ bonũ vnius hominis, ut patet in 1. * Eth. ergo maius opus est creatio cæli & terræ, q̃ iustificatio impij.

¶ 3 Præt. Maius est ex nihilo aliquid facere, & vbi nihil cooperatur agenti, quàm ex aliquo facere aliquid cum aliqua cooperatione patientis: sed in opere creationis ex nihilo fit aliquid, vnde nihil potest cooperari agenti, sed in iustificatione impij Deᵘs ex aliquo aliquid facit, idest, ex impio iustũ, & est ibi aliqua cooperatio ex parte hoĩs, q̃a est ibi motus liberi arb. vt * dictum est. ergo iustificatio impij non est maximum opus Dei.

Sed contra est, quod in Psal. 144. dr, Miserationes eius super omnia opera eius. & in collecta dicitur, Deᵘs qui omnipotentiã

*Ca. 2. in 8 ne tomo 3.

*Ar. 3. huius quæst.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæ tertiæ Articulum decimum.*

In arti. 10. eiusdẽ quæst. dubium triplex occurrit. Primũ est circa illud, Anima naturaliter est capax gr̃æ videt enim q̃ secundum præsentẽ doctrinã in aia sit potẽtia naturalis ad gr̃am, ac per hoc ad fidem & alia huiusmodi, cui⁹ oppositũ in prima parte diximus contra Scotũ.

¶ Secundũ est circa illud, qd gratia non est super naturalem potentiã impii, sicut vita supra potẽtiam in corpore mortuo. Sicut. 10. in corpore mortuo est potentia remota ad vitam & nõ propinqua, ita in aia impia est potẽtia remota ad gratiã & non propinqua, immo magis vita est in potẽtia naturali talis corporis q̃ gratia in potentia naturali animæ impiæ, quia illud põt per multas trãmutationes reduci i vitã ab agẽte naturali, gr̃a vero non.

¶ Tertium est in responsione ad 3m, circa illud, quòdnõ est simile de illuminatione cæci, & iustificatione impii: q̃m exp̃esse author in 3. cõtra Gent. ca. 161. dicit, q̃ iustificatio impii est supra id quod ordo rerum exigit. & ideo sicut Deus non oẽs cęcos illuminat, ita non impios iustificat. Hic autem argumento secũdo qd hoc tangit, vult ẽm ordinem rerũ ipsam iustificationem fieri, & propterea nõ esse miraculũ: aut ergo hic, aut ibi a vero declinat.

¶ Ad euidẽtiã horũ sciendũ est, q̃ cũ cõmune fi omni formæ non habere materiã ex qua constat, cũ de potentia naturali ad formam qũo est, non nisi de materia in qua, est sermo. Verũ huiusmodi materia in qua, dupliciter põt se ad formã habere: nã quãdoq; est non solum in qua fit & ẽ forma, sed est materia ex qua educitur forma, & tũc ẽ potẽtia naturalis ad formã, vtpote ex sua potentia educẽdam. Quãdoq; aũt est solum materia in qua fit & est, non autem ex qua educitur. Et hoc adhuc contingit dupliciter, vno mõ sic, q̃ licet forma nõ educatur de potẽtia materiæ, dispositio tamen ꝓpria ad formam educitur de potentia materiæ p̃ naturale agens. & tunc est etiam potẽtia naturalis ad formã: & hoc modo est i corpore organico potentia naturalis ad animam intellectiuam. Alio modo sic, q̃ ꝓpria dispositio educatur de potentia subiecti, sed nõ p agẽs naturale claudẽdo sub naturali agente totũ ordinem naturæ. Et tũc est potẽtia quodãmodo naturalis, & quodãmodo nõ naturalis

cap. 5. non procul a fi. tom. 7.

p. p. q. 105. art. 7. & 8. & qõ. 110. art. 4.

Loco citato in arg. Sed contra.

Tract. 5. in epist. Ioan. ante medi tom. 9.

D. 985.

tuam parcendo maxime & miserando manifestas. & * Augustinus dicit exponens illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, quòd maius opus est, vt ex impio iustus fiat, quàm creare cælum & terram.

*c. 72. in nem. post dium il- m, tom. 9.

Respon. Dicendum, quòd opus aliquod potest dici magnũ dupliciter. Vno modo ex parte modi agendi, & sic maximum opus est creationis, in quo ex nihilo fit aliquid. Alio modo potest dici opus magnum propter magnitudinem eius quod fit, & secundum hoc maius opus est iustificatio impij, quæ terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis, quàm creatio cæli & terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis: & ideo * Augustinus cum dixisset, quòd maius est quòd ex impio fiat iustus, quàm creare cælum & terram, subiungit: Cælum enim & terra transibit, prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit. Sed sciendum est, quòd aliquid magnum dicitur dupliciter. Vno modo secundum quantitatem absolutam, & hoc modo donum gloriæ est maius, quàm donum gratiæ iustificantis impium: & secundum hoc glorificatio iustorum est maius opus, quàm iustificatio impij. Alio modo, dicitur aliquid magnum quantitate proportionis, sicut dicitur mons paruus, & milium magnum: & hoc modo donum gratiæ impium iustificantis est maius quàm donum gloriæ beatificantis iustum: quia plus excedit donum gratiæ dignitatem impij, qui erat dignus pœna, quàm donum gloriæ dignitatem iusti, qui ex hoc ipso quòd est iustificatus, est dignus gloria. & ideo * Augustin. dicit ibidem: Iudicet qui potest, vtrum maius sit iustos angelos creare, quàm impios iustificare: certe si æqualis est vtrunque potentiæ, hoc maioris est misericordiæ. Et per hoc patet responsio ad primum.

*c. 72. in m. non cul a fi. 9.

Ad 2ᵐ dicendum, quòd bonum vniuersi est maius quàm bonũ particulare vnius, si accipiatur vtrũque in eodem genere: sed bonum gratiæ vnius maius est quàm bonum naturæ totius vniuersi.

Ad 3ᵐ dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte modi agendi, fm quem creatio est maximũ opus Dei.

ARTICVLVS X.

Vtrum iustificatio impij sit opus miraculosum.

Ad decimvm sic proceditur. Videtur quod iustificatio impij sit opus miraculosum. Opera enim miraculosa sunt maiora non miraculosis: sed iustificatio impij est maius opus, quàm alia opera miraculosa, vt patet per * Augusti. in authoritate inducta. ergo iustificatio impij est opus miraculosum.

*q. 105. 7. ad 1. q. 44. 3. ad. 1. Et 2. d. 1. ar. 3. Et 4. 17. q. 1. q. 1. Et 6. ar. 2 ceed. gu. Sed ra.

¶ 2 Præt. Motus voluntatis ita est in anima, sicut inclinatio naturalis in rebus naturalibus: sed quando Deus aliquid operatur in rebus naturalibus contra inclinationem naturæ, est opus miraculosum, sicut cum illuminat cæcum, vel suscitat mortuum: voluntas autem impij tendit in malum. cum igitur Deus iustificando hominem, moueat eũ in bonum, videtur quòd iustificatio impij sit miraculosa.

¶ 3 Præt. Sicut sapientia est donũ Dei, ita & iustitia: sed miraculosum est, q̃ aliquis subito sine studio sapientiam assequatur a Deo. ergo miraculosum est, q̃ aliquis impius iustificetur a Deo.

Sed contra. Opera miraculosa sunt supra potentiam naturalem: sed iustificatio impij nõ est supra potentiam naturalem. dicit enim * Augustinus in lib. de prædest. sanctorũ, q̃ posse habere fidẽ, sicut posse habere charitatẽ, naturæ est hominũ: habere aũt fidẽ quẽadmodũ hr̃e charitatẽ, gr̃æ est fideliũ. ergo iustificatio ipij non est miraculosa.

Respon. Dicendum, quòd in operibus miraculosis tria cõsueuerunt inueniri, quorum vnum est ex parte potentiæ agentis: quia sola diuina virtute fieri possunt, & ideo sunt simpliciter mira, quasi habẽtia causam occultam, vt in primo * dictũ est: & secundum hoc tam iustificatio impij quàm creatio mundi, & vniuersaliter omne opus, quod a solo Deo fieri potest, miraculosum dici potest. Secundo in quibusdam miraculosis operibus inuenitur, quòd forma inducta est supra naturalem potentiam talis materiæ: sicut in suscitatione mortui vita est supra naturalẽ potentiam talis corporis, & quãtum ad hoc, iustificatio impij nõ est miraculosa: quia naturaliter anima est gratiæ capax. eo enim ipso, q̃ facta est ad imaginẽ Dei, capax est Dei per gratiam, vt * Augu. dicit. Tertio modo in operibus miraculosis inuenitur aliquid præter solitum & consuetum ordinẽ causandi effectum: sicut cum aliquis infirmus sanitatẽ perfectam assequitur subito præter solitũ cursum sanationis, quæ fit a natura, vel arte: & quantum ad hoc, iustificatio impij quandoque est miraculosa, & quãdoque non. Est enim iste communis & cõsuetus cursus iustificationis, vt Deo mouente interius animã, homo conuertatur ad Deũ, primo quidẽ cõuersione imperfecta, vt postmodum ad perfectam deueniat: quia charitas inchoata meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, sicut * Aug. dicit. Quandoque vero tam vehementer Deus animã mouet, vt statim quandam perfectionẽ iustitiæ assequat, sicut fuit in cõuersione * Pauli, adhibita etiã exterius miraculosa ꝓstratione: & ió cõuersio Pauli tanq̃ miraculosa in Ecclesia cõmemorat celebriter.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ quædam miraculosa opera etsi

Universidad de Navarra
Biblioteca

uralis: quoniam ex eo q̃ etiam propria dispositio ad formã excedit facultatẽ naturalis motiui talis potẽtiæ, sequitur q̃ potentia ad talẽ formã sit supra potentiã naturalẽ illius: ex eo autẽ q̃ illa dispositio educibilis est de potentia propria, quandã naturalitatem habet. Et hoc mõ potẽtia animæ ad gratiã est quodammodo naturalis, pro quãto actus liberi arbi. quo præparatẽ ad gratiam, educitur de potentia naturali li. arbitrii. Est autẽ supernaturalis, pro quãto actus ille vt dispositio ad gratiam, a sola gratuita Dei motione esse potest. Et forma ipsa .i. gratia supremi ordinis est super totum naturæ ordinem, vt in præcedenti articulo ad 5m habes. Et quia medium nunc hoc, nũc illud iduit extremũ, iõ potẽtia aię ad gr̃ã quãdoque naturalis, q̃nque nõ naturalis, sed obediẽtialis, aut supernaturalis vocatur. Simpliciter autẽ nõ est naturalis, q̃n ad res supremi ordinis est: sed deficit a ratione miraculi iustificatio, propter illud naturalitatis, qđ est in anima, præcipue a theologo considerata, qui quoniã Deus ab initio instituit creaturã rationalem ad hũc supremum ordinẽ eleuandã per sua etiam opera, ideo vt naturale hoc accipit, q̃ non acciperet, si Deus solum naturalẽ ordinẽ rerũ creasset, ac instituisset. Et per hoc patet responsio ad primum dubium.

¶ Ad 5m dicitur, q̃ inter mortuum, seu cæcũ & impium, hoc interest, quòd in impio est velut potentia occupata sub altero contrario, sicut potẽs caleheri actu frigidum existens in mortuo autem, aut cæco non est potentia sub altero contrario, sed omnino non est potentia: quia de priuatione ad habitum non est regressus, nisi per resolutionẽ ad primum. Vnde obiectio nihil obstat, quia de potentia propinqua est sermo, quamuis occupata, non de potentia remota per resolutionem ad vltimum.

¶ Ad tertium demũ dubium dicitur, q̃ duplex ordo est hic cõsiderandus. Scilicet ordo meritorum nostrorum 5m iustitiam, & ordo causandi. Si attendimus ad ordinẽ iustitiæ, sic præter rerũ ordinẽ fit iustificatio impii, in tantum vt in præcedẽti articulo dictũ fit, q̃ plus excedit donum gratiæ proportionaliter impiũ, q̃ donũ gloriæ iustum: & iuxta hunc ordinem author loquitur in libro contra Gentil. in loco allegato. Si aũt consideretur ordo causandi iustificationem ipsam, sic vt in litera dicitur, quandoque fit 5m consuetum cursum causandi ipsam, quandoq; supra ipsam: & iuxta hũc ordinẽ locutus est hic author. Et q̃a ratio miraculi attendit iuxta superexcessum ordinis causandi, & nõ iuxta superexcessum ordinis iustitiæ tãtũ, ideo hic negatur esse miraculum iustificationem impii, quod tamen conceditur de illumination cæci, quia ordo causandi ibi mutatur.

sint minora, quàm iustificatio impij quantum ad bonum quod fit: sunt tamen præter consuetum ordinem talium effectuum, & ideo plus habent de ratione miraculi.

Ad 2m dicendum, q̃ non quancunque res naturalis mouetur contra suam inclinationẽ, est opus miraculosum, alioquin miraculosum esset, quòd aqua calefieret, vel q̃ lapis sursum proiiceretur: sed quandoque hoc fit præter ordinem propriæ causæ, quę nata est facere hoc. Iustificare autem impiũ nulla alia causa potest nisi Deus, sicut nec aquã calefacere nisi ignis: & iõ iustificatio impij a Deo quantum ad hoc, non est miraculosa.

Ad 3m dicendum, quòd sapientia & scientiã hõ natus est acquirere a Deo per proprium ingenium & studium, & ideo quando præter hunc modum homo homo sapiens, vel sciens efficitur, est miraculosum: sed gratiam iustificantem non est homo natus acquirere per suam operationem, sed Deo operante: unde non est simile.

QVAESTIO CXIIII.

De merito, quòd est effectus gratiæ cooperantis, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de merito, quod est effectus gratiæ cooperantis.

Et circa hoc quæruntur decem.

¶ Primo, Vtrum homo possit aliquid mereri a Deo.

¶ Secũdo, Vtrum aliquis sine gratia possit mereri vitam æternã.

¶ Tertio, Vtrum aliquis per gratiam possit mereri vitam æternam ex condigno.

¶ Quarto, Vtrum gratia sit principium merendi mediante charitate principaliter.

¶ Quinto, Vtrum homo possit sibi mereri primam gratiam.

¶ Sexto, Vtrum homo possit eã mereri alij.

¶ Septimo, Vtrũ possit sibi aliquis mereri reparationẽ post lapsũ.

¶ Octauo, Vtrũ possit sibi aliqs mereri augmẽtũ gr̃æ, vel charitatis.

¶ Nono, Vtrum possit sibi mereri finalem perseuerantiam.

¶ Decimo, Vtrum bona temporalia cadant sub merito.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homo possit aliquid mereri a Deo.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd hõ non possit aliquid mereri a Deo. Nullus enim videtur mercedem mereri ex hoc, quòd reddit alteri quod debet: sed per omnia bona quæ facimus, non possumus sufficienter recompensare Deo quod debemus, quin semper amplius debeamus, vt etiam *Philosophus dicit in 8. Ethic. vnde & Luc. 17. dr̃, Cũ oia quæ præcepta sunt feceritis, dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. ergo hõ non potest aliquid mereri a Deo.

¶ 2 Præt. Ex eo quòd aliquis sibi proficit, nihil videt mereri apud eum cui nihil proficit: sed homo bene operando sibi proficit, vel alteri homini, non autem Deo. dicitur enim Iob 35. Si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? ergo homo non potest aliquid a Deo mereri.

¶ 3 Præt. Quicunque apud aliquẽ aliquid meretur, constituit eum sibi debitorem. debitum enim est, vt aliquis merenti mercedem rependat: sed Deus nulli est debitor. vnde dicitur Rom. 10. Quis prior dedit ei, & retribuet ei? ergo nullus a Deo põt aliquid mereri.

SED CONTRA est, quod dicitur Ier. 31. Est merces operi tuo: sed merces dicitur, quod pro merito redditur. ergo videtur quòd homo possit a Deo mereri.

RESPON. Dicendum, quòd meritum, & merces ad idem referuntur. Id enim merces dicitur, quod alicui recompẽsatur pro retributione operis, vel laboris, quasi quoddam pretium ipsius. Vnde sicut reddere iustum pretium pro re accepta ab aliquo, est actus iustitiæ: ita etiam recompensare mercedem operis, vel laboris, est actus iustitiæ. Iustitia autem æqualitas quædam est, vt patet per *Philosophum in 5. Ethic. & ideo simpliciter est iustitia inter eos, quorum est simpliciter æqualitas: eorum vero quorum non est simpliciter æqualitas, non est simpliciter iustitia, sed quidam iustitiæ modus potest esse: sicut dicitur quoddam ius paternum, siue dominatiuum, vt in eodem lib. *Philosophus dicit. & propter hoc in his, in quibus est simpliciter iustum, est etiã simpliciter ratio meriti, & mercedis. In quibus autem est secũdum quid iustum, & non simpliciter, in his etiam non simpliciter est ratio meriti, sed secundum quid, inquãtum saluatur ibi iustitiæ ratio: sic enim & filius meretur aliquid a patre, & seruus a domino. Manifestum est autem, quòd inter Deũ & hominem est maxima inæqualitas (in infinitũ. n. distant) & totum quod est hominis bonũ, est a Deo: vnde non potest hominis a Deo esse iustitia secundum absolutam æqualitatem, sed secundum ꝓportionem quandam, inquantum scilicet vterque operatur secundum modum suum. Modus autem & mensura humanę virtutis homini est a Deo: & ideo meritum hominis apud Deum esse non potest, nisi secundum præsuppositionem

ideireo sicut in rebus naturalibus Deus dando manus homini, marem feminæ &c. dat debita rebus ex ordinatione sua, scilicet ipsius Dei, ac per hoc quasi sibiipsi solum debitum, & sic ibi est ratio iusti, vt in secundo contra Gentil. c. 29. habes diffuse: ita in redditione mercedis debitæ merito humano Deus non aliter potest cõstitui debitor, nisi ꝓ quanto ab ipsomet Deo præsupponitur ordinatus actus ille ad consequendum mercedem illã: sic enim Deus cõstituitur debitor sibiipsi, & reddendo nobis mercedem, suæ satisfactioni ordinationi. Vnde & paterfamilias red diturus mercedem operariis vineæ, pri⁹ conduxit eos cõuentione, vel ꝓmissione facta de mercede per seipsum. Propter quòd in litera author rationẽ meriti humani impossibilẽ esse constituit, nisi ex ordinatione diuina, ex qua meritorius actus habet, quòd respiciat Deum vt debitorẽ.

¶ In eodem articu. circa rationem iusti inuentum in merito hominis apud Deum, aduerte q̃ meritum tale vltra respectus, quos habet ad hominẽ meritum, & Deum vt prędordinantem, habet duos alios, alterum ad mercedem: alterũ ad redditorem mercedis. Et quidem si comparetur meritum hominis ad Deum, nunquàm inuenietur iustum simpliciter, vt in litera dicitur. Sed si comparetur meritũ hominis ad mercedem debitam secundum se, sic non inconuenit inueniri iustum simpliciter: quoniam non inconuenit æquiualere meritum præmio reddendo, & ordinari a Deo actum meriti tanti valoris ad æquiualens præmium. Et quoniam merces reddenda a Deo, quantumcunque secundum se sit æquiualens merito, vt tamen redditur a Deo, excedit meritum hominis, cuius ad Deum non potest esse æqualitas simpliciter in aliquo: ideo simpliciter hominis ad Deũ nõ potest esse meritum simpliciter, sed secundum proportionem, vt in litera dicitur: quãuis hominis ad ipsam mercedem absolute possit esse meritum simpliciter, sicut & iustum.

¶ In eodem primo artic. circa ordinationem diuinam concurrentem ad rationem meriti apud Deum, dubium occurrit, An talis prædordinatio diuina fiat vniuersaliter per communicatum principium operis meritorii an ratio meritorii, quandoque fiat per solam diuinam ordinationem actus ad tale præmium. Sed quoniam in articulo tertio res hæc in speciali de merito vitæ æternę discutienda ẽ, ideo fat sit pro nũc scire dubitare, & notare, quòd id dicitur esse merces reddenda a Deo nostro merito, ad quod consequendũ Deus dedit nobis virtutem operatiuam liberã.

¶ In eodẽ primo articulo, aduerte Nouitie, quòd prędordinationem diuinam nostri actus i ratione meritorii nec ab ipso Deo, nec ab alio retributoꝛ oportet fortiri illam mercedem, vt patet in eo qui aliquanto tempore perseuerãs in bono, obicem ponit præmio ante retributionis tempus. Et ratio est, quia nõ omnis prædordinatio est prędordinatio prędestinationis, quæ effectum infallibiliter consequitur: sed aliqua prędordinatio est prouidentię, non euentus, sed causæ. & propterea mater benemerita de filio, quandoque meritedem honoris debiti a filio, nec ab ipso filio sortitur, nec a Deo, qui prædordinauit matri benemeritæ talem honorem deberi, sit vt filius honorem huiusmodi impendat. Et ex eadem radice euenit, vt Iudas post multa merita vitæ æternæ, non consequutus fuerat eam: nihil enim ex huiusmodi euentibus diuinæ ordinationi deperit.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæquartæ Articulum secundum.*

IN arti. 2. eiusdem quæst. dubium occurrit de superfluitate: quia author in quæst. 109 eundem articulum mouit.

LL ¶ Ad

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæquartæ Articulum primum.*

IN titu. primi art. q. 114. & vltimę aduerte tres terminos, ly homo, ly mereri, ly a Deo. Nam sermo est de homine, & non de homine adoptato in filium Dei, non de homine in statu peccati vel gratiæ, sed absolute. Mereri autem primo i seruitiis inuentum videtur, quibus mercedem meretur, in quibus primo merces nominata apparet. vnde & mercenarii dicti sũt, qui vt mercauẽ mercedem, seruiunt. Vtrũ a seruitiis ad obsequia & beneficia extensum experimur, dum & obsequentes & benefacientes, benemeritos de nobis, seu republica vocamus. Et cum multipliciter meriti ratio contingat, hic sumitur in communi, vt cõprehendit sub se meritum congrui & condigni. Et quia experientia testatur aliquem communi iudicio mereri bonũ aliquod propter sua opera, vel pœna aliquam, sed nõ a me, vel illo: ideo adiungitur ly, a Deo, vt determinetur retributor mercedis. Est igitur sensus tituli, vtrum homo possit aliquid facere, cui debeat merces a Deo.

¶ In corpore ar. aduerte, quòd in communi loquẽdo, i merito concurrunt quatuor, scilicet persona merens seu merita, ipsum meritũ, merces, & persona reddens mercedem. Et licet ista quatuor ex æquantur nõ solũ meritum, sed præmium, tamen ordo ad hæc oia exigit ad rõnẽ meriti. Oportet enim meritum esse alicuius vt meritis, & alicuius vt debitæ mercedis, & ad aliquem redditorem mercedis: frustra. n. operatur & laborat quis pro mercede a nullo habenda. Exhibitio autem meriti, & redditio mercedis, actus ad alterum sunt secundum æqualitatem rei ad rem, scilicet meriti ad mercedẽ, & econuerso: ideo ad rationem meriti exigitur ratio iusti, quãuis non sufficiat, plus nanque ad rationem meriti exigitur: nã iusti & debiti ratio sine libero arb. inueniunt in rebus. Iustum nãque est aquilæ naturæ, vt habeat rostrum: homini vt habeat manus, & granibus & leuibus vt sint in locis suis: femininum sexui vt iungatur masculo &c. & hæc sunt debita illis. Sed ad rationem meriti exigitur voluntarium: nullus enim meretur, aut demeretur naturalibus, vel inuitis passionibus, vel accidentibus. Et quoniam iustum inter duos est, & ad diuersos diuersimode, & voluntarium, nisi ad aliquem alterum ordinetur, nullum alterum respicit: ideo ratio meriti ex ratione iusti voluntarii & ordinis ad alterum integrati dicitur in litera, dum primo de iusto, inde de prædordinatione Dei, & demum de libero arb. intentum concluditur. Et quoniam in speciali de merito a Deo quo modo est, & redditor mercedis debitor est, & oĩs debitor alicuius debitor est, & Deus nulli põt esse debitor nisi sibi

idcirco

Super. q. 21. ar. 4. Et 2. dist. 1. q. 2. ar. 1. Et dist. 28. ar. 4. Et Heb. 6. lec. 3

priorib⁹ c. 10. 5.

*Li. 8. ca. vlti. post medium tom. 5.

c. 10. 5.

D. 803

D. 431

Sup. q. 109. ar. 5. & locis ibid. inductis.

*art. 1. huiꝰ quæst.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad hoc dicitur, quòd non inconuenit diuersis rationibus in diuersis locis eandem quæstionem mouere, vt vnusquisque tractatus integer fiat. Hæc ergo quæstio de merito vitæ æternæ p gratiam, potest dupliciter occurrere. Primo, de merito huiusmodi, vt habet rationem finis respectu gratiæ. Et sic spectat ad quæstio, de necessitate gratiæ, quæ est necessitas ex suppositione, scilicet ad habendum tale quid, quæ vocatur necessitas finis. Et hoc modo superiꝰ hæc quæstio integrauit tractatū de necessitate gratiæ.

¶ Secundo de merito huiusmodi, vt habet rationem effectꝰ respectu gratiæ. Et sic hic tractat ad integritatem tractatꝰ de secundo effectu gratiæ, qđ est meritū, vt patet & ex initio tractatus huius, & precedentis q̃onis.

¶ In eodem artic. aduerte, q̃ quia nec ex tit. art, nec ex ratione allata in litera habetur, quòd hic sit sermo de potentia Dei absoluta, sed vtulus est de potentia meritoria vitæ ęternę, an sit, propria gratiæ, ita quòd ipsa sola hoc possit inter creatas naturas: hoc est, n quærere, an sine gratia &c. Ratio quoque literę superdiuina prouidentia, quæ statuit actum non ordinari ad aliquid excedens proportionem virtutis, quæ est principium actus, fundatur: ideo ex hoc loco nullus sumat esse doctrinā authoris, quòd homo sine gratiæ habituali dono per diuinam potentiā non possit mereri vitam ęternam. Dicet forte quispiam, non esse contra authoris doctrinam, quòd homo ex gratuita Dei ordinatione absque habituali dono mereatur per actum liberi arbitrii, puta, opera pietatis, vitā æternam.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli dubium occurrit circa illud, scilicet, q̃ homo non pōt mereri ab alio homine quem prius offendit, nisi ei satisfaciens recōcilietur. Videtur enim hoc falsum: nam potest quis operari pro eo quem offendit, ante reconciliationē sic,

q. 109. ar. 2.

q. 71. art. 6. & q. 73. & 87. & q. 113. ar. 2.

bus habet gratuita, videtur quòd eius opera sint apud Deum magis meritoria: & ita si ille, qui habet gratiam, potest mereri aliquo modo vitam æternam, multo magis ille qui non habet.

¶ 3 Præt. Misericordia & liberalitas Dei in infinitum excedit misericordiam & liberalitatem humanam: sed vnus homo potest apud alium mereri, etiam si nunquàm suam gratiam ante habuerit. ergo videtur quòd multo magis homo absque gratia vitam ęternam possit a Deo mereri.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Roma. 6. Gratia Dei, vita ęterna.

RESPON. Dicendum, q̃ hominis sine gratia duplex status considerari potest, sicutꝰ supra dictum est. Vnus quidem naturæ integræ, qualis fuit in Adam ante peccatū. Alius autem naturæ corruptæ, sicut est in nobis ante reparationem gratiæ. Si ergo loquamur de homine quo ad primum statum, sic vna ratione nō potest mereri absque gratia vitam æternam per pura naturalia, quia scilicet meritum hominis dependet ex præordinatione diuina. Actus autem cuiuscunque rei non ordinatur diuinitus ad aliquid excedens proportionem virtutis, quæ est principiū actus: hoc enim est ex institutione diuinæ prouidentiæ, vt nihil agat vltra suam virtutem. Vita autem æterna est quoddam bonū excedens proportionem naturę creatæ: quia etiam excedit cognitionē & desiderium eius, secundum illud 1. ad Cor. 2. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Et inde est, q̃ nulla natura creata est sufficiens principiū actus meritorij vitæ æternæ, nisi superaddatur aliquod supernaturale donum, quod gratia dicitur. Si vero loquamur de homine sub peccato existēte, additur cum hoc secunda ratio pp impedimentum peccati. Cum.n. peccatum sit q̃dā Dei offensa excludēs a vita æterna, vt patet perꝰ supradicta, nullus in statu peccati existens potest vitam ęternam mereri, nisi prius Deo reconcilietur dimisso peccato, qđ fit per gratiam. Peccatori.n. non debetur vita, sed mors, secundum illud Ro. 6. Stipēdia peccati mors.

vt constituat eundem sibi debitorem ad reddendum mercedem, vt patet si ponamus Ioannem offendisse Petrum contumelia, vel rapina, & postmodum videns eiusdem Petri filium inuasum ab inimicis ad mortem, liberet illum, periculo mortis seipsum exponens pro hoc. constat nanque quòd tunc Ioannes meret a Petro, quē prius offenderat, & tamen non erat sibi reconciliatus.

Præterea. Aliquis potest seruire locando operas suas ei, quem offendit contumelia, vel furto, manente offensa, & meretur mercedē ab eo: alioquin operarius qui seruiuit p centum, posset priuari ab illo propter furtum decem, vel propter contumeliā.

¶ Ad hoc dicitur breuiter, q̃ in his & similibus, licet non prius tempore, tamē prius natura intelligitur satisfactio, & reconciliatio facta, quàm meritum. Nam quia in maiore clauditur minus, Petro satisfeciſſe intelligitur Ioannes, qui pro eo vitam discrimini exposuit: & sic meretur veniam, ac amicitiam a Petro, a quibus offensa excludebat.

¶ Ad secundum dicitur, quòd quia offensa pro tanto excludit meritum, pro quanto excludit debitum mercedis ab offenso: si offensa p̃cedens nō purgatur per sequēs seruitiū, nūquam merebitur mercedē, sed seruitium suum per modum solutionis debiti satisfacit in toto, vel in parte. Si autē purgatur & abundat, ita redditur primi argumenti solutio, & sic homo ab homine offenso non potest mereri antequam satisfaciat. Posset quoque dici ad hoc dubium vnico verbo, quòd author intendat de merito apud amicum, seu patrem, quale est meritū nostrum apud Deum, vt sic simile sit de Deo, & homine offenso. Prima tamen responsio formalis est.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæquartæ Articulum tertium.*

IN articu. 3. titulo, scito, q̃ mereri ex condi-

3. q. 48. ar. 1 co. Et 2. dist. 27. art. 5. & art. 5. co. Et 3. d. 4. q. 3. arti. 1. ad 1. & 5. Et Ro. 4. & ca. 6. fin. & ca. 8. le. 4. fin.

* Est Aug. lib. de gra. & lib. arb. cap. 9. ante med. to. 7.

condigno, est mereri sic, vt secundum iustitiam sibi debeatur, ita quòd iniustum esset non reddi mercedem merito ex condigno. Vnde & nomen accepit ab æqua dignitate meriti ad mercedem.

¶ In corpore articu. aduerte quòd illa duo, scilicet motio Spiritussancti, & gratia, nō sunt duæ disparatæ causæ meriti, sed sunt causæ subordinatæ, motio quidem Spiritussancti vt actio causæ primæ, & gratia vt causa secunda operis in quantū meritorii. Mouet.n. Spiritussanctus hominem ad merendū mediante gratia, propter quòd litera de motione Spiritussancti loquens, affert illud Ioā. 4. Fit in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Et intendit author, quòd quia opus elicitur a gratia, habet quòd sit meritorū ex condigno ex vtraque sui propria causa; scilicet prima, & proxima. Nec altera superfluit: quoniam non sunt eiusdem ordinis. Et contra primæ quidem causæ insufficientiam non occurrunt contradictores.

¶ Contra secundam autem occurrit Scotus in primo sententiarum distin. 17. quæstio. 1. tenens, quòd actus elicitus a gratia non est meritorius simpliciter vitæ æternæ, sed oportet quòd vltra hoc, quòd sit informatus gratia, sit acceptus Deo, idest, ordinatus a Deo ad consequendam vitam æternam: & in tali ordinatione seu acceptione passiua, cōpleri dicit rationem meriti ex condigno.

¶ Arguitque primo sic. Si actus ex solis intrinsecis agēti esset sic ordinatus ad beatitudinē, sequeretur q̃ Deus non posset ei, qui sic operatus est, non retribuere beatitudinem, nisi iniuste eam subtrahendo: hoc est falsum. ergo talis ordo est ex sola voluntate diuina.

D. 883.

¶ Secundo sic. Præmium semper est maius bonum merito: & iustitia stricta, non reddit melius pro minus bono. ergo actꝰ meritorius non est dignus tali præmio ex bonitate quam habet ex suis principiis.

¶ Sed hæc facile soluuntur. Nā ad primū dr, q̃ iniuste subtraheretur merces tpe debito ei, q operatus est ex gratia, & Deꝰ, qui est debitor sibiipsi, q̃ ordinauit nō p superadditā ordinationem, (vt Scotus putauit) sed per ipsam gratiā eius actū esse meritoriū ex hoc ipso solo q̃ est a gratia, q̃ est talis naturæ, sicut non pōt cōtra seipsum facere, ita non potest subtrahere mercedem. Cum quo tamē stat, quòd possit etiam beatos omnes annihilare de potentia absoluta: sed hoc est extra quæstionem præsentem.

¶ Ad 3m dr, q̃ liberalitas diuina remunerans supra meritū, nō adimit merito vim suam. Ex hoc nanque, q̃ Deus actui meretis gloriam vt vnū, reddit gloriā vt duo, nō adimit actui illi, qui meruerit fm strictam iustitiā gloriam vt vnum. Vnde ratio illa non ꝓbat, q̃ actus non sit meritorius: sed hoc, q̃ non sit meritorius totius præmii, quod dat Deus, supposita tali liberalitate.

¶ Et tu habes in litera, p doctrina S. Thomæ, authoritatē Apostoli, Si filii, hæredes &c. vbi pōt fundare rōnem: quia filio obedienti; & vt filio operanti debetur hæreditas paterna ex solo ipso iure stricto, ita q̃ non nisi iniuste pōt priuari: sed sola gratia ex miseratione, sed ex merito accipit. ergo videtur quòd homo non possit per gratiam mereri vitam æternam ex condigno.

¶ 3 Præt. Illud meritū videtur esse condignū, quod æquatur mercedi: sed nullus actus præsentis vitæ potest æquari vitæ æternæ, quæ cogni tionem, & desiderium nostrum excedit, excedit ēt charitatē vel dilectionē vię, sicut & excedit naturā. ergo homo nō potest per gratiam mereri vitā æternam ex condigno.

SED CONTRA. Id quod redditur secundum iustum iudicium, videtur esse merces condigna: sed vita æterna redditur a Deo fm iudicium iustitiæ, secundum illud 2. ad Timo. 4. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. ergo homo meretur vitam æternam ex condigno.

RESPON. Dicendum, quòd opus meritorium hominis dupliciter considerari pōt. Vno modo, fm quod procedit ex libero arbit. Alio modo, fm quod procedit ex gratia Spiritussancti. Si consideretur fm substantiam operis, & secundum quod procedit ex libero arbitrio, sic nō potest ibi esse condignitas pp maximam inæqualitatem: sed est ibi congruitas propter quandā æqualitatem proportionis. Videtur.n. congruum, vt homini operanti secundum suam virtutem, Deus recompenset secundum excellentiā suæ virtutis. Si autem loquamur de opere meritorio, fm quod procedit ex gratia Spiritussancti, sic est meritorium vitæ æternæ ex condigno. Sic enim valor meriti attēditur fm virtutem Spiritussancti mouentis nos in vitam æternam, secūdū illud Io. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Attenditur etiam pretium operis secundum dignitatem gratiæ, per quam homo consors factus diuinæ naturæ, adoptatur in filium Dei, cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptionis, secundum illud Rom. 8. Si filij, & hæredes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apost. loquitur de passionibus sanctorum secundum eorum substantiam.

AD 2m dicendum, quòd verbū illius glo. intelligendum est quantum ad primam causam peruenientem ad vitam æternam, quæ est miseratio Dei: meritum autem nostrū est causa subsequens.

AD 3m dicendum, quòd gratia Spiritussancti, quam in præsenti habemus, etsi non sit æqualis gloriæ in actu, est tamen æqualis in virtute: sicut semen arborum, in quo est virtus ad totam arborem. Et similiter per gratiam inhabitat hominem Spiritussanctus, qui est sufficiens causa vitæ æternæ: vnde & dicitur esse pignus hæreditatis nostræ. 2. ad Cor. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gratia sit principium meriti principalius per charitatem, quàm per alias virtutes.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ gratia non sit principium meriti principalius per charitatem, q̃ per alias virtutes. Merces.n. operi debetur fm illud Mat. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem suam: sed

D

E

F

G

H

I

K

ad iustum simpliciter spectat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd opus meritorium ex gratia, & Spiritusancto procedens, potest comparari ad Deum retributorem. Et sic propter rationes allatas, solam rationem iusti dominatui, seu paterni video, iuxta illud Apostoli 2. ad Timoth. 4. Quam reddet dominus iustus iudex. Si autem referatur ad mercedem, scilicet vitam ęternam, sic est ratio iusti simpliciter, & æqualitas. Et ad hanc æqualitatem tendunt verba literæ, vt patet in responsione ad tertium. Quòd si quis dicere velit, q̃ inter opus meritorium, vt est a Spiritusancto, & Deum, est iustum simpliciter, aduertat quòd iustum queritur inter retributorem, & operatorem qui remuneratur, & non inter primam causam mercedis, & meriti.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæquartæ, Articulum quartum, quintum, & sextum.*

IN articu. 4. 5. & 6. nihil occurrit scribendum, nisi q̃ in quarto, & clarius in sexto apparet quod diximus esse de mente authoris, scilicet, quòd diuina motio ad meritum per gratiam,

2. 2. q. 182. art. 2. co. Et 3. d. 30. art. 5. Et 4. dist. 20. ar. 2. q. 3 & d. 49. q. 1 ar. 4. q. 4. Et po. q. 6. art. 9. co. Et Ro. 8. le. 5. princip. Et Heb. 6. lec. 3.

est etiam in Christo, & vt ex ea meriti radix communiter distinguitur contra aliam, scilicet lib. arbitrij.

*q.55.ar.2.

quælibet virtus est principium alicuius operis: est enim virtus habitus operatiuus, vt supra habitum est*. ergo quælibet virtus est æqualiter principium merendi. F

¶ 2 Præt. Apostolus dicit 1. ad Corin. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum proprium laborem: sed charitas magis diminuit laborem, quàm augeat iquia, sicut Aug. dicit in li. de verbis dom. oia ardua & immania, facilia & prope nulla facit amor. ergo charitas non est principalius principium merendi, quàm alia virtus.

*Augus. in Serm. de medio. Et Ser. 48. de tpe, parum ante finem. tom. 10.

¶ 3 Præt. Illa virtus videtur principalius esse principium merēdi, cuius actus sunt maxime meritorij: sed maxime meritorij videnr esse actus fidei, & patientiæ, siue fortitudinis, sicut patet in martyribus, qui pro fide patienter, & fortiter vsque ad mortem certauerunt. ergo aliæ virtutes principalius sunt principium merendi, quàm charitas. G

SED CONTRA est. q. Dñs Io. 14. dicit. Si qs diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligā eū, & manifestabo ei meipsum. Sed in manifesta Dei cognitione consistit vita æterna, Fm illud Io. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te solum Deū verum & viuum. ergo meritum vitæ æternæ maxime residet penes charitatē.

ar.1.huiº q. H

RESPON. Dicendū, q sicut ex dictis* accipi potest, humanus actus habet rationē merēdi ex duobus. Primo quidē & principaliter ex diuina ordinatione, Fm quod actus dicitur esse meritorius illius boni, ad quod homo diuinitus ordinatur. Secūdo vero ex parte liberi arbitrij, inquātum. s. homo habet præ cęteris creaturis, vt per se agat voluntarie agens. Et quantum ad vtrunq; principalitas meriti penes charitatē consistit. Primo. n. considerandum est, q vita ętrna in Dei fruitione consistit: motus autem humanæ mentis ad fruitionem diuini boni, est proprius actus charitatis, per quē oēs actus aliarum virtutum ordinant in hūc finē, Fm quod aliæ virtutes imperantur a charitate. & ideo meritum vitæ æternæ primo pertinet ad charitatem: ad alias autem virtutes sęcūdario, Fm quod eorū I actus a charitate imperantur. Similiter etiam manifestum est, q id quod ex amore facimus, maxime voluntarie facimus. Vnde etiam secundum quod ad rationem meriti requiritur quòd sit voluntarium, principaliter meritum charitati attribuitur.

D. 1174 q.9. art.1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas, inquātum habet vltimum finem pro obiecto, mouet alias virtutes ad operādum. Semper enim habitus ad quem pertinet finis, imperat habitibus, ad quos pertinent ea quæ sunt ad finem, vt ex supradictis patet*.

AD 2^um dicendum, q opus aliquod potest esse laboriosum, & difficile dupliciter. Vno modo ex magnitudine operis: & sic magnitudo laboris pertinet ad augmentum meriti, & sic charitas nō diminuit laborem, immo facit aggredi opera maxima: magna enim operatur si est, vt Grego. dicit in quadam homilia*. Alio modo ex defectu ipsius operātis. vnicuiq; enim est laboriosum & difficile, quod nō prompta voluntate facit: & talis labor diminuit meritū, & a charitate tollit. K

In hom. Pēt recost. & est 30. in euan. non pcul a prin. illius.

AD 3^um dicendū, q fidei actus non est meritorius, nisi fides per dilectionem operetur, vt dicitur ad Galat. 5. Similiter etiam actus patientiæ & fortitudinis non est meritorius, nisi aliquis ex charitate hęc operetur, secundum illud 1. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

D. 882.

ARTICVLVS V.

Vtrum homo possit sibi mereri primam gratiam.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, q homo possit sibi mereri primā gratiam. Quia, vt Aug. dicit*, fides meretur iustificationem: iustificatur autem homo per primam gratiam. ergo homo potest mereri sibi primam gratiam.

3.q.2.ar.1 cor. Et 2.d. 27. ar.4.ad 6. Et 3. distin. 19.q. 1. arti.1.q. 1.cor. Et 3. cōtra c.149 & 159. Et ver.q.29.a. 6. & 7 cor. Et Ioa. 10. lect. 3. Et Ephe. 2. lect. 3. * In præfatione. Psal. 31. 10.8.

¶ 2 Præt. Deus non dat gratiam, nisi dignis: sed non dicitur aliquis dignus aliquo dono, nisi qui ipsum p̄meruit ex condigno. ergo aliquis ex condigno potest mereri primam gratiam.

¶ 3 Præt. Apud homines aliquis potest promereri donum iam acceptum: sicut qui accepit equum a domino, meretur ipsum bene vtendo eo in seruitio domini: sed Deus liberalior est quàm homo. ergo multo magis primam gratiam iam susceptam potest homo promereri a Deo per subsequentia opera.

SED CONTRA est, quòd ratio gratiæ repugnat mercedi operum, secundum illd Ro. 4. Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: sed illud meretur homo, quod imputatur sibi secundum debitum, quasi merces operū eius. ergo primam gratiam non potest homo mereri.

RESPON. Dicendum, q donum gratiæ considerari potest dupliciter. Vno modo secundum rationem gratuiti doni, & sic manifestum est, q omne meritum repugnat gratiæ: quia vt ad Rom. 2. Apostolus dicit, Si ex operibus, iam non ex gratia. Alio modo potest considerari secundum naturam ipsius rei quæ donatur, & sic etiam non potest cadere sub merito non habentis gratiam. tum quia excedit proportionem naturæ: tum ēt quia ante gratiā, in statu peccati homo habet impedimentum p̄merendi gratiam. s. ipsum peccatum. Postquàm autem iam aliquis habet gratiam, nō potest gratia iā habita sub merito cadere, quia merces est termin^ operis: gratia vero est principium cuiuslibet boni operis in nobis, vt supra dictum est. * Si vero aliud donum gratuitum aliquis mereatur virtute gratiæ præcedētis, iam non erit prima: vnde manifestum est, quòd nullus potest sibi mereri primā gratiā.

q. 109. per totam.

AD PRIMVM ergo dicendū, q sicut Aug. dicit in lib. Retract.* Ipse aliquando in hoc fuit deceptus, quòd credidit initium fidei esse ex nobis, sed cōsummationem nobis dari ex Deo, quod ipse ibidem retractat: & ad hunc sensum videtur pertinere, q fides iustificationē mereatur. Sed si supponamus, sicut* fidei veritas habet, quòd initiū fidei sit in nobis a Deo, iam ēt ipse actus fidei consequit primā gratiā, & ita nō pōt esse meritorius primæ gratiæ. Per hdem igitur iustificatur homo, nō quasi homo credendo mereat iustificationē, sed quia dum iustificatur, credit, eo q motus fidei requrit ad iustificationē impij, vt supra dictū est*.

l.1.c.13. post med. tom.1. * Alias ita.

q.prec.ar.4

AD 2^um dicendum, q Deus non dat gratiam nisi dignis, nō tamen ita quòd prius digni fuerint: sed quia ipse per gratiam eos facit dignos, qui solus potest facere mundum de immundo conceptum semine.

AD 3^um dicendum, q omne bonum opus hominis procedit a prima gratia sicut a principio, non autem procedit a quocunque humano dono. Et ideo non est similis ratio de dono gratiæ, & de dono humano

2.d.27.ar.6 Et 3.d.19.q 1.ar.2.q.1. cor. & ar.5. q.3.ad 5. Et 4.d.45.q.2. arti. 1.q.3. cor. Et 1. Tim.4. lect. fin.

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo possit alteri mereri primam gratiam.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q homo possit alteri mereri primam gratiam: quia Matth. 9. Super illud, Videns Iesus fidem illorum &c. dicit Glo.* Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem sic valuit aliena, vt intus & extra sanaret hominem: sed interior sanatio hominis est per primam gratiam. ergo homo potest alteri mereri primam gratiam.

*Glo. ordinaria ibid.

¶ 2 Præt. Orationes iustorum non sunt vacuæ, sed efficaces, secundum illud Iacob. vlt. Multum valet deprecatio iusti assidua: sed ibidem præmittitur, Orate pro inuicem, vt saluemini. cum igitur salus hominis non possit esse nisi per gratiam, videtur quòd vnus homo possit alteri mereri primam gratiam.

¶ 3 Præte. Lucæ 16. dicitur. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula: sed nullus recipit in æterna tabernacula, nisi per gratiam, per quam solam aliqs meret vitā ętrnā, vt supra dictū est*. ergo vnus homo potest alteri acquirere merendo primam gratiam. β

ar.1. huius q.& q.109. ar.5.

SED CONTRA est, quod dicitur Iere. 15. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, nō est anima mea ad populum istum: qui tamen fuerunt maximi meriti apud Deum. videtur ergo quòd nullus possit alteri mereri primam gratiam.

RESPON. Dicendum, q sicut ex supradictis patet*, opus nostrum habet rationem meriti ex duob^. Primo quidem ex vi motionis diuinæ, & sic meretur aliquis ex condigno. Alio modo habet rationem meriti, secundum quod procedit ex libero arbitrio, inquantum voluntarie aliquid facimus, & ex hac parte est meritum congrui: quia congruum est, vt dum homo bene vtitur sua virtute, Deus secundum superexcellentem virtutem excellentius operetur. Ex quo pater, quòd merito condigni nullus potest mereri alteri primam gratiam, nisi solus Christus: quia vnusquisq; nostrum mouetur a Deo per donum gratiæ, vt ipse ad vitam æternam perueniat, & ideo meritum condigni vltra hanc motionem non se extendit. Sed anima Christi mota est a Deo per gratiam, non solum vt ipse perueniret ad gloriam vitæ æternæ, sed etiam vt alios in eam adduceret, inquantum est caput Ecclesię, & author salutis humanæ, secundum illud ad Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis &c. Sed merito congrui potest aliquis alteri mereri primam gratiam. Quia enim homo in gratia constitutus implet Dei voluntatem, congruum est secundum amicitiæ proportionem, vt Deus impleat hominis voluntatem in saluatione alterius: licet quandoq; possit habere impedimentum ex parte illius, cuius alius sanctus iustificationem desiderat. Et in hoc casu loquitur authoritas Iere. vltimo inducta. γ

ar. 1. & 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fides aliorum valet alij ad salutem merito congrui, non merito condigni.

AD 2^um dicendum, q impetratio orationis innititur misericordiæ, meritum autem condigni innititur iustitiæ: & ideo multa orando impetrat homo ex diuina misericordia, quæ tamen non meretur sęcūdum institiam, secundum illud Dan. 9. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciē tuam, sed in miserationibus tuis multis. E

AD 3^um dicendum, q pauperes eleemosynas recipientes, dicūtur recipere alios in æterna tabernacula vel impetrando eis veniam orando, vel merendo per alia bona ex congruo: vel etiam materialiter loquendo, quia per ipsa opera misericordiæ, quæ quis in pauperes exercet, meretur recipi in æterna tabernacula. D

ARTICVLVS VII.

Vtrum homo possit sibi mereri reparationem post lapsum.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q aliquis possit sibi mereri reparationē post lapsum. Illud enim quod iuste a Deo petitur, homo videtur posse mereri: sed nihil iustius a Deo petitur, vt Augu. dicit, quàm quòd reparetur post lapsum, secundum illud Psal. 70. Cum defecerit virt^ mea, ne derelinquas me Domine. ergo homo potest mereri, vt reparetur post lapsum.

¶ 2 Præt. Multo magis homini p̄sunt opera sua, q̄ prosint alij: sed homo potest aliquo modo alteri mereri reparationem post lapsum, sicut & primā gratiam. ergo multo magis sibi mereri potest, vt reparetur post lapsum.

¶ 3 Præt. Homo, qui aliquādo fuit in gratia per bona opera q̄ fecit, meruit sibi vitā ætrnā, vt ex supra dictis patet: * sed ad vitā æternam non pōt quis peruenire nisi reparetur per gratiam. ergo videtur qd sibi meruit reparationē p gram. ζ

ar. 2. huius q.& q.109. ar.5.

SED CONTRA est, quod dicit Ezechie. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitię eius, quas fecerat, non recordabuntur. ergo nihil valebunt ei præcedentia merita ad hoc quòd resurgat. non ergo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum. D

RESPON. Dicendum, q nullus potest sibi mereri reparationē post lapsum futurum neq, merito condigni, neque merito congrui. Merito quidem condigni hoc sibi mereri non potest: quia ratio huius meriti dependet ex motione diuinæ gratiæ, quæ quidē motio interrumpitur per sequens peccatum: vnde omnia beneficia, quæ postmodum aliquis a Deo consequitur, quibus reparatur, non cadunt sub merito, tanquā motione prioris gratiæ vsq; ad hęc non se extendente. Meritum ēt congrui, quo quis alteri primam gratiā meretur, impeditur ne consequatur effectum pp impedimentum peccati in eo, cui quis meretur. Multo igitur magis impeditur talis meriti efficacia per impedimentum, quod est & in eo qui meretur, & in eo cui meretur. hic enim vtrunque in vnam personam concurrit: & ideo nullo modo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum. E

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæquarta Articulū septimū.*

IN articu. 7. dubiū occurrit circa rōnē literæ ad probandū, q̄ nullus pōt mereri ex condigno sibi reparationem post lapsum, quia. s. motio diuinæ gratiæ interrūpitur p lapsum. Cōtra hāc siquidē rōnē instat. Primo, qa nō exigit ad hoc, q̄ aliqua sit merces reddēda ex condigno, q̄ motio diuinæ gratiæ non interrumpatur. ergo ratio literæ, q̄ ex interruptione infert non meritum, nihil valet. Assumptū patet: quia Iudas qūq; meruit vitam ętrnā ex condigno, & tamen motio diuinæ gratiæ fuit interrupta. Et confirmāt, quia tm̄ é dicere, q̄ interruptio gratiæ facit, vel exigit aliqd non cadere sub merito condigni, quantū dicere, nihil meremur ex cōdigno, nisi ad quod continuata gratia peruenimus: quod est falsum.

2.d.27.ar.1. 4. ad 3. Et Heb.6.le.3

¶ Ad euidentiā huius difficultatis sciendum est, q̄ gratia duplicit̄ concurrit ad meritum. Primo, vt constituens hominē in statu remunerabili: & hoc facit gratia constituendo hominem diuinæ naturæ cōsortem. Secundo, vt principium actus meritorii: & quia secundum non solum præsupponit primū in rōne principii, sicut agere præsupponit esse, sed coexigit in rōne constituēntis statum remunerabilis, ita q̄ nullus ex condigno meretur sibi homini, sed sibi cōstituto in gratia mercedē, vel præmiū sūm plicit̄: ideo de rōne meriti ex condigno sibi, est constituere mercedem debitam sibi in statu gratiæ. Ita q̄ gratia nō solū exigitur ad cōstituēdam personam, quæ meretur, & cui meretur, sed cui exhibendū sit præmiū. Et rō huiº est vniuersalis, quia. s. quodlibet meritū efficit mercedē debitam sibi in solo statu digno mercede: nulliº. n. meretur aliquid

Universidad de Navarra
Biblioteca

aliquid ex hibēdum sibi in statu indigno mercede. Ex hoc aūt ꝙ statu existens nullus mercede debita merito ex condigno constituitur gratia. Patet ꝙ impossibile est habere rōnem mercedis debitæ merito ex condigno, qđ in rōne sua claudit statum oppositum, vt patuit: & quia reparatio post lapsum in ratiōe sua claudit subiectum in statu opposito, quia in peccato mortali per lapsum: ideo impossibile est, ꝙ reparatio post lapsum habeat rōnem mercedis debitę merito ex condigno: & hoc intendit author i pancissimis verbis literæ. Quod vt clarius intelligas simul cū dictis, nūc scito interruptionē gratiæ dupliciter inueniri posse. Primo vt impedimentū ad cōsequendam mercedē meritо debitā, & de tali interruptione loqr̄ author hic in rōne ad tertiū: de qua ét loquuntur obiectiones in oppositū allatæ, qua ét Iudæi nō assent' est vita æterna, quā meruerat, si aliqn fuit bonus. Et talis interruptio, vt in lra dicit, impedit consecutionem mercedis, sicut vIr cā naturalis impedibilis, pura sim̄ perfectum aliquato tpe operans propriū effectum, si eradicef, vel aliter occupetur, impeditur a consecutione effect', ad quē fm naturā suā erat ordinatū. Iam. v. dictū est, ꝙ act' meritorius est ordinat' ꝙ gratiæ semen a Deo ad causandū vitam æternam, sicut alii actus naturales ad suos terminos. Et huiusmodi interruptio ꝙ accidēs se habet ad meritum, & mercedem: quamuis ꝙ se se habeat ad cōsecutionē, vtpote directe contraria illi.

2. d. 27. art. 1. Et 4. dist. 20. ar. 2. q. 3. cor.

¶ Sēdo aūt modo inuenitur interruptio, vt clausa in rōne termini. Et sic est implicatio in adiecto, dicere quòd est merces in statu interruptionis, sicut dicere lumen in opaco, vt patet ex dictis. Et ad hmōi interruptione loqtur litera in hac rōne, q̄ motionē diuinæ gratię interruptā ꝙ sequens peccatum, vt ineluſam in rōne mercedis affert ꝙ causa, quare non cadit reparatio post lapsum in merito.

ar. 2. & 4.

¶ Et per hoc patet rnsio ad obiecta. Nam & vita æterna, & augmentum gratiæ, & quicquid cadit simpliciter sub merito condigni, ad consecutionē quidem sui exigit continuitatem, seu perseuerantiam status: ad hoc autem quòd sit merces debita, non

F Nec interruptio, quia impedit talem continuitatem, impedit reparationem habere rationem mercedis: sed quia reparatio post lapsum includit in ratione sua interruptionem, vt lumen diaphanum: non sic autem est de vita æterna, & aliis, quæ merentur ex condigno.

¶ *Super Quæstionis cētesimæ decimæquintæ Articuli octaui.*

IN articu. 8 eiusdē q. nota ꝙ author vti vī gratia, quasi motore, in principio corporis articuli: qa gratia est velut organum seu medium, quo Spiritussanctus mouet nos: ac p hoc eadē motio attribuitur Spirituisancto, & gratię, & ad idem se extēdere dicitur.

¶ In rnsione ad fm eiusdem articuli dubiū occurrit duplex, primo circa id quod dicitur: secundo circa id quod supponitur. Falsum quidem videtur, ꝙ augmētū gratiæ sit supra quātitatē, & non supra virtutem præexistētis gratiæ. nā in his, quæ non mole magna sunt, idē est maius, & melius, vt Augu. dicit. Et constat, ꝙ in maiori quātitate gratiæ est maior virtus, q̄ in minori: ac per hoc augmētum gratię sicut excedit quantitatē, ita excedit virtutem præexistētis gratię: non sic aūt est de semine, & arbore, & animali paruo crescēte in magnum, in quibus virtus augmētatiua distinguitur a quantitate per secta, ad quam mouet. Falsum quoque suppositū videtur. s. ꝙ gratia augeat seipsam, cum sol' De' effectiue causet, & augeat gratiam.

Tract. 5. ad med. to. 9.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia augmentum non nisi metaphorice in formis extra quātitatem dicitur, est. n. motus intensionis augmētatio gratiæ, sicut & aliarum formarum: ideo nō oportet hoc attēdere, ꝙ sicut animal, aut animatum auget seipsum, ita gratia auget seipsam, vt de semine, & arbore similitudo asseretur. Sed in huiusmodi augmento gratiæ, quæ vere intensio est attendendum est, ꝙ causa agens, quæ efficit formam in subiecto disposito, auget eam mediante seipsa cooperante per actū suum ad disponendum, capaxque ad reddendum subiectum maioris gratiæ, & ad faciendum sibi debitum, idest, merendum huiusmodi augmentum. Et licet augmentum gratiæ sit maioris quantitatis ac virtutis, q̄ gratia præexistens, vt manifeste patet cum augetur vsq; ad consummationē patriæ: nō tn excedit efficacia gratiæ præexistentis in disponendo ac merēdo eam, sed est ꝓportionatus terminus illius. Et hoc est non excedere illam in virtute, q̄uis in quantitate. Vnde obiectio primi dubii in æquiuoco laborat. Nam dupliciter intelligi pōt esse supra virtutē, Vno modo habere maiorē virtutem: alio modo esse inproportionatū effectū, seu terminū illi' virtutis. Et in sēdo sensu sumitur i lra, non in primo: quia primus coincidit cū alio mēbro lræ. s. esse supra quantitatem. nam eiusdem rōnis est esse supra qnātitatem & virtutem in primo sensu.

4. d. 45. q. 2 ar. 1. q. 1. co.

¶ Ad secundā dr, ꝙ litera non supponit gratiam augere seipsam, sed ita se habere ad augmentū suū causandū, ac si causaret illud: sicut act' habit' acqsiti auget ipsum. Et hoc est verum, quoniam in solo actu gratię augetur gratia, quæ ita se habet ad augmentū, ꝙ si esset causabile per actum nostrū, tunc causaret. Scatuit siquidē tūc Deus augmentum causare, qñ vis nostra causaret illud, si in nostra esset potestate. Et hæc dicta sunt de gra inquantum efficiente augmentum, vt exponeretur etiam verbaliter responsio ad secundum. Sed loquendo de gratia vt merente augmentū, quomodo loquitur totus articulus, & argumentum secundum, facilius patet meritum augmenti non esse supra virtutem gratiæ modo exposito, & nō præsupponi augmentū fieri a gratia, sed meritum illius ex condigno esse a gratia.

¶ In rnsione ad tertiū aduerte, ꝙ author q. in 2. Sententdist. 27. q. 1. ar. 5. augmentum gratiæ cōsiderauit solū vt effectū gratiæ, & propterea posuit ipsum vt ꝓmium cōcomitans actū meritoriū, hic perspicacius intuit' augmentum esse terminum mediū motus meritorii, posuit ipsum esse præmium redditum merito directe, sicut & vitam æternam. Et propterea licet ibi in responsione ad secundum, non posuerit quolibet actu meritorio mereri nos augmentum gratiæ, hic hoc affirmat, suo tamen tempore reddendum, cum scilicet aliquis fuerit sufficienter dispositus ad augmentum gratiæ. Quod tunc solum est, cum aliquis ita vitur accepta gratia secundum proportionem virium suarum, vt in nullo gratia Dei desit per negligentiam, vt ibidem author dicit.

art. præced.

¶ *Super Quæstionis cētesimæ decimæquartæ Articulum nonum.*

IN articu. 9. eiusdē qst. dubiū statim occurrit circa rōnē lræ, Quare perseuerantia non cadit sub merito, quia dependet solum ex motione diuina &c. Si. n. hęc ratio valet, augmentū gratiæ nō caderet sub merito, qa dependet solū ex motione diuina. Nec valet dicere, ꝙ dependet ex nobis dispositiue: quia ét perseuerantia dependet ex nobis dispositiue.

ar. 6. 7. & 8

¶ Ad hoc dr, ꝙ rō literæ nō cōsistit i dependentia solū ex motione diuina effectiue, sed consistit in hoc, ꝙ dependet solū ex motione diuina, q̄ est principiū ois meriti, sed Deus gratis perseuerātię bonū largitur, cuicunq; illud largitur.

Tra. ct. 44. euang. Ioā. post med. illius. to. 9.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ét ea q̄ non meremur, orādo impetramus: nā & peccatores Deus audit, peccatorū veniam petētes, quam non merentur, vt patet per Aug. super illud Io. *Scimus quia peccatores Deus nō exaudit: alioquin frustra dixisset Publicanus. Deus propitius esto mihi peccatori, vt dicitur Luc. 18. Et similiter perseuerantiæ donum aliquis petendo a Deo impetrat vel sibi, vel alij, q̄uis sub merito non cadat.

Ad 2^m dicendum, ꝙ perseuerantia quę erit in gloria, cōparatur ad motū liberi arb. meritoriū sicut terminus, non autem perseuerantia vię ratione prędicta †.

¶ Et similiter dicendum est ad tertium de augmento gratię, vt per prędicta patet*.

In isto art. & art. 8. * In cor. & ad arg.

Articvlvs IX.

Vtrum homo possit perseuerantiam mereri.

Ad nonvm sic procedit. Videtur ꝙ aliquis possit perseuerantiam mereri. Illud. n. quod homo obtinet petendo, pōt cadere sub merito habētis gratiā: sed perseuerantiam petendo hoies a Deo obtinēt, alioquin frustra peteretur a Deo in petitionibus orationis Dominicæ, vt Augus. exponit* in lib. de bono perseuerantiæ. ergo perseuerantia potest cadere sub merito habentis gratiam.

¶ 2 Prēt. Magis est non posse peccare, q̄ non peccare: sed non posse peccare cadit sub merito. meretur enim aliquis vitam ēternā, de cui' rōne est impeccabilitas. ergo multo magis potest aliquis mereri vt non peccet, quod est perseuerare.

¶ 3 Prēt. Maius est augmentū gratię, q̄ perseuerātia in gratia quam quis habet: sed homo potest mereri augmentum gratiæ, vt supra dictum est* ergo multo magis potest mereri perseuerantiam in gratia, quam quis habet.

Sed contra est, quòd omne quod quis meretur, a Deo cōsequitur, nisi impediatur ꝙ peccatum: sed multi habēt opera meritoria, qui non cōsequuntur perseuerantiam, nec potest dici quòd hoc fiat propter impedimentum peccati: quia hoc ipsum quod est peccare, opponitur perseuerantię, ita quod si aliquis perseuerantiam mereretur, Deus non permitteret aliquem cadere in peccatum. non igit' perseuerātia cadit sub merito.

Respon. Dicendum, ꝙ cum homo naturaliter habeat liberum arb. flexibile ad bonū & ad malū, dupliciter pōt aliquid perseuerantiam in bono obtinere a Deo. Vno quidē modo per hoc, quòd liberū arb. determinatur ad bonum per gratiam consummatam, quod erit in gloria. Alio modo ex parte motionis diuinę, quę hominem inclinat ad bonū vsque ad finem. Sicut autem ex dictis patet*, illud cadit sub humano merito, quod comparatur ad motū liberi arb. directi a Deo mouente, sicut terminus, non autem id qd comparatur ad prędictum motum, sicut principium. Vnde patet, quòd perseuerātia glorię, q̄ est terminus prędicti motus, cadit sub merito: perseuerantia autem vię non cadit sub merito, qa dependet solum ex motione diuina, q̄ est principiū ois meriti, sed Deus gratis perseuerātię bonū largitur, cuicunq; illud largitur.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ét ea q̄ non meremur, orādo impetramus: nā & peccatores Deus audit, peccatorū veniam petētes, quam non merentur, vt patet per Aug. super illud Io. *Scimus quia peccatores Deus nō exaudit: alioquin frustra dixisset Publicanus. Deus propitius esto mihi peccatori, vt dicitur Luc. 18. Et similiter perseuerantiæ donum aliquis petendo a Deo impetrat vel sibi, vel alij, q̄uis sub merito non cadat.

Ad 2^m dicendum, ꝙ perseuerantia quę erit in gloria, cōparatur ad motū liberi arb. meritoriū sicut terminus, non autem perseuerantia vię ratione prędicta †.

¶ Et similiter dicendum est ad tertium de augmento gratię, vt per prędicta patet*.

Articvlvs X.

Vtrum temporalia bona cadant sub merito.

Ad decimvm sic procedit. Videtur ꝙ temporalia bona cadāt sub merito. Illud. n. quod ꝓmittitur aliquibus vt præmiū iustitię, cadit sub merito: sed tēporalia bona ꝓmissa sunt i lege veteri, sicut merces iustitię, vt patet Deut. 28. ergo videtur ꝙ bona temporalia cadant sub merito.

¶ *Super Quæstionis centesimæ decimæquartæ Articulum decimum.*

IN articu. 10. eiusdem quęst. & vlt. totius libri huius, nota tria. primo, quòd cum dicitur, Omnia illa, quibus homo adiuuat

ad

ar. 2. q. 121. ar. 5. ad 4.

ad perueniendū ad beatitudinē post pri mā grām, cadere sub merito simpliciter, intelligēdum est de oīb⁹ habēt⁹ rōnē termini, ne sit qō de cōseruatione, & pseuerātia, q̄ tm ad pri mā gratiam spectare dici possunt.

Li. 18. Moral. c. 2. a med.

¶ Secūdo, q̄ sicut bonū ē duplex, simplr & fm qd, ita meritū: & merito simplr, qđ est meritum gr̄æ, rndet bonū simplr: merito fm qd rndet bonū fm qd. s. bonū tpale secundum se.

¶ Tertio, q̄ quemad modū in merito simpliciter inuenit prima radix ordinatio diuina p gr̄æ donū, & secunda liberum arb. ita in merito fm qd inuenit ordinatio diuina non per gr̄am, qa nō est aliqd excedēs naturā: sed per propositum cōsequendi illud tēporale, & liberū arb. operans p consecutione illius. Vt sic sit meritū fm qd hois apud Deū ꝓportionalr, sicut meritum simplr: & merces ab eodē reddatur, qui tāta bonitate affluit, vt ēt inter malas nostras voluntates gaudeat se ordinare opera, q̄ remuneret. Cui sit honor, & gl̄ia in secula seculorum: Amen.

¶ Et hæc quo ad p̄sentis operis expositionē fm ꝓprii ingenioli facultatē dicta sunt ad exaltationē veritatis, & doctrinæ d̄ni Thomæ. Romæ, Anno salutis 1511. Aetatis vero meæ 43. die. 29. mēsis Decēbris. Deo, diuæ Mariæ, dino Thomę, vniuersæq; cœlesti curiæ gr̄as. Amen.

¶ 2 Præt. Illud videtur sub merito cadere, quod Deus alicui retribuit ꝓ aliquo seruitio quod fecit: sed Deus aliquando recompensat hominibus pro seruitio sibi facto aliqua bona tpalia. dicit. n. Exod. 1. Et quia timuerūt obstetrices Deū, ędificauit illis domos. vbi glo. Grego. dicit, q̄ benignitatis earū merces potuit in æterna vita retribui: sed culpa mendacij terrenam recōpēsationē accepit. & Ezech. 29. dicit: Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum, & merces nō est reddita ei. & postea subdit: Erit merces exercitui illius, & dedi ei terram Aegypti pro eo quòd labo rauerit mihi. ergo bona temporalia cadunt sub merito.

¶ 3 Præt. Sicut bonum se habet ad meritum, ita malum se habet ad demeritum: sed pp demeritū peccati aliqui puniuntur a Deo tpalibus pœnis, sicut patet de Sodomitis, Gen. 19. ergo & bona temporalia cadunt sub merito.

¶ 4 Sed contra est, quòd illa q̄ cadunt sub merito, non similiter se habēt ad omnes: sed bona temporalia, & mala similiter se habent ad bonos & malos fm illud Eccles. 9. Vniuersa æque eueniunt iusto & impio, bono & malo, mūdo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia cōtemnenti. ergo bona tpalia nō cadūt sub merito.

Respon. Dicēdum, q̄ illud quod sub merito cadit est ꝓmiū, vel merces, quod habet rationem alicuius boni. Bonum aūt hoīs est duplex, vnum simpliciter: aliud fm quid. Bonū hominis simpliciter est vltimus finis eius, fm illud Psal. 72. Mihi aūt adhærere Deo, bonū est: & p consequens oīa illa quæ ordinātur vt ducentia ad hūc finem, & talia simpliciter cadunt sub merito. Bonum autem fm qd, & non simpliciter, hominis est, qđ est bonū ei vt nūc: vel quod ei est fm quid bonū, & huiusmodi non cadunt sub merito simpliciter, sed secundum quid. Secundum hoc ergo dicēdum est, quòd si temporalia bona considerentur prout sunt vtilia ad opera virtutum, quibus perducimur in vitam ęternā, fm hoc dirēcte & simpliciter cadunt sub merito: sicut & augmētum gratiæ, & oīa illa quibus homo adiuuatur ad perueniendum in beatitudinem post primam gratiā. Tm. n. dat Deus viris iustis de bonis tpalibus, & ēt de malis, quantū eis expedit ad perueniēdū ad vitā æternam, & in tm sunt simpliciter bona huiusmodi temporalia. vnde dicitur in Psal. 33. Timentes aūt Dominum non minuentur omni bono. & alibi: Non vidi iustum derelictum &c. Psal. 36. Si autem considerentur huiusmodi temporalia bona fm se, sic nō sunt simpliciter bona hominis, sed fm quid: & ita nō simpliciter cadunt sub merito, sed secundum quid, inquantum. s. homines mouētur a Deo ad aliqua tēporaliter agenda, in quibus suum propositum consequuntur Deo fauente, vt sicut vita æterna est simpliciter præmium operum iustitiæ per relationē ad motionem diuinam, sicut supra dictum est* ita temporalia bona in se considerata habeant rōnem mercedis habito respectu ad motionem diuinam, qua voluntates hominum mouentur ad hæc ꝓsequenda: licet interdum in his non habeant hoīes rectam intētionē.

* ar. 2. 3. & 6. huius q̄st.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ sicut Augst. dicit contra Faustum lib. 4. "In illis temporalibus ꝓmissis figuræ fuerunt futurorum spiritualium, quæ implentur in nobis. Carnalis enim populus promissis vitę præsentis inhęrebat, & illorum non tantum lingua, sed etiam vita prophetica fuit.

Lib. 4. c. 2. circa prin. tom. 6.

Ad 2m dicendum, quòd illę retributiones dicuntur esse diuinitus factę secundum comparationem ad diuinam motionem, nō autem secundum respectum ad malitiam voluntatis, præcipue quantum ad regem Babylonis, qui non impugnauit Tyrum, quasi volens Deo seruire, sed potius vt sibi dominium vsurparet. Similiter etiam obstetrices, licet habuerunt bonam voluntatem quantum ad liberationem puerorum, nō tamen fuit earum recta voluntas quantum ad hoc, quòd mendacium confinxerunt.

Ad 3m dicendum, q̄ temporalia mala infliguntur in pœnam impiis, inquātum per ea non adiuuantur ad consecutionem vitæ ęternę. Iustis autem, qui per huiusmodi mala iuuantur, non sunt pœnę, sed magis medicinę, vt supra dictum est*.

q. 85. art. 7 & 8.

Ad 4m dicendum, q̄ omnia æque eueniunt bonis & malis, quantum ad ipsam substantiam bonorum, vel malorum temporalium, sed non quantum ad finem: quia boni per huiusmodi manuducūtur ad beatitudinem, non autem mali. Et hęc de moralibus in communi dicta sufficiant.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL.

Omnes sunt Quaterniones, præter LL. qui est Duernio.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M D LXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca